

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

CVM

INTERPRETATIONE ET NOTIS INTEGRIS

IOHANNIS HARDVINI

ITEMQVE

CVM

COMMENTARIIS ET ADNOTATIONIBVS

HERMOLAI BARBARI PINTIANI

RHENANI GELENII

DALECHAMPII SCALIGERI SALMASII

IS. VOSSII I. F. GRONOVII

ET VARIORVM

VOLVMEN SECVNDVM

RECENSVIT

VARIETATEMQVE LECTIONIS

ADIECIT

IOH. GEORG. FRID. FRANZIVS

LIPSIAE

IMPENSIS GVILIELMI GOTTLOB SOMMERI

A. C. MDCCLXXVIII.

DE

C. PLINII SECVNDI PATRIA

A

PAVLO CIGALINO

NOVOCOMENSE TICINENSIS GYMNASII PVBLICO, ET PRIMARIO MEDICINAE PROFESSORE,

LECTIO PRIMA

HABITA

IN PERILL. AFFIDATORVM ACADEMIA.

Quantum onus, quam graue, quamque laborioſum mihi ſubeundum foret, Illuſtriſſ. Princeps, voſque viri grauiſſimi, ac nobiliſſimi Academici, nec tum ignorabam, cum me Plinium de materiae medicae hiſtoria tractantem de ſuperiore, et honeſtiſſimo hoc loco interpretari iuſſiſtis; et nunc, quam ſit difficile, quam ſollicitum, et moleſtiae, ac periculi plenum, cum me ad aggrediendum accingo, inſigni cum animi mei perturbatione ſentio. Cum enim duo mihi primum ſeſe offerant, de quibus agendum videatur,

Plinii patria quae fuerit, ac quo saeculo vixerit Dioscorides Anazarbeus is, quem in historia medicae materiae explicanda olim Graeci omnes, et Arabes aeque probarunt, nunc nemo non auctorem sequitur, et antesignanum: illud annexam, atque coniunctam habet quandam quaestionem, quam si attigero, neque temporis, neque loci rationem habuisse videri possim. Hoc vero praeterquam quod intra constitutos mihi a vobis dicendi cancellos non continetur, etiam vereor ne, si quod sentio, libere pronuntiauero, cum in eo a communi omnium consensione me penitus subtraxerim, mihi aut plus assumsisse videar, quam deceat, aut quam debueram arrogasse, et sermones ea de re minus commodos a vobis incurram, aut potius subeam grauiorem reprehensionem, quasi in eo mihi consilium defuerit, in hoc consilio nihil, temeritate me plurimum posse notum fecerim. Nam quod antiquos interpretes, quicunque celebriores habiti sunt, de patria eorum, quos sibi ad explicandos proposuissent, aliquid prius constituisse obseruauissem, admonebar praeclarum tantorum virorum exemplum sine mea aliqua culpa neglectum iri non posse, quod si fuissem imitatus, contentionem quandam inter Nouocomenses meos, et Veronenses non excitatam modo; verum etiam multos annos scriptis exagitatam videbam, aut sine ciuium meorum offensione non posse dissimulare, vel sine graui reprehensione praeter opinionem vestram, et communem tot lectissimorum iuuenum expectationem attingere. Si vero de aetate, qua Dioscorides floruisset, egissem, cum vos consilium meum demiratos hoc mihi fuisse propositum, de quo dicerem, esse inficiaturos, tum hos adolescentes, quos video frequentes conuenisse, de Dioscoride, quando vixerit, se non venisse audituros,

ros, sed quid de Plinii materiae medicae historia sibi a me de superiore hoc loco explicaretur pedum supplosione significaturos. Verum enimuero hoc eiusmodi esse intelligebam, quod neque sine diminutione existimationis vestrae, quae maxima est, reticeri, neque sine meae, si qua est, iactura dissimulari posset. Quod enim peruagatum est, et quidem iam diu Plinium ex Dioscoride pleraque omnia de materia medica a se scriptis consignata exscripsisse, id pro constanti iam receptum, et communi scribentium consensu quodammodo sancitum effecit, cum in nonnullis a Dioscoride Plinium dissentire materiae medicae studiosi obseruauissent, vt furti simul, et inscitiae ipsum non solum accusare, verum etiam indicta causa condemnare non vererentur; ita vos quidem, Patres, in deligendo auctore, quem in hoc frequenti ingenuorum adolescentium concursu interpretarer, rationem in consilium negligentius adhibuisse videbimini, qui maxime prudenter de rebus omnibus deliberare consueuistis. Ego vero, si quod aliud inconsulte, hoc maxime onus temere suscepisse iudicabor, ex quo perspicitis, vt hoc dicam, non tam meam causam postulare, quam vestra, vt ne id ipsum reticeam, interesse. De patriae vero Plinii habendo sermone ita statuebam, aut si tacerem contra veterem consuetudinem, ac contra pristinum illum continuata tot saeculorum obseruatione confirmatum interpretum morem esse me facturum; aut si ab antiquo instituto non discederem, coniunctam adeo cum tractatione patriae, ac quodammodo natura copulatam contentionem hanc nostram, vt vna ab altera diuelli non possit, esse mihi attingendam. Quae cum ita sint, cum necessitate quadam impellar, vt propositorum neutrum praetermittam. Committite vos Patres grauissimi, pa-

 tiami-

tiamini, ſtudioſi adoleſcentes, Plinio noſtro de furto, et inſcitiae grauiter accuſato mihi per vos, et humanitatem, ac lenitatem veſtram, vt liceat paucis patrocinari. Date officio, date meo erga dulciſſimam patriam amori, et gratae, quae mihi civium meorum in mente verſatur, recordationi concedite, vt illis ciuem ſuum, et meum, Plinium, quantum in me eſt, dicendo hodierna die conſervem, dignitatem, nobilitatem, ac gloriam tuear, quam in hoc ciui agnoſcimus minime contemnendam, nec grauemini audire Nouocomenſem de Plinii patria Veronenſibus Alexandro Benedicto, Torello Sarainae, et Onuphrio Panuinio viris grauiſſimis, maxime vero Antonio Pantheo reſpondentem nullum non lapidem mouenti, quo Tribu ſua motum Plinium, et in alienam inſertum transferat Veronam, cuius alioqui opinione mea tanta nobilitas eſt, tantus ſplendor, vt ingentium molium ſtructura, aedium elegantia, fertilitate agrorum, virorum omni genere laudis illuſtrium copia, atque antiquitate longe clariſſima non indigeat luminis Plinii noſtri, et alienae huius gloriae acceſſione, quam Pantheus magno non ſolum conatu, ac ſtudio curauit, verum etiam totis ingenii viribus adnixus procurauit. Nec defuerunt illi ſcriptores haud contemnendi, quorum auctoritate ſtipatus nobis Plinium noſtrum eripere tentaret, in primis Franciſci Petrarchae teſtimonio fretus ſeniorem Plinium inter Veronenſes apertiſſime in Famae triumpho referentis, quem principem, ac familiae ductorem Perottus, et Laurentius Valla cum aliis nonnullis ſequuti idem affirmarunt. Sed Plinius iunior ad Maximum ſcribens Veronenſes ſuos in hunc modum appellauit: *Recte feciſti, quod gladiatorium munus Veronenſibus noſtris permiſiſti.* Idem in epiſtola ad Falconem,

conem, Catullum suum vocat: et proximum sibi esse Patauinum municipium ad Iunium Mauricum scribens ait. *Habet Minutius auiam maternam Serranam non procul a me municipio Patauino.* Quae quis non videt seniorem Plinium Veronensem exstitisse demonstrare? Quis non perspicit, quia senioris filius adoptiuus iunior Plinius esset, hoc nomine ciuem Veronensem effectum Catullum, ceterosque Veronenses suos appellare, et Patauium sibi proximum dicere potuisse? qui vt Comensis, neque proximum Patauium habuit, a quo plurimum distat, neque Veronenses suos nominare debuit. Pluris faciendum est, quod ille ipse Plinius Senior, de quo lis est, in historiae suae naturalis praefatione Catullum summo omnium consensu Veronensem conterraneum suum vocat his verbis: *Vt obiter emolliam conterraneum meum Catullum.* Addit Pantheus Secundorum familiam, ex qua Plinius descendit, plurimam Veronae fuisse, cuius in antiquo marmore tribus millibus ab vrbe passibus sequens legitur epigramma:

LAELIAE CLEMENTINAE VXORI INCOMPARABILI Q. FVRIVS SECVNDVS MARTIVS ET SIBI VIVVS FECIT.

FVNCTA IACES HIC SED VIVIS
VIVESQVE SECVNDO
LAELIA TVO.

Haud ita vero procul a Benaco:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITONI ET PVBLICIAE VENERIAE PARENTIBVS PIENT. LIBERT. LIBERTAB.

Sed ad ripam Benaci antiquam eiusmodi marmoream Tabulam exstare scribit:

SEX. LAETIBIO SEX. F. FAB. VI. VIR. AVG.
LAETIBIAE VERA ET SECVNDA
FRATRI PIISSIMO.

 In

In ipſa quoque vrbe ſimilem Secundorum ſpectari memoriam.

L. SOLLIVS L. F. SECVNDVS PAP.
TICINENSIS SIBI.
PAVLONIAE L. F. MAXIMAE VXORI.

Quid quod in agro Polyzelano dioeceſis Veronenſis Secundorum cognationis inſigne monumentum obſeruatione dignum in lapidea tabula inſculptum affert Pantheus, quod ita habet:

CALPVRNIA L. F. PRISCA SIBI
ET L. CALPVRNIO QVADRATO PATRI
VALERIAE C. F. SECVNDAE MATRI
L. CALPVRNIO PVDENTI FRATRI
V. VIR. AVG.

In hoc porro epigrammate Valeriam Secundam C. Plinii Senioris filiam fuiſſe aſſerit, quae L. Calpurnio Quadrato filiam pepererit Calpurniam Priſcam Iunioris Plinii conſobrinam, ad quam binae eiuſdem literae ſcriptae leguntur, vna, qua conqueritur de Calpurniae ſeceſſu in Campaniam, altera, qua Calpurniae literis reſpondet, cuius ad patrem Quadratum alterae duae Plinii Iunioris epiſtolae exſtant, vna libro VI. altera libro IX. Denique triumphum canit ſequenti titulo in aede D. Blaſii inuento, quod ita legitur:

PLINIVS SECVNDVS AVGVR PATRI
MATRI MARCELLAE TESTAMENTO
FIERI IVSSIT.

Hoc nihil videri poteſt ad Panthei placitum confirmandum, et querelam noſtram opprimendam aptius deſiderari potuiſſe, quam vt Plinius Veronae patri, et matri monumentum erigi teſtamento iuſſerit.

Ex

Ex aduerſo Nouocomenſes mei ſe, ſuamque cauſam non deſeruere, quorum princeps Benedictus Iouius latine, graece, et hebraice literatiſſimus, atque antiquae lectionis inueſtigator diligentiſſimus, et cum eo pater meus Franciſcus egregie partes ſuas ſuſtinuere, quibus acceſſit viri grauiſſimi, et Iuriſconſulti celeberrimi Andreae Alciati Mediolanenſis firmiſſimum patrocinium, et Thomae Porcachii pro nobis diſſerentis veriſſima defenſio. Siue enim teſtium auctoritatem, ſiue rationum certitudinem, ſiue denique antiquorum epigrammatum acceſſionem requiramus, nihil eſt, quod in hac cauſa ab his patronis deſideremus. Teſtes proferunt Suetonium Tranquillum, Euſebium Caeſarienſem, D. Hieronymum, antiquam impreſſionem anno a partu Virgineo, milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Taruiſii editam, Hermolaum Barbarum, Politianum, (ſcitis patres quos viros nomino) Georgium Merulam, Bernardinum Corium, Raphaelem Regium, et Heliam Capreolum. In eo enim opere, quod de viris illuſtribus Suetonius conſcripſit, de Plinio ſcribens inquit: *Plinius Secundus Nouocomenſis equeſtribus militiis egregie functus, procurationes quoque ſplendidiſſimas, atque continuas ſumma integritate adminiſtrauit: mortuus eſt, cum Miſenenſi claſſi praeeſſet, et flagrante Veſuuio ad explorandas propius cauſas Liburnicas praetendiſſet.* Euſebius vero, aut interpres D. Hieronymus, *Anno*, inquit, *duodecimo Imperii Traiani Plinius Secundus Nouocomenſis Orator, et Hiſtoricus inſignis habetur, cuius plurima ingenii opera extant, periit tum inuiſit Veſuvium.* In antiqua Plinii editione ſic legitur: *C. Plinius Secundus Nouocomenſis T. Veſpaſiano ſuo ſalutem:* ibidem operi praefixa ſunt, quae de Plinio Suetonius, aut Euſebius ſcripſerunt. Ceterum haec

omnia haud firmioribus reſponſionibus Pantheus refellit, quam ſolidis fundamentis ſuam de Plinii patria opinionem conſtituerit, Suetonium de Viris illuſtribus egiſſe inficiatur, eodem cum Sereno Sammonico errore lapſum duos Plinios patrem, et filium vnum feciſſe, aut etiam volentem, et ſcientem peccaſſe, vel patriae mentionem, quam Suetonius praeteriiſſet, ab alio accepiſſe, a quo forte in antiqua Plinii editione litera deprauata ſit loco verbi *Veronenſis*, altero perperam ſubrogato *Nouocomenſis*. Videte Patres, quo deſiderium (leni verbo et remiſſo dicendi genere vtar) homines praecipites impellat, quid non faciat comminiſci, licentia plusquam imperatoria vſus Pantheus Suetonio ſua opera adimit, adulationis notam inurit, obiicit lapſum, verba expungit, lectiones immutat. Si quaeratis rationem, nulla eſt; ſed eius loco voluntas nobis accipienda eſt. Quid Pantheus facturus fuiſſet, ſi quis verbum illud *Conterraneus*, quo maxime nititur, et quod totius diſputationis, et opinionis ſuae veluti baſim, ac firmiſſimum fundamentum conſtituit, neget Plinii eſſe, neget iuniorem Plinium Patauium ſibi proximum feciſſe, quo argumento nobis ereptum Plinium putat; ſi in exſcribendo antiquo epigrammate, cuius auctoritate nos de cauſa noſtra prorſus cecidiſſe gloriatur, maiorem in eo fidem requirat, ſi cognationem illam, quam adeo iactat, vt Plinium Veronenſem eſſe conuincat, fabulam eſſe, quiſpiam dixerit, quid, dico, Pantheus fuiſſet facturus? magnam quidem ſibi iniuriam illatam non addubito fuiſſe exclamaturum, negari omnia ſine ratione, quod equidem ego quoque faciendum non eſſe confirmo, et cum eo in hoc conuenio, vt ratione, non voluntate contendamus. Quamobrem ne poſthac dictum a nobis

quic-

quicquam conqueratur, cuius ratio incomperta ſit, audite Patres, quid Hermolaus Barbarus patritius Venetus, non Comenſis, vir eruditionis minime vulgaris, et aetatis ſuae doctiſſimorum virorum nemini ſecundus, ac Plinii lectione emendandae, non patriae inquirendae incumbens, de hoc verbo *Conterraneus* ſcribens prodiderit in hunc modum: *Quidam non Conterraneum, ſed Concerronem, ſiue, quod idem eſt, congerronem meum legunt, et quod exemplaria quaedam ſunt, in quibus Concerraneum ſcribatur, et quod caſtrenſe id verbum eſſe dicant ex hiſtoria, et Plautus, nec vno loco: Hic, inquit, aderit congerro meus.* Quanta vero ratione aut ego negauerim Plinium iuniorem ſibi proximum eſſe Patauium dixiſſe, aut illi eundem Patauio proximum eadem auctoritate affirmauerit; accipite. In epiſtolarum volumine pluribus ab hinc annis impreſſo libro primo ad Iunium Maurium ſic legitur. *Habet auiam maternam Serranam procul a me municipio Patauino;* quibus tantum abeſt, vt Plinius Patauio ſe proximum faciat, vt etiam plurimum abeſſe profiteatur. Dicet ille demtam eſſe notam negationis, quam ſuum exemplar habeat; ego contra additam ſuo contendam, qua meum careat, neque enim, cum ratione, aut teſtimonio deſtituamur in inſtituta controuerſia, maiorem ille ſibi auctoritatem arrogare debet, quam apud me eſſe velit: vel cum vtrinque paribus teſtimontis contendatur, pluris ſuum facere, quam meum a me fieri velit. Etenim Patres, vt intelligatis me in hac cauſa non fauere Nouocomenſibus, quia vnus ex his ſim, ſed quia cum eorum querelam iuſtam eſſe non addubitarem, inique facturum eſſe me arbitratus, ſi cum poſſem, communem cauſam non complecterer, et ad defendendum non ſuſciperem: ciuibus ergo meis adfui patronus, quod

non

non ignorarem, quamquam a viris nobilissimis fuerit abunde causa perorata, quosdam, siue quod non viderint, quae ab iis scribuntur, siue quod argumentorum vim negligentius inspexerint, siue quod non intellexerint, Plinium Veronensem esse obstinate potius, quam scite contendere. Vt institueram dicere, veritati studens ingenue fateor, neutram mihi probandam lectionem videri: nihil enim referebat Plinio dicere hoc loco pro re proposita se procul Pataiuo potius abesse, quam proximum esse, quod facit, vt credam eam veram, ac genuinam esse lectionem, quae in eodem meo volumine in margine sic habet: *Habet auiam maternam Serranam Proculam e municipio Patauino, nosti mores.* Sed siue negligentia, siue inscitia scribae factum est, vt a verbo, *Proculam*, vltima syllaba auulsa legeretur, quam, quod significatu careret, emendator ex praepositione *a*, et sequentis verbi, *me*, prima litera conflatam esse falso coniiciens disiunxit, et litera, *m*, praepositioni *e* adiiciens, *me*, legi pro, *e*, fecit; priorem vero literam videri praepositionem in hunc modum, *procul a me*, et cognomine *Proculam*, quod diuulsum copulatione indigeret, magis distracto, totius orationis sensum conturbauit, ac prorsus distorsit. Venio ad antiquum illud epigramma, cuius initium est PLINIVS SECVNDVS, de quo ex Panthei fautore quaero, an hoc nomen, ac cognomen in eo lapide integrum, atque perfectum legerit, vel mutilum, detritis per vetustatem syllabis, aut literis nonnullis, de suo ingenio *Plinius Secundus* sit interpretatus: dicat, an neget, mihi curae non est, qui sciam cum vtrouis modo causae nostrae plus esse profuturum, quam scribendo animo a nobis Pantheus olim alieno fuerit. Si enim dixerit nihil nomini

mini Plinii, ac cognomini defuiſſe, habeo quos proferam teſtes aduerſos viros integerrimos Veronenſes Alexandrum Benedictum, maxime vero Onuphrium Panuinium antiquorum epigrammatum ſtudioſiſſimum, quorum vterque in nomine literas nonnullas deſiderari, in cognomine etiam ſyllabas fateatur. Sin ob id, quod eſt, vere, et ingenue, reſpondeat vetuſtatem nomini quasdam literas abſtuliſſe, cognomini ſyllabam priorem, vt Alexander Benedictus, aut pene totum deleuiſſe, teſte Panuinio ...NDV... tantum legente. Cur rurſus interrogo te, perinde ac integrum Pantheus ſcripſit, neque lectorem deficientium in primo literarum, in altero ſyllabarum admonuit? Quid ita, inquies? Quid? quia volo clientis tui hoc loco aſtutiam, ne doli grauiori verbo vtar, elucere. Videbat homo ſagaciſſimus in epigrammate nomen, ac cognomen integrum relatum ad traducendos legentium animos in ſententiam ſuam plurimum auctoritatis eſſe habiturum, quod ſi mancum retuliſſet, et ob vetuſtatem mutilum eſſe dixiſſet. ...INIVS primo loco tantum ſupereſſe, exeſo principio, altero ...CVNDVS, vt Alexandro videtur ...NDV... vt Panuinio placet, detritis pluribus ſyllabis, eo ſe nihil eosdem fuiſſe commoturum. Hoc dico, intelligens Pantheus, aſtutus patronus, licet falſus, videri maluit, quam ineptus et incallidus defenſor, atque aduocatus veris teſtibus productis, id effecit, vt Andreas Alciatus epigrammatis initium omnino ſic habere, ſicut dicebatur PLINIVS SECVNDVS, arbitratus quamquam Plinium Comenſem eſſe non dubitaret, eo vſque tamen perplexus pro nobis pronuntiare non fuerit auſus, donec certior factus deficientium in Plinio primarum literarum; cum ex his quae nondum decidiſſent, ſibi non potius *Plinius*, quam

Cani-

Caninius, *Licinius*, *Asinius*, aut *Cominius* legi debuisse, videri constantissime asseruit, tum controversiae neruos et firmamentum tam infirmo argumento commisisse satis Pantheum demirari non potuit. Sed faciamus non ...INIVS ...CVNDVS. verum potius, quod amor patriae fecit Panuinio videri, C. P..INIVS legi a sculptore, non Panuinii coniectura fictum, vt, incipiente verbo a litera P. et in ...INIVS desinente, quodammodo necesse esse videatur *Plinius* interpretari. Quid? num ideo quia *C. Plinius* est, *Secundum* etiam eundem fuisse sequitur? Negabunt hoc Nouocomenses mei, apud quos *C. Plinius Philocalus*, *C. Plinius Valerianus*, et *C. Plinius Caluus* in antiquis monumentis leguntur, quae distuli oportuniori loco referenda. At ...NDV.. in scriptis habet, quod nulli cognominum propositorum accommodari potest: non abnuo, neque a me idcirco adducuntur, vt velim tres illas litteras horum cognominum aliquod significare posse; sed vt intelligant *C. Plinii* praenomen et nomen sibi necessario cognomen *Secundi* non asciscere; quod vt ...CVNDVS. necessario non refert, vt Pantheus censet, ita multo minus ...NDV. sicut Panuinio visum est, et syllabae ...CVNDVS et literae ...NDV... quam ex cognomine *Secundus* haud minus reliquae esse possunt ex altero *Iucundus*, aut *Verecundus*, quorum primi exemplum extat Romae in museo Carpensi, quod habet:

D. M.

CORNELIA IVCVNDO

V. A. XIV.

CORNELIA LASCIVA

PATRONO BENEMER.

Et

Et ibidem in hortis:

D. M.
T. FL. IVCVNDO
EX. LEG. XXX. VLP.

In Lusitania vero:

EGO GALLVS FAVONIVS IVCVNDVS L. F. QVI BELLO CONT. VIRIATVM OCCVB. IOCVNDVM ET PVDENTEM FILIOS EX TEST. HERR. RELINQVO ET BONORVM IOCVNDI PATR. MEI ET EORVMQVE MIHI ADQVISIVI.

ac quae sequuntur.

Alterius cognominis tale apud aedem D. Zenonis Veronae visitur:

MARCELLI VERECVNDI ET CAESIAE FVNAM.

Quibus constat, quia *C. Plinius* monumentum habeat, ex eo etiam, *Secundum* eum fuisse non conuinci. Quamquam si verbum hoc inchoatum P...INIVS ad examen non fucatum reuocauerimus, an *Plinius* significet, dubium, et incertum esse deprehendemus; potest enim *Pleminius* explicari, cuius propraetoris Liuius libro A. V. C. XIX. meminit; forte etiam vsque adeo obscure litera illa, quam P. Panuinius esse coniecit, apparet, vt C. aeque esse potuerit, ac P. et *Clinius* totum verbum significare, cuius Romae tale extat epigramma.

C. PLINIVS C. F. F. IIII. VIR.

Ita nihil fauebit Panuinio C. P...INIVS ..NDV... nihil Alexandro Benedicto ...INIVS. ...CVNDVS. aut PLINIVS SECVNDVS Torello, et Pantheo, quem (ad eum enim mihi redeundum est) excusabit forte quispiam totius erroris culpa in amicum reiecta, qui exscriptum epigramma ad eum a se pro ...INIVS, PLINIVS, et ...NDV... SECVNDVS restitutum transmisit, restitutionis suppressa mentione. Accipio excusationem, nolo Pantheum fraudis

dis alienae poenas dare, volo non fideliter inſcriptionem retuliſſe. Sed ita vt ne nos eas poenas luere excuſationis auctor velit, quas repetere debuimus ab amico Panthei, vt ne nobis in culpam eius innocentiam, aut amici dolum adſcribat, vt ne quam ſimpliciter, et candide inſcriptio recitata eſt tam pro ſe aduerſus nos concludere arbitretur; et quia in hoc fidelis Pantheus extiterit, nos cauſam iniuſtam tueri ſentiat.

De quo quia ſatis multa, transfero ſermonem ad cognationis fabulam, quam an iure, vel iniuria hoc nomine appellauerim, non faciam, ſed perficiam, vt omnes intelligatis. Panuinius cum priora Panthei argumenta retuliſſet, quibus Veronenſem eſſe Plinium oſtendi exiſtimabat, de hoc ne verbum quidem vllum fecit, quod intelligeret ab iis, quae de nominandi Romanorum conſuetudine a ſe aliquot ante annis edita leguntur, nihil alienum magis dici potuiſſe, quam *Secundum*, et *Secundam* familiae nomen eſſe, non eſſe *Valeriam*, aut *Plinium*: contra enim prorſus illud cognomen eſt, *Valeria* et *Plinius* ad familiam pertinent, quod ſequitur patrem Plinium ex vna familia profectum, filiam ex Valeriorum gente non Pliniorum deſcendiſſe. Ex hac fabula cetera, quae ſequuntur de cognatione, eadem ſomniis ſimillima, ortum habuere. Calpurniam Priſcam Valeriae, et L. Calpurnii Quadrati filiam, L. Calpurnii Pudentis V. Vir. Aug. ſororem, Plinii Senioris neptem, Iunioris vero conſobrinam, ad quam epiſtolae Plinii nonnullae datae leguntur, exſtitiſſe. Quae aliis quoque argumentis, quam vt falſo initio nitantur, ab omni veritate plurimum abeſſe, me vobis eſſe facile demonſtraturum ſpero. Cur enim Plinius Senior ſibi C. Caecilium ſororis filium adoptauit, non nepotem L. Calpurnium Pu-

den-

dentem? verisimile non est, neglecto nepote, siue filiae filio, sibi sororis filium adoptare voluisse. Calpurniam vero Priscam eam esse, de cuius secessu in Campaniam libro epistolarum sexto Plinius conqueritur, ac rursus paullo post literas similes eidem dedit, puto neminem esse non hoc pro commento habiturum, qui, non sicut Pantheus festinans potius, vt ait Cato, quam properans, has epistolas accurate legerit: sunt enim amatorie scriptae, ac quales deceat vxori maritum dare, non consobrinae, feminae praesertim adeo religiosae, et sanctis moribus ornatae, quam eam Pantheus effinxit, quales item ab vxore maritum accipere conueniat, non consobrina. Scribit haec, *vnum hoc se solatium habere, quod Plinii libellos teneret, ipsosque in vestigio suo collocaret. Inuicem* Plinius respondet, *ego epistolas tuas lectito: atque identidem in manus quasi nouas sumo: sed eo magis ad tui desiderium accendor.* Sed volo has epistolas potuisse dare, accipereque consobrinum, et consobrinam; num etiam decuit eumdem Plinium ad Consobrinam libro septimo scribere *magnam se noctium partem traducere insomnem, defixum in imagine Calpurniae, quibus item horis interdiu ad eam ire consueuerat, ad eius diaetam ipsum se vt dicitur, ducerent pedes, qui denique aeger mente, et similis excluso a vacuo limine recederet?* Taceo reliqua. Non est igitur Patres, non est haec illa Calpurnia Prisca Panthei Veronensis: sed altera iunioris Plinii vxor Nouocomensis L. Calpurnii Fabati neptis, cuius similis Comi titulus in marmorea tabula legitur.

L. CALPVRNIVS L. F OVF.
FABATVS.
VI. VIR. IIII. VIR. I. D. PR. M. PRAEF.
PRAET. TRIBV. M. LEG. XXI. RAPAC.
PRAEF. COHORTIS VII. LVSITAN.
ET NATION. GETVLIC. ARSEN.
QVAE SVNT IN NVMIDIA
FLAM. DIVI AVG. PATRIMONIO
D. F. I.

Hunc *prosocerum* saepius in epistolis Plinius appellat. Ad eumdem libro octauo de neptis abortu scribit, per quem illi pronepotem, sibi vero filium surreptum conqueritur. Proxime ad Hispullam filiam Fabati prosoceri, soceri vero sororem, et amitam Calpurniae de abortu eodem scribit, quem excusari ab ea patri Fabato vellet. Ad quem libro quarto de Calpurniae studio literarum scribit, *suos libellos habere, lectitare, addiscere, versus cantare, ac formare cithara, non artifice aliquo docente, sed amore,* quae Calpurniae: ad quam epistolae, quas proxime dicebamus, extant, conuenire nemo dubitare potest; nisi qui sibi obstinationem mordicus tenere, non rationem amplecti constituerit: quibus Sidonii quoque auctoritatem addere visum est libro epistolarum suarum secundo scribentis: *Sine fine lectitarias, neque patiaris, vt te ab hoc proposito propediem coniux domum feliciter ducenda deflectat, oppidoque memineris, quod olim Martia Hortensio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Rusticiana Symmacho legentibus, meditantibusque candelas, et candelabra tenuere.* Venio ad Calpurnium Quadratum Calpurniae Priscae patrem, quem eum esse cui Plinius iunior nonnullas epistolas dederit, simili cum prioribus argumento Pantheus contendit, quem licet euersa fundamenta abunde redarguant; tamen

placet

placet aliis etiam nominibus inconſultam hominis hoc loco patefacere deliberationem. Namque is Quadratus, quem Plinius in epiſtolis nominat, non eſt Calpurnius, ſed Caſſius ex Plinio libro ſeptimo ad Geminium cum laetatur futurum, vt domus C. Caſſii domino ſeruiat, non minori, cui Quadratus priſtinam dignitatem ſit reſtiturus. Addatis Quadratum eum, ad quem de Heluidii vltione ſcribit, per aetatem ei intereſſe non potuiſſe, quamquam ab obitu Domitiani euenerit, in qua de Publicio Certo Vectii Proculi primae Plinii vxoris, vitrici, quam ſub id tempus amiſiſſet, collega agatur. Qua ratione quis non videt, ac perſpicue cernit, tum Quadratum filiam natu iam grandem, et adultam habere non potuiſſe, ad quam ſiue conſobrinam, ſiue vxorem iam ſenex Plinius literas ſimiles daret, cum re ad interregnum ob ſublatum Domitianum adducta, recens adhuc luctus ex primae vxoris interitu domi eum contineret, vt ab omni ſimilitudine veri longiſſime abeſſe videatur, tamdiu vxorem alteram ducere diſtuliſſe, donec Quadratus filiam habere nubilem potuerit Calpurniam Priſcam. Pudet me in re adeo manifeſta diutius immorari, et longiorem de ea orationem habere. Quare deſino dicere, quam recte, quae aduerſarius noſter affirmabat, nos negauerimus, dicturus iam: quam ille perperam negauerit, quae nos affirmabamus Suetonii Plinium Seniorem Nouocomenſem facientis teſtimonium adducentes, quod ille nullum eſſe (non auſim dicere) exiſtimabat, vix enim de eo hoc perſuaderi poſſum, certe affirmauit hoc argumento, quod nuſquam opus de Illuſtribus Viris ſub nomine Suetonii appareat, quaſi vero omnes ille Europae angulos perluſtrauerit, omnes omnium bibliothecarum libros viderit, excuſſerit, euoluerit, nec multi cum Grae-

ci, tum Latini ſcriptores proxime venerint in lucem, quos patres noſtri ne nominare quidem audiuiſſent: videbunt fortaſſe etiam poſteri, quos noſtro hoc faeculo deſideramus. Exſtant rurſus certorum auctorum quaedam fragmenta, quorum aut omnes lucubrationes perierunt, aut illae ipſae, quarum fragmenta ſunt, interciderunt, quas, ſi hoc nomine ſuis auctoribus adimendas eſſe iudicauerimus, quid L. Siſennae, C. Fannii, Valerii Antiatis, Caſſii Heminae, Aelii Tuberonis, Atteii Capitonis, quorum opera omnia aut prorſus exſtincta ſunt, aut latent numquam apparitura? Quid dico Plinius, quid Gellius, aliiue his aut iuniores, aut vetuſtiores ſcriptores nonnulli meminere? Quid M. Varronis, et Cornelii Nepotis, quorum pleraque opera magno noſtro incommodo interiere, viri magni hoc aeuo nominis fragmentorum vtuntur auctoritate? Si enim horum nulla auctoritas eſt, ſi, ſubductis ex hominum oculis operibus, quorum fragmenta ſunt, aut auctoribus ipſis ſolo nomine cognitis, ea nullius apud nos auctoritatis, nullius ponderis eſſe velint: non quorum ſententias referrent Plinius ceterique, ſpectare debuerunt, ſed quorum opera non mutila, ac manca, ſed integra ad poſteros, et abſoluta peruenire poſſe ſperarent, aut potius vaticinarentur: haec ſibi proponere, ex quibus excerperent, quae futuris ſeculis legerentur. Quae cum ſint a ratione valde aliena, id quoque ſequitur cum ratione non conſentire hoc, quod Suetonio inſcriptum fragmentum circumfertur, ideo Suetonii non eſſe, quod nullum adhuc opus de Viris illuſtribus ſub nomine Suetonii apparuerit. Sed ſentio quid ſit aduerſarius reſponſurus fragmento fidem non abrogari, quia opus ipſum, cuius fragmentum eſt, temporum iniuria perdiderit, aut etiam ſuſtulerit omnes eiuſdem auctoris

ctoris lucubrationes. Sed eo potius quod Suetonium de Viris illuſtribus ſcripſiſſe nullius antiqui ſcriptoris auctoritate conſtet, aut demta vetuſtioris impreſſoris fide valde incerta, aut potius nulla, quod, qui fragmentum Suetonii eſſe teſtetur, eo antiquior nullus ſcriptor inueniatur: quorum vtrumque quam ſit dictum temere, quam falſo, paucis, Patres vt cognoſcatis, operam dabo. Vincentius Bellouacenſis annis ab hinc plus trecentis de Plinio ſeniore ſcribens libro decimo ſui ſpeculi hiſtorialis cap. ſexageſimo ſeptimo auctorem Tranquillum citat in catalogo Virorum Illuſtrium ea de Plinio referentem, quae ex Suetonio in vetuſtiore Plinii hiſtoriae naturalis impreſſione leguntur. Ceterum D. Hieronymus cum huius fragmenti non meminerit, tamen hortatu Dextri praetorio praefecti de ſcriptoribus eccleſiaſticis verba facturus in initio haec habet: *Hortaris Dexter, vt Tranquillum ſequens eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum viris fecit illuſtribus, ego in noſtris faciam.* D. igitur Hieronymo, et Dextro teſtibus de viris illuſtribus Suetonius egit. Nam, quod *gentilium literarum Viros Illuſtres* Aldus Manutius ſenior quadam in epiſtola ad Aloyſium Mozenicum grammaticos, et rhetores interpretatur, brevioribus terminis *gentilium literarum* ſignificatum mihi videtur definiuiſſe, et contractum in anguſtum nimis adduxiſſe, quod omnem non ſolum philoſophiam, verum etiam omne genus literarum complectitur, id ſolam grammaticam, et rhetoricam D. Hieronymo ſignificare profeſſus, quarum ſtudium, quam aliarum quarumcunque liberalium diſciplinarum, non adamaſſe magis, ac profeſſos eſſe gentiles, vnus mihi pro multis argumento ſit M. Varro, de quo Cicero in Academicis quaeſtionibus: *Tu ae-*

tatem patriae, *tu descriptiones temporum*, *tu sacrorum iura*, *tu sacerdotum*, *tu domesticam*, *tu bellicam disciplinam*, *tu sedem regionum*, *locorum*, *tu omnium diuinarum*, *humanarumque rerum nomina*, *genera*, *officia*, *causas aperuisti*. D. vero Augustinus libro de ciuitate Dei sexto *in omni eruditione*, *quam nos secularem*, *illi autem liberalem vocant*, *studiosum rerum tantum* docere *Varronem* scribit, *quantum studiosum verborum Cicero delectat*. *Secularis eruditionis* nomine, haud dubie id ipsum intelligens, quod *literae Gentiles* D. Hieronymo significarunt. Quid? dico D. Augustino *literas seculares* hoc, quod D. Hieronymo *literae gentilium*, significare, cum idem ipse in Epistola ad Magnum oratorem Romanum easdem *literas* modo *seculares*, modo *gentiles* appellet philosophiam nominatim comprehendens; imo vero, sicut diximus, omnem disciplinam hoc nomine complexus est, cum citet Clementis Alexandrini opera, in quibus ex omni genere literarum viri excellentes nominantur, quod omnem, si qua esse potuit de *viris illustribus gentilium literarum*, quid D. Hieronymo ad Dextrum scribenti significent, dubitationem tollit, non grammaticos, et rhetores, sed quouis genere disciplinarum praestantes hoc nomine viros intelligi apertissime demonstrans, quamquam hoc opus testimonio non erat, cum D. Hieronymus ad Dextrum subiungens. *Fecerunt quidem hoc idem apud latinos Varro*, *Santra*, *Nepos*, *Higinius*, *et ad cuius nos exemplum vis prouocare*, *Tranquillus*, haud obscure interpretationem meam confirmet. Cornelium enim Nepotem Carisius ex *libro* XV. *et* XVI. *de Viris Illustribus* citat. Idem Ciceronis vitam Gellii testimonio noctium Atticarum libro XV. pluribus libris persecutus est: Ab eodem vero Pomponii Attici vita diligenter scripta teritur manibus vestris.

Quos,

Quos, quamquam hoc ſint nomine *virorum Illuſtrium* a Nepote comprehenſi; nemo tamen, quod ſciam, inter grammaticos, et rhetores nominauit. Iulius quoque Higinius *de vita, rebuſque illuſtrium virorum* agens alios a grammaticis, et rhetoribus attigit teſte Gellio lib. vii. quorum ſi ſcribendi ratio, atque argumentum idem eſt, quod Suetonii, in opere *de Viris Illuſtribus gentilium literarum* a D. Hieronymo vocato, in eo ipſum alios, quam rhetores, et grammaticos ſolos perſecutum eſſe neceſſe eſt, quibus altera quaedam adiuncta ſequitur neceſſitas Plinium ſeniorem in illuſtribus viris recenſendis Suetonium non praetermiſiſſe, patriam eius non ignoraſſe, et cum iuniore vnum eſſe non exiſtimaſſe. Quo vero argumento, quoue auctore hoc dicam, accipite. Plinio iuniori tanto vſu, conſuetudine et neceſſitudine coniunctus erat Suetonius, vt nemo forte coniunctior: pro ſe, vt actionis cuiuſdam dilationem peteret, Plinium rogaſſe, ex epiſtola Plinii ad eum libro primo conſtat; vt tribunatum, quem ſibi impetrauerat, in Caeſennium propinquum ſuum conferret, libro epiſtolarum Plinii flagitaſſe eumdem apparet: ſed inſtar omnium ſit petitum ab Imperatore Traiano pro Suetonio ius trium liberorum, et impetratum ab eo, qui parciſſimus eſſet in eo concedendo: quod quanti ſit, atque ex eo quantum Suetonius Plinio deberet, quantum viciſſim hic Suetonium amaret, non poſſum verbis melius exprimere, quam ipſius Plinii intercedentis, et Traiani indulgentis epiſtolis, quas ne pigeat vos audire in hunc modum ſcriptas. *PLINIVS TRAIANO. Suetonium Tranquillum probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, et mores eius ſequutus, et ſtudia iam pridem Domine in contubernium aſſumſi, tantoque magis diligere coepi, quanto hunc propius inſpexi.*

 Huic

Huic ius trium liberorum necessarium faciunt duae causae; nam et iudicia amicorum promeretur, et parum felix matrimonium expertus est, impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegauit: scio Domine quantum beneficium petam, quod peto a te, cuius in omnibus desideriis meis plenissimam indulgentiam experior, potes autem colligere quantopere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter cuperem. TRAIANVS PLINIO. Quam parce haec beneficia tribuam, vtique me Secunde carissime haeret tibi, cum etiam in senatu affirmare soleam non excessisse me numerum, quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desiderio subscripsi, et vt scias dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua assueui, referri in Commentarios meos iussi. Magnae, ac graues causae, magni stimuli, ac tanti, vt non debuerit, aut non potuerit Suetonius in conscribendis Illustrium virorum vitis sine ingrati animi infami, ac deterrimo crimine seniorem Plinium literis si quis alius illo aeuo, adeo bene meritum non illustri ornatum elogio commemorauisse. Quod intelligens Pantheus, vt erat acri ingenio vir, denuo ad asylum negationis confugit asserens nomen patriae ab imperito viro, vel impostore additum esse: quasi vero sit ab eo, qui similes historias textuerit, maxime a Suetonii consuetudine valde alienum patriam apponere, qui ne in Imperatorum quidem vitis tradendis eam praetermisit. Hoc factum esse puto, vt Pantheus sentiens se satis tutum non esse in isto negationis perfugio, ignominia Suetonium afficere sit ausus, et ea quidem satis turpi, quae non solum fidem illi infirmaverit, verum etiam abrogauerit omnem auctoritatem, obiectis, aut ignauia, vel nimia certe negligentia, per quam iunioris Plinii patriam, seniori adscri-

ſcripferit, aut longe deteriori crimine, quod in gratiam iunioris Plinii ſeniorem patria Veronenſem, Nouocomenſem eſſe improbiſſime affirmare non erubuerit, ac fraudare mendaciis poſteritatem. Si tuendae cauſae noſtrae gratia, et refellendi Panthei cupiditate, huc nos, Patres prolapſi eſſemus, vt quantam ſibi licentiam Pantheus aſſumſit, tantam ipſi nobis arrogauiſſemus, tantum auſi, quantum voluiſſemus, quot nos dictis, putatis, ille inceſſiſſet? nam horum cupidiorem eſſe multis aſperſa ipſius diſputatio oſtendit: certe pluribus onerauiſſet, et vt exiſtimo, irridendorum finem vllum non feciſſet, quocum ego ſimili erga Nouocomenſes meos affectus voluntate, qua ille erga Veronenſes ſuos, ſed diſſimili audacia contendam, rationem, non opinionem ſequutus. Quamquam a me quodnam adeo firmum, atque adeo ſtabile in hac cauſa iaci fundamentum iam poſſit, quod non aut demoliri fuiſſet auſus, aut eius imitatione fautor, et cupidus Panthei laudis conuellere, non video vllum. Sed vos Patres alloquor, non praeſentem Pantheum: veſtrum expecto iudicium, non Panthei negationes quas demonſtrationibus, et firmis coniecturis, non fabulis ſcio commoueri. Ergo Suetonius hiſtorias iam oſcitanter, et ſupine conſcribebat, vt in locum patriae ſenioris Plinii iunioris, alteram nolens ſubſtitueret? Aut eo impudentiae peruenerat, et frontem adeo perfricuerat, vt in gratiam Plinii iunioris, ſeniorem patriae ſuae ademtum, adſcriberet non ſuae? Sed enim hunc virum opinione virtutis, et doctrinae dignitate, auctoritateque nobiliſſimum, quis credat Suetonium Comenſibus adiunxiſſe ereptum Veronenſibus, nec eorum quemquam aduerſatum eſſe? neminem latrocinium, et mendacium exprobraſſe? Quis animum inducat, vt credat an-

 tiquiſſi-

mam, opulentiſſimam, et potentiſſimam coloniam Veronam tam abiecto, et demiſſo animo fuiſſe, vt tanta iniuriae propulſandae cauſa hiſcere non auderet? Tam impudentem Suetonium, vt eum tanti mendacii non puderet? Hac patres coniectura valde commoueor ad credendum ab omni eiuſmodi crimine, quod illi Pantheus obiecit, Suetonium penitus liberum extitiſſe. Sed illa maxime, quod cauſam, ob quam aut Plinius iunior ſibi in auunculi patria referenda Suetonium adulari concupiuerit, aut is illi debuerit aſſentari, non video vllam; niſi eam, quae ineptiſſima, et abſurdiſſima eſt, quod eorum alter, aut vterque ex patriae diuerſitate nonnullam Plinio ſeniori exiſtimationis acceſſionem, aut deceſſionem fieri arbitraretur, quae in iuniorem Plinium redundaret. Quod ego dici non patiar, hoc loco pro Veronenſibus, et ampliſſima Italiae ciuitate libenter certamen aduerſus eos ſubiturus, qui ſeniorem Plinium exiſtimationis ſuae nonnullam facere iacturam affirmare auſi fuerint ob patriam Veronam, et ſplendorem iunioris quadamtenus hoc nomine obſcurari, quod lege patrem habuerit Veronenſem, qui natura Nouocomenſis eſſet. In quae ego, cum oculos infero, et introſpicio diligentius, longe a Suetonii moribus, ab opinione Plinii iunioris, ab illius ſaeculi imperantis Traiani libertate, haec aliena eſſe intelligo. Abeſt a veritate, plurimum abeſt, vt vel ille tam turpiter, atque inepte fuerit adulatus, vel Plinius, quod ſibi ornamento maximo eſſe potuit, nonnullo fore dedecori parum prudenter arbitratus ſit: aut Veronenſes, quorum haud parum multi ex his reliqui adhuc viuerent, qui Plinium agnouiſſent, (nondum enim ab eius obitu anni triginta, aut triginta quinque effluxerant) tantam iniuriam diſſimulaturi fuerint, vel ceteri men-

dacium

dacium expressum, atque turpissimum aequo animo toleraturi. Ceterum si quis Pantheo nimis addictus omnino eam animo imbiberit opinionem, qua fragmentum hoc, quod de Plinio sub nomine Suetonii circumfertur, ex eius officina prodiisse noluit, vt secum de eo diutius contendam non valde laborauero, modo mihi vicissim ille concedat, quod nemo inficiari potest, fragmenti auctorem, quisquis fuerit, antiquum extitisse, cum enim in recentiorem fragmentum referendum non esse Vincentii Bellouacensis ante annos, vt diximus, plusquam trecentos scribentis firmissimo testimonio constet, admonet nos stylus ante Vincentium sexcentis, aut pluribus, ipsum ab antiquo scriptore originem habuisse. Nam, qui intra hos annos locutione simili sit vsus, scio neminem Latina lingua a barbaris nationibus valde iam inquinata, et deformata aut bellis intestinis maiores nostros misere exercentibus, atque ab omni bonarum literarum studio longissime auertentibus. Sed an antiquus hic scriptor Cornelius Tacitus est? Hoc sibi hactenus fuisse inauditum: audire videor, qui affirmet, nec ego aduersor, etiam admitto tale quid neminem vmquam forte fuisse suspicatum, tamen ad id facientes coniecturae non desunt, quarum mihi auctor Plinius Iunior est libro epistolarum suarum sexto, in epistola ad Tacitum, cuius initium est: *Petis, vt tibi auunculi mei exitum scribam: quo verius tradere posteris possis.* Ex qua apparet de vita Plinii senioris, et exitu scripturum esse Iuniori vltro Tacitum pollicitum esse, quod et praestitisse verisimile est. Sed latuisse Suetonio adscriptum nonnulla coniectura fieri potest ex narratione exitus, quae cum epistola Plinii collata facile credatur ex ea descripta. Quod Misenensi enim classi Plinius praeesset, vt habet frag-

fragmentum, caufas incendii Vefuuii exploraturus propius Liburnicas praetendiffet, aduerfantibus ventis remeare non poffit, vi pulueris, et fauillae oppreffus fit, haec eadem Plinius habet: *Erat*, inquit, *Mifeni claffemque imperio praefens regebat.* Et paulo poft, *Nubes, incertum procul intuentibus ex quo monte, Vefuuium effe poftea cognitum eft, oriebatur.* Poft pauca vero: *Magnum propiusque nofcendum, vt eruditiffimo viro vifum, iubet Liburnicam aptari.* Et alio in loco: *Ibi, quamquam nondum periculo appropinquante, confpicuo tamen, et cum crefceret proximo, farcinas contulerat in naues certus fugae, fi contrarius ventus refediffet.* Et alibi: *Placuit egredi in litus et e proximo confpicere ecquid iam mare admitteret, quod adhuc vaftum, et aduerfum permanebat.* Rurfus: *Deinde flammae flammarumque praenuntius odor fulphuris alios in fugam vertunt, excitanti illum, innixus duobus feruis adfurrexit, et ftatim concidit, vt ego coniecto, craffiore caligine fpiritu obftructo, claufoque ftomacho, qui illi natura inualidus, et anguftus, et frequenter interaeftuans erat.* Nec vero valde commoueor, quod multa de exitu a iuniore Plinio fcripta fragmenti auctor praeterierit: omnem enim difficultatem eadem epiftola Plinii adimit, in cuius calce haec leguntur. *Omnia, quibus interfueram, quaeque ftatim, cum maxime vera memorantur, audiueram, vere perfecutus fum, tu potiffima excerpes: aliud eft enim epiftolam, aliud hiftoriam, aliud amico, aliud omnibus fcribere.* Opinioni noftrae libro quoque epiftolarum feptimo Plinius fauit, Tacito modeftiffime defiderium fignificans, quod teneretur, fe vt fuis hiftoriis infereret, quas immortales fore auguraretur. Porro praeter Annales, Agricolae vitam, et de claris oratoribus difputationem a Tacito habemus, ac legimus; ne miremur eum, qui haec fcriptis confignauit

gnauit ſenioris Plinii vitam literis mandare potuiſſe, qui ſe praeſertim vltro, vt diximus, de vita patris, et auunculi ſcripturum eſſe Plinio amicitia coniunctiſſimo pollicitus eſſet. Sed vero vbi Tacitum huius fragmenti auctorem quispiam eſſe negauerit a ratione, vel ſimilitudine veri, opinione mea non fuerit alienum; prorſus ex Titinio Capitone, quem de Viris illuſtribus ſcripſiſſe Plinius Iunior ad Minutianum auctor eſt, hoc manaſſe: ſic enim ait libro Epiſt. VIII. *Scribit exitus Illuſtrium Virorum in iis quorundam mihi cariſſimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumque exequias celebrare non licuit, horum quaſi funebribus laudationibus ſeris quidem, ſed tanto magis veris intereſſe.* Vt in pauca conferam, non dubito, ſi fragmenti auctor non eſt Suetonius, ab aliquo tamen eſſe profectum antiquo ſcriptore, de quo an fuerit Tacitus, vel Titinius Capito, nihil temere ſtatuo; veſtrum Patres eſto iudicium, mihi ſatis eſt nonnullas coniecturas vobis indicaſſe. Quod mea intereſt, hoc perſequar, eſſe me prope iam certum, non dicam vos Patres, ſed hoſce lectiſſimos adoleſcentes, et in cauſa hac noſtra magnae auctoritatis eſſe hoc fragmentum intelligere, et agnoſcere quanta cum ratione, aut potius quam cum nulla, vel impreſſoris inſcitiam Pantheus accuſauerit, aut emendatoris malitiam damnauerit, quos ab omni, non facto modo, verum etiam ſuſpicione dubiae fidei, et initae pro nobis aduerſus Veronenſes conſpirationis. Cum hoc longe abfuiſſe demonſtrat, patria ambos eſſe Taruiſinos, quibus nulla cum Nouocomenſibus meis conſuetudo eſſet, neceſſitudo nulla, aut coniunctio, omnino inter quos, et Nouocomenſes commune intercederet nihil; tum illud maxime liberat, quod Vincentio Bellouacenſi annis ante antiquam Plinii impreſſionem prope du-

centis

centis quinquaginta, ante omnem imprimendarum notarum literarum cognitionem, ducentis ſcribente, humanum ingenium controuerſiam hanc de Plinii patria nondum parturiret, cuius praecipuus auctor extitit Franciſcus Petrarcha aetate poſterior Bellouacenſi.

Transeo ad Serenum Sammonicum, quem hallucinatum duos Plinios ſeniorem, et iuniorem vnum feciſſe ait Pantheus, atque hactenus veriſſime, vna vero hac de cauſa lapſum eſſe, quod nomen, ac cognomen vtrique idem eſſet, ni ego fallor, falſo adſtruxit. Cum enim Plinium imperante Traiano vixiſſe pro certo Serenus recepit: vnde id ſumſit, niſi ex Iunioris Panegyrico Traiano dicto, aut ex epiſtolarum volumine, in quorum inſcriptione Nouocomenſis fuiſſe, legeretur? Quare, et quidem; vt exiſtimo, ſatis aperte colligo, aut ſi naturalis hiſtoriae ſcriptorem patria Nouocomenſem fuiſſe Serenus legit, litem aduerſarios amiſiſſe, et fruſtra hunc ciuem ſuum extitiſſe Pantheum contendiſſe: aut ſi Veronenſem eſſe intellexerat, omni ſtupidiſſimo ſtupidiorem Serenum videri, qui duos vnum potius eſſe voluerit; quia nomine, et cognomine conuenirent; quam quod patria diſtinguerentur, de diverſitate argumentari. Sed faciamus hiſtoriae Plinii naturali patriae mentionem defuiſſe; an ne *conterraneum* quidem ſuum in praefatione Catullum Plinius appellauit, aut eius ne loco aliquid aliud ſubſtitutum Serenus legit? Hoc fautores Panthei, vt admittant, non puto adeo oſcitantes fore, quo nihil aut Pantheo magis aduerſari, aut Nouocomenſibus meis fauere magis poſſit, defuiſſe praefationi Plinii verbum illud, quod totius controuerſiae caput eſt, et fundamentum ſibi a Pantheo opinionis ſuae conſtitutum. Vocauerit igitur Plinius *conter-*

raneum

raneum ſuum Catullum, an hoc verbum cum Franciſco Petrarcha et Pantheo *eiusdem territorii*, aut *eiusdem prouiciae* cum Hermolao Barbaro, et Andrea Alciato, vel tertio quodam modo Serenus interpretatus eſt? Si primo modo, cum Catullum fuiſſe Veronenſem nemo neſciret, ſequitur tum grauiſſimum veternum Serenum occupaſſe; cum allocutus imperatorem Seuerum duos Plinios Veronenſem, ac Nouocomenſem patria quamuis diſtinctos, nominis ac cognominis ſimilitudine inductus, vnum eſſe ineptiſſime, ac barde eſt argumentatus. Qui ſi aut altero modo, aut tertio verbi ſignificatum accepit, conuulſo praecipuo ſuae opinionis fundamento, ac funditus euerſo, de patria Plinii Nouocomenſibus meis Panthei fautor deſierat poſthac eſſe moleſtus. Quis enim adeo vel inops conſilii, vel Panthei fautor iuratus eſſe poſſit; vt de verbi Latini ſignificatu Franciſco Petrarchae plus fidei adhibeat, ac tribuat auctoritatis, quam Sereno? Quis Hetruſcum virum rudi illo ſeculo natum, quo Latina lingua iacebat pene exſtincta, atque in Hetruſca educatum, Sereno vno vix ſeculo Plinio poſteriori, qui Latinam linguam cum lacte hauſiſſet, eaque tum imbutus eſſet, cum plurimum antiqui ſplendoris adhuc retineret, in Latini verbi vera ſignificatione eſſe anteponendum exiſtimet? Quis, hoc, dico, ſentiat, niſi qui pro conſilio pertinaciam, pro ratione vero ineptiam amplecti ſibi in animum amentiſſime induxerit? Opinione igitur mea non idem praenomen; nomen, ac cognomen ſeniori, iuniorique Plinio commune Serenum fefellit: ſed cum his vtrique eadem patria communis Comum, effecit, vt hoc nomine C. Plinii ſecundi vnum, non duos ſcriptores ſignificari arbitraretur.

Simili.

Simili in errore Eusebium deprehendisse Pantheus se iactat, de quo Serenum accusauerit, duos Plinios vnum esse existimantem, seniorem Traiano imperante floruisse, perperam tradidisse, quod vt recte a Pantheo dictum videri potest, ita velim eam animi ingenuitatem adhibuisset, quam ille ipse Plinius quem suum facere contendit; tantopere commendauit Hermolao Barbaro nominato, ex quo huius argumenti integras rationes exscripsit, quem vtinam in reliquis imitatus esset: non enim opinionem suam adeo adamasset, vt Plinii vel per vim inter Veronenses referendi causa Eusebii negligeret auctoritatem, atque contemneret. Etsi enim nullam inter Plinium iuniorem, ac seniorem differentiam Eusebius agnouisset; tamen non dixerim venia, sed excusatione dignus esset, nam duos celebri fama cognitos, nomine, praenomine, ac cognomine, adde etiam patria conuenientes, quibus homines inuicem distinguuntur, vnum esse existimasse: non tam arguit Eusebii negligentiam, quam distinctionis difficultatem, ex qua Pantheus, aut ceteri posteriores, cum quibus me quoque volo numerari, Plinii sublatis epistolis, se numquam expedire, atque explicare potuissent. Excusationem hanc subodoratus Pantheus, aliis nonnullis Eusebii lapsibus propositis eius auctoritatem labefactare, sibi vero iustioris in eum animaduersionis fidem apud lectores conciliare studuit, quod et existimat abunde praestitisse Persii, et Ennii exemplo, quorum primum Volaterranum esse Eusebius prodidit qui se Ligurem faciat, alterum Tarentinum, quem grauissimi viri inprimis M. Tullius pro Archia poëta Rudium fuisse testantur. Ceterum de Persio quicquid Aleardus in colloquium a Pantheo admissus, vt haberet, qui annueret, ac renueret, ad nutum suum,

fautor

fautor opinionis accesserit; secus sentiunt viri auctoritatis minime vulgaris, aduenam, non indigenam Liguria Persium fuisse affirmantes, qui isthuc forte secessisset, vt ex his intelligitur, quae paulo post ea carmina, quae vt Ligur esse crederetur, effecerunt, in hunc modum leguntur scripta:

.... Mihi nunc Ligur ora
Intepet hybernatque meum mare, qua latus ingens
Dant scopuli, et multa litus se valle receptat;
Lunai portum est operae cognoscite ciues.

De Ennio dicerent viri literati sibi idem non videri Tarenti natum esse, et esse Tarentinum, existimare se Tarenti nasci Ennium potuisse, quemadmodum Eusebius habet, eo parentibus diuertentibus, qui Tarentinus non esset; vicissim Tarenti non nasci alium potuisse; qui Tarentinus esset. Aut Tarentinum facere Ennium maluisse Eusebium, quamquam Rudius esset, quod ob loci obscuritatem a plerisque regionem, in qua natus esset ignoratam iri vereretur, quae palam fieret Tarento nominato ob vrbis celebritatem. Nam, vt Strabo libro suae Geographiae sexto auctor est, praeter Tarentum, et Brundusium reliquae Iapigiae, siue Calabriae vrbes cladibus afflictae in oppida exigua degenerauerant, quo spectans forte Cicero de Ennio pro Archia causam agens dixit: *Ergo istum, qui haec fecerat, Rudium hominem maiores nostri in ciuitatem receperunt: nos hunc Heracliensem de nostra ciuitate eiiciemus?* Vel quod agro Tarentinorum fonte Rudiae adscriptae forent, iidem ab Eusebio Ennium Tarentinum esse factum affirmarent, sicut Catullum, qui semet ipse in insula Benaci natum esse testatur, Veronae in lucem editum esse idem Eusebius professus est, non ignorauit Rudias Calabriae oppidulum esse, quod Ptolemaei imitatione Rhodiam vocat pau-

lo post scribens quorundam opinione Ennii ossa ex laniculo Rhodiam esse translata. Sed sint haec omnia non dubia modo et incerta, verum etiam falsa, adeo ne hospes in Eusebii lectione Pantheus erat, adeo ignarus D. Hieronymi praefationis, quae huic volumini praefixa est, vt quod in ea ille ipse auctor profitetur, nesciat multa ad historiam Romanam pertinentia admiscuisse, quae licet non ignoraret Eusebius, quod tamen Graece scriberet, parumque suis necessaria esse arbitratus praeteriisset. Quibus fit, vt an Eusebio potius, quam D. Hieronymo haec, quae de Plinio dicuntur, adscribi debeant, incerta deliberatio sit, iique parum prudenter fecisse videantur, qui in Eusebium certo ea retulerunt. Verum enimuero, quo nobis maxime lectissimi adolescentes satisfaciam et omnem de mentibus vestris dubitationem abstergam, volo haec esse Eusebii, volo in hoc nihil Pantheum peccasse, nec tamen Eusebium caecutiisse. Cum enim intentioribus oculis mentis, quae de Plinio ab Eusebio scribi creduntur, intueor; videre mihi videor ex diuerso eius de Plinio scribendi modo Plinios duos vnum non fecisse: sed duos agnouisse et vtrumque inuicem distinxisse. Anno imperii Traiani vndecimo Plinium ait provinciam quamdam administrantem ab Imperatore quaesiuisse, quid fieri vellet de Christianis: quae ad Plinium iuniorem pertinere certissimum est. Idem anno duodecimo Plinium Secundum Nouocomensem Oratorem, et historicum insignem haberi scribit, quae si de Plinio Seniore dici Pantheus voluit, noster Plinius est, et iniustae causae Eusebio iudice Pantheus patrocinatus est; sin ea in eumdem Plinium referenda censuit, quem prius nominasset, si me dicta adeo delectarent, sicut Pantheum, haberem acutissima, quibus ipsum hoc loco non modo appe-

appeterem, verum etiam figerem poenis ab eo iniuriarum expetitis, quibus nos fcommatis vltra laceffitos, quamquam obtufis et parum faepe falfis affecit, quale vnum illud eft, eum in veruecum patria natum effe, qui fibi de Eufebii lapfu in Plinio non affenfiffet. Sed non committam, vt de eo me quisquam accufare poffit, quod in Pantheo non probo, nec vlterius procedam, ac longius excurram, quam officii mei et inftituti ratio patiatur, cuius eft, vt dicam, fi ea, quae proxime attigimus, in eum Plinium, quem Eufebius loco praecedenti commemorauerat, Pantheus retulerit, videri Plinium, qui anno priori praefuiffet, pofteriore agnitum effe, quafi villae aut abiectiffimae familiae, vel potius ouium gregi cuftos praefuerit, qui Pontum, qui Bithyniam proconful adminiftrauiffet, qui conful fuiffet, qui denique pluribus, et ampliffimis magiftratibus functus effet, cum in ipfis gerendis nondum agnofceretur. Quid quod ibidem Eufebius dicat Plinium Vefuuii conflagrationem inuifentem intercłufo fpiritu deceffiffe? Quae fiue ex Suetonio fumta effe Pantheus fateatur, hic ea concedit Suetonii effe, quae prius in eum referri noluiffet: feu ex Plinio iuniore, nam praeter hos duos nemo ex vetuftioribus auctoribus hoc fcripfit, in epiftola ad Tacitum excerpta effe dixerit. Quid miremur amentem quemdam interrogatum, quo properaret, vt nefcio quem infanum (fe ipfum autem nominabat) videret, qui laqueo fibi vitam ademiffet, refpondiffe: cum Eufebius hoc, quod diximus, Pantheo concedente, Plinium de fe vbi, et quando fit mortuus, fcripfiffe teftetur? Dicam aliter, quae hoc fecundo loco de Plinio ab Eufebio dicuntur certiore argumento a Pantheo in Plinium iuniorem referri non poffe, quia fenior Traiani imperium non attigerit,

 qui

qui ne Domitianum quidem viderit imperantem: quam ego haec eadem de iuniore dicta non esse affirmare possum, quod is, qui nimio studio accensus visendae propius Vesuuii conflagrationis suffocatus est, non exstiterit. Quod cum adeo notum sit, vt non indigeat demonstrari, tamen ne, si quid ad firmandam causam nostram facere possit, neglectum id a me videatur, hoc quoque addere visum est. Anno duodecimo Traiani principatus Plinium iuniorem non decessisse, ex eius ad Hadrianum epistola posse demonstrari, cuius alter consulatus, bis consulem enim eum appellat Plinius, in extremum Traiani imperii annum incidit, quod bis consul imperium adeptus fuerit auctore Spartiano, sed cui Dio Nicaeus aduersatur scribens Aproniani patris testimonio, qui tum, cum Imperator Hadrianus denuntiatus est, Ciliciae praeerat, nihil eum praecipuum a Traiano, praeter Syriae praefecturam obtinuisse. Vtrosque arguit nummus primo Imperii Hadriani anno cusus, quo designatus Cos. II. legitur. Sic enim habet:

IMP. CAES. DIVI TRA. PARTH. F. DIVI NER. N. TRAIANO HADRIANO AVG. P. M. TR. POT. COS. DES. II.

Hoc idem alterius quoque nummi et antiquae marmoreae inscriptionis testimonio confirmatur, in quibus tribunitia potestas anni secundi cum secundo consulatu coniungitur, et anni tertii cum tertio consulatu, quod fieri non posse vobis satis perspectum est, vbi consul secundo adeptus Imperium fuisset, nisi duos annos integros inter secundum consulatum functum, et tertium initium interposuisset, quos continuatos gessisse nullo anno distinguente constat. Nec est, cur dicatur errorem esse in nummo, qui COS. II. pro III. habuerit. Nam tertio consulatu inito anno imperii primo ad quinti mensis extre-

extremum imperii, et tribunitiae poteſtatis, annus ſecundus tribunitiae poteſtatis vniuerſus in tertium Conſulatum incidiſſet, aduerſantibus antiqua inſcriptione, et nummo mox dicendis, in quibus tribunitiam poteſtatem ſecundo aſſumtam cum ſecundo Conſulatu Hadrianum geſſiſſe legitur, in veteri quidem inſcriptione in hunc modum

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEP. TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. CONS. II.

In nummo vero ſic:

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. ADVENTVS AVG. S. C.

Hic porro Hadriani Romam primus aduentus eſt: protinus enim ab imperio ſuſcepto Romam venire non potuit rebus imperii ita poſtulantibus, cum aliae nationes deficerent, aliae ad defectionem erectis animis adſpirarent. Quod ſi vera ſunt praeterquam quae anno Traiani XII. non deceſſit Plinius iunior, etiam Hadriani principatum vidit, quem, vt diximus Hadrianus Coſ. II. deſignatus obtinuit. Verum, vt arbitror, verius *Arrio Antonino*, quod aliis placet, Epiſtola data eſt, quam *Hadriano*: ſi quidem in ea is, cui inſcripta eſt, *aetate princeps civitatis* appellatur, Hadriani aetate hoc non admittente, quae XL. non excederet; cum Arrius Antoninus ex Iulio Capitolino annis ante imperium Traiani duodecim nepote Antonino, eo qui poſt Hadrianum imperauit, iam nato, auus eſſet, tantaeque auctoritatis, vt euecto ad imperium Neruae, cum Senatus vniuerſus gratularetur ſolus eum amplexatus dicere ſit auſus: *Senatui, populoque ac provinciis de te quidem principe valde non gratulari non poſſum; tibi nullo modo poſſum, cuius imo miſereor,*

 et

et doleo plurimum conditionis, quod onus tantum senex subieris quo nullum, aut molestius, aut periculosius esse potest. Eumdem Capitolinus in vita nepotis Antonini bis consulem fuisse commemorat, Asiaeque proconsulem, nemini in ea gubernanda prudentia, aut integritate, praeterquam nepoti imperatori secundum, ac morum sanctitate insignem. Alterum porro consulatum annis post primum xxvii. iniit in initio Neruae principatus, quo sane tempore aetate principem eum fuisse ciuitatis nullam admirationem habet. Quae, qui cum his contulerit, quae de Hadriano dici videbantur, eadem esse iudicabit, nec quod Plinius eum qui *Hadrianus* fuisse legitur, in epigrammatibus, ac iambis Graecis adeo excelluisse prodidit, vt Callimachum, vel Herodem superaret, id Antonino aduersatur, cuius idem libro epistolarum quinto versus pluribus nominibus, quarto vero epigrammata Graeca totidem commendat. Missam his de causis facio hanc epistolam, quae verius *Arrio Antonino*, quam *Adriano* scripta est, et hoc certissimo argumento Plinium iuniorem anno imperii Traiani duodecimo, tantum abesse, vt extremum diem obierit, ostendo, vt ne imperante quidem eius sexto consulatu, qui in annum imperii quartum decimum incidit, migrauerit e vita: quippe qui libro epistolarum secundo ad Arrianum scribit, se iussum cum Cornelio Tacito Afris adfuisse Marium Priscum accusantibus, qui proconsul iis praefuerat: interfuisse autem Tutium Cerealem virum Consularem, praesedisse Imperatorem tum consulem plenissimo Senatu, actam causam Ianuario mense. Ceterum Tutius Cerealis Consul cum Commodo anno Imperii Traiani nono iniit: Imperator vero post quintum consulatum, quem ante Cerealem Consulem gesserat, sextum non iniit

ante

ante annum quartum decimum, quo praesedisse potuit, et Plinium vehementius dicendo incensum per libertum retro stantem admonere, quod epistola habet, *vt voci, laterique consuleret:* qui si non fuit is annus, necesse est, vt sub Hadriano imperatore causa acta sit, cum a sexto consulatu alium nullum gessisse Traianum constet, quicquid Cassiodorus septimum ei, antiquis omnibus inscriptionibus aduersantibus, et nummis, adscribat. Sensit prouidus Pantheus obiectiones, eiusque occurrit solito, et sibi valde familiari praesidio expunctionis huius partis *periit, dum inuisit Vesuuium:* quam additam esse Eusebio ab impressore temerario, aut sciolo, vel falsario emendatore affirmare non addubitauit. Sed eorum innocentiam Graeci codices, siue manuscripti, siue impressi maioris, vt arbitror, apud doctos auctoritatis egregie tuentur. Verum quod alibi fecimus, nonnulla Pantheo concedentes, hanc illi quoque expunctionem condonemus, cui Cassiodorus in Chronicis suffragari videatur, cetera, quae de Plinio historico scribit Eusebius, referens his demtis *periit, dum inuisit Vesuuium;* tamen ne sic quidem sit, vt hoc loco de iuniore Plinio Eusebius agat, de quo priori anno scripserat, eo prouinciam gubernante, animaduersum, aut verius saeuitum in Christianos esse, *Plinium Secundum* appellans, patriae mentione praeterita, quam sequenti Plinio addidit *Plinium eum Secundum Nouocomensem oratorem et historicum insignem* vocans, vt distingueret a priori, quem si cum oratore, et historico eumdem esse putauisset, oratione non diuulsa, et interrupta, sed continuata vsus esset: post Christianae persecutionis narrationem sine intermissione subiungens, *idem Plinius Nouocomensis fuit orator insignis, et historicus hoc tempore habitus*, ac cetera, quae sequun-

quuntur. Illud vero fortaſſe tam certum non eſt, quam ſibi videtur Pantheus perſuaſiſſe hiſtorias Plinium iuniorem ideo conſcripſiſſe; quia libro epiſtolarum ſuarum quinto ad Capitonem ſcribat, eius conſilio ſe pariturum hiſtoriae ſcribendae de ea ipſa materia; quae ſibi ab eo proponeretur. Vt omittam enim plurimum intereſſe ſcripſiſſe quempiam hiſtoriam aut ſcribere voluiſſe: nemo eſt in tanta ſcriptorum antiquorum, aut recentiorum copia, qui iunioris Plinii hiſtoriae meminerit; cum qui hiſtoriarum ab auunculo ſcriptis conſignatarum mentionem fecerint perquam multi ex antiquis inveniantur, quorum etiam commendatione, atque auctoritate probentur. Sed quid in iis diutius deſtineor? Quid haec infirmiora attingo? Nec vltro hoc quoque Panthei fautoribus concedo, omnia quae de Plinio ſcripta in Euſebio leguntur ad iuniorem pertinere. Satis ne ſuae cauſae hoc pacto conſultum putant? ſatis ne proſpectum? Fortaſſe illis ita videatur; mihi certe ſatis prouiſum videri non poteſt, cum ad hoc ſequatur, quod ab omni veri ſimilitudine longiſſime abeſt, Plinii iunioris Euſebium aut D. Hieronymum, et Caſſiodorum in Chronico, ac venerabilem Bedam libro de natura rerum meminiſſe, ſenioremque Plinium ſcriptorum copia, varietate, ac doctrina longe anteponendum praetermiſiſſe, hunc obliuioni tradidiſſe iuniorem, quantum in ipſis fuit, nominis immortalitati conſecraſſe, quem ego quoque eruditionis haud exiguas laudes promeruiſſe agnoſco, fateor, ac prae me fero; ſed ita vt ne ille cum ſeniore de literarum excellentia contendat, quem qui cum laude nominauerint omnibus ſaeculis poſterioribus viri literarum gloria inſignes inueniuntur, non aeque multos iunior habuit, qui ſuum nomen ſcriptis celebrarent, aut ab

eo

eo literis mandata frequenter commemorarent, vt hoc quoque refugio Pantheus destituatur iniuriae temporum accusandae, per quam ante, ac post Eusebium aliquot saeculis senioris operibus latentibus factum sit, vt ab illustrioribus illorum temporum scriptoribus silentio praeteritus fuerit: *Studiosorum* eius, quibus ab incunabulis orator absolutissime instituitur, atque informatur, meminit Quintilianus libro institutionum suarum tertio, et vndecimo, Aulus Gellius noctium Atticarum nono, saepissime Carisius. Historiarum *belli Germanici* mentio exstat apud Cornelium Tacitum in annalibus, Suetonius in Imperatorum vitis Plinium in *historia naturali* adducit, nec non Serenus Sammonicus ad Seuerum; eadem a D. Hieronymo *pulcherrima* appellatur, alias *multiplici omnium rerum scientia referta:* D. Augustinus de ciuitate Dei scribens eius iudicium secutus est. Taceo Aulum Gellium tertio noctium Atticarum, et Iunium Philargyrium in Georgicis Virgilii, ac in eisdem Seruium, Macrobium tertio Saturnalium, venerabilem Bedam, lib. de nat. rer. saepe in fine, Isidorum etymologum, atque Vincentium Bellouacensem cum in speculo historiali, tum in naturali, Plinii *naturalis historiae* meminisse; quam hoc saeculo, quo cetera eius opera desiderantur, docti pariter, et indocti tractant alii honorificentissime, asperrime alii, vel eo vsque progressi, vt de plaustro semper loquentes, quasi sua sint ex tripode omnia scriptorum omnium aetatum commendatione illustrem, Asinum appellare non dubitauerint, quorum immoderatam licentiam, ac pene plusquam Persicam arrogantiam, quia grauissimi viri impositis eorum tergis accommodatis clitellis represserunt, vel potius obtriuerunt, ac contuderunt, communemque dolorem post acceptum damnum sapere eos

 docen-

docentes abunde puniuerunt: priuatas mihi hoc loco iniurias vlciſcendas eſſe non duxi; aut his plura de laudibus hiſtoriae Plinii naturalis ſubnectenda, tanti ab Andrea Alciato nobiliſſimo iurisconſulto aeſtimata, vt vnam facile iunioris Plinii cunctis operibus praeferendam fuerit iudicaturus. Eſt igitur haec oratio tota de Plinio inſtituta, quae ſub anno Traiani imperii duodecimo legitur, in ſeniorem, non Iuniorem ſine controuerſia referenda, neque exiſtimandum eſt ſeniore praeterito ſiue Euſebium, ſiue diuum Hieronymum, vel Caſſiodorum, aut venerabilem Bedam ſolius iunioris meminiſſe. Etſi enim, quae de iunioris Plinii proconſulatu in Euſebii Chronico leguntur, eius eſſe ex tertio eccleſiaſticae eiuſdem hiſtoriae libro c. XXXII. et neceſſitate anni edicti aduerſus Chriſtianos editi, a Traiano moderati in hiſtoria ſignificandi firmam facio coniecturam: tamen cetera, quibus anno ſequenti Plinii eruditio commendatur, ad D. Hieronymum pertinere mihi veri ſimile ſit, qui ſe multa Romanae hiſtoriae propria in Chronico ab Euſebio conſulto praeterita in gratiam Latinorum interpoſuiſſe teſtatur. Ceterum hoc loco detectum a Pantheo vlcus rurſus recrudeſcit, videri Plinium ſeniorem Traiani Principatum vidiſſe, qui Tito Romanum imperium adminiſtrante extremum diem clauſit, vrget Pantheus, quodque illi optandum maxime fuerat, fateor pluſculis ante annis, quam Traianus imperaret ſeniorem Plinium deceſſiſſe, iuniore nondum adoleſcentiam egreſſo, qui duodecimo imperii Traiani anno ſenex eſſet. Fateor Veſuuii conflagrationem, cuius fumus auunculum oppreſſit, in annum Titi principatus alterum incidiſſe. Vnum illud non fateor vlcus, vt Pantheo viſum eſt, hoc eſſe, atque adeo cacoethes, et inſanabile.

nabile. Volo ego luxationem esse cuius etiam sit sanatio facilis, D. Hieronymi hac de Plinio sententia in pristinam sedem anni imperantis Titi Secundi, vnde excidit, restituta quam forte Cassiodorus ex-turbauit, a quo sub eo praecise Traiani imperii anno collocatur, qui legitur in Eusebio. Cum enim Plinium secundum legisset apud Tertullianum, Eusebium, vel D. Hieronymum, et Orosium, Traianum de Christianis consuluisse, atque ita ait Orosius, vt rescriptis lenioribus edictum Imperator temperaverit, nominis, ac cognominis similitudine, maxime vero communi vtrique patria adductus, eumdem esse arbitratus, qui orator, et Historicus insignis habitus est, eo in loco seniorem in suis chronicis collocauit, qui iuniori debebatur, partem autem illam *periit, dum inuisit Vesuuium* subticuit, ob temporum Vesuuii conflagrationis, et imperii Traiani diuersitatem, ea ipsa ratio, vt Vesuuii conflagrationis mentionem praeteriret, Bedae quoque persuasit. Qui vero Cassiodorum post Bedam secuti sunt, eius auctoritate inducti, et ea ratione, quam ex duorum Pliniorum ignoratione colligebant, non potuisse Plinium, qui proconsul Ponto praefuisse Traiano imperante, sub Tito, quo principe memorabile illud Vesuuii incendium accidit, e vita pluribus ante annis emigrasse, quae de Plinio historico, et oratore sub Tito in Eusebio legebantur, ea in duodecimum Traiani principatus annum, qui proconsulis Plinii iunioris anno proximus est, transposuerunt, nulla eius partis *periit, dum inuisit Vesuuium* detractione facta, quam apud Eusebium, vel fragmentum illud, quod Suetonii esse creditur, vidissent. Hinc forte est, quod de anno, quo Plinius floruerit, Bellouacensis a Cassiodoro dissentiat, nam quem hic duodecimum esse voluit, quartum deci-

mum

mum fuisse ille professus est. Fere enim de recta via digredientium proprium est, vt vnam non teneant; sed, vt sibi quisque melioribus niti coniecturis persuaserit, diuersas ingrediatur, et longius aberret. Modestius egit cum D. Hieronymo Pantheus, eum enim excusauit, sed ita, vt de Plinio, Ennio, et Persio prius accusauerit, et vulnus finxisse videtur, cui hoc nomine mederetur, quod grauioribus studiis, atque officiis impeditus interpretationem notario se teste, tumultuarie D. Hieronymus dictauerit, qui tamen *velocissime* non temere, non negligenter, aut inconsiderate dixit: praestitisset enim interpretationem non attigisse, quam aut minus occupato ansam accuratioris versionis praeripuisse, aut lectori erroris occasionem praebuisse. Dicam quod sentio, nomen *occupationis* non tam probabilem excusationem, quam latentem accusationem significare videtur in eo praesertim, qui non coactus, sed sponte, et vltro hanc operam aggressus est Eusebii historiae Latinae faciendae. Sed ne excusationis quidem fuit vlla necessitas occasio vlla. Nam si haec Eusebii sunt, memor consilii sui, et sibi ab operis initio propositi instituti, D. Hieronymus fideliter ea Latina fecit, quae de Plinio, Persio, et Ennio Eusebius scripserat: Graeca enim, vt mox dicam, fidelissime exprimere curauit. At falsa sunto. Interpres est, non emendator, nec sibi curae fuit inquirere diligentius, atque ad examen reuocare, quam recte singula ab Eusebio scriberentur; sed quam recte a se Latine redderentur. Quod si haec omnia forte, de quibus agitur D. Hieronymi, non Eusebii fuerint; quid Eusebius de eo accusatur, quod ne scribere quidem cogitauerit? Quid ab eo poenae reposcuntur erroris, si quis est, a D. Hieronymo commissi, qui non solum interpretis, verum etiam scri-

ptoris

ptoris in hoc opere officio functus eſt. *Sciendum enim*, inquit, in operis Euſebii praefatione, *me eſſe, et interpretis, et ſcriptoris ex parte officio vſum: quia, et Graeca fideliſſime expreſſi, et nonnulla, quae mihi intermiſſa videbantur adieci, in Romana maxime hiſtoria, quam Euſebius huius conditor libri, non tam ignoraſſe, vtpote eruditiſſimus, quam, vt Graece ſcribens parum ſuis neceſſarium perſtrinxiſſe, mihi videtur.* Aut igitur non peccauit Euſebius, aut D. Hieronimus excuſatione non eguit, in quo nihil eſt, de quo reprehendi poſſit, quaſi hallucinatus duos Plinios vnum eſſe crediderit: nec ſeniorem a iuniore diſtinxerit, quorum vnum ſimpliciter *Plinium*, ſcilicet iuniorem, in epiſtola centeſima octaua ad Domnionem, et Rogatianum appellauit ſcribens, *Optima quaeque, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique, quam diſcere*, quae libro primo epiſtolarum ad Voconium Romanum ſcripta apud iuniorem inueniuntur. Seniori autem cognomen perpetuo addit *Secundi* libro decimo quinto commentariorum in Eſaiam prophetam, cap. LIV. quarto commentariorum in Hieremiam, cap. XVII. et libro nono commentariorum in Ezechielem, vigeſimo octauo capite: nec non ſecundo aduerſus Iouinianum, eumdem *oratorem, et philoſophum* decimo quinto Commentariorum in Eſaiam citato capite nominauit. Qui ſi non ſuo loco collocatus eſt, ſicut diximus pro Euſebio reſpondentes, Caſſiodoro, aut ex poſterioribus alicui, non D. Hieronymo id adſcribi debuiſſe aſſerere me fautores Panthei patiantur. Sed tempeſtiuum eſt, vt ad ea tandem propugnacula Panthei opinione inexpugnabilia, mea haud aegre expugnabilia ſermonem noſtrum conferamus, de verbi *Conterraneus* ſignificatu primum agentes, quem ille ſic accipi poſſe inficiatur, vt terra in communi apud Varronem, ne

illud

illud absurdum incurramus, *Conterranneum* suum esse a Plinio Catullum appellatum, hoc *ex eodem mundo.* Cum ea lego Patres, quae Pantheus de balneis edidit, vir mihi, mihi magnae, ac variae lectionis videtur; cum rursus quae de communi *terrae* significandi potestate hoc loco ab eo scribuntur, vt video, minimum eum legisse existimare possum. Non enim hoc ego assero, aut alius quisquam ex his, qui patrocinium pro Nouocomensibus meis sumserunt *Conterraneum* hoc loco sic accipi, vt *terra* primo illo modo, et communi significatu a Varrone; sed hoc verbo *Conterraneum*, Catullum eiusdem regionis siue prouinciae cum sua Plinium fecisse; *terra* enim Gellio teste noctium Atticarum tertio libro, capite octauo regionem significat; dum ait: *Cum Pyrrhus rex in terra Italia esset.* Dicant hunc scripsisse inclinante iam Latinae linguae maiestate; quare accipiant Plinium libro naturalis historiae tertio capite quinto de Italia scribentem, *eam terram omnium terrarum alumnam*, *et parentem* appellasse. M. Catonem in oratione de Achaeis dicentem: *Cumque Hannibal terram Italiam laceraret, atque vexaret:* et in certo originum libro *terram Siciliam*, quod si malint sibi Varronem proponi, audiant quid is scribat in libro rerum humanarum de diebus: *Multi vero in terra Vmbria vnum, et eumdem diem esse dicunt a meridie ad meridiem insequentem:* et alibi in eodem opere, *Terra Italia de Graeco vocabulo appellata.* Deficiet me dies, si omnes auctores persequi voluero, qui *terrae* nomine regionem intellexerint, quorum in numero cum Cicero sit, eius hoc loco auctoritate contentus ero pro Pompeio scribentis: *Mithridates non fuit eo contentus, quod ei praeter spem acciderat, vt illam posteaquam pulsus erat terram vnquam attingeret:* et in opere de inuentione: *In terra hostili turpi-*

turpiter iacuit insepultus. Itaque communi nomine *terra* sumta non solum orbem terrarum significat, verum etiam regionem, vt Italiam Varrone aucto-re, vel eo ipso in loco, qui adducitur a Pantheo de orbis terrarum significatu, vbi Pantheum in ad-ducendo Varrone culpa carere praeter me alius ne-mo fortasse existimaturus est, causa cur praeteritum esset a Pantheo exemplum *Italiae terrae* in explican-do communi significatu extitit, vt conficeret prae-ter orbis terrarum significationem, quae a Plinio in verbo *Conterraneum* intelligi non potuit, nullam aliam exstare, ex qua regionem Plinium intellexisse quisquam argumentari possit. Ego vero malim de-siderio, et ardore incensum Veronensis Plinii fa-ciendi caecutientem Pantheum exemplum *Italiae*, perinde ac non scriptum, praeriisse, a quo verbo secundum hanc significationem accepto, militari quadam licentia legiones in castris *Conterraneum* de-riuarunt ad milites diuersarum prouinciarum distin-guendos. Quod intelligens Plinius subiicit: *Agno-scis hoc verbum castrense?* scilicet, vt indicaret eo modo se Catullum conterraneum accipere, quo in castris vsurpatur eiusdem prouinciae significandi mi-lites causa, et perinde, ac si in castris extitisset, verbo minime Latino, nec vsquam a Latinis scri-ptoribus recepto vsum, *Conterraneum* suum Catul-lum dixisse, ex eadem aut Italia, aut, quod verisi-milius est, Italia Transpadana, vel Gallia Cisalpina, aut Togata, aut Transpadana. Hic erigit se Pan-theus, arcem ex cloaca fecisse nos putat, et gloria-tur auctoritate Plinii, et Ptolemaei nos conuinci apertissime erroris: hic namque, sub Venetis Ve-ronenses refert Nouocomenses sub Insubribus: ille naturalis historiae libro tertio Comum, et Mediola-num in Italiae vndecima regione collocauit, Vero-

nam,

nam, Brixiam, ac Cremonam in decima recenſuit. Poſſem excludere Pantheum ſubterfugiens argumentum, hac Italiae diuiſione reiecta tamquam depravata, quod alii regionis *undecimae* loco *nonam* legant, et *decimam undecimam* faciant, aut etiam aliter legendum putent. Sed valeat hoc patrocinium, quod licet ſatis probabile ſit, mihi infirmo ſatis fundamento innixum videtur, cum haec omnis regionum numeri controuerſia ſit emendatoris mendum inducentis, non auctoris. Hoc verius ſentio Italiam pluribus olim modis antiquos diuiſiſſe; vnde Plinius naturalis Hiſtoriae libro tertio, capite quinto ſe deſcriptionem Italiae ab Auguſto factam ſequi profatus eſt, ne plures diuiſiones lectori aut imponeret, aut impoſitae falſum videri ſe facerent. Cum itaque pluribus Italia modis diuideretur, alius aliam arbitrio ſuo diuiſionem ſecutus eſt, ne miremur milites in verbi *Conterraneus* ſignificatu aliam quamdam Italiae diuiſionem, non Auguſti ſecutos in caſtris fuiſſe, quos veriſimilius eſt ante Auguſtum verbum *Conterraneus* libertate militari ſaepe vſurpatum, eadem libertate poſt Auguſtum, eius neglecta deſcriptione in eadem ſignificatione accipientes antiquam diuiſionem intellexiſſe: qua ratione huius verbi ſignificatum ad regionem relatum Nouocomenſes, ac Veronenſes, quod hi vnam, alteri alteram penes Auguſtum regionem teneant, leui admodum argumento comprehendere Pantheus negauit. Diximus, quin etiam *Conterraneum* ſuum vocatum a Plinio Catullum fuiſſe, quod eiuſdem vterque terrae Tranſpadanae inquilinus eſſet, ſic autem ipſam appellauit cum *Ciſpadana* comparatam; hinc Foroiulienſes *Tranſpadani* cognominati ſunt eodem auctore libro hiſtoriae naturalis tertio capite XIX. in regionis decimae ſiue Venetiae deſcriptione. Idem

in

in calce vigesimi capitis *L. Aemilio Paulo*, *C. Atilio Regulo Cos. nuntiato Gallico tumultu solam sine externis vllis auxiliis, atque etiam tunc sine Transpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armasse* testatum reliquit. *Transpadanorum* nomine eos omnes intelligens, qui vltra Padum Italiae reliquum incolebant. Ceterum Strabo libro suae geographiae quinto aliter omnino Italiam partitus est, et quidem in pauciores partes, primam faciens, quam decimam, et vndecimam Augustus numerauit, cum parte quadam nonae, hanc vero in Cispadanam et Transpadanam diuisit, quam Venetos, et Gallos incolere voluerit, in ea paulo post oppida recensens Mediolanum, Veronam, Brixiam, Mantuam, Regium, et Comum: post pauca item, *Ergo*, inquit, *quae trans Padum sunt*, *Veneti incolunt*, sub quibus, si Veronenses comprehenduntur, hos quoque Transpadanos esse necesse est; Sed haec, atque alia plura missa facio; quae necessaria non videntur, cum Catullus se ipse Transpadanum esse testetur in Egnatium haec scribens:

Si vrbanus esses, aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut parcus Vmber aut obesus Hetruscus,
Aut Lanuuinus acer, atque dentatus,
Aut Transpadanus, vt meos quoque attingam.

Ex his me patrocinii desiderium fallit, ni hoc haud dubie colligitur, vel Veronenses esse Transpadanos, vel Catullum non esse Veronensem. Siquidem enim, vti Pantheo visum est, Veronenses non sunt Transpadani, qui fieri potest, vt, qui Transpadanus est, qualem se Catullus facit, Veronensis sit: vel quod mihi prudentiori, vt arbitror, consilio videtur, si Catullus Veronensis est, cum se Transpadanum esse profiteatur, non sint Veronenses Transpadani. Catullum hoc in loco secutus Plinius *Con-*

terraneum suum eum vocauit diuisionem eam Italiae intelligens, quam Catullus sequeretur, minime vero posteriorem illam ab Augusto institutam, quam alibi idem Plinius spectans haud aeque *Conterraneum* suum Catullum appellauit, qui *nostrum* dubio procul dicturus fuerit, vbi ambo Veronenses exstitissent: libro namque naturalis historiae XXXVI. capite VI. *Hic est*, inquit, *Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus.* Trigesimo vero septimo eiusdem numeri capite simpliciter eum *Catullum* appellat inquiens, *Quem Catullus poëta in sella curuli visum indigne tulit:* nec aliter eumdem indicauit secundo capite libri vigesimi octaui tum ait, *Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos, proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio.* Quibus in locis patriam posteritati explicare praestiterat, quam ad Imperatorem Titum scribentem eius meminisse, quasi Principi literatissimo ignotae. Ceterum quod non solum Plinii nobis auctoritatem Pantheus obiecerit Veronam, et Comum regionibus distinguentis, verum etiam Ptolemaeum in Insubrum numero Comum, Venetorum Veronam reponentem, huic quoque propria responsione satisfaciendum esse duxi difficultati; tametsi ea, quae proxime pro solvenda Plinii obiectione allata est, ad defendendam ab auctoritate Ptolemaei opinionem nostram satis esse poterat. Inprimis autem si qui forte in tanto, atque adeo frequenti studiosorum adolescentium conventu Ptolemaei testimonio adducti Pantheo de regionum ista diuersitate sibi fauendum putant, hos praecipue, vt adsint animis suis, appello, et cognoscant Comum inter Insubriae vrbes, vt perperam a Ptolemaeo referri, aut aliam quamdam secutum divisionem Nouocomenses inter Insubres retulisse. Nam, qui imperante Augusto scripsit Liuius libro

ab vrbe condita trigesimo tertio inquiens. *Marcellus Pado confestim traiecto in agrum Comensem, vbi Insubres Comensibus ad arma excitis castra habebant, ducit.* Et post pauca: *Triumphauit Marcellus in magistratu de Insubribus, Comensibusque.* Secutus Liuium Sigonius summo consilio exesam in fastis Capitolinis huius triumphi mentionem prope vniuersam restituit in hunc modum:

M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS COS. DE COMENSIBVS, ET INSVBRIBVS A. DVLII. IV. NON M...... TRIVMPHAVIT.

Quid? naturam hos terminos ac limites quodammodo constituisse, et Insubres a Comensibus distinxisse, quod Pantheum latuit, olim ne graculi quidem, ac monedulae ignorarunt, quos ex Insubribus in agrum Nouocomensem perinde, ac alienum, et extra fines positum irrumpere, ac naturae foedera violare non fuisse ausos Plinius libro naturalis hist. X. cap. XXIX. memorauit his verbis: *Italia iuxta Alpes Larium Lacum appellat amoenum arbusto agrum, ad quem Ciconiae non transmeant, sicuti nec octauum citra lapidem ab eo immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum, monedularumque.* Idem Ptolemaeus Bergomates regionibus a Comensibus distinguens cum Veronensibus inter Cenomanos retulit, quos Plinius iunior lib. VII. epist. ad Falconem, eiusdem, cuius et Comenses regionis fecit; dum Cornelium Minucianum Bergomatem, vti loco oportuniore indicabitur, *ornamentum* appellat *regionis* suae. Neque vero est, vt Panthei fautores hoc loco repetant adeptum adoptionis iure ciuitatem Veronensem Plinium iuniorem eiusdem se cum Bergomatibus regionis fecisse. Nam vt omittam parum probabile, aut ne probabile quidem videri eum Ptolemaei vno prope saeculo posterioris,

 quam

quam Plinii ſenioris, quam auunculi, et patris Italiae partitionem ſequi maluiſſe. Antiquos geographos ſuo quemque arbitrio, nec vno modo, vt dicebam, Italiam diuiſiſſe praeclare conſtat. Nec quia in Como, et Verona regionibus diſtinguendis Plinius ſenior, et Ptolemaeus conueniant; ceterorum geographorum conuincitur eumdem fuiſſe conſenſum, quippe hi ipſi Plinius, et Ptolemaeus, qui in Verona, et Como regionibus diſtinguendis conſentiebant, in Bergomatibus diſſenſere, quos hic a Nouocomenſibus disiunctos cum Veronenſibus coniunxit; ille ab his diſcretos cum Nouocomenſibus in eadem regione collocauit: ex quo intelligitis Patres, quam lubrico, quamque incerto Pantheus inſiſteret argumento, cum Veronae, ac Comi regionis ex Plinio, et Ptolemaeo diuerſitatem praetexens, eo *Conterraneum* ſuum ab homine Nouocomenſi Catullum Veronenſem dici non potuiſſe contendat. Iam vero ne locus dubitationi ſit vllus reliquus; quoniam *Conterraneum* ſuum Plinius Catullum appellauerit, quod ex eadem, vt diximus, Gallia aut Cisalpina, aut Togata eſſet: ne nos quiſpiam Ptolemaei Togatam Galliam cis Padum referentis auctoritate arguat, id quoque quomodo factum ſit; paucis vobis exponam. Cum Romani omnis ſibi Italiae ad Carnos vsque Imperium armis vindicaſſent; omnem eam partem: cuius pro limite Rubico eſt ex vna parte, ex altera Formio, in prouinciam redactam, *Galliam Togatam*, ſiue *Ciſalpinam*, ſiue *Citeriorem* nuncuparunt, cuius adminiſtrandae cauſa Praetor cum imperio mittebatur; vt ex Liuio libro ab vrbe condita trigeſimo nono coniectari licet, cum ait, Galli *Tranſalpini in Italiam tranſgreſſi oppidum in agro, qui nunc Aquileienſis eſt, aedificabant, id eos vt prohiberet, quoad verbis, ſi ſine bello poſſet Praetori*

Gal-

Galliae L. Iulio mandatum est, si armis prohibendi essent, Coss. certiores faceret, paulo post: Iisdem Gallis cum sese Cos. sponte dedissent aegre ferentibus, quod sibi ademta arma essent per legatos Romae conquestis, *Senatus*, inquit, *responderi iussit. Neque illos recte fecisse, cum in Italiam venerint, oppidumque in alieno agro nullius Romani Magistratus, qui ei provinciae praeesset, permissu aedificare conati sint.* Oppidum igitur in Romano solo Galli aedificabant, quod ad prouinciam Galliam pertineret, cui cum praeesset L. Iulius Praetor, idcirco ei cura data est, vt eos ab aedificatione verbis auerteret, si armis opus esset Consules admoneret. Non ita multo post vero Coloniam Aquileiam deductam esse idem Liuius scribit, cuius tanquam ad prouinciam suam Galliae pertinentem Caesar primo de bello Gallico mentionem facit in hunc modum: *Tres legiones, quae circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit, et qua proximum erat iter, per Alpes in vlteriorem Galliam contendit.* Eamdem Galliam Citeriorem *Togatam* Romanos appellasse testis est Hirtius octauo libro de bello Gallico scribens: *legionem duodecimam, quae cum Labieno in hybernis fuerat, in Togatam Galliam Caesarem misisse ad colonias ciuium Romanorum tuendas, ne quod simile incommodum accideret ex incursione Barbarorum, ac superiore aestate Tergestinis accidisset, quia repentino latrocinio, atque impetu incolae illorum erant oppressi.* Idem ad calcem: *Caesar*, ait, *cum in Italiam venisset, et omnes regiones Galliae percurrisset, huius municipiis et coloniis gratias agens, quod frequentiam, atque officium suum Antonio praestitissent, summa celeritate ad exercitum Nemetocennam rediisse, et exercitu lustrato T. Labienum Galliae Togatae praefecisse, quo maiore commendatione conciliaretur ad Consulatus petitionem.* Dio quoque citeriorem Galliam

Togatam eſſe libro hiſtoriarum XLVIII. memorat inquiens, *Ex Gallia etiam Togata, quae tum Italiae legibus, ac inſtitutis formata fuerat, ne in Ciſalpina regione eius gubernandae cauſa eſſent exercitus alendi pecunia ipſis, militesque adducebantur.* Hinc Cicero in Philippica duodecima, *Vt omittam*, inquit, *reliquas partes Galliae, nam ſunt omnes pares, Patauini alios excluſerunt, alios eiecerunt miſſos ab Antonio pecunia, militibus, et quod maxime deerat, armis, noſtros duces adiuuerunt.* Sed Strabo libro quinto geographiae, *M. Lepidus*, inquit, *et C. Flaminius deuictis Liguribus, hic Flaminiam viam ſtrauit a Roma per Hetruriam, et Vmbriam vsque Ariminum, ille deinceps Bononiam vsque, et inde vsque ad Aquileiam iuxta radices Alpium paludibus in gyrum circumuentis, tamquam loca ad prouinciam ſuam Galliae pertinentia.* Preſſius hanc viam alii deſcribentes aiunt ſtratam eſſe ab Arimino Bononiam, ac Placentiam, atque inde opere circumducto, Mediolanum, Bergomum, et Patauium vsque ad Aquileiam. Idem Strabo poſt Aemiliae viae deſcriptionem Galliae citerioris excellentiam praedicans, ac rerum omnium largiſſimum prouentum, *mediocrem lanam in ea Patauium producere*, inquit, *ex qua fiant precioſi tapetes, gauſapa, et alia id genus, vel vtraque vnica ſuperficie villoſa.* Eadem ratione a Liuio dictum eſt libro ab V. C. XLIII. *interrogatos a Senatu Aquileienſes, vellent ne eam rem C. Caſſio Coſ.* cui Gallia ſorte obuenerat, mandari: *reſpondiſſe Caſſium indicto Aquileiam exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe.* His factum eſt, vt Pomponius Mela de Venetis ſcribens hos in Gallia Togata libro ſecundo collocauerit; quamquam poſt Auguſtum ante Plinium de ſitu orbis opus ab eo conditum conſtet. Sed vereor me vobis, Patres, tam multis rem apertam perſecutum, moleſtum euaſiſſe; quare

trans-

transfero me ad argumentum Panthei ex familia desumtum, cui plurimum in hac caussa ille confidebat; eo Plinium esse Veronensem argumentatus, quia Secundus esset, quorum familiam Veronae esse comminiscebatur. Sed aut nullum argumentum est, aut si aliquid est, Plinius noster est. Obscure loquor; dicam apertius. Si idcirco Plinius Veronensis est, quia Secundorum familia, quae nulla est, Veronae olim exstiterit, ex qua Plinius esset; multo rationabilius eumdem ego Nouocomensem fuisse concludo, quia Pliniorum familia Comi plurima fuerit, nusquam alibi, praeterquam Veronae nescio cuius illius lapidis assentatoris testimonio, qui literas, qui syllabas, qui verba ad sensum, et voluntatem Panthei, et aliorum quorumdam ex se promat, et proferat tamquam ex arca. Nullam porro Secundorum esse familiam: Pliniorum esse, Benedictus Iouius, Andreas Alciatus, Franciscus pater, et Thomas Porcachius, et antiquorum scriptorum auctoritatibus productis, et verissimis rationibus abunde demonstrarunt: quibus, si quis nolit credere, quamquam hac in re suspecti esse non possint, adeat Panuinium Veronensem in libro de antiquis Romanorum nominibus, aduersus Pantheum apertissimis, certissimis firmissimisque rationibus pronunciantem. Ego enim, cum haec, tum cetera, quae a scriptoribus proxime nominatis referuntur, omnia duxi praetereunda; vno antiquorum epigrammatum lapideorum grauissimo testimonio, quod nemo illorum attigit, opinionem meam confirmaturus. Hoc praefatus, quod ex tribus nominibus, quibus Romani singulos homines olim inuicem distinguebant, illud ad familiam pertinere necesse fuerit, in quo cum patre filii, ac nepotes, aut inter se conuenirent: in quo vero dissiderent, nullo pacto illud familiam significasse.

 casse.

caſſe. At tertio loco magna ex parte diuerſis nominibus appellabantur, primo etiam nonnumquam commune omnibus erat alterum nomen, quare cum *Secundus* tertio loco in Plinio legatur, *Caius* primo, *Plinius* ſecundo, neque *Caius*, neque *Secundus* familiam ſignificabunt, ſed Plinius medium locum occupans, ſiue alterum in *C. Plinio Secundo*. Iam vero tertium nomen ſaepe patri et filiis, primum interdum iisdem, et nepotibus fuiſſe diuerſum attendite me demonſtrantem Adoleſcentes, ac primum de tertio, deinde de primo differentem. Veronae igitur ſimile exſtat epigramma:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITHONI, ET PVBLIAE VENERIAE PARENTIBVS.

Romae vero:

D. M.

CN. ANTONIVS AGATHOPVS, ET ANTONIA AMPLIATA CN. ANTONIO AMPLIATO FILIO DVLCISSIMO, QVI VIXIT ANN. XIII. MEN. VIII. DIES V. FECERVNT PARENTES INFELICISSIMI, ET SIBI ET SVIS L. L. P. Q. EORVM.

Ibidem in aedibus Aurelii Matthaei trans Tiberim:

D E

M. CARIENIO M. F. VENVSTO Q. V. AN. VIII. M. X. M. CARIENIVS FELIX, ET CARIENIA VENVSTA INFELICISSIMI PARENTES FEC.

Flerii in aede D. Zeni:

L. CORNELIO SECVNDO, QVI VIXIT ANNOS X. M. V. D. XX. L. CORNELIVS GLYCON PATER INFEL. FILIO DVLCISSIMO.

Comi:

L. ALFIO L. F. MARCELLINO L. ALFIVS RESTITVTVS PATER.

In horum epigrammatum primo, pater loco tertio *Chariton* eſt, filius *Secundus*: in altero pater

eodem

eodem in loco *Agathopus*, filius *Ampliatus*: in tertio, pater, *Felix*, filius *Venuſtus*: in quarto pater *Glycon*, filius *Secundus*: quinto pater *Reſtitutus*, filius *Marcellinus* appellatur. Quos omnes ſecundo loco in nomine conuenire conſtat. Fratres tertio in loco diſſidere, quae ſequuntur antiqua monumenta demonſtrant. Brixiae legitur in vetuſtiſſimo lapide:

P. ACILIO HELIODORO VI. VIR. AVG. P. ACILIVS HELENVS FRATRI PIISSIM.

Ibidem in aede D. Nazarii:

P. RVFRIVS P. F. BALBINVS DECVR. IN COLONIA. SIBI, ET RVFRIO P. F. PEDONI FRATRI.

Romae vero in domo Carpenſi:

M. ATIVS FELIX M. ATIO FAVSTO FRATRI.

Vnus igitur fratrum epigrammatis primi tertio loco dicitur *Heliodorus*, alter *Helenus*: vterque ſecundo loco *Acilius*: familiam enim redolens non mutatur, et alterius epigrammatis vnus *Balbinus*, alter *Pedo* tertio loco, vterque *Rufrius* ſecundo, vltimi vero vnus *Felix*, alter *Fauſtus* tertio loco, ſecundo *Atius* vterque. Ceterum tertium nomen, neque patri, et filio, neque fratribus commune eſſe vnius, et eiusdem epigrammatis auctoritate conſtat, quod Mediolani apud Virgines D. Bernhardini legitur in hunc modum:

M. CASSIVS M. F. OVF. CACVRIVS SIBI, ET ACILIAE MANDVILLAE VXORI, ET M. CASSIO BROCCHO FIL. ET L. CASSIO DONATO FIL. IN FR. P. XX. IN AGR. P. XX.

Tertio in hoc epigrammate loco pater *Cacurius* eſt, vnus filiorum *Brocchus*, alter *Donatus*, omnes *Caſſii*. Sed primum nomen nonnunquam patri, filiis, ac nepotibus diuerſum eſſe ſatis erit ex marmoreis tabulis Capitolinis, ſiue Verrii faſtis oſten-

 diſſe,

diſſe, in quibus cum plurima huius diuerſitatis exempla exſtent, ſequentibus ero contentus, legitur.

ANNO AB V. C. CCLXXXVIII. Q. FABIVS M. F. K. N.
CCXCVII. M. VALERIVS M. F. VOLVSII N.
CCCI. P. SESTIVS Q. F. VBI N.
CCCII. A. MANILIVS CN. F. P. N.
CCCXXXIV. Q. SERVILIVS P. F. SP. N.
CCCXXXVIII. C. VALERIVS L. F. VOLVSII N.
CCCXLVI. N. FABIVS Q. F. M. N.
CCCLII. K. FABIVS M. F. Q. N.
CCCLXXXIV. L. PAPIRIVS SP. F. C. N.

In quibus filium, et nepotem cum patre aut inter ſe in primo nomine, quod *praenomen* vocant, non conueniſſe apertiſſime conſtat. Primi namque exempli Auus fuit *Kaeſo*, filius *Marcus*, *Quintus* nepos: alterius: auus Voluſius Moenenius filius, nepos Marcus: tertii auus *Vibus*, filius *Quintus*, *Publius* nepos: quarti, auus *Publius*, filius *Cneus*, nepos Aulus: quinti auus, Spurius, filius *Publius*, nepos *Quintus:* ſexti, auus *Voluſius*, filius *Lucius*, nepos *Caius:* ſeptimi, auus *Marcus*, filius *Quintus*, nepos *Numerius:* octaui, auus *Quintus*, filius *Marcus*, nepos *Kaeſo:* vltimi auus *Caius*, filius *Spurius*, nepos *Lucius*. Quos in ſecundo nomine tamquam ad familiam pertinente conueniſſe omnes certum eſt, vt de hoc, niſi qui in antiqua Romanorum nominandi conſuetudine penitus infans exſtiterit, nemo dubitare poſſit. Quare nullam non dicam dubitationem, ſed dubitationis ſuſpicionem habet, in *C. Plinio Secundo Caium* praenomen, et cognomen *Secundum*, ac familiae nomen, quod ſecundo loco legitur, *Plinium* eſſe; vnde velit nolit Panthei fautor, vt fateatur, neceſſe eſt, ſi vis aliqua, ſi pondus vllum erat in argumento Panthei, vbi *Secundus* fami-

familiam ſignificaſſet, noſtrum demonſtrare: quod, Plinium, nomen eſſe familiae habeto pro fundamento, cum ipſam familiam Comi fuiſſe dixerimus, idque multis antiquorum lapidum inſcriptionibus adductis nunc oſtendemus. Vna earum Comi legitur in marmorea tabula olim in ſuburbio D. Vitalis reperta, mox in templi maximi pariete collocata, quae ſic habet:

C. COESIDIO EVZELO VI. VIRO C. PLINIVS PHILOCALVS AMICO OPTIMO IN CVIVS TVTEL. COESIDIVS EVZELVS COLLEG. FAB. DEDIT HS. II. L. D. D. COLLEG.

In aede D. Prouini:

D. M.

C. PLINII VALERIANI MEDICI, QVI VIXIT ANN. XXII. M. VI. D. V. PARENTES.

In vno vero ex Suburbiis in aede D. Iohannis cognomento Leonis.

D. M.

P. PLINII PLINIANI......

Cetera vetuſtas deleuit.

In promontorio, quod Larium duas in partes ſecat, quarum vna Comum verſus extenditur, altera Leucum alluit, vnde Bilacii nomen indictum, monumenti marmorei fragmentum exſtat cum inſcriptione.

M. PLIN.....

Proximis annis primo ab vrbe noſtra lapide marmorea baſis effoſſa eſt in aede D. Martini pagi Allebii, nunc Comi viſitur in publica porticu templo maximo coniuncta collocata, quae pro multis ſufficiat, Inſcriptio haec eſt:

V. F.

C. PLINIVS CALVOS VIVR SIBI ET PLINIS SVCCESS. VL. VXORI CHRIS...... ET SVCCESSORIBVS L. CASTI-

CASTICO L. F. OVF. CATVLLO IV VIR. AED. POL. GENERO L. CASTICIO L. F. OVF. MAXIMO NEPOTI PLINIS THARSAE ET VERECVNDAE PAT. PLINIO CERDONI FR. PLINIO PHENOMEN. AMICO.

In templi maioris pariete antiquum epigramma exſtat in quo de iuniore Plinio haec leguntur.

C. PLIN. L. F. OVF. CAECILIO SECVNDO COS. AVG. CVRATORI AL. TIBER. ET RIP.

Reliqua vetuſtas ſuſtulit.

Fegii vero quatuor millibus ab vrbe noſtra paſſibus in aede D. Iuliani epigramma, quale ſequitur, legitur.

C. PLINIO L. F. OVF. CAECILIO SECVNDO COS. AVGVR. CVR. ALV. TIB. ET CLOAC. VRB...... AE FE.... R. SAT. PRAEF. AER. MIHI.... Q. IMP. SEVIR. EQ. ...R. TR. MIL. LEG. III. GALL. X. VIRO STL. IVD. FL. DIVI T. AVG..... VERCELLENS.

Admonet me locus, ne praeteream cuiusdam epigrammatis Plinii iunioris Panuinium libro faſtorum ſecundo meminiſſe, in quo dicitur *Caii filius* et *Caii nepos* tribu praeterita, quam proxime recitata inſcriptio cum ea, quae Mediolani in aede D. Ambroſii exſtat, habet; cui in ceteris paucis demtis ſimillimum eſt a Panuinio adductum epigramma, quod in hunc modum ille retulit.

C. PLINIVS C. F. C. N. CAECILIVS SECVNDVS COS. AVGVR LEGAT. PROPRAET. PROVINC. PONTI CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM AB IMP. CAESARE NERVA TRAIANO AVG. GERMANICO MISSVS CVRAT. ALVEI TIBERIS, ET RIPAR. PRAEF. AERARI SATVRNI PRAEF. AERARI MILIT. LEG. VI. GALLIAE. X. VIR ALIT. IVDICANDIS.

Cete-

Ceterum duobus hoc mihi nominibus epigramma suspectum est, quod *Caii* non *Lucii filius* in eo Plinius dicitur, et *legio sexta* nominetur; quam nusquam memini me legisse inter illius saeculi legiones numeratam. Dio namque libro historiarum LV. referens singularum ad sua vsque tempora legionum nomina vnius tertiae Galliae legionis meminit, qui annis post Plinium iuniorem plus centum floruit, vnde facile fit, vt credam legionem quartam, et sextam Gallicas, quarum mentio in vetustis nonnullis inscriptionibus exstat, post Dionem additas esse ac Plinium iuniorem legionis sextae Gallicae Tribunum in epigrammate suo dici non potuisse, sed tertiae, cuius Tribunum fuisse Plinium in eo epigrammate legitur, quod Fegii diximus inventum. Nam quod Mediolani est, cetera, quae proxime retuli de Tribuno legionis Gallicae habet; sed deest mentio tertiae a vetustate abolita in hunc modum: TRIB. MILIT. LEG....... GALLICAE. quod integrum in epigrammate Fegii apparet. Quod porro ad pronomen patris pertinet; si nescirem Panuinium in antiqua Romanorum exploranda consuetudine summo studio incubuisse, facile suspicarer in ea ipsum opinione fuisse, vt arbitraretur filios adoptiuos distinctionis gratia semper paterni praenominis, quod ex lege consecuti fuissent, meminisse, hocque fundamento adductum pro *Lucii filio* in inscriptione Plinii *Caii filio* scripsisse. Nunc quoniam in hoc genere studii cum laude consenuerit mutati praenominis, quam eum, scribam volo potius fieri auctorem; et cum omnis quae Comi, quae Fegii, quae Mediolani in hoc inscriptio legitur, *Lucium* habeat, eius loco falso *Caium* dictum esse existimare, ac pro patris naturalis praenomine, eius, quem lex dedisset patrem, praenomen esse sub-

ſubſtitutum. Cum enim exempla nonnulla exſtent, qualia ſecutus Panuinius patris voluntarii, non naturalis praenomine filios adoptiuos diſtingui conſueuiſſe, coniicere potuerit: non deſunt alia, quibus appareat filios adoptiuos patris naturalis praenomine, quem patrem natura dediſſet indicaſſe, et eo diſtingui maluiſſe. L. Calpurnius Piſo Caeſonius a L. Calpurnio Piſone adoptatus *Caii filius*, et *Caii nepos* dicitur a Verrio in Capitolinis faſtis adhuc in hoc loco integris, qui adoptionis cauſa *Lucii filius* dici debuerat. Quin etiam Q. Fabium Maximum Rullianum a Quinto adoptatum Verrius in tabulis Capitolinis *Marci filium* appellat, quod in patrem ex lege dictum referri non poteſt. Neque vero praenomen modo patris naturalis additum filio in adoptionem dato obſeruauimus; verum etiam praenominis loco appoſitum cognomen, vt in P. Cornelio Scipione Africano Aemiliano, qui patre natus Lucio Aemilio Paulo, Velleio Paterculo auctore libro primo, datus in adoptionem filius P. Cornelio Scipioni in antiqua inſcriptione Romae *Pauli filius* dicitur, non Publii in hunc modum: P. CORNELIVS PAVLI F. SCIPIO AFRICANVS COS. II. AVGVR TRIVMPHAVIT. II. Quae res facit, vt neſciam, cur vir grauiſſimus Sigonius reſtituturus, quae deficiunt ab antiquitate abolita in tabulis Capitolinis in hoc Africano, dixerit *P. Cornelius P. F. P. N. Scipio Africanus Aemilianus*, niſi ipſe, quoque patris voluntarii praenomen ſemper additum ab adoptiuo filio aliisque, eius ſignificandi cauſa, a quo fuiſſet adoptatus, exiſtimauit: quod neque verum eſſe conſtat, neque videtur fuiſſe neceſſarium, cum ipſo praenomine, quod numquam non fuit eius, qui adoptaſſet, in filio adoptiuo, quale adoptatoris praenomen eſſet, indicaretur. Neque

par

par ratio fuit patris, et filii naturalis, vt ob huius praenomen patris praenominis commemoratio retineretur, tamquam in filio praecognita. Nam interdum, vt diximus, pater et filius praenomine distinguebantur. Ceterum Imperatorum adoptiui filii, praenomine gentilitio naturali seruato, dignitatis caufa in antiquis inscriptionibus semper Imperatorum *filii*, *nepotes*, *pronepotes*, *et adnepotes* sunt dicti, his non praenomine vt in ceteris, sed cognomine significatis argumento sequentis M. Aurelii Antonini monumenti:

IMP. CAESARI M. AVRELIO ANTONINO AVG. PONTIFICI MAX. TRIB. POT. XVII. COS. III. DIVI ANTONINI PII FIL. DIVI HADRIANI NEPOS. DIVI TRAIANI PARTHICI PRON. DIVI NERVAE AN. AVXIMATES PVBLICE.

Atque hoc loco haec indicare volui, ne recitatum a Panuinio epigramma duos Plinios Caecilios Secundos vixisse videri imposterum faciat, vnum Caii filium, ac nepotem, alterum Lucii ex tribu Oufentina, ac nouas de Pliniis quaestiones ferat. Quibus missis, repeto constitutum de Pliniorum familia sermonem, cuius plurimae, ac nobilissimae olim apud nos multa, ac certa testimonia produximus, quae nemo possit cauillorum tenebris offusis obscurare; aut alia quauis ratione, quo minus propositum nostrum confirment, vlli persuadere. Proferant vicissim, si possunt Panthei fautores, vel vnicam Veronae Pliniorum inuentam memoriam demto marmore illo antiquo, in cuius inscriptione referenda Veronensium quorumdam conspiratio tanta est, quanta inter occupatos in colli columbae coloribus aestimandis, qui in hoc vno summe conueniunt, quod maxime diffident, atque discordant.

Sibi

Sibi quisque enim inscriptionem, quam voluit, atque adamauit, finxisse potius animo videtur, quam visus beneficio vsus exscripsisse; tam varia, tam multiplex, ac dissimilis est ab iis scriptis consignata. Pantheus namque sic eam retulit:

PLINIVS SECVNDVS AVGVR PATRI MATRI MARCELLAE TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Torellus Sarayna in libro de antiquitate Veronae eamdem sic habere testatur:

PLINIVS SECVNDVS AVG. MARCIVIAE MARCELLIAE MATRI POSTERI. PATRIAE MATRI MARCELLIAE.

T. F. I.

Alexander Benedictus in epistola ad ciues Veronenses de naturali Plinii historia a se emendata sic legit:

..INIVS
..CVNDVS
AVGVR
..RCIVIAE
..RI
..ERI PATRI
..MAE MATRI
MARCELLAE
T. F. I.

Sed in Onufrio Panuinio libro fastorum secundo ea descripta in hunc modum iacet:

C. P. INIV
...NDV
..AVG
...RCIVIAE
..CELLAE
..RI
..ERI PATRI
..MAE MATRI
MARCELLAE.
T. F. I.

Quan-

Quanta in his exemplis ex eodem epigrammate deſcriptis differentia ſit, quanta diſſimilitudo, nemo non videt. Vt enim omittam principium, de quo abunde in praecedentibus dictum a me audiuiſtis: in reliquo Pantheus a Torello hoc diſcrepat, quod verbo, *Marciuiae poſteri*, et *patriae* caret, ſemel tantum *matris*, et *Marcellae* meminit, quarum bis mentio a Torello facta eſt: *patrem* vero addidit, quem Torellus praeteriit. Idem diſſidet ab Alexandro verbis mutilis *-rciuiae -ri*, et *-eri*, praeteritis. Ab Onufrio vero iisdem omiſſis, et *-cellae.* Sed ab Alexandro Benedicto in eo differt Torellus, quod a *Marciuiae* nomine, quid loco *-riciuiae*, interpretatus eſt, addit *Marcellae*, et loco ſyllabae *-ri*, habet matri, et pro *eri patri*, *poſteri*, et *patriae*, dixit, *-mae* nihil meminit, quae ſyllaba proxima verbo *matri* in Alexandro antecedit, hac vero ſola ab Onufrio diſſidet, ac quod verba inchoata, verba integra de ſuo ingenio retulit. Sed nec Alexander Benedictus quoque cum Onufrio conuenit, quamquam verba mutila retulerit: ſicut Onufrius obſeruauit *-cellae* namque omiſit, cuius in Panuinio mentio exſtat. Quod inſigne diſſidium, et aperta diſcordia in eo maxime teſtimonio, quo praecipuo nos argui iniuſti patrocinii ſuſcepti cum Pantheo ceteri profitentur, facit, vt credam, Patres, eo in hac cauſa, quoniam contra ipſos potius eſt, quam pro ipſis) Nouocomenſium meorum iuribus haud contemnendam fieri acceſſionem, vos eſſe iudicaturos. Non dicam, ſi quaeratur de loco, in quo inuentum epigramma ſit, vnde erutum, inter aduerſarios non conuenire, quod vis, et neruus offenſionis in epigrammate mihi non loco effoſſionis poſitum eſſe videatur: quamquam ne hanc quoque diſcordiam alius quiſpiam a me negligendam iudicauerit, in qua, quod adiuuet no-

nostram defensionem aliquid inesse existimet. Illud potius dicam, quod proprium est epigrammatis, non loci, nec dissimulari posse videtur, mirari me viros grauissimos aduersarios nostros, inprimis Panvinium in antiquarum historiarum lectione exercitatissimum, eum hominem, qui in epigrammate nominatur, solo auguratu insignem fuisse memorabilem; non animaduertisse contra, Plinium seniorem pluribus splendidioribus magistratibus egregie functis illustrissimum, augurem, facta ex Plinio iuniore coniectura non exstitisse. Quippe libro epistolarum quarto Arrio sibi de auguratu per literas maxime gratulato, quod Cicero quoque fuisset augur: respondet, cum hoc nomine sibi carum auguratum esse; tum eo quod viro principi Iulio Frontino successisset. Nihil meminit Arrius Plinii senioris, nihil iunior Plinius, quorum aut illum Cicerone proposito, patrem, et auunculum fuisse praeteriturum verisimile non est, aut hunc exemplum externum, cum haberet domesticum, fuisse commemoraturum, qui auunculi memoriam sancte adeo, ac religiose coluit, atque obseruauit: vt Capitoni se ad historias conscribendas hortanti, cum innumera prope illi exempla non deessent, quibus ad hoc genus studii se incitatum profiteretur, vno senioris Plinii exemplo contentus, libro epistolarum quinto, in eum, qui sequitur, modum respondit: *Me vero ad hoc studium impellit domesticum quoque exemplum. Auunculus meus, idemque per adoptionem pater, historias, et quidem religiosissime scripsit. Inuenio autem apud sapientes honestissimum esse maiorum vestigia sequi, si modo recto itinere praecesserint.* Sed ne illud quoque omiserim, notam AVG. perinde ac *Augur* omnino significantem aduersarios nostros accepisse, cum omnium, qui de his notis scripsere testimonio, vt *Augur* nonnum-

quam,

quam, sic alias *Augustus*, vel *Augustalis* ea significet, quo fit si fideliter Panuinius epigramma retulit, vt cum inter cognomen *Secundus*, et notam Aug. nescio quid vetustas deleuisse videatur forte I--I. VIR non is potius Augur, quam *VI. Vir Augustalis* fuisse debeat existimari: Volo vero notam *AVG. Augurem* hoc loco significare, et Augurem fuisse Plinium seniorem; quid contra quam illius saeculi consuetudo ferebat, gesti ab eo summa cum laude magistratus inscriptione *Testamento Fieri Iussa*, reticentur? Quid classis praetoriae Misenensis cum imperio castissime administrata silentio praeterita est; cuius vel in ipsis subpraefectis, immo vero priuatis militibus honoris ergo mentionis factae in antiquis monumentis tale Romae exstat in hortis Carpensibus exemplum.

D. M.

MAGIA IANVARIA TATTAE SVO BENE MERENTI FECIT. C. ANTONIO ANTARINO MILITI EX CLASSE PRAETORIA MISENATIVM VIX. ANN. XL. MIL. ANN. XXIV.

In aedibus vero Laurentii Vellei legitur.

T. FLAVI VALENTIS MIL. CLASS. PR. MISENENSIS. AGRADIESIS VIX. ANN. XXVII. MIL. AN. VI.

Subpraefecti Classis praetoriae Rauennatis eiusmodi Firmi in Piceno monumentum visitur:

T. APPEIO T. F. VEL ALFINIO SECVNDO PROC. AVG. XX. HAERED. PROC. ALV. ATRECTIANAR. PRAEF. VEHICVL. SVBPRAEF. CLASS. PRAET. RAVENN. PR. ALAEE I. AVG. THRAC. TRIB. COH. ACLIAE COH. IIII. GALL. PATRONO COL. BRITTON.

Sed quanti classis praetoriae Misenensis, ac Rauennatis Praefecti aestimarentur; quantum onus,

 ac

ac quam nobile sustinere crederentur ex Vegetio libro de re militari tertio praeclare habetur. *Cum*, ait, *apud Misenum, et Rauennam singulae legiones Romani nominis cum classibus stabant ne longius a tutela vrbis abscederent; et cum ratio postularet, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent.* Nam *Misenatium classis Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Aricam, Aegyptum, Sardiniam, atque Siciliam in proximo, habebat: classis autem Rauennatium, Epirum, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa nauigatione consueuerat, quia in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse, quam virtus.* Quanti vero priuatim Misenensem Hadrianus Imperator fecerit ex data his, qui in ea sex, et viginti stipendia meruissent, Romana ciuitate apparet, de qua sic accepimus ex aenea tabula:

IMP. CAESAR D. TRAIANI PARTHICI F. D. NERVAE NEPOS TRAIANVS AVG. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XII. COSS. III. PP. HIS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE PRAETORIA MISENENSI, QVAE EST SVB IVLIO FRONTINO, SEX ET VIGINTI STIPENDIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSIONE, QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBERIS, POSTERISQVE EORVM, CIVITATEM DEDIT, ET CONNVBIVM CVM VXORIBVS, QVAS TVNC HABVISSENT, CVM EST CIVITAS HIS, DATA, SI QVI COELIBES ESSENT, CVM HIS, QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SINGVLIS SINGVLAS AD XII. K. MAR. P. IVVENTIO CELSO II. Q. IVLIO BALBO COS.

Sed Tacitus eiusdem legionis opera Galbam oppressum, et praesidio Othonem ad Imperium eue-

ctum

ctum esse scribit. Quibus maxime de caussis eius in inscriptione Plinii Praefecturae mentionem non fuisse contemnendam, atque adeo praeauguratu negligendam, vt praeteriret, mihi videor inanibus minime coniecturis ostendisse. Quid igitur huius praefecturae, quid gestorum a Plinio seniore reliquorum magistratuum in hac inscriptione nulla mentio legitur? De quibus partim ex epistola ad Tacitum libro epistolarum sexto, partim ad Marcum libro tertio iunior Plinius scribit, ad illum quidem *Miseni classem cum imperio gubernantem decessisse:* ad hunc, *medium tempus distentum impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum egisse pernoscitur*, ibidem idem inquit *in Hispania procurauit*, et *ante lucem ibat ad Imperatorem Vespasianum inde ad delegatum sibi officium.* Idem ipse senior Plinius in historiae naturalis praefatione ad Vespasianum: *Homines*, inquit, *sumus, et occupati officiis, succisiuisque temporibus ista curamus, id est nocturnis, ne quid vestris putetis cessatum horis: dies vobis impendimus.* Nusquam Augurem fuisse Plinium seniorem constat; multis maximisque officiis eumdem praefuisse certum est, et inscriptio illi omni pumice, vt dicitur, aridior posita est, in qua quod alibi nusquam Augur fertur exstitisse; qui alibi referuntur eius, et quidem maximi, honores reticentur. In omnibus illius saeculi inscriptionibus, vel minima quaeque officia recensentur: nihil negligitur, nihil omittitur, vel exemplo iunioris Plinii inscriptionis, ne innumeras attingam. Quid hoc itaque Patres, quid haec sibi vult tam ieiuna, et nuda pene inscriptio? Quid significat, nisi hoc significat, in detritis illis principii epigrammatis literis legendis, aut aduersariorum nostrorum oculos caligantes caecutiisse, aut voluntatem potius, quam visum in iudicium eos adhibuisse. Quem enim,

nim maxime illustrem esse, cupere, et optare debuerunt, hunc factum augurem, qui non esset; praecipua, et nobiliori parte dignitatis denudarunt: hunc tot splendidarum administrationum integerrime functarum honore spoliatum: hunc de subliniori gradu deiecerunt, atque deturbarunt, ac lumen illud honoris, et gloriae splendore tanto studio conquisitum, exstinxerunt. Haec eiusmodi sunt, vt videar securus meam ad alia conuertere orationem iam posse.

Sed ea est vis veritatis, ea potestas, quae nullis vel cuniculis euerti calliditatis, vel solertiae praestigiis, captionibusque labefactari possit, atque conuelli. Ea imbecillitas, ac vanitas falsitatis, quae multis saepe modis expugnetur, atque opprimatur, vt quo diutius versor in huius inscriptionis examine, et singula diligentius inspicio, atque perpendo; eo pluribus aduersus Pantheum abundem argumentis, quibus cum vel friuolae ipsae eius ratiunculae, quas ex hac inscriptione per vim ille expressit prorsus contundantur, atque elidantur, pro suscepto patrocinio ea dissimulare non possum. Mihi enim antiquas inscriptiones, quaecumque Romano Imperio adhuc florente factae ad nos peruenerunt; quas Panuinius, et Aldus iunior retulere, quas Veronae Torellus Sarayna, Mediolani Andreas Alciatus, Comi Benedictus Iouius collegere, quasque alii magno labore conquisitas in vnum volumen congessere, quibus Verri quoque Flacci Fastorum, ac Triumphorum Romani fragmenti obseruatio accedit, memoria repetenti, ac mente circumspicienti omnes cuius memoriae causa in aere leguntur incisae, aut in marmore insculptae, eius patris, aut patroni mentionem visae sunt habere adnexam; quod me vobis paucis, quantum causa nostra postulat, exponentem audite.

Roma-

Romani, aut liberi erant, aut liberti: illi aut nati Romani, aut nuper in Romanam ciuitatem relati. Nati rurſus Imperatores, Imperatorum filii, aut aliorum ordinum; et Imperatores, quorum patres imperaſſent, aut non imperaſſent. Priores ſiue adoptiui filii, ſiue naturales, patre viuente, *Imperatorum filii* ſcribebantur, patre ſolo cognomine ſignificato, exemplo Traiani, a Nerua adoptati, cuius nummus ſic habet:

NERVA. CAESAR. NERVAE AVG. F. TRAIANVS GEM. PONT. TR. POT. COS. II. IMP.

Et Titi Veſpaſiani filii naturalis, cuius in nummo ſic legitur.

TITIVS CAESAR AVG. F. PONT. TR. POT. COS. II. IMP. III.

Et eiuſdem in altero:

T. CAESAR AVG. F. VESP. IMP. PON. TR. P. IIII. COS. II. CENS.

Patre vero mortuo *diui* tantum *filii*, aut cognomine appoſito *diui filii* dicebantur in hunc, qui ſequitur, modum in Neronis nummo:

NERO CLAVDIVS DIVI F. C. AVG. GER. P. M. TR. POT. COS. IMP.

Titi vero inſcriptione:

IMP. TITVS CAESAR DIVI F. VESPASIANVS AVG. PONTIF MAX. TRIB. POTEST. IX. IMP. XV. CENS. COS. VIII. DES. IIX. P. P.

Cum appoſitione cognominis legitur ſimilis Titi inſcriptio.

IMP. TITVS CAES. DIVI VESP. F. VESPASIAN. AVG. AVGVR. PONT. MAX. TR. POT. IX. PP. IMP. XVII. COS. VIII. CENS.

Verum Imperatores qui nullo paternae hereditatis iure, ſed vi, vel Senatus, populique beneficio, ac ſuffragiis ad imperium perueniſſent, patris in inſcriptionibus nulla ratio habita eſt, forte quod patres nominaſſe Imperatoria maieſtate minime dignum eſſe S. P. Q. R. vel ipſi etiam Principes cenſuerint; ſicut ex Galbae, Othonis, Veſpaſiani, Neruae, Pertinacis, Iuliani, et Seueri nummis, aliisque eorum inſcriptionibus, in quibus patris nulla mentio exſtat, facile quisque coniecturam facere poſſit. Nec nos commoueant, et ancipites animo reddant Claudii Principis inſcriptiones, in quibus *Druſi*, qui non imperauit, *filius* nominatur. Cum enim imperatorum in numero non fuerit, ex Imperatoribus tamen propagatus Auguſti nepos, ac filius Tiberii, vt filius Claudius Tiberii nepos, ac pronepos Auguſti agnoſceretur, efficiebat: vtque imperium hereditario iure adiuiſſe videretur. Vnius Vitellii nummus circumfertur, et inſcriptio baſis viſitur, in quibus *Lucii filius* nominatur, qui praeterquam quod non imperauit; ne ex imperatoribus quidem originem duxit. Sed ni me fallit coniectura, ſecum ille reputans qua arte imperium inuaſiſſet, aſtute cum imperaret, videri noluit imperare, nec maior conſule, cum Caeſaris cognomen in omne tempus auctore Tranquillo recuſauerit; Auguſti vero diſtulerit. Vnde ab initio eius principatus cuſi nummi, A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. COSS. PERP. tantum habent: nulli cognomen Caeſaris.

Aliorum autem ordinum Romani ſolo praenomine partes ſemper ſignificabant, vti Fabati noſtri monumenti argumento apparet, quod L. CALPVRNIVS. L. F. OVF. FABATVS habet. Tantum excipio ſi quando patri, vel filio monumentum poſuiſſent, in elogiis de filiis, quos patres habuiſſent, dicere

cere superſediſſe, cum pater nominaretur praenomine, nomine, ac cognomine appoſitis, ſiue erga patres, ſiue erga filios hanc piae memoriae, et amoris ſignificationem praebuiſſent. Obſeruationis habeo teſtes epigrammata duo in praecedentibus recitata, quorum primum habet:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITONI PATRI. In quo notis L. F. quibus *Lucii filius* ſignificatur filius pepercit, quod *L. Aquilius pater* protinus nominetur. Alterum ſic:

L. CORNELIO SECVNDO L. CORNELIVS GLYCON PATER.

Notis L. F. omiſſis, vt minime ad patrem ſignificandum neceſſariis. Diſſimilis valde ratio erat eorum, qui nuper Romanam ciuitatem adepti eſſent, patris enim loco, eius, qui ſibi vel ciuitatem impetrauiſſet, vel impetrandae auctor exſtitiſſet, praenomine, ac nomine aſſumtis, pro cognomine antiquo ſuo nomine vtebantur, conſuetudinis exemplum C. Auianum Philoxenum habeo inter Nouocomenſes meos, de quo ſic Cicero lib. epiſt. XIII. ad Acilium: *C. Auianum Philoxenum Caeſar meo beneficio in Nouocomenſes retulit. Nomen autem Auiani conſecutus eſt, quod homine nullo plus vſus eſt, quam Flacco Auiano meo familiariſſimo.* Huc ſpectat quod epiſtola ſequenti ad eumdem, idem ſcribit: *Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitium eſt. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem impetrauit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.*

Iam liberti, quos vltimo loco commemoraui, patris loco, cuius liberti eſſent, in inſcriptionibus habuere, quod cum multis exemplis demonſtrari poſſit, vnum pro multis ſat erit attuliſſe, quod plurium libertorum mentionem continet in hunc modum:

L. ANTESTIVS. CN. F. HOR. SAECVLO SATIVS, ALBANVS ANTISTIA L. L. ELVTIA RVFIA. P. F. TERTIA SOROR. L. ANTESTIVS. L. L. QVINCTIO. L. ANTISTIVS L. L. RVFVS L. ANTISTIVS. L. C. L. THAMYRVS L. ANTISTIVS L. C. L. ANTHVS L. ANTISTIVS L. L. HEROS CAPPADOX.

Ex omnibus ac tam multis, ne longius digreſſus videar, et ab inſtituto prorſus diuertiſſe, colligo ad Plinium ſeniorem, qui Romanis non imperauerit, non fuerit libertus, vel in ciuitatem nuper relatus, inſcriptionem Veronenſem teſtamento fieri iuſſam, non pertinere: de qua, an patris mentionem habeat, dubium eſt, et habentem tamen praenomen deeſt, non vitio vetuſtatis ſublatum, ſed loco, (ſi inſcriptionis formam nobis a Panuinio exhibitam ſpectauerimus) in quo inciſum eſſet deficiente, ſicvt etiam in initio, vbi C. F. aut cum alio praenomine legi potuerit. Et ne quarumdam inſcriptionum exemplis, quibus quam dixerim aliter obſervatum videatur, quispiam adductus, me quaſi falſarium et animo obſtinato magis, quam veri ſtudioſo fabulas comminiſcentem accuſet: id quoque adiicere viſum eſt.

Poſt communicatam ab Imperatore Antonio, quem Caracallam fuiſſe nonnulli prodidere, cunctis imperio ſuo ſubiectis nationibus Romanam ciuitatem, vti Digeſtorum libro primo tit. quinto de Statu hominum Vlpianus auctor eſt, antiquam nominandi Romanorum conſuetudinem, et inſcriptionum rationem primam concuſſam, atque conturbatam, mox nouis ritibus ſenſim ſeſe in eam inſinuantibus plurimum immutatam, atque adulteratam, tandem prorſus exſtinctam defeciſſe: atque ideo, ſi quae ſunt, quae nobis aduerſari inſcriptiones videantur, has eſſe imperio Caracallae poſteriores

riores facile sentio, cum ea, de qua lis est, in Plinium seniorem referatur plus vno saeculo anteriorem. Dicere possem de Tribus omissione deque aliis nonnullis, quibus de falsa inscriptionis interpretatione aduersarii arguuntur; tamen quod vllo rationis, vel sensus praesidio probari inficior posse, hoc ego illis concedo, hoc largior eum, qui Veronae inscriptionem patri, ac matri testamento fieri iussit, C. Plinium Secundum exstitisse: veram esse interpretationem, non simulatam, non fictam admitto; et Plinium quemdam (non illum nostrum naturalium historiarum scriptorem) fuisse volo Veronensem, forte nescio quem illum vtroque Plinio patre, et filio adoptiuo multo iuniorem, qui ne medicis vteretur sibi de re medica libros quinque conscripsit: sit hic ille suus Plinius secundus, ille suus Augur, cuius praestigiis, non certioribus argumentis in eripiendo nobis Plinio nostro cum Pantheo fautores vsi sunt: huius illi accessione glorientur, et viris illustribus suis, nostrum nemine aduersante, curent adnumerandum.

Atque hactenus potiorum aduersae partis argumentorum radices conuellere institui, quod mihi videor abunde praestitisse. Qui reliquus est cursus mihi non modo facilis, sed perfacilis, ac compendiosus ostenditur, promta ad singula responsio, et omnium expedita confutatio. Nam quod Plinius iunior suos Veronenses, et Catullum suum diuersis in locis appellauerit, vtrumque dictum ab eo est modo eodem, quo *Conterraneum* suum Catullum senior Plinius vocauit, eiusdem prouinciae incolam, atque ab eodem praetore gubernatam, aut quo modo Firmanos, vel, vt alii, *Formianos* suos iunior Plinius ad Sabinum patrocinii causa appellauit, et

amici-

amicitiae nomine Quintilianum Hiſpanum ſuum dixit, eadem ſcribendi norma vſus in omnibus prope epiſtolis ſimili ratione cum Veronenſes, tum Catullum ſuos nominare potuit. Nec eſt, vt quisquam obiectionem meam de Catullo Transpadanos ſuos appellante ſimili reſponſione diluendam putet. Nemo enim cauſas egiſſe Catullum prodidit, vt patrocinii aliquando Transpadanorum ſuſcepti cauſa ſuos dicere potuerit; amicos vero pleroſque Transpadanos habuiſſe, vti Veronenſes pleroſque iunior Plinius ſibi amicitia coniunctos habere potuit id quoque haud facile, vt veriſimile pleroſque omnes fore admiſſuros, exiſtimo. Patronis autem ſuae cauſae, quos plurimos protulit Pantheus, cum in vnius verbi *Conterraneus* ſignificatu ſuae illi opinionis fundamenta collocauerint, ex iis, quae de eo iampridem diximus, reſponſio facilis eſt.

Reliquum eſt, vt Plinium ſeniorem nullo pacto fuiſſe Veronenſem firmiſſimo, certiſſimoque argumento oſtendens, omnem praecidam dubitandi impoſterum occaſionem, cuius cauſa nonnulla mihi, veſtra bona cum venia Patres, vobis haud iniucunda, ſtudioſae vero iuuentuti etiam vtilia paulo altius ſunt in hunc modum repetenda. Romana Republica, vt ſcitis, in aliquot Tribus diſtincta, in quibus ciues ſuffragia in magiſtratibus deſignandis ferre conſueuerant, indies creſcente, et nouos ciues admittente, nouas quoque Tribus prioribus addi fuit operae pretium, in quas noui ciues coniecti ſua ſuffragia cum ceteris ciuibus ferrent, quod ex Liuio octauo ab V. C. libro conſtat ſcribente: *Anno ab V. C. CDXXII. Cornelio II. et Cn. Domitio Coſſ. Cenſus actus eſt, nouique ciues cenſi, Tribus propter eos additae Moetia, et Scaptia; Cenſores addiderunt Q. Publilius Philo, Spurius Poſthumius.* Hinc Cicero ſecun-

ſecundo ad Atticum libro *Formianorum Tribum Aemiliam* refert de qua Liuius, libro ab V. C. XXXVIII. ſcribens inquit: *Rogatio perlata eſt, vt in Aemilia Tribu Formiani, ac Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent.* Sed Valerius Maximus libro IX. cap. X. *Quam ob cauſam*, ait, *Papiria Tribus in qua plurimum Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum Poliae Tribus fecit magiſtratum.* Et Aſconius Paedianus in ſecunda contra Verrem, *Tribus*, habet, *vrbanae ruſticaeque omnes XXXV. numerantur, ex quibus aliquam neceſſe eſt, cuiusque ordinis fuerit ciuis Romanus, obtineat.* Ibidem, *Moris fuit*, inquit, *cum aliquis ciuis Romanus oſtendendus eſſet, ſignificaretur aut a Tribu, in qua cenſeretur, aut a praenomine, aut a nomine, aut a cognomine.* Ac tam multis fit, vt recepti quoque a Romanis inter ciues Veronenſes aliquam Tribum obtinuerint, in qua cenſiti ſuffragia ferrent, quae qualis fuerit, antiquum monumentum indicat, in quo Romae haec leguntur.

M. APICIVS
M. F. PVB.
PVDENS
VERONA
MIL. COH. XII. PR.
MIL. AN. XXIIX.

Et alterum Ceretae in agro Veronenſi, quod habet.

D. M.
P. HOSTILIO P. F. POB. CAMPANO VENATORI
P. HOSTILIVS TERTIVS DECVRIO VERONAE, ET
ABIDIA MAXIMA PARENTES FIL. PIISSIMI ET
SIBI.
QVI VIXIT ANN. XXV. D. XXV. SINE CRIMINE VITAE FLORENTES ANNOS:

MORS

MORS IPSA ERIPVIT.

Publiliam igitur, siue, vt alibi, *Pobliliam* Tribum in qua coniecti fuissent Veronenses, hinc constat, vnde quotquot vetustae marmorum inscriptiones Tribus mentionem habentes Veronae aut in eius agro spectantur, omnes *Pub.* aut *Pob.* siue *Publiliae*, aut *Pobliliae* meminere. Legitur ibi: L. OCTAVIVS L. F. POB. MARCELLINVS. et M. CINTVLVS L. F. POB. nec non, M. QVINTIVS P. F. POB. *Item*, P. GRAECINIO P. F. POB. Quin etiam Q. CAESIO Q. F. POB. M. NONIO M. F. POB. Q. SALASIO. Q. F. POB. L. TRVTTEDIVS P. F. PVB. P. HOSTILIO P. F. POB.

Plura habet Torellus exempla, quae hoc loco nihil attinet referre. Vt vero in hac Tribu Verona ferebat, sic Brixia in *Fabia*; in *Voltinia*, siue *Votinia*, aut *Voturia*, vel *Veturia* Bergomum; Comum in *Oufentina*, vt ex marmoreis tabulis in his repertis apparet. Brixiae in Tribum *Fabiam* relatae index eiusmodi inscriptio exstat:

M. IVVENTIO M. F. FAB. SECVNDO..... BRIX. IA.... POSTHVMIO PANSA VALERIANO COS. Alibi in eadem vrbe legitur:

Q. MINVTIO Q. F. FAB. POB. MACRO III. VIR. VERON. Q. VERON. ET BRIX. MINITIA MATER.
D. D.

Obiter dixerim Aldum Iuniorem in Orthographia hanc inscriptionem referentem *Fabiam* Tribum omisisse; quam Panuinius Veronensis additam se Brixiae legisse testatur: et Sigonius qualem retulimus, a Panuinio sibi traditam affirmat. De eisdem Brixiensibus in *Fabia* descriptis via Cassia sic legitur:

D. M.

D. M.

C. NIGIDIO. C. F. FAB. MARCELLINO. BRIX. MIL. COH. I. PO. VII. LEPIDI MIL. ANN. V. VIXIT. AN. XXIII. S. RESTIANVS IVSTVS B. M. F.

Hinc plures Brixiae antiquae visuntur inscriptiones cum *Fabiae* Tribus mentione, vt

P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE

C. CATIO C. F. FAB. PAVLO POSTVMIO IVNIORI.

Nec non,

C. PONTIO C. F. FAB. PELIGNO.

P. MARIO VOT. LVPERTIANO.

Bergomi vero in Tribum *Votiniam* ferentis maximum argumentum est honoris ergo, et grati animi significationis imago, cui suo de se optime merito, a IIII. Viris Decurionum Bergomatum decreto loco dato posita cum hac inscriptione:

P. MARIO VOT. LVPERCIANO EQ. R. EQ. PVB. OMN. HONOR. MVNICIPAL. ADEPT. IVDICI DE SELECT. SACERD. CAEMINEM COLL. FABR. CENT. DEND. M. B. PATRON. CVIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS LARGITIONES, HVCVSQVE ENITVIT, VT LVCR. LII... NAE REDEMPTVM AREP. SVA VNIVERSIS CIVIBVS SVIS IN PERPETVVM REMITTERET.

HVIVS TOT ET TAM INGENTIA MERITA, ITA REMVNERANDA CENSVERVNT, VT EFFIGIEM IIIIV. PERPETVA VENERATIONE CELEBRARENT L. D. D. D.

Ibidem C. Cornelii Minitiani, quem haud ita pridem Aergomensem fuisse me ostensurum pollicebar, epigramma cum Tribus *Votiniae* adiectione legitur in hunc modum:

C. COR-

C. CORNELIO C. F. VOT. MINITIANO PRAEF. COH. PRIMAE. DAMASC. TRIB. MIL. LEGIONIS III. AVGVST PRAEF. FABR. CVRATORI REIP. OTESINORVM IIII. VIRO I. D. PONTIFICI FLAMINI D. CLAVDII BERGOMI PATRONO FLAMINI D. TRAIANI....

Omnino nullum ibi monumentum exſtat, cui addita Tribus *Votinia* non ſit, pluribus autem legitur adiuncta. Idem de *Ouſentina* apud Nouocomenſes meos intelligi volo, cuius plura hoc loco exempla referre potuiſſem, quae conſulto praeterii, cum Plinii iunioris, et Fabati proſoceri inſcriptiones, quas paulo ante retuli, ſatis eſſe videantur. Vnum M. Manſuetii Creſcentis ante annos triginta in templo D. Abundii effoſſum: et alterum iuxta aedem Aſcenſionis D. N. Ieſu Chriſti collocatum, L. Alfii excipio, quae in ciuitatem Romanam receptos Comenſes in *Ouſentina* Tribu tuliſſe praeclare demonſtrant. Primum autem habet:

V. F.

MARCVS MANSVETIVS M. F. OVF. CRESCENS HARISP. VI. VIR. IV. VIR. A. P. IV. VIR. I. D. COMO SIBI ET MANSVETIIS IANVARII ET CRESCENTI F. ET MARTIANO NEP. ET IANVARIO VINDICIS F. SECVNDAE ET CLODIAE CEREALIS F. PRIMAE VXORIBVS.

Alterum ſic:

MEMORIAE L. ALFI. L. F. OVF. MARCELLINI VI VIR. AVG. PATRON. COLLEGII DENDROPHOROR. COMENS. IN PRIMO AETATIS FLORE PRAEREPT. ALVIVS RESTITVTVS PATER MISERRIMVS ET SIBI.

Hic addamus in adoptione ei qui adoptaretur, ab adoptatore nomen ſuum, praenomen, et cognomen

nomen fuiſſe communicatum. *Adoptiones* enim inquit Cicero in oratione pro Domo ſua, *Hereditates nominis, pecuniae, et ſacrorum ſequuntur.* Tu vero Clodi *neque Fonteius es, qui eſſe debebas, neque amiſſis ſacris paternis; in haec adoptiua veniſti.* Quae Valerius Maximus libro VII. confirmat inquiens: *M. Anneus in Suffenatis familiam, ac ſacra tranſierat, a Suffenate enim auunculo fuerat adoptatus.* Addit Dio libro hiſtoriarum XLVI. Paternae familiae naturalis nomen paululum immutari conſueuiſſe, ac poſtremo loco collocari. Quod tamen priſcis illis Reipublicae Romanae temporibus obſeruatum; poſterioribus mutatum eſt, ante cognomen adoptiuum poſt familiae nomen ex lege datum naturalis familiae nomine integrum collocatum, quemadmodum in Plinio iuniore apparet. Vti vero adoptatus tranſibat, ſic vbi, qui adoptaſſet in diuerſa a patre naturali adoptiui filii Tribu ſuffragium tuliſſet, hoc commodi ab eo filio etiam accedebat, vt in eadem ſuffragia ferret, nec tamen iure ferendi in naturali Tribu priuaretur, quae aegre ferens P. Scipio Cenſor auctore A Gellio lib. V. cap. XIX. grauiter apud Populum conqueſtus eſt filium adoptiuum patri, quem lex dediſſet, inter praemia patrum prodeſſe, quippe quod duabus in Tribubus, vna quam iure naturae, altera quam ex lege eſſet conſecutus, ſuffragium ferret: cumque pater vnicam haberet, in qua id facere poſſet, vnde ait: *In alia Tribu pater, in alia filius ſuffragium ferunt.* Hac de cauſa C. Octauium, a Iulio Caeſare adoptatum duae Tribus, *Fabia*, et *Scaptia*, Tribulem habuere, cuius rei teſtem habeo locupletiſſimum ſequentem inſcriptionem:

C. IVLIO C. F.
FAB. SCAPT.
CAESARI.
AVGVSTO.

Huic teſtimonio Tranquillus in Auguſti vita conſentit ſcribens cap. XI. *Fabianis, et Scapſienſibus tribulibus ſuis die Comitiorum, ne quid a quoquam Candidato deſiderarent, ſingula millia nummum a ſe diuidebat.* Brixiae Mincii duas Tribus obtinentis mentio legitur in epigrammate antiquo quod ita habet:

Q. MINICIO Q. F.
FAB. POB.
MACRO.

Ceterum non hoc modo ex his apparet, cum is qui adoptaret, et qui adoptaretur, in diuerſis Tribubus cenſiti eſſent, adoptatum duas Tribus in quibus ferret, obtinuiſſe; ſicut vnam eam, quae vtrique communis eſſet, habuiſſe: verum etiam vtramque protinus a paternae familiae nomine per adoptionem acquiſito fuiſſe collocatam, priorem eam, quae vetuſtior eſſet, alteram quae poſterior. Nam in Auguſto *Scaptiae Fabia* praefertur, quae in earum numero eſt, quas Ser. Tullius fecerat, cum *Scaptia* vigeſima nono fuerit anno ab V. C. CDXXII. auctore Liuio lib. VIII. addita A. Cornelio II. et Cn. Domitio Coſſ. non negauerim tamen forte etiam Tribum primam illam eſſe nominatam, quam adoptionis iure quis adeptus eſſet, et eam fuiſſe Tribus rationem habitam, quae ad familiae adoptantis; vt quemadmodum familiae quam natura dediſſet, anteponebatur: ſic Tribus per adoptionem acquiſita Tribui, in qua quisque natus eſſent, praeponeretur ac *Fabiam* in Auguſto praeceſſiſſe, non quia vetuſtior, ſed quia Iulii Caeſaris Tribus eſſet, in cuius familiam, et Tribum Auguſtus tranſiſſet.

Quae

Quae cum ita se habeant ex omnibus, quod proprium est nostrae quaestionis, nunc attingamus, concludentes Plinium seniorem patria penes Pantheum Veronensem, iuniorem Nouocomensem, priorem in Tribu *Publia* suffragia tulisse, in *Oufentina* posteriorem, atque hunc ipsum etiam adoptionis iure *Publiliam* fuisse consecutum necesse est, qua ratione antiquis eius epigrammatibus vtraque Tribus *Publilia*, et *Oufentina* referri debuit, prima illa, haec secunda; siue adoptionis, siue antiquitatis caussa Tribus in adoptiuis filiis vna alteri praeferri consueuerit. *Publiliam* enim Tribum vigesimam septimam anno ab V. C. CCCXCVI. Fabio Ambusto, et C. Plautio Proculo Cos. additam esse libro septimo Liuius scriptis consignauit; quo auctore libro nono, ab V. C. CDXXV. L. Plautio et M. Fossio Cos. trigesimam Tribum *Oufentinam* Censores addiderunt, quorum nomina Liuius praeteriit. At vero iunioris Plinii antiqua monumenta quae Comi Fegii, ac Mediolani exstant, omnia vnius *Oufentinae* Tribus meminere, *Publilia* omissa, quam maxime nominasse oportuit, vbi seniori Plinio Verona patria exstitisset; vnde sequitur Pliniis patri, et filio vna Tribum fuisse communem *Oufentinam*, in hac vna eos censitos, in hac suffragia tantum tulisse.

Est quin etiam dignum attentione, et ad tuendam opinionem nostram minime contemnendum; Romanis olim in more fuisse positum, vt post praenomen ac familiam Tribum ante cognomen in plerisque nominarent: In adoptiuis vero filiis etiam post eam, quam lex dedisset; hoc, vt ego interpretor, nobis significantes eam Tribum esse, in qua maxime praecedens familia esset censita, et in qua quicunque eius familiae essent, suffragia in honoribus distribuendis ferrent. Exemplum priorum

 Faba-

Fabati habemus inſcriptionem, in qua legitur L. CALPVRNIVS L. F. OVFENTINA FABATVS: poſteriorum Plinii iunioris epigrammata omnia ſic habentia: C. PLINIVS L. F. OVFENTINA CAECILIVS SECVNDVS. His fit, vt Plinii ferrent in *Oufentina*, in qua cenſiti eſſent Nouocomenſes, non *Poblilia*, quae ad Veronenſes pertinebat, vtque naturalis hiſtoriae auctor Plinius in hac Tribu noſtra deſcriptus, Novocomenſis, non Veronenſis exſtiterit, ac Pantheum, Panuinium ceterosque aduerſarios noſtros ſeniorem inter Veronenſes referre fruſtra contendiſſe. Quae, ſi Panthei Aleardus perſenſiſſet, quo maxime ſuſcepti a ſe patrocinii, et actae ſumma cum diligentia cauſae praecone, ac laudatore vtitur aduerſarius noſter, ſi audiuiſſet Suetonium, ſiue fragmenti auctorem, quisquis ille fuerit, antiquum nobis patrocinari: fauere Serenum Sammonicum, Euſebium, aut D. Hieronymum adſtipulari, ceteraque ſuffragari: Plinii lectionem, qua Catullum *Conterraneum* vocat, aut dubiam eſſe, aut eiusdem regionis, vel prouinciae non dioeceſis ſignificare: Secundorum familiam eſſe fabuloſam, cognationem figmentum: Plinium iuniorem teſtem productum a Pantheo, teſtimonium aut aduerſus eum dixiſſe, aut aliud prorſus, quam ſibi ab eo imponatur, teſtatum eſſe: antiquam denique marmoream illam inſcriptionem detritis, ac complanatis non modo literis, ſed ſyllabis. Et exeſis, quas opinione viſas non oculis legiſſet, tamquam integram; nulla vel vetuſtatis iniuria labefactam, vel vulgi temeritate, aut incuria violatam, atque deformatam adduci, ac totius cauſae veluti firmamentum conſtitui; de qua vel ipſi Veronenſes inter ſe plurimum diffidentes alius aliter conſpicuas literas retulerit. Haec, vt dicebam, ſi Aleardus audiuiſſet, eia non vincimus, vti Pantheus ſcripſit,

pſit, ſed vincimur, deiicimur, ſuccumbimus prorſus et te patrono Panthee, non illi, quos contra veniſti, ſed nos ipſi cauſa cadimus, exclamauiſſet, nec triumphum cantu intempeſtiuo, victoriamque ſimillimam Secundorum familiae, et cognationis anteuertiſſet.

Tandem, quem mihi terminum, ac limitem praeſentis controuerſiae conſtitui, Patres, hunc non tranſgredior, et ſine facto deſino abuti patientia veſtra, nec vobis ſtudioſi Adoleſcentes de hac quaeſtione vlterius moleſtus ero: cum mihi a Principe dabitur occaſio, cito autem dabitur, dicam de altera.

DE

C. PLINII SECVNDI
FIDE ET AVCTORITATE

LECTIO ALTERA

AB EODEM

PAVLO CIGALINO

IBIDEM EXPLICATA.

Frequentia veſtra, Patres ſapientiſſimi, et magnus hic veſter ad me concurſus optatus magis, quam exſpectatus, lectiſſimi adoleſcentes, facit, vt quod cupide expediueram, id me hodierno die beneficio veſtro ita aſſecutum putem, vt praeteritam meam concertationem minime inanem, atque contemnendam vobis viſam eſſe confidam. Quae res dicendorum difficultate mihi metu commoto, ancipitique animo fluctuanti ſpiritus tantos attulit; vt animo ſedato, et timore depoſito, nihil deterrear cogitatione praeſentis controuerſiae, nec commouear, quod omnibus ſui partibus priorem defenſionem haec mihi difficultate ſuperare videatur. In illa nobis Plinius eripiebatur, idem in hac magnis, ac pluribus iniuriis appetitur. In illa ſumma cum eius laude conten-

contendebatur, in hac auctoritas conuellitur. In illa vestra, Patres, integra existimatio erat; in hac eadem in periculum, ac discrimen vocatur. Adversarios in ea ego paucos habebam Veronenses; summo consensu, maximaque conspiratione mihi plerique omnes recentiores in hac aduersantur. In ea, quos sequerer duces habui viros grauissimos, atque adiutores: in ista dux idem et miles inermis congredior cum hoste firmissimo, et armato. In ea denique viam inii patentem, facilem, tritam, atque a viris praestantissimis complanatam, quae mihi in ista obstructa patefacienda est, et impedita ab omnibus difficultatibus expedienda. Cum, vt dicebam, agnoscam quantum inter praeteritam, ac praesentem controuersiam sit discrimen, quantum in hac laboris, ac negotii sit; tamen nihil tam arduum, tam difficile, tamque impeditum in ea sentio, quod non intuitu tanti consensus, ac memoria vestrum omnium solito frequentioris huius concursus planum, facile, expeditum mihi videatur. Quare agite Patres spectatissimi, vosque honestissimi Adolescentes efficite, vt cum frequentia vestra recreatus tantum animi dicturus assumserim, vestrae quoque in me attente audiendo humanitatis adiutus beneficio, atque subleuatus, quibus spiritibus orationem aggressus sum, iisdem prospere, ac feliciter progressus perueniam ad finem. Atque quod vos etiam atque etiam rogo non potius ex principio de reliqua oratione coniecturam facite, quam ex fine quod in praecedentibus continetur, perpendite, aestimate, atque iudicate.

Tribus igitur capitibus, siue criminibus accusatio tota continetur furti, inscitiae, ac negligentiae. Sed quoniam alterum, ac tertium ita pendet ex primo, vt neque furti absolutus Plinius inscitiae, et negligentiae damnari possit, aut damnatus furti reliquorum absolui: quare in eo mihi maxime incumbendum esse intelligo, vt, cum fideliter ac sincere accusationem retulero, eam si non quantum innocentia Plinii postulat saltem quantum ingenii mei vires patiuntur, omni industria refellere, ac coarguere contendam.

Forte ex Latinis Plinium, ex Graecis Dioscoridem de simplicis materiae medicae forma, et facultate tractantes eadem vtrumque scripsisse, iisdem, ac totidem verbis retulisse, et eodem ordine hoc vno distincti, quod hic Graece, Latine ille scripserit, quod recentiores obseruauissent, facile inducti sunt, vt aut Plinium ex Dioscoride, aut ex Plinio Dioscoridem singula transcripsisse arbitrarentur. Nam duos in vno quodam cogitato conuenire nonnumquam posse, neutro alterius conscio, et fatentur a ratione alienum non esse; et Latinae pater, ac princeps eloquentiae Cicero ad Atticum significauit scribens: *Si ego tuum ante legissem commentarium Graece scriptum, furatum me abs te diceres, quae de his rebus Graece item scripta L. Cossinio ad te perferenda dedissem.* Sed in tam multis atque adeo inter se disiunctis, ac valde dissimilibus verborum specie, numero: et ordine prorsus conuenire; hoc veri speciem nullam habet; hoc negant illi fieri posse, hoc me ipsa ratio cogit fateri admittendum non esse. Atque hucusque commissum esse furtum constat, quod neuter

 alte-

alterum nominet; vter duorum commiſerit, nondum apparet, procedentes autem accuſatores ſtatuunt eum eſſe furem, qui poſterius ſcripſerit, maxime vero, ſi aetate alter alterum multis annis antecesſerit, vnde conficiunt ea omnia Plinium ex Dioſcoride tranſcripta furatum eſſe, quorum hic ante vitam cum morte commutauit, quam ille emerſerit in hanc lucem teſtem proferunt Suidam, Dioſcoridem, Anazarbeum cognomento Phacam ſub Antonio, et Cleopatra floruiſſe teſtantem, a quorum obitu ad annum vsque Imperatoris Tiberii duodecimum, anni LVI. numerantur ante Plinii natiuitatem; ſubductis enim annis LVI. quos auunculum ac patrem hunc Plinium iunior Plinius vixiſſe retulit, atque ab anno imperii Titi ſecundo, quo Veſuuii conflagrationem ſeniorem Plinium idem iunior ſuſtuliſſe prodidit retro numeratis,in annum duodecimum Tiberii principatus natiuitas incidit: cum aut mortuum fuiſſe Dioſcoridem oportuit, aut certe annis iam confectum ineptum ad ſcribendum extitiſſe. Addunt alii Arrium Philoſophum, in cuius gratiam, ſublatis Antonio et Cleopatra, Alexandrinis Auguſtum peperciſſe et Plutarchus in Antonii vita, et Dio libro hiſtoriarum II. poſterorum memoriae mandarunt, eum eſſe ad quem Dioſcorides de materia medica ſcripſit, eo in ſingulorum librorum praefationibus nominato; quo argumento, vel deficiente auctoritate Suidae, Dioſcoridem Antonio et Cleopatra dominantibus vixiſſe conuinci opinantur. Audiui etiam, qui diceret Erotianum imperante Nerone ſcribentem, in explicatione Hippocratis verborum huius Dioſcoridis niti auctoritate, quo tempore, cum primus de hiſtoria naturali Plinius ſcribere aggreſſus eſt, vulgatis iam de materia

medica libris a Dioſcoride, ex quibus promptum Plinio fuit Dioſcoridem, non Dioſcoridi Plinium transſcribere, hinc crimina reliqua pendent eiusdem inſcitiae, atque negligentiae. Sed in altero cum ſaepe delinquamus, non tamen facile fit, vt volentes delinquamus atque eos errores committamus, quos reſcientes commiſiſſe doleat; nonnumquam quoque negligentes nulla noſtra culpa videmur, quia diligentes eſſe non potuimus, non quia noluerimus eſſe. Sed furtum quantumcumque eſt, totum eius eſt, qui commiſerit, nullam in eo partem habet negligentia, nullam inſcientia, nec quisquam aut per negligentiam furatur, aut inuitus niſi, violentia illata quam nemo ei infert, in cuius commodum, non ſuum ſit vis redundatura: quare orationis noſtrae maxima pars in eo verſabitur, vt obiecti Plinio huius criminis falſitate apertam faciamus, eius integritatem oſtendamus, et innocentiam tueamur, neque tanti viri laudem, gloriam, et exiſtimationem aliena culpa, ignorationeque temporum diutius obteri, atque obſcurari patiamur. Primum enim quo Imperatores exercituum, quo iuris conſulti, Medici inprimis praeſidio ſaepe vtuntur in rebus obſcuris iudicandis, et conſilio in dubiis capiendo, hoc ego in hac cauſa adhibendum putaui, vt coniecturis quibusdam minime leuibus veritatem explorarem, et ex Plinii moribus, perſona, et eius ad quem ſcribebat dignitate de innocentia argumentarer. Si quis enim odit furtum, et in re literaria ingrati animi culpam auerſatus eſt, is mihi videtur fuiſſe Plinius noſter, qui vel minima, quae nemo ſuppreſſo quamquam exempli auctore vitio fuerit adſcripturus voluit conſtare, ex quo deſumſiſſet; hoc factum eſt, vt centum auctoribus, quos ex duobus

bus prope millibus probatiſſimos ſelegiſſet, opus vniuerſum in praefatione acceptum retulerit: nec ſatis hoc eſſe arbitratus ad animi ſui ab omni fraude alieni ſimplicitatem demonſtrandam, quos ex quibus auctoribus Latinis, aut externis libros accepiſſe, quod qui ante Plinium fecerit, neſcio quemquam, nominatim propoſuit, in quibus non eos ſolum recenſuit, quos tamquam veteres ſua tempeſtate docti homines venerarentur, ſed etiam recentiores. Claudium Caeſarem, et qui eo imperante floruit, Pomponium Melam, Senecam item Neronis praeceptorem, quo poſt Claudium, principe Plinius naturalem hiſtoriam contexebat, Antonium etiam Caſtorem, cui aeuo ſuo ſumma auctoritas eſſet in plantarum cognitione. Taceo ab omni ambitione, et ſtudio alienae ſibi laudis adſcribendae eum fuiſſe vsque adeo remotum, vt ne feminas quidem ſibi praetereundas eſſe duxerit, Agrippinam Claudii, et Olympiadem Thebanam, quarum induſtria aliquo modo fuiſſet adiutus. Et ſane haec ab eo, Patres, expectanda fuerant, a quo vel illud ſcrupuloſius ſcriptum eſt, quod praefatus eſſet, quid in ſingulis libris contineretur, id ante ſe Valerium Soranum feciſſe. Sed ne quicquam a me diſſimulatum iri videatur quod aduerſariis noſtris faueat, nobis aduerſetur, recentiores haud obſcuri nominis non nulli, callido, ac vafro potius conſilio, quam ingenuo, et liberali animo, Plinium ſcriptores tam multos, et quidem vel obſcuriores nominaſſe profiteantur, vt hoc nomine, et grati animi ſpecie ſuum furtum lateret, nec Dioſcoridem exſcripſiſſe, eo inter auctores praeterito crederetur: quibus, ſi quis forte ex auditoribus tam multis animo faueat, velim mihi reſpondeat quinam iſti ſint obſcuri nominis ſcriptores,

ptores, quos ſibi propoſitos in materiae medicae hiſtoria conſcribenda imitandos Plinius nominauerit; an Hippocrates ex iis vnus eſt, vel Theophraſtus? Opinione mea, veſtraque omnium conſenſione, qui artem medicam, aut rerum naturalium contemplationem, vel ſummis labris tantum deguſtauerit, et Hippocratis, vel Theophraſti opera fuerit leuiter odoratus, hos inter obſcuros ſcriptores nemo numerabit. An igitur Crateuas? quem licet non admodum Dioſcorides commendare videatur; Galenus tamen in metallicorum medicamentorum peritia parem; ſecundo in Hipp. libro de natura humana, Dioſcoridi facit. An Iulius Baſſus, Niceratus, Niger, ac Diodotus? quos quamquam in facultate medicamentorum referenda Galeno VI. de ſimplicium med. facult. ſubſcribente in praefatione Dioſcorides damnet; in deſcribendis tamen Galenus commendauit. Nigrum priuatim Galenus loco proxime citato medicae ſtudioſis legendum proponit, demta cauſarum diſputatione, quam non probat; eumdem in nonnullis Dioſcorides reprehendit, Andream laudat, cuius lectionem Galenus eodem in loco fugiendam cenſuit inquiens: *Verum abſtinendum eſt ab Andrea, aliisque ſimiliter mendacibus.* Ceterum fuerint hi omnes obſcuri, ignaui, et in medica materia tractanda prorſus inchoati, exſcripſerit Plinius Dioſcoridem, ac omnem eius meſſem in ſuam tranſportauerit. Cur igitur deſcriptas a Dioſcoride Petaſidem, ac Catanancem praeteriit: Alyſſum diuerſis ab illo notis repraeſentauit, Aetio conſentiente? Euphorbii plantae folia achantina tribuit a Dioſcoride praeterita, a Galeno forte admiſſa IX. de com. med. p. loc. IV. Euphorbii plantam eſſe ſpinoſam dixit, Britannicae figuram referens, caulis,

quem

quem haud magnum esse Dioscorides dixit, silentio inuoluit, quemadmodum et radicis magnitudinem colore nigram esse scripsit, de quo nihil Dioscorides, qui floris quoque mentionem omisit, quam Plinius attigit. Plura eiusmodi exempla praetereo, vtriusque collata lectione sibi quisque colligere potest satis esse pro his omnibus arbitratus Plinium Bechii duo fecisse genera, vnum, quod nomine proprio *Tussilago* a Latinis diceretur foliis hederae; libro vigesimo sexto cap. VI. naturalis hist. alterum, quod Graeci *Chamaeleucem* appellassent, Latini *Farranam*, siue *Farfugium*, folio populi, sc. ampliore, cap. XV. lib. XXIV. cuius opinioni videntur subscripsisse Galenus, Oribasius, et Paulus, Bechii, et Chamae leucis duobus distinctis locis mentionem facientes, ille VI. simplic. med. facult. in litera B. et VII. in litera ch. alter libro collect. cap. XV. tertius libro VII. Tussilagini semen, florem, et caulem ademit, de quo medicos vetustiores Dioscoridem reprehendit, in reliquis notis cum Plinio sentiens: quem si quis forte adeo, non dicam imprudentem; sed ignauum, ac plane stupidum fuisse existimauerit, vt furti occultandi caussa in hoc errore deprehendi voluerit, quem ipsi quod annis edito flore natura esset exprobratura, eum ego mente captum esse, atque insanire dixerim, quasi vero seminis, floris, ac caulis mentionem aut etiam vniuersam Tussilaginis historiam, meliore consilio praeterire non potuerit, nec tam inepta arte, atque ridicula ad gloriam tantopere expetitam adspirare. Neque vero est, vt dicant praefationis operis lectionem Plinium neglexisse, in qua de caule, flore, et semine Tussilaginis in antiquos scriptores Dioscorides animaduertit, cum eadem censura in historia Tussilaginis apud Dioscoridem

dem libro III. legatur, quae nullo pacto Plinium cetera adſcribentem latere potuit, cum plantae Scordii, et Artemiſiae iisdem prope verbis, quibus Dioſcorides hiſtoriam perſecutus ſit, quarum vna immediate Tuſſilaginis hiſtoriam praecedit, altera proxime ſuccedit, vt non ſit locus aduerſariis ad hanc reſponſionem confugiendi. Quibus tamen etiam in hac obſecuturum me libenti animo polliceor, vt fatear hoc caput Tuſſilaginis in Dioſcoride Plinium non vidiſſe, qua ratione ſit factum, vt impegerit in communem errorem, profeſſus hanc plantam caule, floreque eſſe deſtitutam; modo mihi illi reſpondeant cuius ſint, numerus foliorum, color, et figura Tuſſilaginis totidem verbis in vtroque ſcriptore Plinio, et Dioſcoride expreſſi, huius ne, an Plinii, vel cuiusdam tertii. In auctorem Plinium, quem adeo inſectantur, ſcio non eſſe hanc partem relaturos, quod fieri non poteſt ſine crimine Dioſcoridis apud quem eadem legitur iisdem verbis, cuius ſi propria ſit, cum in Plinio exſtet, neceſſe eſſet ex Dioſcoride eam eſſe tranſcriptam, ac quod prius negabatur fateri, Plinium Tuſſilaginis hiſtoriam in Dioſcoride legiſſe cenſuram continentem, cui ſe obnoxium Plinius non feciſſet. Illud reliquum eſt, vt affirment, quod ego quoque facile concedo, ex tertio quodam auctore, quem vterque legerit, Plinius, ac Dioſcorides, haec manaſſe. Quae ſi vera ſunt, Patres, ac neceſſaria, ſi argumenta inconcuſſa, atque eiusmodi, vt niſi ab improbo, et obſtinato homine negari nequeant, ſequitur, vt Plinius noſter idcirco damnari non debuerit, quia haec in eo verbum de verbo ex aliis exſcripta inueniantur, quando profeſſus eſt, per quos profecerit in ſingulis libris: furti vero culpa recidat in Dioſcoridem

ſuum.

ſuum, qui nusquam quicquam ſe ex aliis ſumſiſſe profiteatur, nusquam quemquam materiae medicae ſcriptorem nominet, niſi in praefatione, vt vel vt falſos accuſet, vel vt inchoatos, et in tractanda medicamentorum hiſtoria ac natura ieiunos, atque admodum parcos, aut damnet, aut parum certe commendet; ſe ſolum praedicans, qui totam hanc partem abſolutam poſteritati tradiderit. Denique conſilio iſto plurium ſcriptorum nominandorum quibus adiutoribus opere toto ſit vſus, eo praeterito quem expilaſſet, vt ab omni furti ſuſpicione abeſſet, non videtur mihi Plinius votum ſuum aſſecutus. Faciamus enim Patres Dioſcoridis opera cum aliis multis periiſſe, ipſum etiam nomen prorſus exſtinctum eſſe. Quis credat ea omnia, quae nunc ex Dioſcoride ſumta in Plinio legi contendunt induſtria Plinii, atque obſeruatione eſſe potius inuenta, quam ex tot medicis, quot ſibi de materia medica ſcribendi auctores fuiſſe non ſolum teſtatur, ſed etiam materiam omnem ſubminiſtraſſe, cui nihil plus ſtudii, atque operae ab ipſo fere acceſſerit, quam vt eam exſcriberet; quis credat, vt inſtitueram dicere, a Plinio potius, quam iis ſcriptoribus ea profecta eſſe? Ego ſane, quae in ea opinione diu callum obduxi, per quam, Plinium opera Dioſcoridis vmquam legiſſe, vt credam perſuaderi non poſſum, neſcio an quicquam in eo ſit, quod (his exceptis, de quibus ſuum aperte iudicium, atque obſeruationem ſuam interponit, quae nemo eſt in Dioſcoridem, aut alium quemuis ſcriptorem relaturus ex auctoribus, quarum nomina libris ſingulis praefixa legimus) transſcriptum eſſe pro conſtanti recipiam: poterat auctorum illa ſubticere nomina, ſi aliqua caliditate fuiſſet illectus ſperans hoc animi ſui conſilio, vt his ali-

aliquando iniuria temporis ſublatis, eorum opera, quae tum paſſim legerentur, ſua eſſe futuris ſaeculis crederentur; atque, vt quantum viuenti ſibi ignominiam dolus deprehenſus peperiſſet, idem beneficio temporis obliuioni traditus mortuo tantumdem gloriae eſſet allaturus: quae ſibi auctores nominatim referenti, ſi quorum ſcripta in ſuos libros tranſtuliſſet, nulla ratione fuerat expetenda. Verum redeamus ad confirmandam coniecturis opinionem noſtram, oſtendentes veriſimile non eſſe Plinium ex Dioſcoride nusquam nominato quicquam deſcripſiſſe a perſonae eius, vel quae ſcribebat dignitate, vel ad quam ſcribebatur maieſtate auſpicati. Si namque Plinii exiſtimationem ſpectauerimus, ſi diligenter anteactam eius vitam intueamur, iam tum cum hiſtoriam naturalem Imperatori nuncupabat, doctrinae opinione, et honoribus tantum profecerat, vt ſibi potius, ne partam gloriam improbo aliquo facto inquinatam atque pollutam in omne tempus obſcuraret, curandum eſſet, quam ad nouas laudes, atque honores nouos conſequendos animus adiiciendus; quippe plures ſuas lucubrationes iam edidiſſet magno plauſu exceptas, ac ſumma diligentia conquiſitas, libros quos *de Grammatica* in praefatione vocat, atque alios, quos ibidem innuit inquiens: *Nec his ſolis meis multa adiici poſſe confiteor, ſed et omnibus, quae edidi.* Quorum vt arbitror nomine librum *de Iaculatione equeſtri* intellexit, dum *praefectus alae militaret*, *pari ingenio*, *curaque*, et iunior Plinius auctor eſt, *compoſitum*; *duos de vita Pomponii Secundi*, *de bello Germanico viginti* inchoatos, cum in Germania militaret, *ſtudioſos tres*, et *Dubii ſermonis octo* extremis Neronis annis conſcriptos, quos non ſatis conſtitutum habeo, an ſint Gram-

Grammatici ab eo vocati, cum *Studiosi ab incunabulis*, inquit iunior, *oratorem* informent atque absoluant, quamquam ex his quae a Carisio scribuntur, plura in his legerentur, quae ad institutionem grammaticam pertinerent. Si magistratus autem per eum gestos, si dignitates, ac honores consecutos quaeratis, audite, quid de iis iunior Plinius in epistola ad Marcum paucis dicat: *Decessisse anno sexto, et quinquagesimo, medium tempus distentum, impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum egisse.* Et paullo post: *Tibi recordanti quantum legerit, quantum scripserit, non ne videtur, nec in officiis vllis, nec in amicitia principum fuisse?* Quantum autem amicitia apud Imperatorem posset, vno hoc, et quidem maximo argumento constat, quod, vt diximus, iuniore Plinio teste, ante lucem Imperatorem salutaret; ad quem, cum ratio ipsa satis auctoritatis habeat ad persuadendum non fuisse nisi intimos amicos admissos, Suetonius in Vespasiani vita ad ipsum his verbis affirmat: *In principatu maturius semper, ac de nocte vigilabat deinde perlectis epistolis, officiorum breuiariis amicos admittebat, ac dum salutabatur, et calciabat ipse sese, et amiciebat.* Xiphilinus vero ex Dione: *Ante lucem, cum etiam adhuc esset in lecto colloquebatur cum iis, qui sibi valde familiares erant, ceteri in viis eum salutabant.* Quod si eius intueamur maiestatem, ad quem scribebat, ea maxima erat, ac prope aequalis Imperatoria; ad Titum enim, vt ego arbitror, vt alii Domitianum, Vespasiani filium eius epistola est. Quo loco digredi cogor veritus ne de operis quoque nuncupatione, Plinii aut iudicii infirmitatem, aut animi peruersitatem aduersarii damnent, quia deliciis humani generis Tito impurissimum ac flagitiosissimum fratrum praetulerit, vt nonnullis visum est, Domitiano suos a Pli-

nio libros, non Tito, quorumdam antiquorum codicum testimonio nuncupatos esse contendentibus, atque ea inprimis ratione, quod vltra sextum consulatum, quo dicatum suum a Plinio fuit opus, septimum non gesserit patre viuente Domitianus, sed Titus, quod qui patris laudes cecinit, et in iis meminit fratris, fuerit Domitianus auctoritate Valerii Flacci, quod inter celebres sui temporis poetas referatur; ac quod quemadmodum fratrem imitaretur, excogitasse eum Plinius in praefatione scripserit: nam caret omni veri simili coniectura. Hermolaum Barbarum, hoc nomine excuso, quod dubius haeserit in hac quaestione: eos vero non damnare non possum, qui tam obstinate, quam imperite patronum operi delectum Domitianum asseuerant; Imperatorem enim eum, ad quem Plinius scribit, appellasse viuente patre, Titum intellexisse constat ex libro secundo naturalis historiae cap. XIII. cum ait: *Vt in duodecim diebus vtrumque sidus* (Sol videlicet, et Luna) *quaeretur*, *et nostro aeuo accidit imperatoribus Vespasianis patre III.* (IV. legi debuit) *filio iterum Coss.* Hic enim filius Domitianus esse non potuit, qui ne semel quidem cum patre toto eius principatu consul fuerit, cum Titus septies. Libro item septimo, cap. XLIX. *Census quem intra quadriennium Imperatores Caesares Vespasiani, pater filiusque Censores egerunt*, idem Plinius dicens haud dubie Titum, non Domitianum significauit, quem cum patre lustrum condidisse Censorinus in libro de die natali scribit his verbis: *Inter primum a Ser. Tullio rege conditum lustrum, et id quod ab Imperatore Vespasiano V. et Tito Caesare III. Cos. factum est, anni interfuerunt paullo minus DCL.* Idem Iulius Capitolinus confirmat in Marco Antonio scribens: *Annium Verum Marci auum in patritios adscitum*

tum, a principibus Vespasiano et Tito Censoribus: quos rursus idem Plinius intellexit libro naturalis historiae tertio, capite V. inquiens, *Moenia vrbis collegere ambitu Imperatoribus, censoribusque Vespasianis anno conditae DCCCXXVIII. pass. XIIIM. CC.* Sed vero imperatorem cum patre Domitianum nusquam Plinius appellauit eo loco demto, qui in quaestione est ex initio praefationis in quodam codice, nusquam alius quisquam. Accedit eum, cui dicatum a Plinio opus est, ab eodem in praefatione *triumphalem, censorem, praetorio praefectum, et participem Tribunitiae* potestatis appellari, qualem Titum fuisse in eius vita locupletissimus testis Suetonius est, a quo et *Imperii particeps, et tutor* dicitur: quippe ad se prope omnium officiorum curam recepisset. Cum patre eumdem imperasse Xiphilinus ex Dione significauit his paucis: *Titus ex quo tempore principatum solus obtinuit.* In aereis nummis viuente patre cusis *Imperator, censor, Tribunitiae* potestatis particeps legitur, quorum exempli gratia referam sic habentem, T. CAES. IMP. VESP. CENS. AVGVR. PONTIF. TR. POT. IMP. III. COS. II. Ex aduerso nusquam apud Plinium, apud Suetonium, apud Dionem, apud alium quemquam ex antiquis scriptoribus cum patre Censurae, aut Tribunitiae potestatis principem Domitianum exstitisse inueniatis, aut ante Titum fratrem in aereis nummis, vel marmoreis tabulis cum patre imperasse, qui ne fratre quidem post obitum patris dominante, alio quam *Caesaris*, nomine, et *Principis iuuentutis* nominatus fuerit testibus aereis nummis, quorum duo vltimis Vespasiani annis cusi hic habent: CAESAR AVG. F. DOMITIANVS COS. V. PRINCEPS IVVENTVTIS. Alter. CAESAR AVG. F. DOMITIANVS AVGVR. P. COS. CAES. VI. Alii vero mortuo iam patre, et fratre sine col-

lega imperium adepto cusi nihil plus addunt, quam vt patrem inter diuos relatum dicant in hunc modum: CAESAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS COS. VI. PRINCEPS IVVENTVTIS. Et in alio: CAESAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS COS. VII. PRINCEPS IVVENTVTIS. Hic subit mirari grauissimum virum Hermolaum Barbarum in annotationibus ad Plinii praefationem scripsisse, nemine quamquam prodente, Censorem, et Tribunitiae potestatis cum patre participem Domitianum esse potuisse; cum scriptores ita loquantur, vt non eum praeteriisse, sed a Tribunitia potestate exclusisse videantur; et vbi negligentia peccassent, diligentia in nummis cudendis obseruata, eius nos apertissime admoneret. Omnes enim, vt diximus aerei nummi idem confirmant, quod ab his scriptoribus proditum est. Illud autem doctissimo viro vsque adeo aduersatur, vt nulla possit ratione excusari, quod in nummis imperantis Domitiani anno secundo cusis Tribunitiae potestatis annus secundus cum nono consulatu notetur his verbis in vno:

IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. POT. II. COS. VIV. P. P.

In altero:

IMP. CAESAR DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. POT. II. IMP. V. COS. VIV. CES. X. P. P.

Idem igitur annus fuit imperii eius, et Tribunitiae potestatis secundus, ac nonus consulatus, cum VII. Cos. principatum summo omnium scriptorum et aereorum nummorum consensu adeptus fuerit, qui si patris imperantis, vel vltimo anno particeps fuisset Tribunitiae potestatis, huius annus secundus anno primi imperii Titi coepisset, tertius secundo, quartus primo sui imperii, quintus secundo siue nono suo Consulatu, quo cum secundus, non quintus

tus Tribunitiae poteſtatis annus ſignatur. Diuerſa ratio eſt Titi, quem omnes nummi ante initum imperium participem faciunt Tribunitiae poteſtatis, vt arbitror anno imperii ſui tertio a patre communicatae; cum annus imperii Titi vltimus Tribunitiae poteſtatis vndecimus annus numeretur in aereis nummis. Iam inſtar omnium ſit mihi Plinius iunior in panegyrico Traiano dicto, non ſicut multi; Titum cum patre Veſpaſiano imperaſſe ſcribens, ſed ſicut alius nemo, ſolum cum patre imperaſſe, excluſo Domitiano teſtatus his verbis. *Simul filius, ſimul Caeſar, mox imperator, et conſors Tribunitiae poteſtatis, et omnia pariter ſtatim factus es, quae proxime parens Verus tantum in alterum filium contulit.* Veſpaſianum autem intelligebat. Quibus apertiſſime conſtat cum patre Domitianum non imperaſſe. At epiſtola nuncupatoria, inquiunt aduerſarii, Domitiano quorumdam codicum teſtimonio inſcribitur, quibus nos pleroſque Tito opus nuncupatum affirmantes opponimus, et quidem rectius, quam in paucioribus illis legatur. Iis vero, qui ſextum conſulem fuiſſe tantum Domitianum viuente patre referunt, id, vt veriſſimum concedo, nego a Plinio ei opus nuncupatum, qui plures quam ſex conſulatus, patre Veſpaſiano viuente, non geſſerit. Huic dicatum volo, qui tum ſexto conſul tantum eſſet, cum eum ſibi patronum operis Plinium delegit duobus ante obitum patris Veſpaſiani annis cuius res geſtas quid prohibet vtrumque filium Titum, et Domitianum carmine comprehenſas laudaſſe? Alterum quoque fratrum illas praeteriſſe, hunc amore ſimulato, illum vero honore perſecutum quid prohibet? Perſpicuum tamen eſt, ſatius, et probabilius praeclara patris facinora Titum celebraſſe, quam Domitianum patrem odio perſequentem. Nam qui a pa-

tre Vespasiano ira aduersus Domitianum incenso, precibus, auctore Tacito, obnixe contendit, ne grauius quicquam in fratrem statueret, sed omnino placabili illi se praestito ac miti, filios quemadmodum inter se conuenirent, ac perpetuam concordiam obseruarent, exemplo suo admonitos instituere vellet; quique sui erga Domitianum amoris eam significationem praebuit, qua maiorem a patre filius obsequentissimus exspectare non potuisset, vt certior insidiarum sibi soli iam imperante ab eo intentatarum factus, cum perdere posset non solum noluerit, sed lachrymis etiam, ac precibus non semel obsecrauerit, malo erga se animo esse, vt tandem desineret, ac mutuo in amore, Suetonio, et Eutropio testibus, responderet. Quod eumdem vero Domitianum inter illustres poetas antiquorum nonnulli retulerint, quid attinet dicere? An quantum doctrinae quisque fuerit consecutus, tantumdem ab altero detractum iri necesse est, nec plures possunt eadem excellere eruditione? An quia Demosthenes orator maximus habitus est, Ciceronis eloquentiae principis laudibus obscuritatem attulit, ac nomen depressit? Aut cum toties summa cum gloria Magnus Pompeius de hoste victoriam reportauit, ac splendide triumphauit, Caesari ad gloriam militarem, ac res maximas gerendas triumphosque promerendos iter praeclusit? Fuerit igitur per me poeta licet cum primis celebrandus Domitianus, nolo Titum idcirco in arte poetica non plurimum excelluisse, in quem a Plinio laudes illae congestae fuerint, *Latinae Graecaeque linguae*, vtar Suetonii verbis in Titi vita, *vel in orando, vel in fingendis poematibus promtum, et facilem ad extemporalitatem vsque*; siue, vt ait Eutropius libro Romanarum Hist. VII. *facundissimum, qui causas Latine egerit, poemataque; ac tra-*

goe-

goedias Graece composuerit. Vt ingenue autem dicam, quod sentio, non potius, existimo tantum poetam fuisse Domitianum, quantum sui temporis scriptores praedicarunt, quam ab adulantibus inter illustres fuisse nominatum, quod vt credam, facit locupletissimus testis Suetonius, cui fides eo abrogari non potest, quasi lecta referat, cum imperante Domitiano vixerit aut ob adulationis suspicionem non praestari non debet, cum ex humanis Traiano principe sublato scripserit, inquiens, *tam Domitiano poeticae studium ante patris principatum fuisse insuetum, quam postea spretum, et abiectum*, et alio in loco, *Numquam aut historiae, carminibusue cognoscendis operam vllam, aut stilo, vel necessario dedit, epistolas, orationes, et edicta alieno formabat ingenio.* Nec distrahor in aduersam sententiam, quia Domitiano imperante tuta satis adulatio non esset: nam periculosius erat non adulari, quod se ille ab vnis inuitis laudari ab alteris contemnentibus non laudari penes Dionem arbitraretur; quae res fecit, vt poetas celebriores referens imperatore Domitiano Quintilianus eo immodice laudato adulatos, quam contemtor praeterito videri maluerit, sed ita vt petita venia, quia laudasset, eum potius assentatum esse; quam instituti serie ita postulante sui meminisse Domitianus suspicari non posset. Eam porro partem, qua Plinius videtur voluisse Imperatorem *quemadmodum fratrem imitaretur, excogitasse*, sic accipio, vt si tantus poeta fuit Domitianus, quantum Quintilianus praedicat, animi Titi foecunditatem Plinius extollat, qua non solum eloquentia praestiterit, verum etiam in poetica excellens, cui maxime Domitianus studuisset, eum imitatus fuerit, vel si, vt diximus, Domitianum adulatio, non veritas, talem, tantumque poetam finxit, non sicut legitur

 in

in impreſſis, *quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitaſti*, ſcripſiſſe Plinium volunt nonnulli, ſed, *quemadmodum frater quoque imitaretur, excogitaſti*, ſpectatiſſimis videlicet moribus, atque imperii exercitatione nobiliſſima ipſum inuitans ad te imitandum, quod a Domitiano quamquam inuitiſſimo aliquando factum eſſe Suetonius, et Tacitus in ſcripta retulere. *Simulauit*, inquit ille in eius vita, *et ipſe mire modeſtiam, inprimisque poeticae ſtudium, tam inſuetum antea ſibi quam poſtea ſpretum; recitauitque etiam publice. Simul* (alter ait libro decimo nono) *ſimplicitatis ac modeſtiae imagine in altitudine conditus, ſtudiumque literarum, et amorem carminum ſimulans, quo velaret animum, et fratris aemulationi ſubduceret:* Vt enim ſe Domitianus diligeret, nullis beneficiis, obſequiisue vllis conſequi Titus vmquam potuit. Sed adeo indies magis aduerſus eum ac patrem odio exarſit, vt adeptus principatum fratris quidem exiſtimationem edictis ſaepe proſciderit, ac maledicis orationibus teſte Suetonio, patrem etiam odio habuiſſe palam facere non erubuerit; Dionis auctoritate. Quid? quod Imperium ſe patri, et fratri dediſſe, quod ſibi reddidiſſent, in ſenatu fronte perfricta et ore impudentiſſimo iactare non dubitauerit, vt neſciam, qui potuerint aduerſae partis fautores verba illa Plinii (*Quanto fratrem amas*) de Domitiani erga Titum amore dicta exiſtimare, qui nihil minus, quam amare quemquam nouiſſet, nihil magis, quam fratrem odiſſet, a quo vnice amaretur; cuius erga Domitianum amoris ſingularis, praeter eas, quas diximus, ſignificationes, haec quoque acceſſit, quod ei Conſulatum ordinarium ſibi deſtinatum impetrauerit. Itaque vnde diuertimus redeuntes, Tito ſuum opus Plinium nuncupaſſe concludamus viro principi, non ſolum Imperatori dignita-

gnitate prope aequali, et Imperatori designato; verum etiam Latine, ac Graece literatissimo, singulari memoria felicissimo, et ingenio ad dicendum, vel ex tempore soluta oratione, aut carmine paratissimo, eloquentissimo, ditissimoque insignibus bibliothecis, cui in praefatione alieni laboris expilatores Plinius indicans scribit: *Scito conferentem me auctores deprehendisse a iuratissimis, et proximis veteres descriptos ad verbum neque nominatos*: quos graui paullo post reprehensione apud eumdem notatos damnavit in hunc modum: *Obnoxii profecto animi, atque infelicis ingenii est in furto deprehendi malle, quam mutuum reddere.* Haec volo vos Patres perspicere diligenter, et mentibus vestris intueri, quam verisimile sit Plinium adduci potuisse, vt speraret, quam a se, a nemine vmquam lectum, visum, aut auditum iri, quod ipse opus Dioscoridis exscripsisset, ac confideret in amplissimis Principis Bibliothecis cum ceteris scriptoribus idem aut tum non posse numerari, aut post hac importari, vel ex literatis viris, quos tam multos honorificentissimis praemiis Romam Vespasianus vndique exciuerat, neminem futurum, qui Dioscoridem, aliquando vel vidisset, vel nominari audiuisset. Qua spe, quaque fiducia Plinium si quis furtum tum commisisse existimauerit, eum ego consilio non minus puerili, et ratiuncula paene anili de Plinio iudicare censuero, quam hic ipse abiecti animi, ac vafri significationem minime obscuram furto commisso praebuisset. Equidem priuatum hominem, genere obscurum, humilem ingenio, consilio infirmum, et animo ignobili, atque liberali praeditum, inanis gloriae causa furtum, et facere potuisse existimo, et fecisse scio; sed principem virum doctrinae, probitatis, et consilii opinione maximum, Imperatori familiarem, apud eius-

 dem

dem filium, apud imperii administrum, tum cum maxime longe lateque patebat imperium, vnum principem, ac Dominum agnosces apud eum, qui mox futurus Imperator esset, optimis moribus excultissimum, doctrina quam dignitate haud minus eminentem, libris locupletissimum, viris omni doctrina genere ornatissimis stipatum tantulam sibi gloriolam, atque adeo incertam, cum totius existimationis suae certissimi naufragii tanto discrimine, furto seuerissime a se damnato quaesiuisse, hoc mens mea non capit, Patres, hoc persuaderi non possum, quod eiusmodi esse existimo, vt qui secum ipse accurate reputauerit, ac diligenti examine excusserit, de eo Plinium sit nemo suspectum habiturus, tantum abest, prudentissimum virum pudendum adeo errorem commisisse sit crediturus, quod in hominis omnis consilii inopis mentem vix cadere posse videatur. Quo nomine, iam confidentius venio ad accusationis neruos elidendos, et obiecti criminis euertenda fundamenta professus aduersarios nostros egregie hallucinari, existimantes huius Dioscoridis, de quo lis est, patriam esse certam, aut eumdem, si patria fuit Anazarbeus, cum eo, quem Marco Antonio, et Cleopatra dominantibus Suidas floruisse prodidit, conuenire, aut cognomine Phacam extitisse; vel aut Arrium, ad quem Dioscoridis sex libri de materia medica scripti circumferuntur, eum esse cuius causa veniam ab Augusto impetrarunt Alexandrini, vel Erotianum imperante Nerone ad Andromachum de vocibus Hippocratis scripsisse. Age igitur videamus vnde fuerit hic Dioscorides existimationis Plinianae obscurator, ex quo cum duos libros Oribasius ad verbum transcripserit XI. ac XII. collectorum, vno Dioscoridis nomine contentus patriam omisit. Aetius Oribasium imitatur, Paulus Aegineta libro

VII.

vii. idem obſeruat. libro. IV. Dioſcoridem quemdam Alexandrinum vocat, C. quidam Plinius Galeno iunior, cum ſaepe nominet Dioſcoridem libro IV. numquam patriae meminit, D. Hieronymus libro ſecundo aduerſus Iouinianum Dioſcoridem ſimpliciter dixit, nec minus Caſſiodorus libro de Diuinis lectionibus, cuius cum frequentiſſime Serapio meminerit in deſcribendis ſimplicibus medicamentis nusquam patriae rationem habuit, quam antiquus quoque Dioſcoridis interpres praeteriit, omnibus antiquior Erotianus cum Dioſcoridem quemdam cognomento Phacam appellatum fuiſſe ſcribat, tamen materiae medicae ſcriptorem ſolo Dioſcoridis nomine ſignificavit: ſolus Galenus ſaepiſſime Dioſcoridem hunc nudo nomine citauit, nonnumquam patria fecit Anazarbeum, quibus in locis antiquus interpres neglecta patriae mentione videtur non legiſſe *Anazarbeum*. Ita ſit, vt quod plerique volunt, non ſit adeo firmum, ac conſtans, Dioſcoridem noſtrum fuiſſe Anazarbeum, tametſi verum ſit auctore praecipue Stephano Byzantino Dioſcoridem quemdam medicum fuiſſe Anazarbeum. Subit mihi aliquando ſuſpicari ignarum quempiam plures Dioſcorides artem medicam ſuis commentariis illuſtraſſe, huius ipſius ſcriptoris Byzantii, vel Suidae auctoritate impulſum, Dioſcoridis patriae Anazarbi nomen addidiſſe, quod in antiquis Dioſcoridis, aut Galeni operum exemplis forte deſideraretur: verum quoniam tum manuſcripti Dioſcoridis exempla, tum Galeni vt editiones Graecas impreſſorum miſſas faciamus, patriae mentionem habent adiunctam, de hoc nolo pertinacius contendere, vt mihi aſſenſus praebeatur. Sed cum ceteris profeſſus Dioſcoridem hunc fuiſſe Anazarbeum, etiamſi praeter Anazarbeum alter fuerit Alexandrinus, tertius iunior penes Erotianum,

et

et Galenum, qui quartum addidit Tarſeum, quinto de comp. med. ſecundum genera cap. xv. tamen nolo eumdem cum Anazarbeo Suidae confundi, cum eius operis, quod huius ipſius, quem prae manibus habemus, Dioſcoridis, illuſtri argumento appareat, non plures modo Dioſcorides Medicos, ſed plures Anazarbeos de re medica commentarios edidiſſe. Pars quaedam eſt in Dioſcoride hoc noſtro Anazarbeo, quae de curandis ictibus ab animalibus venenum emittentibus illatis, eam alii ſeptimum, et octauum librum eſſe volunt, quorum opinionem adiuuat Marcellus octo de materia medica Dioſcoridem edidiſſe ex Galeno teſtatus, haec in libris de ſimplicibus med. facult. habente ὁ δὲ Ἀναζαρβεὺς Διοσκουρίδης ἐν ή βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασιν ὕλην ἔγραψεν. quod eſt, *Anazarbeus autem Dioſcorides octo libris vtilem omnem materiam ſcripſit*. Galeni Graeci codices, quot ego vidi, libro VII. cap. primo haec eadem habent, excepto librorum numero, qui non numeri nota ſignificatur, ſed eius loco πέντε ibi, et paullo poſt legitur, quod *quinque*, non *octo* ſignificat, nec difficilis fuit lapſus ex E litera in H addita literae E altera H parte. Illud potius inquiſitione dignum videretur, ſolos ne quinque de materia medica libros Dioſcorides compoſuerit, conſentiente praecipue Graeca litera Dioſcoridis cum Galeno: ἐν τούτῳ, *enim ait*, τελευταίῳ, videlicet. *In hoc vltimo totius operis diſſerimus de vinis;* non ſicut legit Matthiolus, *In hoc quinto;* ſed viderint, quorum opera in illuſtrando, et explicando Dioſcoride verſatur. Nam Marcellus, qui primus difficultatem ſenſit, haeret, nec mei muneris eſt digredi tam longe ab inſtituto, quod repetens addo, alios eamdem partem in tres libros ſeptimum, octauum, et nonum ſecuiſſe, nonnullos cum libro ſexto coniunxiſſe, quos ſecutus Matthiolus rationem addidit, cur a ſexto

a ſexto disiungi non poſſit, in cuius initio hunc ipſum totius operis extremum eſſe Dioſcorides cenſuit ſeptimo, octauo nonoque excluſis: quo cum ego in eo conſentio, quod ſeptimum librum Dioſcoridem materiae medicae ſcriptorem addidiſſe noluit, diſſentio quod hanc partem, cuius initium librum ſeptimum nonnulli inſcripſerunt, eſſe libri ſexti partem exiſtimauerit, in hoc enim falſus Matthiolus eſt, quod hanc partem ab eo ſcriptore a quo quinque priores libri compoſiti fuere, editam eſſe putauerit, quae vt oſtendam, omnino ab altero quodam Anazarbeo Dioſcoride, ſic enim inſcribitur, profecta eſt. Priorum enim librorum auctor, haud procul ab initio libri ſexti ait: *Generoſiſſime auxiliantur antidota, quae in operis calce ſcripta reliquimus.* Quibus eum conſtat ibi finem operi feciſſe, vbi horum antidotorum meminit, poſt abſolutum de letalibus medicamentis ſermonem ante eam partem, quam ego nolo eumdem habere auctorem, cum ait, *His ſubſcribenda fuerant antidota nobilia, quibus praeclare auxiliantibus vtimur, quale Mithridaticum, quod ex ſanguine eſt, ac quod e Scinco fit: verum quoniam alibi accurate ſcripta ſunt, ſuper ſedendum nobis hoc opere cenſuimus.* Siquidem igitur huic operi finis eſt, qui, ad ſextum librum, quae ſequuntur, fieri poteſt, vt credantur pertinere, quem ea quoque disiungunt, quae in initio libri ſexti de venenatis medicamentis leguntur, neglecta ictuum letalium commemoratione, quos aeque ſe perſecuturum dixiſſet, cum de his ſibi tractandum propoſuiſſet, ſicut de letalibus medicamentis ſibi ſermonem eſſe futurum praefatus eſt ſcribens in hunc, vel ſimilem modum: *In hoc totius operis extremo de medicamentis homini ſalutaribus, aut peſtiferis, nec non ictibus virulentis agendum eſt.* At non ſic dixit: ſed cetera praeter verſiculum a me additum

ditum, *nec non ictibus virulentis*, vt ostenderet de his nulla, de illis omnia se esse dicturum. Nam quod hic auctor consueuerit Arreo, quid dictum sit, quidue dicendum, paucis prius indicare, quam ipsam dicendorum narrationem aggrediatur, id vero maxime ex secundo, tertio, et quinto libro intelligitur, in quibus singula recensuit, quorum in iis sermonem esset habiturus, quod in sexto non obseruasset, iis additis, quae ad ictus venenatos pertinentia posterius leguntur. In hoc ipso sexti libri initio sermonis breuitatem pollicetur, et obseruat tota illa parte, quam ego sexti propriam esse existimo, sequentis partis auctor sermonis prolixitatem amat, atque in differendo de causis multus est quod priori Dioscoridi non probatur, eos in operis praefatione damnanti, qui artis effectus non ipso rerum vsu confirmandos, et sanciendos putant, sed inani studio, et inquisitione causarum occupantur. Illud vero maxime vtriusque auctoris diuersitatis nos admonet, quod in initio statim huius partis, quam a prioribus libris disiungendam iudicauimus, haec scribantur: *De animalibus virus eiaculantibus, et medicamentis perniciosis idcirco scribere aggredimur, quo tota curationis et remediorum oratio absoluatur.* Quae quis non videt, praefationis cuiusdam principium, ac praemonitio quaedam posterius dicendorum, qua lector, quod in his solet, attentus reddatur, quod fieri medio in libro non conuenit, maxime vero Dioscoridis ex praecedentibus insolens esse videtur, sed vtroque nomine nouae tractationis significationem praebet, quocirca idem esse non potest, qui, vt proxime dicebamus, sui operis extremum, ea, quae praecedunt hanc partem, constituerat: Addamus, quod equidem miror, nobilissimos Dioscoridis interpretes non animaduertisse in his verbis, de medi-

medicamentis perniciosis, siue venenis se tractaturum esse auctorem polliceri, quod in eum, qui librum sextum, et eam partem condidit, quae docet exhausto veneno periclitanti subuenire, referri non potest, quin eumdem, aut omni memoria destitutum faciamus, aut repetita venenorum curatione desipere velimus, quem vel hoc praesidio tueri nequeamus, vt mentionem venenorum hoc loco ab imperito aliquo accessisse dicamus, cum paullo post haec verba repetita, de diuisione haec a se scripta fateatur, inquiens. *Haec autem duabus summis partibus, sicuti ab initio diximus, continetur, vna eorum de feris venenum emittentibus est, quam Theriacam vocant, altera de venenis, quae Alexipharmaca dicuntur.* Post pauca vtriusque partis in hunc modum rursus mentio fit: *Pauca omnino sunt, cum ex animalium numero, tum ex venenis exitialibus quae pericula sua in longum protrahant, vel segniter agendo differant.* Et altero loco proximo: *Sed et qui vltro venenum hauserint, si facti poeniteat, et sibi subueniri postulent celeritate maxima opus est.* Taceo quod idem protinus ab iis meminerit sagittarum veneno delibutarum. Nam euidentiora sunt, quae prope capitis calcem scribuntur et in rem nostram magis conferentia: *Itaque enim,* inquit auctor, *venena, si hausta sint, crebris nominationibus euocantur.* Quae cur ab auctore primo repetita sint nescias, cum ea ad initium sexti retulerit, cur vero dicantur a diuerso scriptore in promtu ratio est, quod decurandis venenis tractaturus esset, de quibus nondum egisset. Demum sibi quisquo proponat principium sexti libri, qua parte, si quis sciens, aut ignarus venenum hauserit, quid fieri expediat, tractatur, et alterius partis, de qua quaestio instituta est initium, conferendum, quo loco de eodem, qui volens, aut nolens venenum deuo-

deuorauerit; nec addubito, ex sermonis similitudine ab vno auctore locis parum dissitis nullo pacto dici potuisse, a diuersis exspectari debuisse, esse facile iudicaturum. Sit igitur haec summa disputationis nostrae, diuersos auctores hos esse nomine, patria, et professione conuenientes, vt quod ad hoc attinet etiam, tres diuersis temporibus floruisse, quorum vnus fuerit Dioscorides Suidae, ab vtrisque commemoratis diuersus. Quibus hoc consequimur, vt Dioscoridem materiae medicae scriptorem ab altero Suidae diuersum esse potuisse, non etiam, quod maxime causa nostra postulat, alium ab eo hunc fuisse conuincimus; quod aggrediar nunc euidentibus satis argumentis demonstrare. Crateuam Dioscorides statim in operis initio inter veteres medicae materiae scriptores refert, vnde promptum est coniicere, a Crateua adscribentem Dioscoridem annos vel centum, aut etiam multo plures intercessisse, qui si a Pompeio Magno, quo florente Crateuas scripsit, numerentur, Neronis principatum attingunt, cum Dioscorides suum opus Arreo nuncupauit: nec me, qui falsitatis arguat, futurum esse quemquam, modo aliquid sapiat, existimo: quia eo ipso tempore, quo magnus Pompeius excelluit, Crateuam vixisse, ac scripsisse, dixerim, Hippocratis auctoritate aduersante, cuius ad Crateuam exstat epistola. Nam, vt ceteras coniecturas praeteream, quibus non haec modo epistola, sed reliquae quoque falso Hippocrati adscriptae cognoscuntur, huius ipsius epistolae argumento hoc maxime apparet, in qua Crateuam Hippocrates admonet, vt sibi ad sanandum Democratum insanientem ituro herbas paret, quas non dicit: quasi omnibus opus esset, et in insania summo veluti genere omnes morbi contineantur, quibus ex vsu sint omnes herbae. Ibidem Crateuae peritiam in mate-

ria medica, haud exiguis, obſcurisque laudibus extollit, quem tamen docet, quibus ex locis petendae ſint herbae praeſtantiores, ac quid in transmittendis ſeruari expediat. Adde velle, vt primo quoque tempore ad ſe mittantur herbae, flores, fructus, ſemina, ſucci, lac, lachrymae, radices, liquamenta, et cortices, quae cum diuerſis omnino temporibus colligi neceſſe ſit, quo vſui medico idonea ſint, certiſſimum faciunt ſcribentis inſcitiae argumentum. Radices namque, et cortices teſtimonio Dioſcoridis in praefationis vniuerſalis calce, tum vigent, et vtiles ſunt, cum folia contabeſcentia, et alimento deſtituta decidunt, cum herbae vero turgent ſucco, et plurimi ſunt vſus, radices quodammodo exhauſtae prodeſſe non poſſunt: lac, lachrymasque medio tempore inter herbae, et radicum vigorem excipi conuenit: fructus, et ſemina poſterius, ante flores, quae ſibi omnia ſine diſcrimine temporis imperitiſſime colligi voluit. Sed cum omnia haec nihili fecerimus, tamen Plinii auctoritas palam facit eum, qui epiſtolam hanc finxit, tempora, quibus Hippocrates, et Crateuas vixerunt, prorſus ignoraſſe; cum ille antiquior Ariſtotele fuerit, hic aliquot ſaeculis poſterior Mithridati a Magno Pompeio deuicto plantam adſcripſit de eius nomine *Mithridation* appellatam, vt auctor Plinius eſt libro nat. hiſt. xxv. cap. vi. his verbis. *Ipſi Mithridati Crateuas adſcripſit vnam Mithridation appellatam, alteram Lenaeus* Magni Pompeii Libertus, cuius iuſſu Mithridatis commentaria medica, quae in arcanis ſuis ille reliquerat, Latina fecit, eodem Plinio teſte eiusdem libri cap. II. Euphorbium inuenit rex Iuba, penes Plinium lib. nat. hiſt. v. cap. I. Pater Ptolemaei, quem ex Antonii, et Cleopatrae filia eiusdem cum matre nominis ſuſcepit, Plutarchi, et Dionis

testimonio, huius libro hist. LI. illius in M. Antonii vita. Strabo libro suae geographiae xvii. idem sensit, sed vxoris nomen subticuit. Ibidem eius, qui cum Scipione aduersus Iul. Caesarem bellum gessit, hunc ipsum Iubam filium facit, non *Ptolemaei*, sicvt mendose legitur in Solino, et Mauritaniae eam etiam partem, quam Bogus, et Bocchus Romanae Reipublicae amici tenuerant regno paterno Augusti liberalitate adiectam possedisse asserit: quamobrem primus vtrique Mauritaniae imperasse, a Plinio loco nuper adducto traditur, quem infantem in triumphum a Iul. Caesare ductum, Appianus Alexandrinus lib. de bello ciuili, et in vita Caesaris Plutarchus prodidere: decessisse vero, se scribente, lib. xvii. suae geographiae Strabo auctor est, qui suo testimonio lib. xiii. et alibi Tiberio Principe geographiae opus componebat, vt nulla ratio reliqua sit, per quam in dubium quemquam reuocare posse existimem, an is Iuba, cui Euphorbii inuentio tribuitur fuerit idem; qui Augusto imperante in Mauritania regnauit; accedente praesertim et altero argumento Euphorbii nomine sui medici Euphorbii fratris Musae Augusti medici appellati, vti Plinium septimo capite libri nat. hist. xxv. posteriorum memoriae mandasse legimus. Meminit Euphorbii Niger, sed ignarus vbi nasceretur, aut ex qua planta, succum ex herba Chamaelea in Italia nascente expressum esse fabulatus est; ex hoc enim succo Euphorbium adulterinum ab impostoribus conficiebatur, teste Plinio libro nat. hist. xxv. cap. vii. Hinc Dioscorides Nigrum de Euphorbio in praefatione grauiter reprehendit: libro vero tertio cap. xxi. scribens in Libya inuentum esse Euphorbium Iuba regnante, hoc loquendi modo videtur nobis significare, defuncto pridem Iuba, Dioscoridem de Eu-

phor-

phorbio ſcripſiſſe aliquot poſt imperium Tiberii annis, quo dominante Iubam extremum diem obiiſſe diximus ex Strabone, cum de eo iam Niger egiſſet, quem aliquot poſt annos Dioſcorides ſecutus eſt. Quibus facile adducor (iam enim exponendum eſt, cur Euphorbii hoc loco ſermonem inſeruerim,) vt credam Dioſcoridem hunc non ſolum Antonio, et Cleopatra imperantibus, non floruiſſe; verum etiam ne natum quidem ſub Auguſti principatu putem, cum qui ex medicis Euphorbii meminerit ante Scribonium Largum nullus exſtet, is vero imperante Claudio vixit, quo cum in Britanniam tranſmiſit ſe auctore libro de comp. med. cap. xxxviii. Neras quoque natu maior Andromacho, minor Antonio Muſa, ex Galeno libro de comp. med. ſecundum loc. cap. iv. Euphorbii meminit in acopis Galeno referente vii. de comp. med. ſecundum genera cap. xv. Muſam nusquam inuenio eius ſermonem habuiſſe, quamuis de fratris ſui nomine dictum fuerit; quocirca Philonem eo poſteriorem fuiſſe crediderim. Qui Dioſcoridi tantum tribuunt, vt eius cauſa Plinio plurimum detrahere non vereantur, fortaſſe dicerent falſa de Euphorbii inuentione Plinium ſcripſiſſe; Dioſcoridi vero omnia, quae de inuentione in eo leguntur, ab eo accreuiſſe, qui nominum ſtirpium varietatem illam, ac multiplicitatem adiecit. Sed omnem ſuſpicionem additae inuentionis hiſtoriae adimit Oribaſius, ex Dioſcoride Euphorbii Iubam inuentorem libro collectorum xi. faciens, et cum eo Serapio Dioſcoridem ſecutus cap. CCCLIII. ſcribens: *Primus ad cuius cognitionem peruenit haec medicina, fuit Linoes rex Linoi.* Ceterum Plinii exiſtimationem Galenus tuetur in explicatione deſcriptionis Philoni Euphorbii inuentionem referens in Iubam regem. Ipſius quoque Britannicae habita a Dioſcori-

ſcoride mentio nos in ea confirmat opinione, vt poſterius vixerit, quam Suidas innuere videatur, libro enim quarto deſcribens hanc plantam, ait: *folio eſſe Rumici ſylueſtri ſimilem, nigriore, hiſpidioreque, caule haud magno, radice breui, ac tenui, ex cuius foliis ſuccus expreſſus priuatim ad oris nomas faciat, et tonſillarum.* Totidem verbis ab Oribaſio lib. xi. collect. ex Dioſcoride deſcripta legitur, cuius Galenus lib. vi. de ſimplicibus med. facult. Aetius ſermone primo, et Paulus Aegineta lib. vii. meminere, eiusdem hiſtoriam referens Plinius lib. nat. hiſt. xxv. cap. III. *folia* inquit *habere oblonga, nigra, radicem nigram, ſuccum eius exprimi et ex radice, oris malis ſalutarem eſſe contra anginas quoque et ſerpentes. Addit in Germania inuentam eſſe, trans Rhenum caſtris a Germanico Caeſare promotis, Friſiis monſtrantibus.* Germanicus autem cum Germanis bellum gerebat Auguſti imperii anno extremo, ex Suetonio in Caligula in initio; quos imperante Tiberio debellauit, ſumto de clade Variana ſupplicio, et ſignis militaribus receptis, Dione libro hiſt. lvii. auctore. Quibus fit vt de medica materia non citius Dioſcorides vltimis Tiberii annis ſcribere potuerit, cum inuenta Britannica ſit non niſi in initio eius principatus; quibus cum annis xlii. Auguſti ſolius dominantis, vt Suetonio viſum eſt, vel xliv. vt Dioni atque aliis placet, anni prope lxviii. quot additi florenti ſub Antonio et Cleopatra Dioſcoridi, fit, vt is annos centum plus minus natus quinque de materia medica libros conſcripſerit, quod mihi a ratione, aut certe veriſimilitudine alienum et eſſe videtur, et aliis quoque viſum iri confido, vbi ſecum ipſi praeſertim reputauerint, eius amicum Arrium philoſophum Auguſto adeo gratum, ipſum quoque tantam aetatem vixiſſe oportere, ad quem ſcribebat; imo

imo vero natu maiorem Dioscoride, etiam longiorem siquidem eo, vt Dio libro hist. LI. testatur, praeceptore Augustus vsus est, vel tum annos, vt par est, xxxv. aut etiam xl. priusquam Iul. Caesar mortem oppetierit, agente, quibus accedentibus annis Antonii imperii quatuordecim et xliv. Augusti ab obitu Antonii principatus, nec non Tiberii viginti, omnes erunt anni cxiii. aut cviii. cum ei suum opus Dioscorides addixit. Sed cum haec, quae hactenus prosecutus sum, Dioscoridem, cuius libros de materia medica tanti medici faciunt, eum non esse, qui sub Antonio, et Cleopatra secundum Suidam floruit, apertissime demonstrent; tamen id longe manifestius faciunt coniecturae ab Iberide desumtae; cuius historiam verbum de verbo ex Democrate descriptam in Dioscoride legimus, quem et nominis et inuentionis auctorem faciunt Archigenes, Nygiaenus, Hipparchus, Plinius, Galenus, et Paulus Aegineta. Namque Democrates Andromacho seniore Neronis principis illius impurissimi medico iunior exstitit. Quapropter de Iberide agens Plinius: *Inuenit*, inquit, *nuper et quam Iberidem Democrates appellauit*, ex quo intelligitur, Dioscoridem Democrate posteriorem, dominante Nerone, de Iberide scripsisse, quam nuper inuentam Plinius dixerit, eodem principe Nerone naturalem historiam texente. Nec me latet, Patres, quid ad hoc fautores Dioscoridis sint responsuri, Matthioli, et aliorum nonnullorum opinione hanc historiam Iberidis in Dioscoride abvndare, ab imperito, vel temerario aliquo inserta, qui ignarus ordinis eam inter arbores libro primo collocauerit, cum herba sit, et inter acres potius libro secundo referenda: accedereque quod Lepidii libro secundo meminerit inter eas, quas diximus acres plantas, quod Galeni et Pauli Aeginetae cum Iberide idem est, cuius idcirco historia silentio prae-

 teriri

teriri debuit, cum ea posterius sub nomine Lepidii tradatur: quinetiam Lepidium *herbulam* a Dioscoride appellari, hoc est minutissimis foliis praeditam, qualem esse Iberidem Democrates censuit. Aduersatur tamen Bartholomaeus Maranta argumento Arabis siue Drabe, quam Dioscorides Lepidii folio constare scribit: Matthiolus vero lato folio, nec dissimilis Laurino proposuit, quod plurimum differt a folio Nasturtii, cui similem Iberidem folio Dioscorides fecit. Respondet Matthiolus eamdem Drabe rationem esse, quae Iberidis in Dioscoride, vt ab alio accesserit; quando, qui ex Graecis ea nominaverit, nullus inueniatur, non Galenus, Oribasius Aetius, Paulus Aegineta, aut alius quisquam: ex Arabibus eius meminit Serapio sub orientalis Nasturtii nomine, protinus ab historia Thlaspis, sicut in Dioscoride legitur. Ego quod ad Drabe falsitatem pertinet Matthioli sententiam probo, quamquam intentus impensius Marante feriendo eodem ictu se fixerit, quo aduersarium transfixit. Si enim Lepidium Dioscoridis folio Nasturtii quam simillimo constat, qui potest fieri, vt huic similis folio Drabe ea sit, cuius effigiem nobis Matthiolus praebuit folia Lauri referentem; qui si multiplici Lepidii significatione se excuset, quod plantae non modo folia Nasturtii habenti, verum etiam Lauri penes Plinium, quem in hoc Lepidii significatu sit secutus, simile esse scribatur, desciuit a Dioscoride, cuius in opere Drabe Lepidii folio hoc est Nasturtii descripta legitur, nec secutus est Serapionem, qui solus eius meminerit ex Dioscoride adscribens folia Seitaragi, hoc nomine Lepidium intelligens, quod necesse est tale accepisse, quale Dioscorides esse voluit Nasturtii folio, si vera sensit Matthiolus, cuius placitum fuit Drabam folio Nasturtio similem esse, dissimilem esse sequitur valde ab ea planta, cuius ipse figuram suo

in

in opere imprimi curauit. Sed hoc obiter ſit dictum: redeo ad penſum. Iberidis hiſtoriam in Dioſcoride non abundare demonſtraturus, quippe quae ab Oribaſio libro collect. xi. ex Dioſcoride iisdem verbis recenſetur, quibus deſcribitur a Dioſcoride. Ea quoque a Lepidio, ſi quis vtriusque facultates, et deſcriptiones accurate perpendat, diſtinguitur, adeo namque ignota Iberis erat, vt eius inuentio Democrati ab omnibus adſcribatur, a quibus, iisdem etiam verbis, quibus a Democrate, repraeſentatur. Ex aduerſo Dioſcorides inter plantas vulgares, et omnibus notas Lepidium refert, cuius ob hanc cauſam deſcriptionem neglexit: idem in cibos admiſſum ſcribit, inquiens, *muria cum lacte ſeruari*: ſed clarius libro quarto in altera Clematide, cum ait, *Ipſa ſale cum Lepidio conditur, et ſeruatur ad cibos.* De Iberide nusquam legimus fuiſſe eſculentam, nec veriſimile eſt protinus inuentam a Democrate inter cibos eſſe receptam, aut Archigenem, Galenum, vel Paulum fuiſſe hoc praeterituros. Vſus etiam medicis vtramque plantam diſtinguit, Iberidis radices cum axungia ad dolorem coxendicis ſanandum adhibentur, penes Democratem ceterosque, quos proxime nominauimus, medicos, et eam, quae in Dioſcoride legitur deſcriptionem. Eiusdem doloris cauſa Dioſcorides Lepidii folia cum Iruliae radicibus tuſa iubet admoueri: cum Plinio vero, et aliis nonnullis in affectibus ab iis diuerſis, quorum ſanandorum cauſa cum ceteris medicis, Plinioque Iberidem Democrates laudauit. De Lepidii viribus eadem Plinius ſcribit, quae Dioſcorides lib. nat. hiſt. xx. cap. xvii. eidem folia lauri tribuit lib. xix. quo cum Paulus Aegineta lib. III. cap. lxxvii. conuenit, et locum inter herbas hortorum, atque eſculentas aſſignauit, Columellam, vt arbitror, ſecutus lib. de re ruſtica x. inter plantas hortenſes his carminibus recenſentem:

Ponitur et lactis gustus quae condiat herba
Deiectura quidem fronti data signa fucorum
Vimque suam idcirco profitetur nomine Graio.

Libro vero XI. cap. vltimo, *Lepidium*, inquit, *cum ante Kal. Martias habueris dispositum, velut porrum sectiuum demetere poteris, rarius tamen post Kal. Nouemb. secandum non erit, quoniam frigoribus violatum emoritur.* Et libro XII. cap. VIII. satiui simul, et syluestris Lepidii meminit: cum Iberis passim semper virens nascatur locis incultis, praecipue vero muris vetustioribus, ac monumentis, quibus vtraque planta ita dirimitur, vt non videam qui cum Lepidio Dioscoridis, Iberis Democratis eadem dici possit. At non suo loco in Dioscoride posita est? An igitur, qui de materia medica ad nos sub nomine Dioscoridis libri peruenerunt, quosque omnes Dioscoridi acceptos medici retulerant, non sunt sui, qui iisdem licet verbis, ordine tamen diverso plantarum omnium historiae a Dioscoride conscriptae in Oribasio XI. et XII. libro collect. leguntur? An falsus Oribasius, qui ea omnia Dioscoridis esse testatur? An falsus Serapio, qui easdem historias referens Dioscoridis esse prodidit, quae non sint, quia in his recensendis alius, quam a Dioscoride ordo seruetur? Ego plantarum descriptiones in iis auctoribus Dioscoridis esse cum ceteris medicis sentio, et agnosco a Dioscoride profectas; ordinem in Oribasio suum esse non Dioscoridis, assero, suum etiam in Serapione. Itaque sit Iberidis in Dioscoride locus mutatus, id ordinem in eius collocatione seruatum non esse significat, quem illi Dioscorides constituerat, non historiam a Dioscoride praeteritam, non expungendam, sed pristinum suum in locum esse restituendam. Eiusdem generis alterum Matthioli argumentum est, scilicet debile valde, et infirmum, Lepidium, ac Iberidem vnam plantam

Pau-

Paulum Aeginetam, et alios fecisse, Iberidem alio nomine Lepidium dici afferentes, et Lepidium Iberidem, multas enim hoc nomine plantarum historias in Dioscoride abundare fateri operae pretium esset, in primis Gingidium, quod alio nomine Lepidium vocari libro secundo Dioscorides scribit, et vicissim Lepidium ab aliis appellari Gingidium, quod idcirco sic dictum non puto, quia vtrumque effigie simile sit, cum Lepidio folia sint haud dissimilia Lauri, Gingidio syluestris pastinacae penes Dioscoridem, penes Paulum Aeginetam Scandici; aut Pastinacem syluestrem, quam hactenus sit creditum, aliam esse oportet. Casu igitur potius sic vocatas duas plantas dissimiles esse crediderim. Quod vero *herbula* Lepidium dicatur ea ratione, quam putat Matthiolus suo ipsius clypeo ictum repello, qui Chelidonium minus paullo minoribus foliis quam Lepidium repraesentauit, quique Arisarum nobis expressit foliis Ari simillimis, licet minoribus, magnitudine nihil Lauri... inferioribus, ne dicam maioribus, tametsi Dioscorid... Chelidonium *minus herbidam* appellauerit, Arisarum non *herbulam* modo, verum etiam *exiguam herbulam* libro secundo vocauerit μικρὸν videlicet βοτάνιον, sicut Lepidium βοτάνιον tantum, quo fit vt credam *herbulam* nonnumquam Dioscoridem eam appellasse, non quae pusilla folia proferret, sed quae in altitudinem minimum attolleretur, vt Chelidonium minus, et Arisarum; nonnumquam etiam abutentem vocabulo *herbulam* appellasse cum frutice conferentem, quo vel alta cubitum vnum herba valde minor dici ab eo *herbula* potuit, quo modo mentam *herbulam* siue βοτάνιον appellauit, quamquam altitudine pene cubitali eius caulis crescat, maxime vero Lepidium, quod altius etiam attollitur nec destituebatur auctore Dioscorides, quem in hoc imitaretur, cum Theophrastus

 quo-

quoque definitiones herbae, suffruticis, fruticis, et arboris auctor limites sibi constitutos interdum egressus, violam nigram cum fruticibus, ac suffruticibus rosam, et aliis nonnullis recensuerit. Omnia igitur in vnum conferentes dicemus Dioscoridem inuentam a Democrate Iberidem agnouisse, et eo posteriorem ab interitu Neronis scripsisse, sed Iberidis historia in Dioscoride abundet, accesserit ab aliquo rei herbariae ignaro, sic expungendam. Tamen Lepidii Dioscorides meminit, quod plerique omnes idem cum Iberide Democratis esse contendunt: ego diuersum facio, cui tamquam inuentori imperante Nerone, cum ab omnibus medicis adscribatur, eo posteriorem fuisse Dioscoridem certissimo argumento conuicti, vt fateantur, necesse est. Namque ab obitu Neronis, quo dominante, naturalem historiam Plinius scribebat, annis post M. Antonii imperium quando Dioscorides Suidae floruit, centum de materia medica post Plinium scripsisse, nec vel hunc eum esse, cuius meminit Suidas, vel Plinio antiquiorem exstitisse cogimur affirmare. Quibus id quoque accedit ad vtriusque Dioscoridis diuersitatem patefaciendam, quod suum Dioscoridem Suidas in operibus ab eo compositis a nostro distinguat, quem quinque de materia medica libros ac sextum de venenis scripsisse constat, plures edidisse non constat, nec qui plures ab eo editos legerit, quod ego sciam, quisquam est: suum Suidas libros XXIV. de re medica scriptis consignasse prodidit, eumdemque cognomento Phacam appellatum esse; cum noster siue Erotianum, siue Galenum sequi placuerit, Phacas esse non potuerit. Nam, vt in praecedentibus quoque diximus simplicium medicamentorum historiae scriptorem Erotianus simpliciter Dioscoridem appellat in verbo Καμμάρῳ, Phacam eum, qui de verbis Hippocratis septem libris

egit

egit in prooemio et verbis φωναὶ κατελῦσαι, sed Galenus in praefatione ad Hippocratis verborum explicationem Herophilium Dioſcoridem Phacam eſſe cognominatum aſſerit, quem patria Alexandrinum exſtitiſſe in voce Ἰνδικὸν videtur exiſtimaſſe, ab iuniore, et Anazarbeo diuerſum, quos in praefatione ab Herophilio diſtinxerat. Iam vero Anazarbum, vnde Anazarbeus Dioſcorides dictus eſt, ab eiusdem nominis auctore vrbem Ciliciae dictam eſſe teſtis eſt Ammianus Marcellinus lib. XIV. nec non Hermolaus Grammaticus Conſtantinopolitanus, qui Stephani Byzantii opus de vrbibus in epitomen redegit, cum ait, ab Azarba conditore Anazarbum Ciliciae vrbem nomen inditum eſſe, et ciues Anazarbeos appellatos, inde Dioſcoridem medicum inſignem Anazarbeum fuiſſe nuncupatum. Ceterum Suidas Anazarbum vrbem Ciliciae olim Cyindam, mox Diocaeſaream vocatam a terrae motu euerſam iuſſu Neruae Romanis Imperatoris a Zarba reſtitutam, de nomine eius Anazarbum appellatam eſſe ſcribit. Quamobrem non eſt, cur aut antiquiores Nerua ſcriptores Anazarbi nullum feciſſe verbum, Strabonem in primis diligentiſſimum, Pomponium Melam, et Plinium miremur, aut cur Dioſcoridem Anazarbeum ſub Antonio, et Cleopatra vixiſſe in Aegypto exiſtimemus, a quibus ad Neruae vsque principatum anni quatuor ſupra centum numerantur, niſi quod dictum iri a nemine certus ſum, Aegyptii praeſentientes Cyindam aliquando mutato nomine Diocaeſaream primum, mox a terrae motu euerſam a Zarba, aut Azarba, aut Anazarbo reſtitutam Anazarbum poſteriori faeculo appellandam fore Dioſcoridem Anazarbeum, quam Cyindum, aut Diocaeſarienſem vocare maluere. Haec ſi vera ſunt quae Stephanus, quae Hermolaus, Ammianus Marcellinus, et Suidas prodidere, ſi auctoribus minime

nime contemnendis nituntur, quis adeo ſtupidus eſt, adeo expers rationis, qui non agnoſcat innocentiam Plinii noſtri, ac prope fide oculata ſentiat iniquiſſime de transſcripto Dioſcoride eumdem ab aduerſariis fuiſſe accuſatum: quorum argumento, ſi vis vlla ineſt, ſi vllum monumentum, Dioſcoridem, non Plinium, furtum commiſiſſe fateri neceſſe eſt. Aiebant enim idcirco ex Dioſcoride pleraque Plinium deſcripſiſſe, quia ille ante floruerit, quam hic naſceretur. Nunc quoniam Plinius ex hac vita prius exceſſit, quam Dioſcorides agnoſceretur, fit, vt hic Plinium noſtrum expilauerit, qui ante conditum Anazarbum vitam cum morte commutauerit, cum ille, reſtituta per Azarbam Anazarba, de patriae nomine appellatus Anazarbeus ſub initium Traiani principatus ſcripſerit. Iisdem ego rationibus perſuaſus, Suidae lectionem vt credam eſſe vitiatam facile adducor: valde enim conſentaneum videtur rationi, vt Suidas haud ignarus temporis a Zarba collapſae Diocaeſareae reſtitutae, et nominis in Anazarbam mutati, eum Dioſcoridem qui ſub Antonio et Clnopatra in Aegypto vixiſſet, patria Anazarbeum feciſſe, quae poſt vnum ab illorum principum interitu ſaeculum condita fuiſſet. Itaque huius adeo manifeſta, et enormis contradictionis culpa non in Suidam, ſed alium quempiam mihi potius videtur eſſe reiicienda, qui cum nullum Dioſcoridem medicum praeter Anazarbeum agnoſceret, ignarus antiquae hiſtoriae, et Anazarbae conditae, ſibi, vt Suidae veterem lectionem ac genuinam Dioſcoridem Alexandrinum facientem, deprauatam eſſe crederet, in animum inducens deprauaverit, loco verbi Ἀλεξαρβεὺς *altero* Ἀναξαρβεὺς ſubrogato, fortaſſe arbitratus ob vtriusque verbi vicinitatem facile ſcribam labi potuiſſe. Sane omnis difficultas, et apparens, ac turpis in dictis Suidae

con-

controuersia demitur eius lectione in hunc modum restituta, et loco *Anazarbeus Alexandrinus* substituto, quem in primis Phacam cognominatum esse constat ex Galeno et Herophili sectatorem exstitisse. Idem Bacchio aduersatus est septem libris a se conscriptis, teste Erotiano in dictionarii sui praefatione. Videtur etiam Hippocratis interpretem egisse, auctoritate Pauli Aeginetae libro quarto cap. XXIIII. in explicatione verbi τέρμηνος certe alia quaedam diversa ab his, quae a Iuniore Dioscoride scripta sunt edidisse ex Galeno colligitur, cum in prooemio Hippocratis linguarum explanationis ait, Dioscoridem quemdam iuniorem, non Herophilium illum cognomento Phacam, ne quartam quidem partem Hippocratis verborum exposuisset. Nam vbi nihil scripsisse, non erat cur futurum vereretur, vt hic iunior cum illo confunderetur. Dicerem hunc eum esse, quem Galenus audaciae nimiae in Hippocratis scripturis immutandis damnat, nisi eumdem Hadriano imperante vixisse, prodidisse videretur, quod ad iuniorem verius pertinet, de quo locutus Galenus in prooemio proxime adducto haec habet: *Sed Dioscorides iunior patrum nostrorum memoria, ne quartam quidem partem Hippocratis omnium verborum exposuit.* Natus autem Galenus est Hadriani principatus annis vltimis, quo dominante Dioscorides is vixisse videtur, qui Hippocraticam lectionem pluribus in locis peruertit; quibus coniici potest eumdem fuisse Hippocratis operum corruptorem, et iuniorem Dioscoridem, aut certe coaetaneos exstitisse. Sit igitur, vt dictum est, Suidae Dioscorides Herophilius ille, et Alexandrinus, quo nomine in Aegypto vixisse eum constat, floruisseque potuit Antonio, et Cleopatra dominantibus, atque familiaritate cum Arrio Augusti praeceptore coniunctus esse, cuius argumento Plinium Dioscoride fuisse posteriorem

rem accuſatores aſſerere non dubitarunt: ſed, vt fateri neceſſe eſt, hunc Arrium pluribus ante Plinii natiuitatem annis floruiſſe; viciſſim eum eſſe, ad quem Dioſcorides ſcripſit, quod aduerſariis noſtris viſum eſt, fateri non eſt neceſſe. Quae enim ratio Dioſcoridem Anazarbeum probat ſub Antonio et Cleopatra non vixiſſe, eumdem nullo pacto Augu-ſti praeceptore Arrio familiariter vti potuiſſe ea demonſtrat, inter quem, et Neruam, quo iubente Anazarbam Anazarba exſtrui curauit, plus vno ſaeculo, vel centum et decem annorum interſit. Nec nobis hoc loco occurrant aduerſarii ea obſeruatione, quae ex initiis librorum Anazarbei Dioſcoridis habetur, in quibus toties Arrium ille nominauit, quod edidit de medica materia libros; etiam in initio ſexti ad venena pertinentis qua frequenti eius commemoratione nominis deprauationis cauſandae, et accuſandi librarii demi nobis occaſio videtur, non enim eum ego ad quem Dioſcorides hic noſter Anazarbeus ſcripſit Arrium eſſe negauerim: ſed eum cuius interceſſione Alexandrinis ab Auguſto venia impetrata eſt, quo praeceptore idem vſus eſt, hunc ego eum eſſe inficior, cuius hortatu Dioſcorides Anazarbeus de materia medica libros quinque conſcripſerit, ac cui opus inſcripſit, Arrius eſt, non ille Arrius; quemadmodum, et qui ad eum ſcribit Dioſcorides eſt, non ille Suidae; medicus, non ille medicus; plures enim fuiſſe Dioſcorides diximus, nec alienum a ratione fortaſſe eſt, vt Suidae Dioſcorides is fuerit, cuius ſemel, atque iterum Andromachus apud Galenum quarto de compoſit. med. ſecundum genera cap. V. meminit in emplaſtris ad vlcera maligna referendis. Nam neque Anazarbeus fertur de medicamentorum compoſitione ſcripſiſſe, et iunior longius abeſt, quam vt eius Andromachus meminiſſe potuerit. Fuere igitur plu-

res

res Dioſcorides, fuere plures Hippocrates, Aſclepiades etiam, atque Andromachi plures, omnes medici; quid prohibet etiam plures Arrios, ſiue Areos vixiſſe, aut etiam numero Dioſcoridum diverſitatem ſuperaſſe? Sed haec coniectura eſt. Illud argumentum certum. Praeter Auguſti praeceptorem, quem licet philoſophum fuiſſe conſtet, non ſequitur fuiſſe medicum qualem amicum ſuum feciſſe Dioſcorides videtur, meminit Arrei Aſclepiadei quarto de comp. med. ſecundum loc. cap. VII. Galenus: et quinto capit. VII. nec non quinto de comp. med. ſecundum genera cap. XV. ad quem exſtat medicamentum a Dioſcoride Tarſeo miſſum pro ſanguine ſupprimendo praeſtantiſſimum. Tarſenſis vero Arei nono de comp. med. ſecundum loc. cap. XXI. Sed Lecanii Arei mentio legitur in Galeno quinto de comp. med. ſecundum genera cap. XIII. capite vero XI. bis Areum ſimpliciter idem Galenus vocat, quemadmodum et XIV. ac decimo de comp. med. ſecundum Loc. cap. ſecundo. Quorum vtri ſuum opus Dioſcorides dicauerit, cum incertum mihi ſit, nihil temere ſtatuo: inclinat tamen animus, vt credam Lecanio Areo, pro ea quae Areo Dioſcoridis cum Licinio Baſſo neceſſitudo interceſſit, *Lecanio* ſi forte legendum eſt, non *Licinio*, lapſu ob verborum ſimilitudinem facto, qualem antiquus Frontini de aquae ductibus impreſſor commiſit lib. ſecundo pro *Lecanio Baſſo* Conſule ſub Nerone *Licinium* dicens, quem tamen eum eſſe nolo, qui Arrium Dioſcoridis amaret: cum, vt auctor eſt Plinius lib. nat. hiſt. XXI. cap. ſecundo ſe ſcribente perierit: ſed huius filium potius eiusdem cum Plinio iuniore aetatis, cui cum ob doctrinam tum etiam propter familiam ſibi cum eo communem carus eſſet, quod a patre ſuo Quinto, aut quopiam alio ex Lecaniis libertatem adeptus, vt ſuo benefi-

cio,

cio, vel alterius Lecanii ciuitatem Romanam, Q. Lecanius Areus, appellaretur, cui sibi vt de materia medica Dioscorides Anazarbeus scriberet auctori suum opus Traiani principatus initio nuncupauit; annis ab obitu Plinii senioris prope triginta, a quo antiquioris se Herophilii, siue Alexandrini Dioscoridis nulla, vt arbitror, ratio habita est, quia de plantarum reliquorumque simplicium medicamentorum historia, et facultate inscripta nihil aut minimum retulerit, Antonio, et Cleopatra dominantibus, penes Suidam: pro quo, si quis nolit emendationem nostram admittere, haud ita aestuabo, vt sim cum eo diuturniorem controuersiam habiturus, etiam si conspicuum est vix quemquam, vel ineptum hominem simili in contradictione deprehendi posse, modo eum, qui Anazarbeus fuit, nolit ipsa, ex qua denominatus est, vrbe antiquiorem exstitisse.

Reliquus is a me scrupulus complanandus est, cum dicebatur Dioscoridem ante Neronis principatum videri scripsisse ex Erotiano in dictionario ad Andromachum Neronis medicum Dioscoridem adducente. Vt igitur existimo, quia fuerit Andromachus Neronis medicus, hoc ipso etiam imperante ad eum Erotianum de vocibus Hippocratis scripsisse non conuincitur. An Epaphroditus eodem ictu cum Nerone Andromachum sustulit, nec ad eum superstitem post interemptum principem Erotianus scribere potuit primis Traiani imperii annis prope triginta ab obitu Neronis? Potuit, ni fallor, nec est adeo absurdum, si quis nostrorum temporum obseruationem attendat, Andromahum annos quadraginta, vt etiam quinquaginta, cum Nero sublatus est, agentem ad Traiani vsque principatum superuixisse. Quis est enim vestrum, Patres, qui natum annos octuaginta aliquem aut non agnoscat, aut quem agnouerit commemorantem non audiuerit? Ego nonagenarios nonnullos agnoui, vestrum quoque quempiam agnouisse puto, nec

nec modo aetatis tantae, verum etiam forte longioris. Quid dico nos tot annos natos agnouisse? Illo ipso saeculo Plinius iunior octuagenario maioris atque integris viribus adhuc firmi Virginii Rufi meminit: imo vero illa ipsa aetate Antonii Castoris annos centum agentis Plinius senior. Scripserit igitur ad Andromachum valde iam senem Erotianus, scripserit ad archiatrum et medicum Neronis, non scripsit eo imperante, non paullo post, sed triginta ab interitu Neronis imperium Traiano gubernante: et si iis, Dioscoridi nimis addicti sunt, vel Plinio nostro infensi, durius hoc forte videatur Traiani principatum Andromachum Neronis medicum vidisse, hoc nulla ratione inficiari poterunt Andromachum iuniorem Neronis Andromachi filium magnam Traiani principatus partem videre potuisse, cui de Hippocratis vocibus scriptum a se commentarium Erotianus dicauerit. Sed scio quid sint responsuri, huius auctoris scripta ad Andromachum seniorem, non iuniorem, Patrem, non filium dirigi: illum fuisse archiatrum, qualem Andromachum suum Erotianus appellat, hunc neminem *archiatrum* vocasse, sit ita, priorem archiatrum fecerint, posteriorem nemo, quod sciamus, *archiatrum* esse dixerit: Igitur non fuit, nec is esse potest ad quem Erotianus scripsit. Plane hoc mihi non videtur sequi. Fingamus Patres Galenum, Andromachum seniorem primo de antidotis *archiatrum* non nominasse, sed quod alibi saepe ac semper, *Andromachum* solum, quis hunc archiatrum exstitisse affirmare ausit, quem nusquam alibi Galenus, nusquam Oribasius, Aetius, Alexander Trallianus, Paulus Aegineta, Actuarius, aut Nicolaus Myrepsius appellarunt? aut faciamus librum de antidotis cum aliis multis operibus vitio temporis intercidisse. Non igitur archiater non fuisset, et falsitatis Erotianum, quia inter Archiatros Andromachum numerasset, insimularemus? Non opinor id faceremus, aut non sine insigni temeritate. Itaque licet non

habeam, qui iuniorem Andromachum *archiatrum* nominauerit, cum aduersarii testibus, qui id negent, idoneis destituantur, hunc archiatrum non exstitisse, quia nemo eum sic appellet, firmo non admodum argumento concludunt, deficiente vicissim qui neget. Sed vero cum euidentibus, ac verissimis coniecturis Dioscoridem fuisse Plinio posteriorem demonstrauerimus; tamen, quod saepe disputatione tota factum est, vt multa adversariis nostris condonarem, de hoc quoque me illis valde liberalem praestabo, Plinium admittens Dioscoride antiquiorem non esse, imo vero volo etiam fuisse iuniorem, nec existimo, quod illi confici voluere, omnia, aut pleraque ex Dioscoride eum descripsisse. Nam cum aiunt quia eadem ab vtroque scribantur, alterum ab altero ea sumsisse, inchoare se ratiocinari non animaduertunt, et alteram argumenti partem imprudenter praeterire, qui est, aut vtrumque ex tertio, quam ego partem affirmo, nego alterum ab altero, quae scripsit esse mutuatum, ea ipsa enim, in quibus conueniunt, ex communi quodam auctore cur descripta esse non possunt? Legit vterque Crateuam, Andream, Iulium Bassum, Petronium, Nigrum, et Diodotum, vterque nominauit, sed consilio valde dissimili nominauit Dioscorides, vt aliquo modo damnaret, Plinius vt quid ex quo habuisset constaret, nec dissimularet per quos profecisset. Atque vt intelligatis studiosi Adolescentes quam probabilis, quamque perspicua sit coniectura nostra, accipite eam paucis quibusdam exemplis nonnullarum historiarum ab vtroque scriptarum, explicatam, quarum Sextium Nigrum Plinius auctorem facit, Dioscorides nemine nominato potius seipsum: plura similia vobis per otium Plinii ingenuitatis argumenta ex eius historia naturali depromere promtum erit, quae ego, ne cum sapientissimo consessu vos diutius distineam, consulto praetereo. De Fibro inquit Dioscorides libro secundo *temere proditum esse amputari testes ab ipsis in fuga cum ca-*

piun-

piuntur, nec enim adimere sibi eos possunt substrictos, et adhaerentes, vt suibus: Plinius vero nat. hist. libro XXXII. capit. XLIII. ex Sextio de eodem sic: *Amputari testes ab ipsis cum capiuntur negat Sextius diligentissimus medicinae, quin imo paruos esse; substrictosque et adhaerentes spinae, nec adimi sine vita animalis posse.* Ex eodem lib. nat. hist. c. XXIX. XLI. Idem Plinius inquit *Ignem a Salamandra non restingui;* de quo Dioscorides lib. secundo: *Temere creditum est Salamandram non sentire flammas.* A quo lib. quarto habemus: *Narbonensi Taxo vis tanta, vt si qui sedeant sub ea, somnumue capiant, laedantur; saepe vero etiam moriantur.* Quae omnia Plinius nat. hist. lib. XVI. cap. X. in Sextium Nigrum refert in hunc modum: *Sextius Niger dixit Taxum esse in Arcadia* (vel vt alii, *in Gallia) tam praesentis veneni, vt qui obdormiant sub ea cibumve capiant, moriantur.* De Thracio lapide haec cecinit Nicander in Theriacis.

Vel tu Thraicium flamma succende lapillum,
Quem licet immergas, mersus tamen ardet in vndis;
Ast oleo effuso protinus restinguitur, ad nos
Thraicii hunc mittunt fluminis de litore Ponti.

Eadem Galenus ex Nicandro IX. de simpl. med. facult. retulit, quae soluta oratione Nicandri nomine suppresso Dioscorides his verbis transcripsit, *Thracius lapis in Scythia nascitur quodam amne, qui pontus dicitur, vis ei par Gagatae. Aiunt accendi cum aqua, oleo restingui.* Plinius autem lib. nat. hist. XXXIII. cap. V. *Thracium lapidem aqua accendi, oleo restingui* scribens, *Nicandri* mentionem quamquam omiserit, tamen libro primo in externis auctoribus recensendis, quos libro XXXIII. in scribendo secutus est, *Nicandrum* nominauit. Haec qui viderit, et mente in ea intenta contemplatus fuerit, ex his paucis plura ab antiquioribus se auctoribus accepta Dioscoridem operi suo inseruisse facile coniiciet, quae quia sua esse crederentur, factum est, vt alienae culpae Plinius noster innocentissimus poenas acerbissimas

 lue-

luerit,qui cum, non vt damnet, multos nominet auctores, sed vt gratum erga eos se praebeat, vt fateatur per quos profecerit,cum nihil pæne suum esse dixerit,seque asseclam esse, non auctorem profiteatur: tamen vocatus in iudicium alienos labores inuasisse, expilasse, atque diripuisse fertur, vt paucis dicam, accusatur furti, atque apud historiae naturalis studiosos in inuidiam vocatur: quodque grauius est, indicta causa damnatur, et accusatur furti. Dioscorides, cum neminem nominet, nisi quem reprehendit, nemini referat quicquam acceptum, omnium auctorem se faciat, et auctor esse credatur, suppresso denique nomine quorumdam scripta ita referat ad verbum, vt nihil prorsus de suo addat, non damnatur, non accusatur, sed multis laudibus encomioque singulari a viris doctis commendatur. Solus ab alienis abstinuisse, quae sua sunt, quae viderit, quae obseruauerit haec attigisse, diligenter exposuisse, scite, ac fideliter exhibuisse posteritati praedicatur, quae non viderit, vel praeteriisse prorsus, vel ea retulisse, quae ab hominibus fide dignis accepisset, in quibusue summa consensione scriptores inter se conspirasse deprehendisset, cuius tamen est, non Plinii, *capri sanguinem terrae Lemniae admisceri consueuisse*, quod cum fabula sit, quae in Lemno a Galeno forte narrata indigenis risum commouerit; neque ipse vidit, neque a fideli narratore accepit. Multa sic ipse melius describere potuit, in quorum nonnullis repraesentandis nemo non Plinium nostrum anteponendum iudicabit. Idem de his, quae in sinum Arabicum, ex India conuecta in diversas Europae regiones per mercatores distrahebantur sermonem habens; quas fabulas non comminiscitur, vt quod Piper album, nigrum, et longum eadem ex planta decerpantur, hoc fructum esse immaturum effigie siliquarum, alterum nigrum maturitatem consecutum, ac tertium acerbum, vtrumque ex interna

fructus

fructus parte milio simili, quo tempore dehiscens racemos emittat, ortum habere, sed quorum in ignoratione, quia Plinius quoque fuerit, nolo communem errorem, Dioscoridis fieri proprium. Quamquam non deerunt, qui tanta cognoscendae materiae medicae cupiditate, tanto iuuandae posteritatis desiderio, quantum praedicant incensum Dioscoridem, ac diu de hac causa peregrinatum, in Indiam quoque transmittere debuisse contendant; cum si Straboni nobilissimo historiarum scriptori habenda est fides, vel tum ingentes in Indiam classes nauigarent, inde omnis generis pretiosis mercibus in Aegyptum per Arabicum sinum onustae redeuntes Straboni adstipulatus Arrianus, Imperatori Hadriano cum totam hanc nauigationem retulit, tunc tractus illos ad extremam vsque Indiam diligentissime descripsit, et merces inde exportari solitas singulas prope recensuit, quae Pandectarum lib. XXXIX. Tit. IV. de public. et vect. l. *interdum.* leguntur ex Martiano, quo loco nolim *ferri Indici* mentionem expungi, Hebeno substituto, sicut Matthiolo placet, cui Arrianus aduersatur hoc *ferro* inter Indicas merces numerato, penes quem etiam ex *Carpaso* tedae Indicae conficiebantur, vt quod placuit Matthiolo, non sit *Carpesium* subrogandum. Qui tanto igitur materiae medicae locupletandae studio tenebatur, et artis caussa nullas satis longas peregrinationes esse putabat, tam facili tamque explorata nauigatione vsus, cur in Indiam non transmisit Dioscorides, aut in proximam saltem Arabiam non tenuit cursum, vt ibi nascentium Cassiae, Thuris, Cardamomi, Costi, Agalochi, et Cancami plantas posteritati traderet accuratius descriptas, nec Costo parum cognito ignotioris sibi Piperis radicem similem faceret. Neque hoc eo a me dici existimare volo, vos Patres, quasi scripta Dioscoridis improbem, ac damnem, et hos lectissimos Adolescentes ab eius lectione deterrendos, atque auertendos putem,

quam alioqui probo cum Galeno, et commendo, historiamque plantarum omnibus ſtudioſis vtilem, medicinae vero dantibus operam prae me fero etiam neceſſariam eſſe: vt inſtitueram dicere, haec eo non dico, vt Dioſcoridem damnem, ſed quod ſuſcepti Plinii patrocinii munus abſoluam, quod cum exiſtimatione Dioſcoridis ita coniunctum eſt, Plinius in fraude non deprehendatur et nullam eius furti culpam fateri neceſſe ſit. Quibus iam reiectis, et furti ſublato crimine, reliqua duo inſcitiae, ac negligentiae, quae hoc veluti fundamento nitebantur longiori oratione, ad diluendum non videntur indigere. Neque enim dicam ingentes Plinii occupationes aliquam habere excuſationem, quam aequus iudex facile accipiat, neceſſitatem Imperatoris Veſpaſiani ante lucem adeundi, et interdiu delegati ſibi officii adminiſtrandi. Non dicam inſcitiae etiam, ſi qua eſſet, culpam ei eſſe obiiciendam, qui noctu, qui in itinere, qui in bello, et ſcribendo meditaretur, et curaret ſcribi, ac tam multa, quam Plinius iunior datis ad Marcum literis teſtatur auunculum ſcriptis conſignaſſe, quem hoc nomine, quantum in ſe eſt, nihil minus, quam inſcitiam amaſſe, et in ea peccare voluiſſe conſtat. In quam non adhibebo ſimilem excuſationem, nec confeſſione excuſabilis culpae in hac cauſa tuebor Plinium noſtrum. Nam inſcitiae, ac negligentiae cauſas, quas aduerſarii praetexuerunt, infirmitate fundamenti vacillare, aut potius nullas eſſe, ipſa Plinii innocentia, et reſponſio noſtra notum faciet, atque demonſtrabit. Graecae linguae ignorantia Plinium notant, per quam haud raro aliter vertat Latine, quam Graece apud Dioſcoridem legatur. Hiſtoriam adhaec ſtirpium temere attigiſſe volunt, quarum nullam vel contemplatus vnquam eſſet, vel curaſſet ſpectare, librarii potius officio functus, quam ſcriptoris: quo factum eſſe praedicant, vt multa ex aliorum ſcriptis ſuum in opus ſine delectu congeſta poſte-

rorum

rorum memoriae mandauerit. Quorum ego rationi respondens, vtro in hac causa beneficio vti velint, eos interpello, an quod Plinius ex Dioscoride sua transcripserit, vel vterque ex tertio. Siquidem illud affirment, primum, Plinium antiquiorem Dioscoride fuisse nonnullis argumentis ostensum est, aliis vero eumdem, quamuis iuniorem Dioscoridem non agnouisse sic disserui, vt putem demonstrasse: sin alterum dicant, nescio cur potius velint Plinium in eo auctore vertendo caecutiisse, qua Dioscoridem aliter sentientem ex professo, in hac parte ab auctore discessisse, quod in Tussilagine, et aliis nonnullis euenisse in praecedentibus dicebamus. Qui vero in exscribendis plantarum historiis non videndis se Plinium exercuisse nolunt, hi mihi potius in indice Plinii euoluendo, quam opere legendo versati videntur, et in eo peccasse, quod Plinio in plantis describendis contigisse prodidere. Libro namque nat. hist. xxv. cap. 2. *In eadem prouincia,* inquit Plinius, *cognoui in agro hospitis nuper ibi repertum Dracunculum diuersum ab his, quos in priori volumine eiusdem nominis diximus.* et lib. xxvii. et cap. xi. de Lithospermo, idem inquit *Iacere, atque humi serpere auctores tradunt: ego vulsam, non haerentem vidi.* Eiusdem vero libri cap. xiii. ait, *De herbis quidem memoria digna hactenus, aut accepimus, aut comperimus.* Missa facio plura alia loca vno hoc contentus, qui lib. nat. hist. xxv. cap. 2. sic habet, *Nobis certe exceptis admodum paucis stirpibus, contigit reliqua contemplari scientia Antonii Castoris, cui summa auctoritas erat in ea parte nostro aeuo, visendo hortulo eius, in quo plurimas alebat centesimum aetatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne aetate quidem memoria, aut vigore concussis.* Haec Plinius de sua in cognoscendis plantis exercitatione, cui vel inexercitatissimo, tamen essent plurimae gratiae habendae, quod eius industria multorum scriptorum, et in his medicorum, Nigri praesertim Galeno, vt prae-

monui-

monuimus, in hiſtoria ſimplicium medicamentorum tradenda probati, Lucubrationum nonnulla ad nos fragmenta peruenerunt, nec, quia labatur in nonnullis, hoc eius priuatum vitium eſt; ſed commune illi cum multis etiam Dioſcoridi, quo abſoluto, non debuit Plinius damnari, cuius ad Imperatorem ſcribentis illa ingenua confeſſio eſt, *non dubitare multa ſe latuiſſe quod homo eſſet, ac valde occupatus*, nec ego eum, vt nunquam lapſum eſſe exiſtimarem, ne dicam auderem affirmare, vlla in animum meum ratione vnquam inducere potui. Tantum toties labi, quoties, ſtudio laudis, et gloriae ex eius vituperatione conſequendae, Dioſcoridis perinde ac vetuſtioris, et extra omnem aleam poſiti maximo argumento, nonnulli profeſſi ſunt, cum alibi ſaepe, tum hoc praecipue loco audeo inficiari: plura enim in eo vitio temporis ſunt immutata, multa exſcribentium negligentia, nonnulla aliorum quorumdam temeritate, vel nimia feſtinatione deprauata quae inſonti Plinio imputantur. Atque haec in genere, Patres, ſum praefatus de Plinii innocentia, plura diſtinctius, ac preſſius dicturus, vbicumque Plinio aliquid obiici ab aduerſariis occurret in explicatione ſingularum hiſtoriarum, quas mox aggrediar a libro duodecimo exorſus, ac primo inter eos, quos de materia medica compoſuit addictus peregrinis ſtirpibus referendis, quibus omnibus, aut certe pleriſque cognoſcendis Luſitanorum induſtria, atque auſu plane heroico plus nos profecimus, quam ante actis ſaeculis vllus, aut Graecus, aut Latinus agnitis fabulis, quas ab Indis mercatoribus, vel aliis negotiatoribus ſe plus quaeſtus eſſe facturos exiſtimantibus, ſi omnia difficiliora feciſſent, et admirationis plena praedicaſſent, acceptas nobis pro hiſtoriis exhibuere. Nunc quoniam dicendo feſſus ſum; nec ſatis multa non dixi, confecto ſermone, finem impono.

C. PLI-

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE
LIBER QVARTVS.

Tertius a. Europae ſinus Acroceraunis b. incipit montibus, finitur Helleſponto: amplectitur praeter minores c. ſinus XIX. [1] XXV. centena M. paſſuum.

1. XX. XXVI. *Ch.*

a. *Tertius Europae ſinus)* Ionium mare, Aegeumque complectitur. H.

b. *Acroceraunis)* De quibus dictum eſt, lib. ſup. ſect. 26. *Monti della Chimera*, prope Auloném *la Valonne*. H.

c. *Minores ſinus XIX)* Tertii ſinus, inquit, vniuerſa adnauigatio colligit vicies quinquies centena millia paſſuum, minoribus ſinibus, qui ſunt numero vndeuiginti, non enumeratis. Vide Not. et Em. N. I. (hic poſ.) *Praeter minores ſinus XIX. XXV. M. paſſ.)* Prior numerus eſt ſinuum minorum, quos auctor hic negat a ſe numerari: ſequens vero millium paſſuum, quae vniuerſa ipſius tertii ſinus adnauigatio colligat. Martianus enim L. VI. cap. de tertio ſinu Europae, p. 209. ex hoc Plinii loco: *Tertius hic*, inquit, *ſinus Europae ſinus habet decem et nouem, prouinciasque complures.* Cui quidem ſententiae praeter conditiuos codices, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. res ipſa per ſe ſuffragatur: totidem enim tertius hic maior Europae ſinus complectitur, vti ex Plinio ipſo intelligimus: quorum haec nomina: Ambracius, Ionius, ſiue Leucadius, Corinthiacus, Criſſaeus, Cyllenius, Cypariſſius, Aſinaeus, Coronaeus, Laconicus, Aegilodes, Gytheates, Saronicus, Opuntinus, Pagaſicus Mace-

passuum. In eo Epirus, Acarnania, Aetolia, Phocis, Locris, Achaia, Messenia, Laconia d., Argolis e., Megaris, Attica, Boeotia: iterumque alio mari eadem Phocis et Locris, Doris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Graeciae fabulositas, sicut et literarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. Quapropter in eo paululum commorabimur. Epiros f. in vniuersum appellata, Acroceraunìis incipit montibus. In ea primi Chaones g., a quibus Chaonia: dein Thesproti h., Antigonenses i.: locus k. Aornos, et pestifera

Macedonicus, Mecybernaeus, Melas, Gasthenes, Thermaeus. Quibus addere et Strymonicum possis, de quo sect. 17. vt sint omnino XX. qui numerus in Chiffl. cod, legitur. H.

d. *Laconia)* Rectius puto cum Mela, L. II. c. 3. p. 32. *Laconice.* H.

e. *Argolis)* Argolis quoque Melae, et Martiano, qui haec habet a Plinio, L. VI. c. de tertio Europae sinu, p. 209. Graecis Ἄργεια. H.

f. *Epiros in vniuersum)* Ab his verbis in Manuscripto incipit caput primum. *Dalec.*

Epiros) Haec Martianus iisdem verbis l. c. Hodie *Chimera* et *Larta.* H.

g. *Chaones)* Χάονες Straboni L. VII. p. 323. Hos ait Epiro toti primum imperitasse, deinde Molossos. Chaonum fuit castellum Chimera, in Acroceraunìis, de quo mox dicetur. H.

h. *Thesproti)* Θεσπρωτοὶ Straboni, p. 323. Horum oppidum Buthrotum, de quo statim. H.

i. *Antigonenses)* Ab oppido, cuius meminit Ptolemaeus, L. III. c. 14. in Chaoniae mediterraneo, Ἀντιγόνεια, Steph. quoque Ἀντιγόνεια, πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ: et Polyb. II. p. 130. H.

k. *Locus Aornos)* Familiaris Plinio locutio est, vt locum vocet, vbi oppidi veteris ruinae, ac vestigia supersint. Stephanus oppidi meminit, p. 90. Ἄορνος, πόλις. Id porro loci nomen, quoniam tetrum ob halitum careret auibus, ex re factum. Sic Virgil. de Cumarum spelunca, L. VI. Aen. v. 239. *Quam super haud vllae poterant impune volantes Tendere iter pennis: talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat: Vnde locum Graii dixerunt nomen Aornon.* H.

ſtifera auibus exhalatio: Ceſtrini l., Perrhaebi m., quorum mons Pindus, Caſſiopaei n., Dryopes o., p. Selli [1], q. Hellopes [2], Moloſſi r., apud s. quos Dodonaei Iouis templum, oraculo illuſtre: t. Tomarus

A 2

1. *Sellae. V.* 2. *Helli, quibusdam.*

l. *Ceſtrini)* Ab oppido Ceſtria, de quo mox dicetur, regio Ceſtrine nomen habuit, Chaoniae portio: vnde Ceſtrini boues apud Heſychium, p. 522. Κεϛρινικοὶ βόες οἱ ἐν Χαονίᾳ, ἡ πρότερον Κεϛρίνη προσηγορεύετο· ἔϛι δὲ μοῖρα τῆς Ἠπείρȣ διαφόρȣς ἔχȣσα βȣ̃ς. A Ceſtrino Heleni F. nomen accepiſſe Κεϛρινὴν, auctor eſt Pauſanias in Corinth. ſiue L. II. p. 127. H.

m. *Perrhaebi)* Περῥαιβοὶ, Macedoniae confines, Pindi montis incolae, apud Strabon. L. IX. p. 440. H.

n. *Caſſiopaei)* Κασσιοπαῖοι, quorum oppidum Κασσιόπη apud Ptol. L. III. c. 4. et Pandoſia, teſte Strabone, L. VII. p. 324. qui Κασσωπαίȣς vocat: Stephanus, verbo Χαονία, Κασωπȣ̃ς. Scylax, p. 11. Μετὰ δὲ Θεσπρωτία Κασσωπία. Et p. 12. Κασσωπῶν χώρα. H.

o. *Dryopes)* Δρύοπες. His alias alii ſedes attribuunt. In Peloponneſo Strabo L. IX. p. 434. alibique paſſim. Varias horum migrationes refert Pauſan. L. IV. in Meſſen, p. 281. H.

p. *Selli)* Ἑλλοὶ Pindaro, Homero Σελλοὶ, teſte Strabone L. VII. p. 328. qui Dodonaei Iouis fanum apud eam gentem fuiſſe perhibet: a Pindaro tamen Dodonam Theſprotis adiudicari: poſt Moloſſorum ditionis coeptam haberi Heſychius, Ἕλλοι, Ἕλληνες οἱ ἐν Δωδώνῃ. H.

q. *Hellopes)* Hos vero Stephanus eoſdem cum Hellis, ſiue Sellis facit: Ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἑλλοπαία, ἧς οἱ οἰκήτορες Ἑλλοὶ καὶ Σελλοί. Heſiodum ſequitur, quem Strabo laudat, l. c. H.

r. *Moloſſi)* Μολοττοὶ Straboni, L. VII. p. 326. Horum oppidum, praeter Donem, Ambracia fuit, de qua mox dicemus. H.

s. *Apud quos)* Stephanus: Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεὺς ἐν Ἠπείρῳ. De quercu loquaci, quam Dodonae fabulae reponunt, et de aere Dodonaeo, Mythologos conſule. H.

t. *Tomarus, etc.)* Haec Solinus iisdem verbis, c. 7. p. 22. In MSS. *Talarus.* Parm. ed. *Tomarus.* Stephano, Τόμαρος,

marus[1] mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus. (I.) Epirus ipſa ad Magneſiam Macedoniamque tendens a tergo ſuo Daſſaretas u. ſupra dictos, liberam gentem, mox feram Dardanos habet: Dardanis laeuo x. Triballi praetenduntur latere, et Moeſicae gentes: a fronte y. iunguntur Medi z. ac a. Denſelatae [2]: quibus Thraces, ad Pontum vſque pertinentes. Ita b. ſuccincta Rhodopes, mox et Haemi vallatur excelſitas. In Epiri ora caſtellum in Acrocerauniis c. Chimera [3], ſub eo

1. *Talarus. V. et Chiff.* 2. *Denſeleti. Vet. alii, Denthelatae.* 3. *Chimerium. Strab. lib. VII.*

μαρος, ὄρος Δωδώνης, ὅ τινες Τομᾶρον, οἱ δὲ Τμάρος. Straboni L. VII. p. 328. Τάμαρος. H.

u. *Supra dictos)* Lib. ſup. ſect. 26. De Dardanis, Triballis, Moeſis, eod. libro, ſect. 29. H.

x. *Laeuo)* Ab ortu ſolſtitiali. H.

y. *A fronte)* Ab auſtrali parte. H

z. *Medi ac Denſelatae)* Μεδῶν τινὲς, καὶ Δανθηλιτῶν, Straboni, L. VII. p. 318. Rectius fortaſſis Μαιδῶν, cum diphthongo ſcripſeris, vt differant a Medis Aſiae. Sic enim Stephanus: Μαιδοὶ ἔθνος Θρᾴκης, πλήσιον Μακεδονίας. Sic Ariſtot. L. IX. Hiſt. Anim. c. 45. Ptolemaeo denique L. III. c. 11. regio ipſa Μαιδικη appellatur. H.

a. *Denſelatae)* Ita Solinus, c. 10. p. 27. *Strymonem accolunt dextro latere Denſelatae.* Idem Denſelatae Tullio, in Piſon. n. 84. quorum opera C. Sentius Praetor reliquorum Thracum vires et arma eluſit. Partem enim illi tenuere Thraciae: quam τὴν Θρᾴκην τὴν Δενθελητῶν appellat Dio, L. LI. p. 461. Ptolem. L. III. c. 11. Δανθηλητικὴν ἐπαρχίαν, Dantheleticam praefecturam Stephano, p. 221. Δανδαλῆται ἔνθος Θρᾳκικον. H.

b. *Ita ſuccincta)* Tot gentes, inquit, primum Rhodopes, deinde Haemi montis iuga excelſa tenent, et a tergo, latere, fronte claudunt. Hoc Martianus, L. VI. p. 209. non intellexit. H.

c. *Chimera)* Χειμέριον eſt Pauſaniae, in Theſprotide L. VIII. ſiue Arcad. p. 465. et Thuc. L. I. p. 22. et 32. Straboni quoque eius nomi-

eo Aquae d. regiae fons. Oppida: Maeandria e., Cestria: flumen Thesprotiae f. g. Thyamis [1]: colonia Buthrotum h.: maximeque i. nobilitatus Ambraci-

1. *Thymias.* *Ch.*

nis promontorium est, L. VII. p. 324. In Nouella Leonis, apud Leuncl. p. 99. inter Aetoliae Episcopos, ὁ Χιμάρας legitur. H.

d. *Aquae regiae)* Vt Romani Aquas Sextias, Statiliasque, a Sextio Statilioque appellabant, qui balneâ struxerant: Sic Aquam Regiam βασιλικὰ ὕδατα dictum hunc fontem puto, quo rex Epiri aliquis vsus fuerit, Thermas ibi ad publicos vsus exstruxerit. H.

e. *Maeandria, Cestria)* De his duobus oppidis ceteri Scriptores Graeci pariter ac Latini silent. Cestrinen tamen Thesprotidi vicinam Thucydides facit, L. I. p. 32. H.

f. *Thesprotiae)* Vide Strabonem lib. VII. Gerbel. libro III. Panuin. Imp. Rom. 781. Car. Sigon. de ant. iur. prou. I. c. 9. Pancirol. super notit. or. c. 83. *Dalec.*

g. *Thyamis)* Pausaniae quoque in Attic. L. I. p. 19. Thucyd. l. c. Athenaeo L. III. p. 73. et Straboni, L. VII. p. 324. Θύαμις: hodie *Calama.* H.

h. *Buthrotum)* Apud Liuium lib. XXIX. Buthrotus amnis haud procul a Locris Epizephyriis abest. *Dalec.*

Buthrotum) Βουθρωτὸν Straboni l. c. qui et colonos habuisse Romanos docet, ἐποίκους ἔχον Ῥωμαίους. Hodie *Butrinto.* Stephanus insulam vocat: sed familiare Graecis nimirum est peninsulas ipsas appellare νήσους insulas. Sic Pelopis insulam dixere Peloponnesum, quam esse peninsulam constat, et per Isthmum continenti copulari. H.

i. *Maximeque nobilitatus Ambracius sinus, faucibus spatiosum aequor, etc.)* Lege: *Ambracius sinus* DCC. *passuum faucibus, longitudinis* XXXVII. *millia passuum, latitudinis* XII. *millia* Is. Vossius in Melam. *Maximeque nobilitatus Ambracius sinus, faucibus spatiosum aequor accipiens)* Duo hic verba desunt, quorum alterum nobis exhibuit Salmanticense, vtrumque vero apographum Toletanum Ea sunt D. *pass.* Scribe igitur *faucibus* D. *passuum, spatiosum aequor accipiens.* paruo discrimine a Polybii traditione, qui D C. *passuum* has fauces esse prodit. P.

bracius k. sinus, l. D. [1] pass. faucibus spatiosum aequor accipiens, longitudinis ll. xxxix. [2] M. pass. latitudinis m. xv. M. In n. eum defertur amnis Acheron, e lacu Thesprotiae Acherusia o. profluens xxxvi. p. M. pass. inde, et mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum

1. *Amb. sinus, faucibus Sp. Gr. et Al.* 2. xxxvii *M*

k. *Ambracius)* Hodie *Golfe de Larta*, Actiaca Augusti victoria maxime nobilitatus. H.

l. *D. passuum faucibus)* Vide Not. et Em. N. II. (hic adi.) *D. pass. faucibus)* Martianus, qui haec transscripsit, *angustis faucibus* indefinite scripsit, Angustiarum spatium, quo libri hactenus editi caruerunt, restituimus ex R. 2. aliisque codicibus MSS. quibus subscribit Strabo L. VII. p. 324. ostium Ambracii sinus affirmans haud multo amplius patere stadiis quaternis, quae passus omnino quingentos efficiunt. H.

ll. *Longitudinis* xxxix.) Vterque scriptus codex non xxxix habet, sed xxxvii quod et vero propius. Nam Polybius longitudinem eius sinus ccc. stadiorum esse ait, quae xxxvii. M. D. passuum conficiunt. *Pintian.*

m. *Latitudinis XV.)* In MSS. XII. Haec porro latitudo, non faucium ipsarum est, sed admissi spatiosi aequoris, hoc est, interioris sinus. H.

n. *In eum defertur)* In Ambracium sinum. Ita Ptol. L. III. c. 14. Martian. L. VI. c. de tertio sinu Europae, p. 209. *Ambracius sinus faucibus angustis aequor accipiens, in quod defertur amnis Acheron, infernae fabulae errore famosus.* Strabo nihilominus non hunc Acherontem vocat, sed eum qui in Thesprotium sinum, portumque cognomento Dulcem, γλυκὺν λιμένα, longe ab Ambracio sinu versus septemtrionem, ex eadem Acherusia palude delabitur, L. VII. p. 324. Vterque forte ex eodem lacu manat, et qui in Dulcem et qui in Ambracium sinum deuoluitur. Pausaniae L. I. p. 30. ceterisque Ἀχέρων. H.

o. *Acherusia)* Ἀχερουσία λίμνη Straboni, l. c. et Thuc. L. I. p. 32. H.

p. XXXVI. — — *inde)* Hoc est a sinu Ambracio, in quem defertur, ad Acherusium lacum, vnde effluit. In MSS. XXII. H.

pidum Ambracia. q. Molossorum flumina, Aphas r., et Arachtus. s. Ciuitas t. Anactoria [1]: u. locus [2] Pandosia.

II. Acarnaniae, quae x. antea Curetis [3] vocabatur, oppida: Heraclia y., Echinus, et in ore ipso colo-

1. *Anactorica.* Ch. 2. *sic ex MSS. Hard. conf. Ch. lacus Gr. et Al.* 3. *Curetes.* Ch.

q. *Ambracia)* Pagus est milliari vno a mari semotus, hodieque *Ambrakia* incolis nuncupatus: non *Larta*, vt Geographi plerique censent: cum a sinu mill. pass. XV. *Larta* distet in Acherontis ripa. Dicaearcho, p. 64. et Scymno, p. 19. Ἀμβρακία Ciues Ἀμβρακιῶται Aeliano, Hist. An. L. XII. c. 40. H.

r. *Aphas)* Is est quem Stephanus Aeantem vocat, et ex eodem monte, quo Arachthum siue Inachum, fluere ait, quam ob causam ambo a Plinio copulantur. Λάκμων inquit Stephanus, ἄκρα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἴναχος καὶ Αἴας ῥεῖ ποταμός. Caue tamen Palmerio credas, qui in Graecia antiqua, hunc Aeantem cum Aoo eumdem credidit, de quo libro sup. dictum est, f. 26. H.

s. *Arachthus)* Ἄραχθος, Ambraciam vrbem praeterlabitur, teste Strabone, L. VII. p. 325. et Dicaearcho Messenio, p. 164. qui Ἄρατθον nominat. Meminit Arachthi Liuius, L. XLIII. p. 556. et Ptol. L. III. c. 14. H.

t. *Anactoria)* MSS. Colb. 1. 2. Chiffl. *Anactorica.* Straboni L. XVIII. p. 455. et Thucyd. L. I. p. 37. Ἀνακτόριον, quam vrbem prope Actium in Acarnania statuit. Stephano Ἀνακτόρεια et Ἀνακτορία. H.

u. *Locus Pandosia)* Locum appellat, quoniam exciso oppido, solum tum nomen exstabat. Hesychius: Πανδοσία, πόλις τῆς Ἠπείρου, καὶ Ἰταλίας. Cassiopaeorum oppidum fuisse ait Strabo, L. VII. p. 324. Vide quae de Pandosia diximus L. III. f. 15. H.

x. *Quae antea Curetis)* Hi sunt, vt arbitramur, Curetes, de quibus Virgil. Georg. L. IV. v. 151. *Curetum sonitus, crepitantiaque aera secuta, Dictaeo caeli regem pauere sub antro.* Scholiastes Pindari p. 31. Αἰτωλὸς ἔφυγεν εἰς τὴν πρότερον Κουρῆτιν, Αἰτωλίαν δὲ ὕστερον ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθεῖσαν. Cur vero Curetis appellata sit, ex Stra-

colonia z. Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. a. Egressos sinu

bone disces, L. X. p. 463. Demetrius ap. Steph. p 29. Τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῆτιν ὠνόμαζον. Ipseque Stephanus, p. 381. Κούρης, ὁ Ἀκαρνανίας. Quam in rem adducit Homeri versum ex Iliad. L. IX. v. 425. Subscribit et Pausan. L. VIII. siue Arcad. p. 492. Nummus antiquus apud D. Baudelot, et apud Patinum in Thes. p. 19. parte priore vir nudus sedens arcum tenet: quo significatur, pauperes in ea prouincia victum sibi venatione parare. Epigraphe: ΑΚΑΡΝΑΝΩΝ. In altera parte vultus est virilis, cum collo bouino: Minotaurum vulgo vocant, falso. Rusticos in eo tractu significat patientes esse laboris, vt boves, quibus arant tellurem. Praesidis prouinciae nomen ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ. H.

y. *Heraclea)* Ἡράκλεια, quae ex vrbibus eius nominis apud Stephanum vigesima prima est, κα. Ἀκαρνανίας πόλις. Et apud eumdem Ἐχῖνος πόλις Ἀκαρνανίας. H.

z. *Colonia Aug.)* Ἄκτιον, cuius oppiddi ne vestigia quidem supersunt. De templo Apollinis Actii, Strabo L. VII. p. 325. Suet. in Aug. c. 18. etc. In nummis Augusti, quorum in infimo margine hae literae sunt insculptae ACT. caue putes Actiacum Apollinem iis significari: quamuis Apollo ibi habitu musici cum cithara stat, et longa veste. Neque enim cum e praelio Actio victor discessit, non fuit iam tum Actiacus: nec potuit dici; quod in his nummis scribitur, ob illam expeditionem IMP. X. vel IMP. XII. nedum simul esse IMP. X. vel Imp. XII. in Sicilia; nam eosdem numeros habent nummi inscripti, SICIL. Primae hic sunt igitur totidem vocum literae, *Apollini Caesaris Tutatori.* H.

a. *Nicopolitana)* Νικόπολις, Straboni loco c. Hodie *Prevenza:* vnde Ambracio sinui nomen alterum, *Golfo di Prevenza.* Ibi exstructa, vbi castra ad Actium Augustus habuerat. Dio L. LI. p. 443. In Museo nostro Parisiensi, Augusti nummus insignis, ΝΙΚΟΠΟΛΙϹ. Ex parte auersa ϹΕΒΑϹΤ. ΚΤΙϹΤ. Σεβαστὸς κτιστής, *Augustus vrbis conditor.* Est et nummus inscriptus *Imp. Caes. Hadrianus Aug.* capite laureato .)(COL. NEIK. PH. — COND. Colonus boves agens prope vexillum, coloniam militarem in agro illo

finu Ambracio, in Ionium excipit Leucadium litus: promontorium Leucates b. Dein c. finus, ac Leucadia ipfa peninfula d., quondam Neritis e. appellata, opere accolarum abfciffa a continenti, ac [1] reddita f. ventorum flatu congeriem arenae accumu-

1. *Ac edita. V.*

illo collocatam fignificat. Sic ifti nummo aereo infcripta verba repraefentat Patinus in Thefauro Mauroceni, p. 98. optime. Mediobarbus autem, p. 185. eadem fic exhibet ex fchedis D. Bon Veneti: COLONIA NIC. PH. COND. At nuper Dominus Anfelmus Bandouri Benedictinus Cafinenfis, Mediobarbo tefte appellato, fed reclamaturo certe, fi viueret, fcripfit, COLONIA NICEPH. CONS. exponitque *Coloniam Nicephorium Conftantina:* addita fcilicet litera E: et D, mutata in S. Et exinde probat licuiffe Stephano, in libro de Vrbibus, fcribere, Νικηφόριον, ὅτως ἡ Κωνςαντίνη. Potuit id quidem fcribere Stephanus, qui multis faeculis vixit poftConftantinum. An fuit autem Conftantinus aliquis Hadriani aeuo; cuius nomen hic nummus et vultum exhibet? Legendum hic eft, *Colonia* Νεικόπολις *Permiffu Hadriani* COND*ita*. H.

b. *Leucates)* Λευκάτας Straboni, L. X. p. 452. Λευκὰς ἄκρα Ptolemaeo L. III. c. 14. Hodie *Cabo Ducato.* H.

c. *Dein finus)* Ionius, qui et Leucadius. H.

d. *Peninfula)* Vide quae diximus L. II. f. 93. H.

e. *Neritis)* Νερῆτις. H.

f. *Reddita)* Alii *edita:* (alta) ὑψηλή. Alii *reddita,* rurfum adnexa continenti. Ex fcopulo eius peninfulae in mare porrecto, amoris impatientia Sappho praecipitem fe dedit. Laelius vetus poeta: *Sefeque in alta maria praecipitem mifit, Inops et aegra fanitatis Herois.* Qua de re Lilius Girald. de poet. dial. 9. Anacreon, — ἀρθεὶς δ' ἦὖτ' ἀπὸ Λευκάδος πέτρης Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι. Idem: τὸν ὑπέρκομπον Θηρῶσα Φάων' οἰςρῶντι πόθῳ ῥέψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς, ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σὴν δέσποτ' ἄναξ. Vide apud Scaligerum cap. 18. lib. II. Adnot. iucundiffimam hac de re hiftoriam. *Dal.*

Ac reddita) Continenti rurfum adnexa. H.

lantium: qui g. locus [1] vocatur Dioryctos, stadiorum h. longitudine trium. Oppidum in ea Leucas i., quondam Neritum k. dictum. Deinde Acarnanum vrbes, l. Alyzea [2], m. Stratos, Argos n. Amphilochicum cognominatum. Amnis Achelous o. e Pin-

1. *Sic et Ch. lacus Gr.* 2. *Halyzea Gr.*

g. *Qui locus — Dioryctos)* Appellationis caussam prodidit Strabo L. X. p. 452. cum ait Corinthios διορύξαντας τὸν Ἰσθμὸν, perfodientes Isthmum, insulam fecisse Leucadem. Διορυκτὸς itaque fossam, fretumue hic sonat. Vide Dion. Halic. Antiq. L. I. p. 40. H.

h. *Stadiorum — trium)* Hoc est passuum CCCLXXV. H.

i. *Leucas)* Λευκάς. Graeci hodieque vocant *Leucada*: arci vero nomen fecere incolae, *Santa Maura*. H.

k. *Neritum)* Straboni L. X. p. 454. Νήρικος. Eustathio in Iliad. β. p. 306. Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Λευκάδα, Νήρικον ἐν Ὀδυσσείᾳ καλεῖσθαι φασί. Stephanus p. 493. Νήρικος et Νήριτος. H.

l. *Alyzea)* Ἀλυζία Thucyd. L. VII. p. 511. et Straboni L. X. p. 450. quindecim a mari stadiorum interuallo, hoc est pass. MDCCCLXXV. Ptol. L. III. c. 14. syllabis permutatis Ἀζύλεια, pro Ἀλύζεια. H.

m. *Stratos)* Στρατὸς, πόλις Ἀκαρνανίας, Stephano: Polybio quoque agnita, L. V. hist. p. 496. Στράτος πόλις μεγίστη τῆς Ἀκαρνανίας, Thuc. L. II. p. 153. Meminit et Liu. L. XXXVIII. p. 469. H.

n. *Argos)* Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν Ptolem. l. c. in oppidis Amphilochorum mediterraneis. Hinc regioni nomen inuentum, Ἀμφιλοχία apud Thucyd. L. III. p. 241. *Argos Amphilochum* XXII. *mill. ab Ambracia abest*, inquit Liu. L. XXXVII. p. 471. H.

o. *Achelous)* Acheloum primum omnium fluuiorum erupisse terra crediderunt. Inde Virg. I. Georg. Acheloia pocula aquae. *Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis.* Aristophanes in Cocalo, Χαίρειν τε δῶμα τὲμὸν, ἐκ χρυσηλάτων τευχέων περισπείρουσαν Ἀχελώου δρόσον. Turn. cap. 25. 29. *Dal.* *Achelous)* Ἀχελῶος, ὁ ὁρίζων Ἀκαρνᾶνας καὶ Αἰτωλοὺς, inquit Strabo, L. VIII. p. 335. Nunc *Aspropotami.* Vide Not. et Em. N. III. (hic post.) *Achelous a Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aeto-*

e Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Aetolia dirimens, et Artemitam p. insulam assiduo terrae invectu continenti annectens.

III. (II.*) Aetolorum populi Athamanes q., Tymphaei, Ephyri, Aenienses, Perrhaebi, Dolopes, Maraces [1], r. Atraces [2], a quibus Atrax amnis Ionio mari

1. *Marages. Ch.* 2. *Atrages. V.*

Aetolia dirimens) Solinus Plinii alioqui exscriptor perpetuus, ab auctore suo imprudenter desciuit, dum haec prodidit. c. 7. p. 22. *Acarnania Aracyntho eminet: hanc ab Aetolia Pindus diuidit, qui Acheloum parit.* Scribendum enim fuit, si studuit veritati, *Hanc ab Aetolia Achelous diuidit, quem Pindus parit.* Locum hunc Solini Salmasius intactum reliquit. H.

p. *Artemitam)* Stephanus, ex Artemidoro, Chersonesum ait esse quamdam circa amnis Acheloi ostia, Ἀρτέμιταν λεγομένην. Ἀρτεμίαν Strabo vocat, L. I. p. 59. vnamque esse prodidit Echinadum insularum, aggestis arenarum cumulis, continenti adnexam. H.

* *Aetolia)* De hac Car. Sigin. de ant. iur. prouinc. lib. I. cap. 9. Nic. Gerbel. lib. V. pag. 123. *Dal.* haec ad Ind. Libr.

q. *Athamanes)* Ἀθάμαντες Diodoro, L. XIX. Bibl. p. 595. Ἀθάμανες Ptolemaeo, L. III. c. 14. Amphilochiis magis orientales. Τυμφαῖοι Stephano p. 671. et 715. a Τύμφη monte, quem ille Thesprotis adiudicat. Ephyri item Ἔφυροι, Homero dicti, apud Pausan. L. IX. in Boeot. p. 597. ab vrbe cognomine, quae olim Thesprotorum fuit. Strabo L. VII. p. 324. Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἐφύρα, πόλις Θεσπρωτῶν, Aenienses, ab Aenia oppido Perrhaeborum. Stephanus: Αἰνία, πόλις Περραιβῶν, — — — καὶ Αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες. Apud Herod. L. VII. Polymn. p. 445. n. 185. Περραιβοὶ, καὶ Αἰνιῆνες, καὶ Δόλοπες. Περραιβία regio apud Diod. Sic. L. XIX. Bibl. p. 681. Menelaidem Dolopiae ciuitatem ad Pindum montem Liuius collocat, L. XXXIX. p. 495. Μαρακοὶ καὶ Δόλοπες in Epiro simul copulantur a Xenophonte, L. VI hist. Graecae, p. 580. H.

r. *Atraces)* Ab oppido cognomine nomen traxerunt, quo de oppido dicturi sumus, sect. 15. in Thessalia; cui id contributum fuit. H.

mari infunditur. Aetoliae oppidum Calydon s., est septem [1] millibus quingentis pass. a mari, iuxta Euenum t. amnem. Dein Macynia u., Molycria: cuius x. a y. tergo [2] Chalcis mons, et z. Taphiassus [3]. At

1. *Septem millium quingentorum passuum Gr. et Al.* 2. *Chalcis, et mons est Taphiassus Gr. et Al.* 3. *Praesus. V.*

s. *Calydon*) Καλυδὼν Dicaearcho, in Aetolia, p. 165. et Thucyd. L. III. p. 241. Hic sylua aperque Calydonius appellatus, vatum carminibus decantatus. Nunc oppidulum est *Galata*, siue Calata, in prouincia, cui *Livadia* nomen est: a Naupacto Boream versus dissitum, v. fere mill. pass. H.

t. *Evenum*) Εὔηνος, qui prius Lycormas dicebatur. Strabo, L. VII. p. 327. De Calydone et Eueno, Lucan. L. VI. c. 365. *Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Euenos Calydona secat.* E Pindo fluere admonet Dicaearchus p. 165. Ποταμὸς τ' Εὔηνος ἐκ Πίνδε ῥέων. H.

u. *Macynia*) Stephanus: Μακρύνεια, πόλις Αἰτωλίας: sed ipsa series literarum suadet Μακύνεια legi oportere. Apud eumdem et apud Diod. Sic. L. XII. Bibl. p. 112. est Μολυκρία πόλις Αἰτωλίας. Apud Scylacem p. 14. Μολύκρεια. Alcaeus in Anthol. L. I. c. 5. Epigr. 15. dixit Μακύνε τείχη. H.

x. *Cuius a tergo Chalcis mons*) Χαλκίς. Vide Not. et Em. N. IV. (hic pos.) *Cuius — et Taphiasus*) Sic emendamus, secuti vestigia codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. quibus suffragatur Eustath. in Dion. v. 496. p. 70. vbi *Chalcis* nomen esse montis apparet. Καλχὶς, inquit, (lege Χαλκὶς, ex eodem Eustathio, in Iliad. β. p. 279.) ὄρος ἐςὶν Αἰτωλίας, ἀφ' ἧ ὁ Ἀχελῶος ἕρπει. Vide etiam Strabonem, L. X. p. 451. et 460. Fuit et montis radicibus apposita cognominis ciuitas; cuius Stephanus meminit: Ptol. item L. III. c. 15. in oppidis Aetoliae mediterraneis: et Strabo, L. IX. p. 427. vbi de Aetolia: αὐτῆ δὲ καὶ ἡ Χαλκὶς, ἧς μέμνηται καὶ ὁ ποιητὴς ἐν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ, — — αὐτῆ δὲ καὶ ὁ Ταφίασσος λόφος, etc. Eadem ex re ipsa Ὑποχαλκὶς appellata ab Hesychio, διὰ τὸ κεῖσθαι ὑπὸ τὸ ὄρος. Libri prius editi, *cuius a tergo Chalcis, et mons et Taphiassus.* H.

y. *A tergo*) Versus septemtrionem. H.

z. *Taphiassus*) Ταφίασσος λόφος Straboni, L. IX. p. 427.

At in ora promontorium Antirrhium a., vbi ostium Corinthiaci sinus, minus b. mille passuum latitudine influentis, Aetolosque dirimentis a Peloponneso. Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhion c.; sed in Corinthiaco sinu oppida Aetoliae, d. Naupactum [1], Pylene e.: et in mediterraneo Pleuron, f. Halicyrna [2]. Montes clari: in Dodone

1. *Naupactos. Ch.* 2. *Halyssarna. Gr. et Al.*

427. Ταφίασος, L. X. p. 460. H.

a. *Antirrhium*) Ἀντίῤῥιον ἄκρον, Ptol. L. III. c. 15. H.

b. *Minus mille*) Strabo L. VIII. p. 335. Rhium et Antirrhium, quinque dumtaxat stadiorum freto dispesci ait, hoc est, pass. DCXXV. Septem stadia Thucydides habet, quae mensura ad Plinianam accedit. H.

c. *Rhion*) Ῥίον ἄκρον τὸ καὶ Δρέπανον, Ptol. L. III. c. 16. Rhion et Antirrhion arces sunt hac aetate duae, faucibus Corinthiaci sinus vtrimque appositae, quae *Dardanelli* Italis appellantur, quo nomine notae sunt et eae quae in Hellespònti angustiis excitatae sunt. H.

d. *Naupactum*) Ναύπακτος Ptol. L. III. c. 15. Hodie *Lepante*, vnde et sinui Corinthiaco nomen, *le Golfo de Lepante*. H.

e. *Pylene*) Stephano, Πυλήνη πόλις Αἰτωλίας. Πλευρὼν πόλις Αἰτωλίας. De vtraque Papinius: — — *Sensit scopulosa Pylene, Fletaque cognatis auibus Meleagrica Pleuron*. Meminit et Πυλήνης Strabo, L. X. p. 451. Πλευρῶνος Pausanias in Achaic. L. VII p. 417. Thucyd. L. III. p. 241. Strabo, L. X. p. 450. Pleuronem monti Aracyntho applicat. H.

f. *Halicyrna*) Ἁλίκυρνα. Vide Not. et Em. N. V. (hic pos.) *Halicyrna*) In libris hactenus editis *Halyssarna*; quam in hoc tractu veterum nemo agnouit. Nos ex Stephano, qui Strabonem sequi se profitetur, *Halicyrna* rescripsimus. Ἁλίκυρνα inquit, κώμη Ἀκαρνανίας. Στράβων· ὁ οἰκήτωρ Ἁλικυρναῖος Acarnaniae autem, non Aetoliae dici oppidum ne quis miretur: nulla enim alia Graeciae prouincia est tam incertis notata limitibus: modo pressa angustius, modo laxius diffusa, vt sunt fere regnorum fata. H.

done, g. Tomarus [1]: in Ambracia, h. Crania [2], in Acarnania, Aracynthus i.: in Aetolia, Acanthon k., Panaetolium l., Macynium. m.

IV. (III.) Proximi n. Aetolis Locri nn., qui cognominantur Ozolae o., immunes. Oppidum Oeanthe. p. Portus q. Apollinis Phaestii, sinus Crissaeus.

1. *Talarus. V. Ch.* 2. *Grania. Gr.*

g. *Tomarus)* De quo sect. 1. In MSS. hoc loco, *Tmarus.* H.

h. *Crania)* Κρανεία. Atque ab eo monte regioni quoque inditum nomen videtur: qua de re Theopompus apud Steph. Κρανεία, χωρίων Ἀμβρακιωτῶν. H.

i. *Aracynthus)* Solinus, c. 7. p. 22. *Acarnania Aracyntho eminet.* Martianus quoque, L. VI. p. 210. Ἀράκυνθος Dionysio, v. 431. et Straboni L. X. p. 450. Boeotiae Stephanus hunc montem adiudicat. H.

k. *Acanthon)* Ἀκάνθων, Athamaniae vrbem sic vocatam esse auctor est Stephanus: a monte fortasse cognomine. H.

l. *Panaetolium)* Crebra sane apud Liuium, L. XXXI. p. 376. totoque passim opere, de bello Macedonico Panaetolii mentio est: sed pro concilio, conuentuque Aetoliae populorum: non pro oppidi montisue, aut loci nomine. H.

m. *Macynium)* A quo nomen duxit sita in eo monte Macynia vrbs Aetolorum, sicut a Chalcide monte oppidum Chalcis vt diximus. H.

n. *Proximis Aetolis)* Haec totidem verbis Scylax, p. 14. H.

nn. *Locri)* Nic Gerbel. lib. V. pag. 121. *Dal.*

o. *Ozolae)* Ὀζόλαι Straboni, L. IX. p. 416. qui et Occidui siue Hesperii cognominabantur: hos ab Opuntiis et Epicnemidiis, Epiphyriisque Locris Parnasso monte dispescente: cuius occiduum latus Ozolae obtinebant. H.

p. *Oeanthe)* Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν, Stephano. Capella Plinium de more transscribit. Vide Not. et Em. N. VI. (paulo post) Nomen oppido hodie *Pentagii*, in ipso sinus Crissaei aditu. *Oeanthe)* Scylax, p. 14. Μετὰ δὲ Αἰτωλὺς Λοκροὶ εἰσὶν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσιν Ὀζόλαι καλύμενοι. Καὶ πόλεις αἵδε. Εὔανθις, Ἄμφισσα. Oeanthem Οἰάνθην voluit dicere. Sic Ptolemaeum emendabis, apud quem L. III. c. 15. Εὐανθία pro Οἰάνθη legitur. H.

ſaeus. r. Intus oppida: Argyna s., Eupalia t., Phaeſtum, Calamiſſus. Vltra Cirrhaei Phocidis u. campi, oppidum Cirrha, portus Chalaeon x., a y. quo VII.[1] M. paſſ. introrſus liberum oppidum z. Delphi,

1. IV. *Ch.*

q. *Portus Apollinis)* Et huius mentio apud Martianum; L. VI. c. de tertio ſinu Europae, p. 210. Φαιςὸν alioqui in Achaia et Peloponneſo Stephanus agnoſcit. H.

r. *Criſſaeus)* Κρίσσαιος κόλπος, Thucyd. L. II. p. 157. et Straboni, L. VI. p. 259. Hodie *Golfo di Salona.* E Corinthiaco ſinu effluit, verſus ſeptemtrionem. H.

s. *Argyna)* Ἄργυνα, cuius incolae Ἀργύννιοι, vti ex Stephano colligimus, verbo Ἄργεννος, eam regionem Boeotiae adſcribente. H.

t. *Eupalia)* Εὐπαλία, πόλις Λοκρίδος, Stephano, qui ab Artemidoro Εὐπάλιον ait appellari. Eupalium quoque Liuio, L. XXVIII. p. 322. De Phaeſto in Locris, et Calamiſſo, ceteri ſcriptores ſilent. H.

u. *Phocidis campi, etc.)* Hic Martianus Plinium de more transſcribit, l. c. Sic Pauſanias in Phocic. L. X. p. 684. Τὸ δὲ πέδιον τὸ ἀπὸ τῆς Κίῤῥας. Fuit autem Cirrha Delphorum nauale, inquit Pauſanias, L. X. p. 609. et Strabo, L. IX. p. 418. Hodie *Aſpropiti* vocant. H.

x. *Chalaeon)* Χάλαιον, πόλις Λοκρῶν apud Steph. H.

y. *A quo* VII. *M.)* Sic quoque Martianus. H.

z. *Oppidum Delphi)* Hunc terrarum Vmbilicum, nempe medium prorſus, Strabo, Plutarchus, Pauſanias ſcripſerunt. Inde Sophocles in Oedip. tyranno μεσόμφαλα μαντεῖα vocauit. Varro tamen lib. VI. de Ling. Lat. id falſum eſſe conſtanter aſſerit. Vide locum. Manlius vetus poëta: *O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum tenes.* Vide Rhodig. c. 20. 15. Plaut. in Pſeud. - - - - *ſi quid vis roga. Quod ſcribo, Delphis tibi reſponſum dicito.* De ſitu Delphorum quod dixere Ethnici: idem et noſtri poſtea de Ieruſchalem ſeu Hieroſolymis. Adrichom. in deſcript. eiuſdem, in princ. et Reiſner. Sed et hi ad ornatum potius quam veritatem. Quid enim in orbe ſeu ſphaera poſſit vel extremum vel medium dici? *Dalec.*

Delphi) Nunc *Caſtri*, vt ex inſcriptionibus ibi repertis liquet. Martianus quoque ex hoc Plinii loco, *Oppidum Delphi*, inquit, *ſub monte Parnaſſo*,

phi, ſub monte Parnaſſo, clariſſimum [1] in terris oraculo Apollinis. Fons Caſtalius a., amnis Cephiſſus b. praefluens Delphos, ortus in Lilaea [2] quondam c. vrbe. Praeterea oppidum Criſſa d., et cum Bulenſibus e. Anticyra f., Naulochum g., Pyrrha,

1. *Parnaſſi et clariſſimi. M. Ch.* 2. *Libaea. Ch.*

naſſo, clarum oraculis Apollinis. H.

a. *Fons Caſtalius)* Caſtaliam aquam potu dulcem a Caſtallio dictam quidam volunt, alii ab indigena muliere Acheloi filia. Panyaſis de Hercule Παρνήσσον νιφόεντα θεοῖς διὰ ποσσὶ περήσας ἵκετο Κασταλίης ἀχελωίδος ἄβροτον ὕδωρ. *Dal.*

Caſtalius) Fatidicis aquis celebratus. Vnde nomen acceperit, diſce ex Pauſania, L. X. ſiue Phocic. p. 623. H.

b. *Cephiſſus)* Hauſit hoc Plinius ab Homero, Iliad. 2. v. 523. ſiue in Catal. v. 30. Οἵτε Λίλαιαν ἔχον πηγῇς ἔπι Κηφισσοῖο *Cephiſſi ad fontes et qui Lilaean habebant.* Laudat hunc Homeri verſiculum Strabo in Boeoticis L. IX. p. 407. H.

c. *Quondam vrbe)* Pauſan. l. c. a Philippo deletam ſcribit. Scholiaſt. Lycophron. p. 145. Λίλαια, πόλις Φωκίδος. H.

d. *Criſſa)* Κρίσσα, vnde Criſſaeo ſinui nomen. Strabo, L. IX. p. 418. Hodie *Salona*, Nonnus, L. XIII. Dionyſ. p. 358. Κρίσαν ἀειδομένην. H.

e. *Bulenſibus)* Ab oppido Phocidis mediterraneo Βελεία, cuius meminit Ptolem. L. III. c. 15. hi nomen habent. Pauſaniae, L. X. Phocic. p. 683. Βȣλις, et Stephano. Vide Not. et Em. N. VII. (hic poſ.) *Bulenſibus)* Bullienſes, et Bulenſes eosdem eſſe falſo credidit Herm. Barbarus: cum Bulenſes ſignati nunc a Plinio, a Bulide ſiue a Bulia fiant, Phocidis oppido vt diximus: Bullienſes, quorum meminit Cicero in Piſon. gens ſit citra Dyrrhachium, Apolloniamque, quos libro ſuperiore Plinius, ſect. 26. Straboque, Bulliones nominarunt: Bullidenſes, ſiue Bullienſes Caeſar. H.

f. *Anticyra)* Quoniam Cirrhae oppoſita fuit, Ἀντίκιρρα, ap. Strab. L. IX. p. 418. dicebatur: Ptolem. L. III. c. 15. Ἀντίκυρρα. Mox neglecta etymologiae ratione, Ἀντίκυρα. Elleboro ibi nato percelebris, vt et altera Anticyra ad Maliacum ſinum poſita. H.

rha [1], Amphissa h. immunis, i. Tithrone [2], Tritea; k. Ambrysus [3], l. Drymaea [4] regio, Daulis appellata;

1. *Pyrrhonea. V.* 2. *Trichone Gr. et Al.* 3. *Amphrysus. V.* 4. *Myraenaque reg. Chiff.*

g. *Naulochum, Pyrrha)* Ναύλοχος, Πύῤῥα. Ναύλοχος nauium stationem sonat. H.

h. *Amphissa)* Ἄμφισσα, Ptolemaeo, L. III. c. 15. Locrorum Ozolarum mediterraneum oppidum Harpocrationi quoque, p. 21. et Stephano. H.

i. *Tithrone, Tritea)* Τιθρώνη, Τρίτεα, vel cum Stephano Τρίτεια, μεταξὺ Φωκίδος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. Vide Not. et Em. N. VIII. (hic coll.) *Tithrone, Tritea)* *Tithrone* maluimus, quam *Trichone* scribere. Est enim Τριχώνιον, non Locridis, sed Aetoliae oppidum, Stephano, et Pausaniae, in Corinth. L. II. p. 155. Locrorum contra Τιθρώνιον, apud eumdem, L. X. in Phocic. p. 677. a Drymaea stadiis omnino viginti dissitum. Τεθρώνιον Herodoto dicitur, L. VIII. Vran. p. 473. n. 33. et cum Tritensibus copulat, quos Τριτέας vocat: Τριταιέας Thucydides, cum Oeanthensibus, L. III. p. 240. In Notitia Eccles. p. 23. Prouinciae Helladis Achaiae, hae sedes assignantur: Ἄμφισσα, Τιθώρα, Ἄμβρυσος, Ἀντίκυρα. Haec sane Τιθώρα; Tithrone Pliniana est. In MSS. et in ed. Parm. locus hic insigniter vitiatus legitur: *Tricone, Tricorymbus, Myraenaque regio.* Est autem, vt id obiter dicamus, quoniam nunc primum mentio eius occurrit, Notitia haec Ecclesiastica opus Hieroclis, Grammatici, cui nomen ille fecit, Συνέκδημος Ἱεροκλέους Γραμματικοῦ; vti intelligimus ex Constantino Porphyrogenneta, L. II. Thematum, c. 1. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἱεροκλῆς ὁ Γραμματικὸς, ὁ γράψας τὸν Συνέκδημον, τὸ τῶν Δολόγκων ἔθνος τῇ Θρᾴκῃ συναριθμούμενον, λέγων οὕτως. Εἰσὶν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι καὶ πόλεις, αἱ ὑπὸ τὸν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων διοικούμεναι τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἐπαρχίαι μὲν ξδ', πόλεις δὲ πλέ. Quae verba totidem plane syllabis huic Notitiae praefiguntur in MS. nostro. H.

k. *Ambrysus)* Ita Liuius, L. XXXII. p. 388. Apud Pausan. L. X. Phocic. p. 681. Ἄμβρυσσος et Ἄρυσσος, Stephano quoque Ἄμφρυσος πόλις Φωκίδος· τινὲς διὰ τοῦ β' φασίν. Straboni denique,

L. IX.

ta. Dein in intimo sinu angulus Boeotiae alluitur cum oppidis, m. Siphis [1], Thebis, quae n. Corsicae cognominatae sunt, iuxta Heliconem [2]. Tertium ab hoc mari Boeotiae oppidum Pagae o., vnde Peloponnesi prosilit ceruix.

V.

1. *Gymnis.* *V. M.* 2. *Heliconem montem.* *Tert.* *Ch.*

L. IX. p. 423. Ἄμβρυσος. Permutant Graeci saepe has literas Φ. et β. Vnde Bryges iidem qui postmodum Phryges appellati. Nunc pagus est cui nomen *Arachona.* Vide Not. et Em. N. IX. (hic consp.) *Ambrysus*) Huic oppido et Cyparissi prius nomen fuisse, auctores sunt Pausanias et Stephanus a nobis laudati: quibus et Dicaearchum adiungimus eo carmine, cuius mendum obiter sanare operae pretium fuetit. Sic enim ille in descript. Graeciae, p. 166. Ἐν τῇ μεσογείᾳ δ' ἐστὶ Κυπάρισσος πόλις. Λάρισσά τε· μετ' αὐτὴν δ' Αὖλις· ἡ Βοιωτία etc. Sic lego, Κρίσσά τε· μετ' αὐτὴν Δαυλὶς etc. H.

l. *Drymaea*) Oppidi nomen est Δρυμαία, Pausaniae, L. X. Phocic. c. 677. Herodoto quoque L. VIII. Vran. p. 473. n. 33. Daulis pariter Thucyd. L. II. p. 118. circumiacentis regionis nomen fuisse videtur: ἐν Δαυλίᾳ, inquit, τῆς Φωκίδος. Oppidum tamen ceteris appellatur, Homerum secutus H. β. Κρίσσαν τε ζαθέην, καὶ Θαυλίδα, καὶ Πανοπῆα. H.

m. *Siphis*) Stephano, Σίφαι, ἐπίνειον τῆς Θεσπιακῆς, Thespiarum nauale. De Thespiis Boeotiae, sect. 12. Et Σίφαι in Boeotia, apud Ptolem. L. III. c. 15. Apud Pausan. L. IX. Boeot. p. 590. Τίφαι. H.

n. *Quae Corsica*) Quoniam oppido ei nomen alterum Κόρσεια fuit, teste Pausania, l. c. p. 577. vnde ciues deinde Thebas transducti, primarium Boeotiae oppidum, de quo sect. 12. Stephanus: Κορσιαὶ, πόλις Βοιωτίας, Scylax, p. 14. Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοὶ, εἰσὶν ἔθνος καὶ πόλεις αἵδε, Κορσιαὶ, etc. H.

o. *Pagae*). Alii Πηγάς vocant. Apud Strab. lib. VIII. c. 1. legendum ὧν ἰσθμός ἐστι ὁ ἐκ παγῶν μεγαρικῶν, (non ἐν πόντων) εἰς νίσαιον τὸ μεγαρέων ἐπίνειον. Leopard. cap. 12. 3. *Dalec.*

Pagae) Πηγαὶ, Thucyd. L. I. p. 67. et Ptolem. L. III. c. 15. H.

V. (IV.) Peloponnesus p., Apia pp. ante appellata et Pelasgia, peninsula q. haud vlli terrae nobilitate postferenda, inter duo maria, Aegaeum et Ionium, platani r. folio similis, propter angulosos s. recessus[1], circuitu DLXIII. M. pass. t. colligit, auctore Isidoro. Eadem per u. sinus paene tantumdem adiicit. Angustiae, vnde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco erumpentia e diuerso, quae[2] dicta sunt, maria, a x. septemtrione et exortu, eius[3] omnem

B 2

1. *Incessus.* V. 2. *Rhodig. citato ad verbum hoc loco: haec verba, quae dicta sunt, a septemtrione et ortu, non legit. cap. 19. lib.* XXI. 3. *soli.*

p. *Peloponnesus*) Nic. Gerbel. lib. VI. descr. Graec. et Ortel. Thes. *Dales.*

pp. *Apia ante*) Scilicet ante Pelopis aduentum, inquit Pausan. in Corinth. L. II. p. 94. ab Api Telchinis F. tota regio Ἀπία cognominata est. Vide etiam Stephanum, verbo Ἀπία. Nicolaus Damascenus in Exc. p. 492. trifariam pariter appellatam scribit: Api regnante, quem Phoronei filium facit, Apiam: Pelasgo indigena res tenente, Pelasgiam: sub Pelope, Peloponnesum, quo demum in nomine acquienit. Eustathius quoque in Dionys. v. 415. Didymus Schol. in Homeri Il. I. v. 30. Aeschylus denique in Supplicibus, v. 123. Ἀπίαν βοῦνιν vocat, et v. 784. Ἀπίαν χθόνα. H.

q. *Peninsula haud vlli*) Transscribit haec Capella a Plinio L. VI. c. de tertio sinu Europae, p. 210. H.

r. *Platani folio*) Ita Strabo, L. VIII. p. 335. et Mela L. II. c. 3. p. 32. H.

s. *Recessus*) Sinuum anfractus. H.

t. DLXIII. *M. pass.*) Paululum ab Isidoro diuersus abire videtur, l. c. et Agathemerus, L. I. Geogr. c. 5. H.

u. *Per sinus*) Si omnium sinuum, angulosorumque recessuum oram interiorem adnauigando legas. H.

x. *A septemtrione et exortu*) Ionium ab septemtrione: ab oriente, Myrtoum, siue Aegeum, Peloponnesi totam, quanta est, latitudinem vorant, lancinantque. Rursum de Peloponneso Plinius infra sect. 9. *Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Ionium irrumpit: ab occidente, Siculo pulsatur: a meridie,*

mnem ibi latitudinem vorant: donec contrario incursu aequorum tantorum [1], in y. quinque M. pass. interuallo excisis vtrimque lateribus, angusta ceruice Peloponnesum contineat [2] Hellas. z. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus a. appellatur sinus: b. Lecheae [3] hinc, Cenchreae c. illinc, angustiarum

1. *Tantum quinque.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. contingat Gr. et Al.* 3. *Lechaeum: quo pacto et a Strabone et Ptolemaeo effertur.*

ridie, Cretico vrgetur: ab oriente brumali, Aegaeo: ab oriente solstitiali Myrtoo. H.

y. *In quinque M. pass.)* Ita plane MSS. omnes. Solinus tamen c. 7. p. 23. *quatuor non amplius mill. pass.* Totidem habet et Mela, L. II. c. 3. p. 34. Agathemerus tamen, L. I. Geogr. c. 5. XL. stadiorum id esse interuallum ait, quae omnino sunt quinque mill. pass. Nempe ea parte, vbi sunt angustiae maximae: nam ad Corinthum, sex millia obtinet: vnde ei spatio nomen hodieque est *Examiglia.* H.

z. *Hellas)* Graecia proprie dicta, in qua Attica, ceteraeque regiones, describendae sect. 11. et subsequentibus. Vide Not. et Em. N. X. (hic adiect.) *Angusta ceruice Peloponnesum contineat Hellas)* Barbarus imprudenter, vt Pellicerius admonet in Not. MSS. *contingat* hoc loco reposuit, cum antea in impressis libris, et nunc vbique in MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *contineat* legeretur. Quominus, inquit Plinius, totus abruptus a Graecia Peloponnesi tractus recedat, ac diuidatur, angusta illa ceruice terrarum, quasi tenui vinculo tenetur, ac retinetur. Sic *angusto tramite Helladi Peloponnesum adnecti.* Mela dixit, L. II. c. 3. p. 34. H.

a. *Saronicus)* De quo s. 9. H.

b. *Lecheae)* Pausaniae, L. II. Corinth. p. 86. Λέχαιον. Item Straboni, L. VIII. p. 380. et Ptolem. L. III. c. 16. Eidem Pausaniae p. 88. Λέχη. Portus fuit, seu nauale, ἐπίνειον Κορινθίων, nunc arenis obductus. Vide Hesychium, verbo Δίολκος. H.

c. *Cenchreae)* Κεγχρεαὶ Diodoro Siculo, L. XIX. Bibl. p. 705. et Straboni, l. c. Κεγχρειὰς Thucydides vocat, L. VIII. p. 569. Corinthiorum emporium Liuio, L. XXXII. p. 388. Etiam hodie *Kenchreai* vocant. H.

rum termini, longo et ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plaustris transuehi prohibet: quam ob caussam perfodere nauigabili alueo angustias [1] eas tentavere, Demetrius d. rex; Dictator e. Caesar, C. f. princeps, Domitius Nero g., infausto h. (vti omnium [2] patuit

B 3

1. *Angustias eas tentauere.* Chiff. 2. *omnium, vt patuit exitu, incoepto.* V. *nefasto, vt et Chiff.*

d. *Demetrius rex)* Is, cui cognomen ab exitio vrbium Poliorcetes fuit, vt ait Seneca, ep. 9. p. 175. Asiae rex, Antigoni F. qui Graeciam fere totam suae ditionis fecit. Vide etiam Strabonem, L. I. p. 54. H.

e. *Dictator Caesar)* Ita Dio, L. XLIV. p. 242. Plutarchus in Caesare, p. 135. Suetonius in Iul. c. 44. H.

f. *C. princeps Domitius Nero)* Refert Dion, adorto id Nerone, cruorem primum scaturiisse, mox auditus mugitus, vlulatusque flebiles visaque formidabilia spectra, et simulacra multa. Demetrium narrant deterritum ab architectis, ab instituto destitisse, quoniam metati, ii renunciarent Corinthiacum mare altius esse quam ad Cenchras, Aeginamque, et vniuersas insulas in propinquo positas submersas iri: praeterea non futurum nauigabilem alueum, ob rapidam vndae celeritatem, qualis est in Euripo. Vide Rhodig. cap. 19. lib. XXI. *Dalec.*

Caius princeps) Caius nempe, quem vocant Caligulam. Vide Sueton. in eius vita c. 21. H.

g. *Nero)* Suetonius in Nerone, c. 29. Dio L. LXIII. p. 722. Quousque perducta sit Isthmi perfossio a Nerone coepta, docet Philostr. L. IV. de vita Apollonii c. 8. p. 181. Tentasse id etiam Alexandrum Macedonem, auctor est Pausanias, L. II. Corinth. p. 86. H.

h *Infausto incepto)* Quoniam, vt ait Pausanias, rebus diuinius constitutis manum iniicere non licet. *Dal.*

i. *Vt omnium patuit exitu)* Nam Demetrius quidem, a Seleuco genero victus, in custodia periit, vt refert Plutarchus, in Antonio, p. 957. Dictator Caesar, Caligula, Nero, illata per vim nece, obiere. Animaduertimus hanc istius loci interpretationem displicuisse Spanhemio, Tom. II. de Vsu Numism. p. 408. ibique eum contendere, *exitu* hic idem valere tantum, atque *irrito conatu.* Nescit *exitum* a Plinio poni pro exitio siue exitiali fato: idque huius

patuit exitu) incepto. Medio k. hoc interuallo, quod Isthmon appellauimus, applicata [1] colli habitatur colonia l. Corinthus, antea Ephyra m. dicta, sexagenis ab vtroque litore stadiis, e summa sua arce, quae vocatur Acrocorinthus n., in qua fons Pirene, diuersa duo o. maria prospectans p. LXXXVII. [2] millia pass. ad [3] Corinthiacum sinum traiectus est Patras a Leucade. Patrae pp. colonia in longissimo pro-

1. *Applicatu colli. V.* 2. LXXXIX. *Chiff.* 3. *per. V.*

huius inprimis loci sententiam poscere, cum *infausto* praecesserit. Sic idem Plinius L. IX. s. 74. *vsque ad Seiani exitum* dixit, pro exitiali clade. H.

k. *Medio hoc interuallo*) Martianus, qui haec transscripsit l. c. *In medio.* H.

l. *Colonia Corinthus*) *Olim*, inquit Mela, L. II. c. 3. p. 34. *clara opibus, post clade notior, nunc Romana colonia, ex summa arce, quam Acrocorinthon appellat, maria vtraque contuens.* Missos eo a Caesare Dictatore colonos libertinigeneris, ipso quintum, M. Antonio collega Coss. auctor est Dio, L. XLIII. p. 239. Plutarch. in Caesare, p. 734. Hinc nummi antiqui: COL. IVLI. CORIN. et LAVS IVLI CORINT. et C. I. C. A. *Colonia Iulia Corinthus Augusta.* H.

m. *Ephyra*) Ἐφύρα, vsque ad Corinthum regem, a quo nomen accepit. Heraclid. de Polit. Corinth. Ἔφυρα Stephano, verbo Κόρινθος. H.

n. *Acrocorinthus*) Montem editum fuisse auctor est Strabo, L. VIII. p. 379. cuius ascensus stadiorum esset omnino XXX. sub ipso vertice fons Pirene, Πειρήνη. H.

o. *Duo maria prospectant*) Hac de causa Horatius *Bimarem Corinthum* vocat: Graeci vero *Amphithalasson*, quemadmodum et Atheniensium vrbem Xenoph. Mur. Var. c. 7. 1. Dalec.

Duo maria) Ionium et Aegeum. Quare *bimaris Corinthus*, ab Horatio appellatur, L. I. Ode. 7. H

p. LXXXVII. *mill. pass.*) Plinius L. II. s. 112. addit passus quingentos. H.

pp. *Patrae colonia*) Hodie *Patras*. Primum Aroen vocatam, appellatione a terrae cultu petita, mox a Patreo Agenoris Nepote Patras, auctor est Pausanias in Achaic. Coloniam eo deductam ab Augusto, Strabo L. VIII. p. 387.

promontorio Peloponnesi condita; ex aduerso Aetoliae et fluminis Eueni, minus mill. pass. (vt dictum est) interuallo ipsis faucibus, sinum Corinthiacum LXXXV. q. millia pass. in longitudinem vsque ad Isthmon transmittunt [1].

VI. (V. *) Achaiae r. nomen prouinciae ab Isthmo incipit: antea [2] Aegialos vocabatur, propter s. vrbes in litore per ordinem dispositas. Primae ibi, quas diximus, Lecheae [3] Corinthiorum portus. Mox t. Oluros [4] Pellenaeorum castellum. Oppida: u. Helice,

B 4

1. *Transmittunt in Ch. exempl. perpetuo ita scribitur.* 2. *Sic Chiff. ante Gr.* 3. *Lechaeum.* 4. *Olyrus. Ch.*

387. Atque id nummi testantur Claudio principe cusi, cuiusmodi in Museo nostro Parisiensi asseruantur. COL. PATR. et apud Erizzo, p. 88. COL. A. A. PATR. *Colonia prima Augusta Patrensis.* H.

q. LXXV. *mill. pass.*) Vide quae diximus de hac Corinthiaci sinus longitudine, L. IV. f. 112. H

* *Achaia*) De duplici Achaia commonet Nicol. Gerbel. lib. V. Sigon. ant iur. prov. I. 9. *Dalec.*

r. *Achaiae nomen*) Transscribit haec Martianus L. VI. c. de tertio sinu Europae, p. 210. Achaia haec porro proprie appellata, longe ab ea diuersa est, quae Hellas Ptolemaeo cognominatur, hodie *Liuadia*: qua Locrorum regio, Boeotia, Attica continentur. Αἰγιαλὸν quondam appellatam esse et Pausanias tradit L. V. Eliac. prior p. 287. et L. VII. p. 396. H.

s. *Propter vrbes in litore*) Est enim Graecis αἰγιαλὸς litus. H.

t. *Oluros*) Stephano Ὄλουρος, πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας, οὐ πόῤῥω Πελλήνης. Fuit nimirum Oluros castellum, propugnaculumque quoddam in ora conditum, ab incolis Pellenes oppidi LX stadiis intus recedentis a mari: quo ipso in tractu Strabo, L. VIII. p. 386. Pellenen locauit. Vox Ὄλουρος Graecis idem quod Πάνορμος sonat, de quo mox. H.

u. *Helice, Bura*) Ἑλίκη, Βοῦρα, Ptol. L. III. c. 16. De his egimus, L. II. f. 93. Biennio ante Leuctricum praelium absumtam mari Helicen, auctor est Strabo, L. VIII. p. 384. Contigit autem id praelium anno 2. Olymp. 102. Diodoro teste. H.

lice, Bura: x. in [1] quae refugere haustis prioribus, Sicyon, Aegira, Aegion, Erineos. Intus y. Cleonae, Hysiae. z. a. Panhormus [2] portus, demonstratumque iam Rhium: a quo promontorio quinque b. M. pass. absunt Patrae, quas supra memorauimus: locus c. Pherae. In d. Achaia, ix. montium Scioessa

1. *Melius. et in quae refugere, vt intelligamus, Helice et Bura mari haustis incolas sese Sicyonem et Aegiran recepisse.* 2. *Palinhormus.* Ch.

x. *In quae refugere*) Oppida deinde, in quae incolae priorum, quae hausit mare, transmigrarunt, qui tantae cladi superstites esse potuerunt, fuere ista: Sicyon, Aegira etc. Σικυὼν, Αἴγειρα, Αἴγιον, Ἐρινεὸς λιμὴν, Herodot. L. I. Clio, n. 245. p. 62. et Ptolem. L. III. c. 16. Scylaci quoque, p. 15. Aegii meminit Homerus in Catalogo, v. 81. Πελλήνην τ᾽ εἶχον, ἠδ᾽ Αἴγιον ἀμφενέμοντο. Ἐρινεὰ λιμένος Pausanias, L. VII. Aahaic. p. 442. et Thucyd. L. VII. p. 513. Ἄιγειρα etiam apud Pausan. p. 440. Sicyon hodie *Vasilica*, ceterarum situs incertus. H.

y. *Intus Cleonae*) Κλεοναὶ in Homero in Catal. v. 77. a Corintho stadiis LXXX. vt scribit Eustathius, p. 291. Notae etiam Ptolemaeo Κλεωναὶ L. III. c. 16. et Straboni, L. VIII. p. 377. vbi situm eius describit. H.

z. *Hysiae*) Ὑσιαὶ Argolicae, quarum meminere Strabo, L. IX. p. 404. et Pausan. in Arcad. L. VIII. p. 464. et 542. Incolae Hysiatae. H.

a. *Panhormus*) Hodieque *Porto Panormo*. Graecis Πάνορμος portum significat omnibus nauibus excipiendis aptum. Meminit illius Pausanias, L. VII. Achaic. p. 442. H.

b. *Quinque mill. pass.*) Strabo L. VIII. p. 387. stadiis XL. eadem prorsus mensura. At Pausanias l. c. stadiis L. H.

c. *Locus Pherae*) Modus hic loquendi Plinio familiaris, oppidum plane deletum innuit: rudera modo et vestigia superesse. Hae sunt quae Stephano Φαραὶ et Φηραὶ Ἀχαΐας. At Straboni L. VIII. p. 388. et Pausaniae, L. VII. Achaic. p. 440. Φάρα, Dymae coloniae contermina, de qua statim dicturi sumus. H.

d. *In Achaia IX montium*) In Achaia, inquit, quae regio

ſa [1] notiſſimus, fons Cymothoe. Vltra Patras oppidum Olenum e., colonia Dyme f.: loca g., Buprasium, Hyrmine: promontorium h. Araxum [2], Cyllenes ſinus, promontorium Chelonates i.: vnde Cyllenen k. V. [3] M. paſſ. caſtellum Phliûs l.: Quae m. regio

B 5

1. *Scioeſſa. Notiſſimus fons. V.* 2. *Axarus. Chiff.* 3. *ſic ex MSS. Hard. conſ. Ch. duo M. Gr. et Al.*

gio montibus nouem attollitur, Scioeſſa mons notiſſimus eſt, Vide Not. et Em. N. XI. (paulo poſt) Σκιόεσσα (ſubintellige ὑπόρεια, vel ἀκρώρεια) vmbroſum ſiluarum opacitate montem ſignificat: Κυμοθόη fontem aquarum incitato curſu rapidum. *In Achaia IX montium Scioeſſa notiſſimus)* Solinus c. 7. p. 22. *Propter oppidum Patras,* inquit, *Scioeſſa locus nouem collium oppacitate vmbroſus.* Male Plinium Solinus intellexit. Neque enim Scioeſſam locum eſſe voluit, quia montes haberet nouem: ſed e nouem Achaiae montibus Scioeſſam eſſe notiſſimum. Sic ipſe Plinius paulo poſt ſect. ſq. Meſſeniam regionem eſſe duode viginti montium. H.

e. *Olenum)* Ὤλενος πόλις Ἀχαΐας Stephano. Straboni quoque L. VIII. p. 386. Dymen inter et Patras. H.

f. *Dyme)* Δύμη Straboni, L. VIII. p. 341. et Ptolemaeo, L. III. c. 16. Ciues Δυμαῖοι. Regio ipſa Καυκωνὶς, incolae Καύκωνες appellati. Miſſos eo colonos a Pompeio Magno, idem Strabo admonet, p. 387. et 388. H.

g. *Loca)* Deletis oppidis manent veſtigia, inquit, Buprasii et Hyrmines. Meminit vtriusque Homerus in Catal. Iliad. β. v. 122. et ex eo Strabo L. VIII. p. 340. Stephanus quoque et Heſychius: Οἱ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε, καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον. Ὅσσον, ἐφ' Ὑρμίνη, καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα. H.

h. *Araxum)* Ἄραξος Straboni, L. VIII. p. 337. ceterisque Geographis: a Dyme, ſtadiis LX. Ex aduerſo Acarnaniae reſpondere ait Agathemerus, L. I. Geogr. c. 5. ἄκρον Ἄραξος, ἀντιπρόσωπον Ἀκαρνανίας. H.

i. *Chelonates)* ὁ Χελωνάτας Agathemero l. c. et Straboni, L. VIII. p. 337. Dorica dialecto: communi Χελωνίτης ἄκρα Ptolem. L. III. c. 16. Hodie *Capo di Chiarenza.* H.

k. *Cyllenen)* Κυλλήνη Eleorum nauale apud Thuc. L. I. p. 22. *Mercurium ibi natum arbitrantur,* inquit Mela, L. I. c.

regio ab Homero Araethyrea dicta, postea n. Asopis[1]. Inde Eliorum o. ager, qui antea Epei vocabantur: ipsa Elis in mediterraneo, et a p. Pylo xii.[2] M. pass. intus[3] delubrum Olympii q. Iouis, ludorum claritate fastos r. Graeciae complexum. s. Pisaeorum[3] quondam oppidum, praefluente Alpheo

1. *Asophis Gr. et Al.* 2. xii. *M. pass. Intus Gr. et Al.* 3. *Pisa eorum. M. et V: aliis Pisa Oenomani quondam.*

I. c. 3. Hodie *Chiarenza:* agrumque finitimum Galli vocant, *le Duché de Clarence.* H.

l. *Phliûs)* Φλιȣ̃ς Ptolem. in mediterraneis Sicyoniae oppidis, L. III. c. 16. et Straboni mox laudando. H.

m. *Quae regio)* Phliasia dicta, Φλιασία Straboni, L. VIII. p. 382. quam et Araethyream prius appellatam scribit; Homeri locus est Iliad. *β.* in Catalogo, v. 77. quem et Pausanias refert, L. II. Corinth. p. 107. Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν. H.

n. *Asopis)* Ἀσωπία. Pausaniae, L. II. Corinth. p. 85. et Straboni, l. c. *Asophis,* prius perperam legebatur. H.

o. *Eliorum ager)* Strabo L. VIII. p. 340. ὕστερον δ' ἀντ' Ἐπειῶν Ἠλεῖοι ἐκλήθησαν. Hesych. p. 348. Ἐπειοὶ, οἱ Ἠλεῖοι, καὶ οἱ πλησιόχωροι. Ipsa vrbs Ἦλις Ptol. L. III. c. 16. ceterisque. H.

p. *A Pylo)* Haec Pylos Eliaca, seu Triphyliaca appellata Straboni L. VIII. p. 351. ὁ Πύλος Ἠλειακὸς, ἢ Τριφυλιακός, Nestoris patria. H.

q. *Olympii Iouis)* Stadiis ab Elide trecentis, Strabo L. VIII. p. 353. hoc est pass. mill. XXXVII. et quingentis pass. H.

r. *Fastos Graeciae)* Olympicorum enim ludorum beneficio, exacta postmodum notitia temporum obseruata: per Olympiadas deinceps, quod spatium annorum quatuor fuit, compositi ordinatique fasti, in quibus res gestae et insignia quaeque notari consueuerunt. Ludorum Hercules auctor: instaurator Iphitus existimatus. Olympius prima coepit annis quinque et triginta ante Romam conditam. H.

s. *Pisaeorum)* Πίσα πόλις τῆς Ὀλυμπίας, Stephano Ptolemaeo, Ὀλυμπία Πίσα, L. III. c. 16. Deletae vrbis situm caussamque excidii describit Pausan. in Eliac. post. L. VI. p. 386. Regio Πισάτις Straboni, L. VIII. p. 356. qui

pheo amne. At in ora promontorium Ichthys. t. Amnis Alpheus u. nauigatur [1] VI. pass. mill. prope oppida, Aulona [2], et Leprion. Promontorium x. Platanodes [3]: omnia haec ad occasum versa. Ad meridiem autem Cyparissius sinus cum vrbe Cyparissa y.

LXXII.

1. *Nauigabiiis prope sex oppida, Aulos. V. nauigatur sex prope. M. et Ch. nauigatur in oppida Aulos Gr. et Al.* 2. *Aulon. M.* 3. *Plataniftus Gr. et Al.*

qui vrbis rudera inter duos montes, Ossam et Olympum exstare quibusdam creditum: Pisam vllam vnquam exstitisse negatum ab aliis tradit. H.

t. *Ichthys)* Ἰχθὺς ἄκρα in Elide, iuxta Alphei ostia, Ptolem. L. III. c. 16. H

u. *Alpheus)* Ἀλφειὸς Ptolemaeo l. c. ceterisque. Vide Not. et Em. N. XII. (paulo post) Nauigatur Alpheus inquit, procul a mari, iuxta ipsa Arcadiae, quae pars mediterranea Achaiae est, oppida duo, Aulona et Leprion, ad sex vsque millia passuum ab iis oppidis. Αὐλὼν, πόλις Ἀρκαδίας, Stephano. De Leprio dicemus sect. 10. *Alpheus nauigatur sex passuum millibus, prope oppida Aulona et Leprion)* Parm. ed. *Alpheus nauigatur prope sex oppida.* At oppida duo tantum enumerantur. Dalecampius, *nauigatur in oppida.* At MSS. reclamant, 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et Vet. Dalec. in quibus legitur, *nauigatur VI. prope oppida.* Non videre priores scilicet, numero solo adnotato millia passuum significari in exemplaribus manu exaratis, in quibus hae voculae, *mil. pass.* nusquam fere occurrunt, sed subintelliguntur. H.

x. *Platanodes)* Πλατανώδης Straboni, L VIII. p. 348. Vide Not. et Em. N. XIII. (hic coll.) *Platanodes)* Ita MSS. omnes, et Parm. ed. *Plataniftus* nobis obtrusit Hermolaus, pro voce legitima Πλατανώδης, quae et apud Strabonem exstat, L. VIII. p. 348. etsi mendose ibi Πλαταμώδης, nunc legitur. Plataniftus autem Πλατανιστοῦς, siue Μάκυστος, (habet enim geminam hanc appellationem apud eumdem Strabonem, p. 345.) regio intus est: oppidumque desertum, non in ora, sicuti praesens locus sibi exigit, promontorium. H

y. *Cyparissa)* Κυπαρισσαία Stephano: Ptolemaeo, L. III. c. 16. Κυπάρισσαι in Messenia,

LXXII. millium passuum circuitu. Oppida: Pylos z., Methone a.: locus b. Helos, promontorium Acritas c.: sinus Asinaeus d., ab oppido Asine, Coronaeus e. a Corone. Finiuntur Taenaro f. promontorio. Ibi g. regio Messenia duodeuiginti montium. Amnis

nia. Eustathio in Iliad. β. p. 297. πόλις Μεσσηνίας. Hodie *Arcadia*. Incolae Straboni L. VIII. p. 345. Κυπαρισσεῖς. Hic porro ager Messeniacus incipit, Ptolemaeo L. III. c. 16. oppida quae sequuntur, Messeniae accensente. Cyparissio sinui ab oppido nomen. *Golfo del Arcadia*. H.

z. *Pylos)* Πύλος in Messenia, prope Μεθώνην. Haec Messeniaca Pylos ab aliis diversa: fuit enim tergemina ciuitas eius nominis, vt Strabo admonet, L. VIII. p. 351. Frustra Meursio Tylos hoc loco, vel Oetylos scribente, in Miscell. Lacon L. IV. p. 274. H.

a. *Methone)* Μεθώνην Messeniae Ptolem. l. c. et Strabo L. VIII. p. 359. Laconicae Stephanus adiudicat, Thucydidem secutus, L. II. p. 116. Hodie *Modon*. H.

b. *Locus Helos)* Seu loci id nomen fuerit circa Alpheum, seu vrbis iam dirutae Strabo L. VIII. p. 350. Ἕλος δ' οἱ μὲν περὶ τὴν Ἀλφειὸν χώραν τινά φασιν. οἱ δὲ καὶ πόλιν. At dirutam vrbem a Spartanis Pausanias prodidit in Laconicis L. III. p. 162. atque ipse etiam Strabo ex Homero p. 633. H.

c. *Acritas)* Ἀκρίτας ἄκρα Ptolem. L. III. c. 16. et Pausan. in Messen. L. IV. p. 282. iuxta Methonem, Straboni, L. VIII. p. 359. Hodie *Capo Venetico*. H.

d. *Asinaeus)* Ἀσιναῖος ἀπὸ τῆς Μεσσηνιακῆς Ἀσίνης, Straboni l. c. Exciderat hoc oppidum aetate Pausaniae ipso teste L. II. Corinth. p. 154. Sinui nomen alterum Messeniaco, a Messene fuit. Strabo, l. c. H.

e. *Coronaeus)* Ab oppido Κορώνη, quod oppidum Messenae proximum est, apud Ptolem. L. III. c. 16. Sinus ipse Messeniaci pars quaedam est, et recessus interior. H.

f. *Taenaro)* Ταίναρον, Pausaniae in Lacon. L. III. p. 212. Ταιναρία ἄκρα Ptolem. l. c. Asinaeum sinum a Coronaeo disterminat: Hodie *Cap de Matapan*, et *Cap des Cailles*, a coturnicum quae illic est copia. H.

g. *Ibi regio)* Haec quae diximus oppida, inquit, regio Messeniaca complectitur, et

Amnis Pamisus. h. Intus i. autem ipsa Messene k., Ithome, Oechalia, Arene, Pteleon l., Thryon, Dorion,

et simul montes XVIII. H.

h. *Pamisus)* Πάμισος, Pausan. in Messen. L. IV. p. 280. Eidem Πάμεισος, p. 221. Mela, L. II. c. 3. *In Asinaeo flumen Pamissum.* H.

i. *Intus autem ipsa Messene, etc. Zancle)* Sensus est, haec oppida non simul claruisse, sed diuersis temporibus aliud post aliud effloruisse. Pleraque heroicis temporibus nobilia fuere: inter quae post Zancle eminuit, ceteraque obscurauit, et ad vltimum Zanclen Messene, aliquanto post Peloponnesiacum bellum opera Thebanorum condita. *Gelen.*

k. *Messene)* Μεσσήνη Homoro, in Catal. Il. β. v. 89. Μέσση. Hodie *Mossenigo.* In nummo ex aere mediocri in Museo nostro, caput turritum, idemque velatum est, argumento liberae ciuitatis: titulus ΜΕCCΗΝΙΩΝ. Parte altera Aesculapii stantis effigies est, sine epigraphe: latere sinistro corona laurea. Sequuntur deinde Ἰθώμη Μεσσήνης Stephano et Pausaniae, in Messen. L. IV. p. 233. Arx ea Messenes fuit, vt Corinthi Acrocorinthus: auctor Strabo, L. VIII. p. 361. Οἰχαλία Straboni, L. VIII. p. 350. prope Messenen, vnde Μεσσηνὶς Οἰχαλία Stephano. Ἀρήνη eidem Stephano de quo vide Not. et Em. N. XIV. (hic inf.) *Arene)* Stephanus Plinio suffragatur: geminam enim Arenen distinguit: Messeniacam alteram, alteram Triphyliacae regionis. Ἀρῆναι δύο πόλεις, Μεσσήνης καὶ Τριφυλίας. Messeniacam Plinius modo appellat: Homerus Triphyliacam, Il. β. in Catal. v. 98. Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν. Strabo nihilominus, Ἐρανὰ hanc Messeniacam mavult appellari: Arenenque. Quod nomen sit Pyliorum oppidi ab Homero proxime citati, male putasse quosdam, hanc prius vocatam, non vno in loco testatur, L. VIII. p. 348. et 361. H.

l. *Pteleon etc.)* Πτελεὸν, Θρύον Homero in Catal. Il. β. v. 99. Δώρων. Sola Zancle in hoc tractu ceteris scriptoribus neglecta: etsi variis singula temporibus, deinceps alia ex aliis, claruisse Plinius asseueret Vide Not. et Em. N. XV. (hic posit.) *Pteleon, Tryon, Dorion, Zancle, variis quaeque clara temporibus)* Constans haec est consentiensque librorum omnium manu exaratorum, impressorumque lectio, quam vel leuiter mouere, nullo suffra-

rion, Zancle [1], variis clara temporibus. Huius m. sinus circuitus LXXX. M. pass. traiectus vero XXX. M.

VIII. Dehinc a Taenaro ager Laconicus, liberae n. gentis: et o. sinus circuitu p. CVI. [2] mill. traie-

1. *Zancle. M. Thamirae. V.* suffragante codice, religio est. Arridebat alioqui mihi meum commentum, quod deinde placuisse Hermolao animaduerti: existimabant scilicet legi commode ita posse, quoniam de Zancle Messeniae oppido ceteri scriptores silent: *Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyrae vatis clara temporibus:* Homerus enim fauere coniecturae admodum videtur, Il. β. in Catal. v. 101. Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι Ἀντόμεναι Θάμυριν τὴν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς. Hanc Thamyram Plutarchus vocat, Lib. adv. Epicur. p. 1093. Θάμυριν Appollodorus, L. I. de Diis p. 11. Hanc Musae cantu superatum et oculis et arte priuarunt. Rem totam, et simul Homeri locum Statius expressit L. IX. Thebaid. v. 181. *Quos Helos et Pteleon, Getico quos flebile vati Dorion: hic fretus doctas anteire canendo Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos, Ora simul, citharaque etc.* Lucanus similiter L. V. v. 352. *Pteleosque et Dorion ira Flebile Pieridum.* Pelicerius in libris MSS. pro *Zancle, quondam* supponit. Nos exemplarium vestigia religiose secuti, Zanclem retinemus: atque vt Messenios Siciliae a Messeniis Graeciae ortos esse omnes confitentur, si eorumdem Siculorum, oppidum Zanclen ab oppido Messeniae Graecae cognomine traxisse appellationem credimus: quae quidem Graecia Zancle, ceteraque quae hic recensentur, deserta nunc loca, ac fere tantummodo nomina, floruisse olim omnia dicuntur, claraque fuisse, non eodem tamen simul tempore, vt fit, sed deinceps, atque alia ex aliis. H.

2. CVI. *Tol. M.*

m. *Huius sinus)* Messeniaci: hodie *Golfo de Coron.* H.

n. *Liberae gentis)* Strabo de Spartanis, seu Lacedaemoniis, L. VIII. p. 365. eos in eximio honore habitos a Romanis ait, libertatemque retinuisse: praeter socias operas nihil quidquam Romanis pependisse. Καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. Hodie huius tractus incolae, *les Mainotes* vulgo appellan-

traiectu xxxix. mill. Oppida: Taenarum q., Amyclae r., Pherae s., Leuctra t.: et intus Sparta u., x. Theramne [1], atque y. vbi fuere Cardamyle z., Pithane,

1. *Therennae. V.*

pellantur: a Turcarum quoque etiamnum tyrannide liberi. H.

o. *Et sinus)* Laconicus: hodie *Golfo di Colochina.* H.

p. CVI. *mill.)* Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. etc. non CCVI. H.

q. *Taenarum)* Solin. c. 7. p. 22. *Est et oppidum Taenaron, nobili vetustate.* Ταίναρον, a promontorio eiusdem nominis stadiis XL. dissitum, teste Pausan. in Lacon. L. III. p. 212. H.

r. *Amyclae)* Ἀμύκλαι Straboni, L. VIII. p. 363. *Silentio quondam suo pessumdatae,* inquit Solinus, l. c. H.

s. *Pherae)* Φεραὶ Ptolem. in Messenia, L. III. c. 16. Φηραὶ Straboni, L. VIII. p. 367. et Hom. Il. β. Φαραὶ, Messeniacae Stephano, cuius oppidi ciuis Φαραίτης: apud Pausan. in Lacon. L. III. p. 161. Φαρείτης. H.

t. *Leuctra)* Leuctra sunt Boeotiae, nobilia clade Lacedaemoniorum profligatorum a Thebanis. Sunt et Arcadiae et agri Luconici, quae varietas Solino peccandi ansam praebuit. Brodaeus c. 11. l. II. *Dalec.*

Leuctra) Λεύκτρον τὸ Λακωνικὸν Straboni, L. VIII. p. 361. longe diuersum oppidum a Leuctris Boeotiae, Lacedaemoniorum clade nobilitatis. H.

u. *Sparta)* Quae et Λακεδαίμων. Quatuor circiter millia passuum a ruderibus antiquae Lacedaemonis excitatum est oppidum *Misithra,* facto ei nomen a minuto caseo, quem sic indigenae vocant. Ruderibus nomen hodie est *Paleochori,* quasi παλαιὰ χώρα, *vetus ager.* H.

x. *Theramne)* Θεράμναι Stephano, p. 303. Θεράπνη Pausaniae iuxta Spartam, in Lacon. L. III. p. 187. Harpocrat. Θεράπνη τόπος ἐςὶν ἐν Λακεδαίμονι. H.

y. *Atque vbi fuere Cardamyle, etc.)* Legend. *Atque vbi fuere Cardamyle, Pithane, Antheia, nunc locus Thuria, Gerenia.* Salmas. p. 139. *G.*

z. *Cardamyle)* Καρδαμύλη Homero. Il. ί. v. 150. Πιτάνη, Pausan. in Lacon. L. III. p. 192. Pindaro quoque, Olymp. Od. 6. iuxta Eurotam amnem. Ἀνθάνα, vel Ἄνθεια, de qua vide Not. et Em. N. XVI. (hic consp.) *Anthane)* In MSS. et ed. Parm. *Antiane. Anthia* ego antepo-suerim,

thane, Anthane [1]: Locus a. Thyrea, Gerania. b. Mons Taygetus c.; amnis Eurotas d., sinus Aegilodes e., oppidum Psammathus. f. Sinus Gytheates

1. *Anxiane: M. Anteia, Strab.* Ἀνθήνη, *Thuc. Antiane. Ch.* fuerim, ex Homero, Il. *ι.* v. 150. quem sequi in primis Plinius videtur: Καρδαμύλην, Ἐνόπην τε, καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν, Φηρὰς τε ζαθέας, ἠδ' Ἄνθειαν βαθύλειμων, etc. Quamquam Stephano Ἀνθάνα quoque, sive Ἀνθήνη πόλις Λακωνικὴ dicitur, et Harpocr. p. 28. Ἀνθήνη πόλις τῆς Λακωνικῆς. Thucydides quoque, prope, Thyream. Ἀνθήνη est L. V. p. 573. Sed Anthiam habet Solinus Plinii simia, c. 5. p. 22. H.

a. *Locus Thyrea*) Θυρέα Straboni L. VIII. p. 360. Meminit Herodotus, L. I. Clio, n. 82. p. 34. loci sive agri, qui Thyrea vocatur, χώρη καλεομένη Θυρέης in confinio Laconicae Argolicaeque, Diod. teste in Bibl. L. XII. p. 116. Vastatam incensamque vrbem, docet Thucyd. L. IV. p. 289. Solinus c. 7. 22. *Vbi quondam fuere Thyreae, nunc locus dicitur: in quo anno XVII. regni Aemuli inter Laconas et Argiuos memorabile bellum fuit.* Statius L. IV. Thebaid. v. 47. *Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.* H.

b. *Gerania*) Γερηνία Pausaniae, L. III. in Lacon. p. 204. Hanc ab Homero dictam esse Ἐνόπην, Il. *ι.* v. 150. tum ipse prodidit p. 214. tum etiam Strabo, L. VIII. p. 360. Messeniae a Stephano accensetur. H.

c. *Taygetus*) Ταΰγετον ὄρος Straboni L. VIII. p. 362. *Les Montagnes des Mainotes.* H.

d. *Eurotas*) Εὐρώτας, hodie *Basilipotamo.* Multa de eo Strabo, L. VIII. p. 343. H.

e. *Aegilodes*) Αἰγιλώδης. Vide Not. et Em. N. XVII. (hic pos.) *Sinus Aegilodes*) Ita totidem plane apicibus MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. aliique. Ab Aegila Laconicae pago videtur id nomen factum ei sinus Laconici intimo recessui. Meminit eius loci Pausan. in Messen. L. IV. p. 247. Ἔστι καὶ Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς ἔνθα ἱερὸν ἵδρυται ἱερὸν Δήμητρος. Non placet Pelicerii coniectura in MSS. *Helodes* legentis, ex Strabone, L. VIII. p. 343. a vicina Spartae ora palustri. H.

f. *Psammathus*) Ψαμμαθοῦς, πόλις Λακωνικὴ, Stephano. Portus est Scylaci, Ψαμαθοῦς p. 16. H.

tes g. ab oppido: ex quo ad Cretam insulam certissimus [1] cursus. Omnes h. autem [2] Maleae promontorio includuntur.

IX. Qui sequitur sinus ad Scyllaeum i., Argolicus k. appellatur, traiectu quinquaginta M. passuum idem ambitu l. CLXII. [3] millium. Oppida: Boea m., Epidaurus Limera cognomine, Zarax, Cyphanta n. portus. Amnes o.: Inachus, Erasinus, inter

1. *Breuissimus.* 2. *Omnia autem Maleo promontorio* Gr. et Al. 3. C. *duo millia.* V. C. LII. *M.* CLXX. Gr.

g. *Gytheates*) Ab oppido, quod Strabo Γύθιον l. c. Plinius ipse L. VI. f. 39. Gythium vocat. Pausan. in Lacon. L. III. p. 273. Γύθειον. Stephanus quoque: cui gentile nomen est. Γυθεάτης. Liuius *Gytheum*, L. XXXIV. p. 412. H.

h. *Omnes autem*) Sinus videlicet, Laconicus, Aegilodes, Gytheatesque. Μαλέα ἄκρα et promontorio nomen est apud Scylacem, p. 16. et Ptolem. L. III. c. 16. Μαλέαι apud Strabon. L. VIII. p. 363. ἄκρα τῆς Μαλέας apud Pausan. l. c. p. 207. Hactenus perperam editum, *omnia* et mox *Maleo* pro *Maleae*. Hodie est *Capo di S. Angelo*. H.

i. *Scyllaeum*) Σκύλλαιον Straboni, L. VIII. p. 368. et Scylaci p. 19. Σκύλλιον ἄκρον, Ptol. L. III. c. 16. Nunc *Cap de Schilli*. H.

k. *Argolicus*) *Golfo di Napoli*. H.

l. CLXII.) Ita MSS. Reg. 1. 2. Colb. etc. non vt editi, CLXXII. H.

m. *Boea*) Βοία πόλις Scylaci p. 16. Apud Pausan. L. III. Lacon. p. 204. inter oppida Eleutherolaconum, ista numerantur: Βοιαὶ, Ζάραξ, Ἐπίδαυρος ἡ Λιμηρὰ, etc. Illius incolae Βοιᾶται appellati. Ζάρηξ Stephano, πόλις Λακωνική. Pausaniae quoque L. I. Attic. p. 71. a Zarece Musico. Epidauro id cognomen inditum, a commoditate portuum, ait Schol. Thucyd. διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν λιμένας· ἀντὶ τοῦ Λιμενηρά. Nunc quoque *Epedaura* vocant: non, vt quidam volunt, Maluasia, Monembasiave. H.

n. *Cyphanta*) Κυφάντα λιμὴν, in Argolico sinu, apud Ptol. L. III. c. 16. Et Κυφάντων inde oppidum stadiis decem a mari, teste Pausania, L. III. in Lacon. p. 209. H.

inter quos Argos p. Hippium cognominatum, supra q. locum [1] Lernen, a mari duobus M. pass. nouemque additis millibus, Mycenae r.: et vbi s. fuisse Tiryntha tradunt: et locus Mantinea. t. Montes u.: Artemius, Apesantus, Asterion, Parparus, alii-

1. Sic et Ch. vt mox sequitur. lacum Gr.

o. *Amnes)* Ἴναχος Argos Hippium alluit, apud Strabonem, L. VIII. p. 370. quam ob rem et Inachium mox appellatur. Eodem Argiae agro labi dicitur Ἐρασῖνος p. 361. vbi de eius ortu, cursuque multa. H.

p. *Argos Hippium)* Siue quod idem est Ἱππόβοτον, vt Homerus cecinit, Il. 3. v. 75. quod pascendis equis campos haberet optimos. Vide Varron. de R. R. L. II. c. 1. p. 75. Huius nauale ac portus Nauplia fuit, vt ex iis Scylacis verbis confici potest p. 19. Μετὰ δὲ Λακεδαίμονα πόλις ἐςὶν Ἄργος, καὶ ἐν αὐτῇ Ναυπλία πόλις καὶ λιμήν. Et Strabo, L. VIII. p. 368. ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύςαθμον. Hodie *Napli de Romanie*, vel *Napoli*: vnde sinui nomen. H.

q. *Locum Lernen)* Ita libri MSS. vt non de palude illa haec accipienda sint, quam hydra, Herculisque labor nobilitauit: Sed de loco, qui multo propior mari, amni paludique Lernae, cognominis fuerit. Λέρνην oppidum in Laconica Ptolem. locat, L. III. c. 16. situ praepostero. Rectius Mela L. II. c. 3. p. 34. *In Argolico sinu sunt noti amnes, Erasinus atque Inachus: et notum oppidum Lerne.* H.

r. *Mycenae)* Μυκῆναι. Negat haec iam tum aeuo suo superfuisse Strabo, L. VIII. p. 177. H.

s. *Vbi fuisse)* Intercidisse innuit. Τίρυνθα Strabo quoque nominat, p. 372. Excisam ab Argiuis docet Pausanias, L. II. Corinth. p. 115. et 131. H.

t. *Mantinea)* Diuersa haec est ab Arcadica, de qua sectio 10. Illam enim superstitem, hanc deletam, familiari illo suo Atticismo, *locus*, admonet. H.

u. *Montes)* Artemius est, qui Pausaniae, L. II. Corinth. p. 130. et L. VIII. Arcad. p. 464. Ἀρτεμισιός dicitur, ab Ἀρτεμίδος, hoc est, Dianae templo, istic dedicato. Apesantus, Ἀπέσας Pausaniae eidem, L. II. Corinth. p. 111. Sic *elephas* et *elephantus* dicimus. Mons Nemeae dicitur ex Pindaro, et Callimacho, apud Steph. Ἀσε-

aliique x. vndecim numero. Fontes: Niobe y., Amymone z., Psamathe. a. A Scyllaeo ad Isthmum CLXXVII. M. pass. Oppida: Hermione b., c. Troezen,

C 2

Ἀςερίων amni cognominis videtur, qui ex eo monte manat, quem in Argiuo agro labi Pausanias prodidit L. II. Corinth. De Parparo ceteri scriptores silent. H.

x. *Aliique*) Vt Αυμώνη, ex quo Erasinum erumpere Pausanias ait, l. c. p. 129. Et *Neris* apud Statium, L. IV. Theb. v. 46. quod montis Argiui nomen esse Placidus Lactantius ex Callimacho refert: etc. H.

y. *Niobe*) A Niobe Pelopis sorore, Amphionis coniuge, nomen habet. Vide Strabon. L. VIII. p. 360. H.

z. *Amymone*) Ἀμυμώνη prope Lernen paludem, teste Strabone, p. 371. Ouid. Metam. L. II. v. 239. *Quaerit Boeotia Dircen Argos Amymonem.* Idem Amymonius, idem postea Lernaeus fons appellatus, inquit Hyginus fab. 169. fol. 37. A Danai filia nomen accepisse auctor est Pausanias, L. II. Corinth. p. 156. H.

a. *Psamathe*) Ψαμάθη. Meminit fontis huius Valerius, L. I. Argon. *Qui tenet vndisonam Psamathen.* H.

b. *Hermione*) Ibi fuit Asylum Cereris et Proserpinae, quo qui confugissent a nemine laedebantur, vnde apud Suidam et Zenobium adagium ἀνθ' Ἑρμιόνης. Chthonio festo Cereri sacro apud Hermionenses taurum ferocissimum ab anu et inualida sacerdote mactandum ad aram perduci testatur his versib. Aristoph. Δάματερ πολύκαρπε. εὐ ἐν συκελοῖσιν ἐναργής, καὶ παρ' ἐρεχθείσαις, ἐν τι μέγα κρίνεται Ἑρμιονεῦσι· τὸν δὲ ἐξ ἀγέλης γὰρ ἀφείδεια ταῦρον, Ὅντ' ἐχ' αἱρεῦσιν ἀνέρες, ἔδε δέκα, Τῆτον γραῦς ςειχεῦσα μόνη μόνον ἔατος ἕλκει τὸν δ' ἐπὶ βωμόν· ὁ δ' ὡς ματέρι παῖς ἕπεται Σὸν τό δε δάματερ, σὸν τὸ σθένος, ἵλαος εἴης, καὶ πάντων θάλλος κλάρος ἐν Ἑρμιόνῃ. Rhodigin. c. 30. 23. Leopard. c. 18. l. V. Emend. Gerbel. Graec. l. VI. p. 242. *Dalecamp.*

Hermione) Ἑρμιόνη Pausan. L. II. Corinth. p. 149. et Straboni, L. VIII. p. 373. Ptolemaeo quoque L. III. c. 16. prope Scyllaeum. H.

b. c. *Troezen, Coryphasium, appellatumque alias Inachium, alias Dipsium Argos*) Commonendus est hic lector, locum hunc acri diligentique censura examinandum esse. Nam cognomina illa, *Hippium*, *Inachium*, *Dipsium*, quae Plinius videtur inter duas vrbes

cogno-

zen, Coryphasium d.: appellatumque alias e. Inachium,

cognomines distribuere, vni tantum, hoc est antiquae illi et celebri Argorum vrbi, ab aliis scriptoribus assignantur. Nam Strabo summus auctor libro octauo, antiquum Argos his cognominibus celebratum tradit, *Priscum, Iasium, Hippium, equorum alumnum, Dipsium.* Stephanus quoque Argos ciuitatem prope Troezenem memorat, hanc videlicet quae nunc indicatur a Plinio, Argos illud antiquum, et apud omnes nobilitatum, cognominibus his nominatum scribit, *equorum alumnum, Dipsium, Iasium.* Quin et *Argos Inachium* non aliud esse quam priscum illud, a flum. sc Inacho, inter quod et alterum nomine Erasinum situm esse, non multo ante Plinius docuit, tum ratio ipsa ostendit, tum etiam Euripides in Archelao, referente Strabone. Confirmat id quoque Stephanus in dictione *Inachus.* Quamobrem docti statuant, quid huic malo remedii adhibendum sit. Nam quod ad me attinet, puto verba haec, *alias Inachium, alias Dipsium,* ad superiora illa pertinere, *Inter quos Argos Hippium cognominatum.* Statim enim post illa consequi volo, *alias Inachium, alias Dipsium,* vt in hoc loco scribendum omnino putem, *Troezen, Coryphasium, alterumque Argos. Pintian.*

Troezen) Τροιζήν. Mela L. II. c. 3. *Troezenii fide societatis Atticae illustres.* H.

d. *Coryphasium*) Id promontorio nomen est in hoc ipso tractu, apud Pausan. L. IV. in Messen. p. 284. Κορυφάσιον. H.

e. *Alias Inachium*) Et praeter memorata proxime oppida, inquit, Argos etiam est Hippium cognominatum, appellatumque idem alias Inachium, ab Inacho amne, quo alluitur: alias Dipsium, ab amoenitate. Vide Not. et Em. N. XVIII. (hic pos.) *Alias Inachium*) Argos Inachium, siue Dipsium, diuersum ab Argo Hippio paulo antea citato, perperam credidisse Plinium, Pintianus existimauit, et eum secutus Pelicerius in Not. MSS. cum Straboni L. VIII. p. 369. et 370. tria haec eiusdem Argi nomina fuerint. Inachium sane ab amne Inacho non longe fluente, vt Plinius antea admonuit, est appellatum. A siti, δίψα, hoc est, desiderio, translatione poetica, ob agri amoenitatem, vt auctor est ibidem Strabo, nomen alterum inuenit: vel ab aquarum penuria, vt quosdam existimasse videbimus, L. VII. s. 17. cum sit irrigua maxi-

chium, alias Dipsium Argos. Portus f. Schoenitas [1], sinus

C 3

1. *Chenitas. Tol. Chaenites. Gr. et Al.*

maxime regio, et ἔνυδρος: Quod vero illud proxime antea Plinius iam obiter appellauit, in causa fuere amnes ii duo, Inachus et Erasinus, qui Argiuum agrum perlabuntur, de quibus cum ageret, circumiri ambobus Argos significauit nunc vero oppidorum singulorum seriem, ordinemque contexens, iterum illud ipsum Argos appellat, variaque eius nomina repraesentat. Quamquam si diuersum istud a priore Argos statuere quis velit, Stephanum sententia suae suffragatorem is et auctorem forte non poenitendum habuerit: Nam praeter Hippium Argos, quod et Dipsion vocat, aliud prope Trozenen agnoscit, sextum eius nominis ἕκτη, κατὰ Τροιζῆνα. H.

f. *Portus Coenites*) Prior lectio tam antiqua quam recentior *Portus Chenitas*, agnoscit. Hermolaus, erasa dictione *Chenitas*, *Coenites* substituit, a Caenis, vt ipse vocat, vrbe Laconiae, ex Ptolemaeo et Pausania, toto, vt aiunt, errans coelo. Nos illi damus, ex his quos advocat auctoribus, Caenen vrbem esse Laconiae, sed nihil ad rem. Multis enim a tergo passuum millibus relicta est in sinu Laconico post vrbem Taenaron, Caene, Nunc oppida indicantur sinus, secundum Strabonem Hermionici, secundum Ptolemaeum Saronici. Itaque nihil ex antiqua lectione immutandum censeo. Nam quemadmodum Chelonates in Peloponneso promontorium habetur, hoc est testudineus, seu testudinarius, et Ichthys alterum, hoc est piscis: sic appellari potuit Chenitas portus, id est anserarius aut anserinus, a frequentia anserum, qui illic, propter opima pascua abundarent, vt sicut in Aegypto Chenoboscia est ciuitas, Stephano teste, id est anserum altrix, sic in Peloponneso Chenitas seu Chenites dici potuerit ab anserum copia. Cuius mentio si apud alios auctores non inuenitur, mirandum non est: nam innumerata in Plinii geographia locorum nomina leguntur, quae non alibi temere inuenias. Alioqui et Chena vrbs est Laconiae Stephano, vt etiam si de locis eius prouinciae hic ageretur, nihil foret ex antiqua lectione mutandum. Posset tamen hic neque *Caenites* legi, neque *Chenites*, sed *Schoenuntis*, quo nomine celebratur alter portus

tus in hac ipsa ora, paulo post indicandus, post Cenchreas: vt sicut in ora Italiae duo castra noua; in Africae; duo Hippones et duae Leptes; in Ciliciae, duo Anemuria: ita in ora Peloponnesi, duo Schoenuntes sint portus. Sed et quod subdit idem Hermolaus, multo adhuc grauiore reprehensione dignum est: ait enim (si diis placeat) ab hac vrbe Laconiae Caene, appellatum esse Iouem Cenaeum ab Ouidio, illo versu: *Victor ab Oechalia Cenaeo sacra parabat Vota Ioui.* Quasi sacrificia illa ab Hercule facta ob victoriam, et ob id charisteria dicta, in Laconia facta sint, et non in Euboea, in promontorio Cenaeo. Cuius error etsi refelli multis verbis potest, ex Strabone, Diodoro, Ptolemaeo, Stephano, Thucydide, Aeschylo, Sophocle, eiusque interprete, et Lycophronis enarratore Tzetze, et ex nostris, Plinio, Seneca, Solino, et aliis pluribus: tamen quia refutatus est ab aliis, qui labori nostro consuluerunt, plura dicere supersedi Illud nolui omittere, promontorium hoc Euboeae, Diodorum et Stephanum cum *i*, in prima, et nonnunquam cum duplici *n* scribere *Cinnaeum*, reliquos cum *e* longo in prima, et simplici *n*. Omnes autem cum *ae* diphthongo in penultima. Est etiam in septemtrionali eiusdem insulae plaga aliud promontorium, nomine *Cenaeum*, de quo Strabo decimo. Et item aliud dictum *Caunum*, cuius etiam Strabo eodem libro meminit quod notare libuit, ne cui nominum similitudo erroris materiam pareret. *Pintian.*

Portus Schoenites) Σχοινίτης λιμήν. Vide Not. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Portus Schoenites*) Secuti sumus vestigia veterum codicum, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Tolet. in quibus *Portus Chaenitas* legitur, Melamque ipsum, L. II. c. 3. p. 34. cuius haec verba: *Portus Saronicus, et Schoenitas, et Pogonus.* Πώγων Graecis Latinisque omnibus portus Troezoeniorum est. Quod vero in libris nunc editis, *Portus Caenites* legitur, factum id Hermolai emendatione, a Caenis oppido, quod prope Taenarum Ptolemaeo, Pausaniaeque memoratum procul ab hoc tractu abest, et Laconici sinus est, non Argolici, in quo describendo versamur. Neque tamen portus hic Schoenitas, in ipso aditu Saronici sinus positus, cum altero fere cognomine, Schoenunte scilicet, confundi debet, quod a Pintiano factitatum est, cum is in intimo eiusdem sinus recessu prope isthmum iaceat, vt dicturi sumus sect. 11. H.

ſinus Saronicus g. olim querno nemore redimitus, vnde nomen: ita h. Graecia antiqua appellante quercum. In i. eo Epidaurum oppidum, Aeſculapii delubro celebre: Spiraeum k. promontorium, portus l. Anthedon [1], et Bucephalus: et quas m. ſupra dixeramus, Cenchreae, Iſthmi n. pars altera cum delubro Neptuni o. quinquennalibus p. inclyto ludis.

C 4

1. *Anthedus*. Ch.

g. *Saronicus*) Σαρωνικὸς κόλπος, Ptol. L. III. c. 16. Hodie *Golfo di Egina*, ab inſula Aegina in eo ſinu poſita. H.

h. *Ita Graecia*) Id confirmat Callimachi Scholiaſtes, ad illum Poetae verſum 22. hymni in Iouem: Ἡ πολλὰς ἐφύπερθε σαρωνίδας. Σαρωνίδας, inquit, δρῦς. διὰ τὸ σεσηρότα, καὶ συνεστραμμένον τὸν φλοιὸν ἔχειν. Heſychius: Σαρωνίδης, αἱ διὰ παλαιότητα κεχηνῆαι δρύες. Aliter tamen Pauſanias, et Euſtath. in Dionyſ. H.

i. *In eo*) Meridionali ſinus Saronici litore. Ἐπίδαυρος Straboni, L. VIII. p. 374. in medio ſinu, contra Aeginam inſulam. De Aeſculapii illic delubro fuſe Pauſanias differit, L. II. Corinth. Strabo, L. VIII. p. 374. aliique. H.

k. *Spiraeum*) Hanc oram ſimiliter Saronici ſinus Ptolem. deſcribit: Ἐπίδαυρος, Σπείραιον ἄκρον, Ἀθηναίων λιμήν, (pro Ἀνθηδὼν λιμήν,) Βουκέφαλον λιμήν. H.

l. *Anthedon*) Diuerſa haec plane ab Anthedone Boeotiae, et ſitus ipſe admonet, cum ſit in oppoſito Saronici ſinus litore, meridionali ſcilicet: illa, boreali, extra Peloponneſum et Achaiam. In MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. *Anthedus*. H.

m. *Quas ſupra*) Sect. 5. H.

n. *Iſthmi pars altera*) Haec Solinus totidem plane verbis exſcripſit, c. 7. p. 21. H.

o. *Neptuni*) Qui ex eo ΠΟΣΕΙΔΩΝ ΙΣΤΜΙΟΣ, appellatur, in nummo Neronis Auguſti e Gaza Regia. H.

p. *Quinquennalibus*) Auſonius ſic etiam locutus, Idyll. 25. *Haec quoque temporibus quinquennia ſacra notandis Iſthmia Neptuno data ſunt.* At Iſthmia tamen, non pentaeterica, ſed trieterica fuerunt, Pindari aeuo, vt ex ipſo liquet, Nemeor. Od. 6. v. 69. et eius Scholiaſte: hoc eſt, tertio

dis. Tot q. sinus Peloponnesi 1 oram r. lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Ionium irrumpit; ab occidente, Siculo pulsatur; a rr. meridie, Cretico vrgetur: ab s. oriente brumali, Aegaeo: ab oriente solstitiali t., Myrtoo u., quod a Megarico incipiens sinu, totam Atticam alluit.

X.

1. *Polopomnensem Gr. et Al.*

tertio quoque anno edebantur. H.

q. *Tot sinus*) Omnino decem, tam exiguam Peloponnesi oram vndequaque lancinant, vel vt Pomponius loquitur, L. II. c. 3. p. 34. lacerant. Vide Not. et Em. N. XX. (hic pos.) *Tot sinus Peloponnesi oram lancinant*) Mela, L. II. c. 3. p. 31. *Peloponnesi oram sinus et promontoria lacerant*, etc. Haec Plinii verba ita Solinus accepit, c. 7. p. 22. perinde ac si totidem sinus existimasset Peloponnesum alluere, quot annorum proxime ante dixit esse Isthmiacos ludos, nempe quinque: et ab eo numero sinuum quinquennales ludos institutos. Ridicule. Recensiti enim hactenus sunt sinus omnino decem, qui oram Peloponnesi subeant: Corinthiacus, Cyllenius, Cyparissus, A s i n a e u s, Coronaeus, Laconicus, Aegilodes, Gytheates, Argolicus, Saronicus. H.

r. *Peloponnesi*) Ita MSS. omnes: editi perperam *Peloponnensem*, id quod neque Grammaticae leges ipsae ferre possunt. H.

rr. *A Meridie Cretico vrgetur, etc.*) Legend. *a Meridie Cretico vrgetur, ab Oriente solstitiali Myrtoo* omissis illis, *ab Oriente brumali Aegaeo* quae verba vt insititia prorsus expungenda sunt et explodenda *Salmas.* pag. 140. b.

s. *Ab oriente brumali, Aegaeo*) Insititia haec verba videntur: carent enim iis MSS. plerique: habet ea tamen Solinus L. VII. c. 22. qui haec transscripsit a Plinio. H.

t. *Solstitiali Myrtoo*) Aegaei pars est, quod paulo post auctor scribit circa finem c. 11. Pausanias ex Euboeensium fama et sermonibus a Myrto, muliere quadam sic vocatum ait. Alii a Myrtoo Oenomai auriga, quem ab Hippodamia falso accusatum, quasi stuprare eam conatus esset, cum illa, absente Pelope, Myrtoi complexum et concubitum vltro appetiisset, Pelops in mare proximum

X. (VI.) Mediterranea u. eius Arcadia maxime tenet, vndique a mari remota: initio x. Drymodes [1], mox Pelasgis y. appellata. Oppida z. eius: Psophis, Mantinea a., Stymphalum b., Tegea c., d. Antigo-

C 5

1. *Drymodis. Gr. et Al.*

ximum e curru praecipitem deiecit. *Dalecamp.*

Myrtoo) Τὸ Μυρτῷον Straboni, L. VII. p. 323. pars est Aegei maris. H.

u. *Mediterranea eius*) Peloponnesi scilicet Arcadia vmbilicum tenet. H.

x. *Drymodes*) Ita MSS. omnes, Δρυμώδης, siluosa, nemorosa, stirpibus, arboribusque conferta. Prius *Drymodis* perperam legebatur. H.

y. *Pelasgis*) Nicol. Damasceno, in Excerpt. p. 494. Pausaniae L. VIII. in Arcad. p. 459. et Stephano Πελασγία. H.

z. *Oppida eius*) Ψωφὶς, πόλις Ἀρκαδίας, Stephano et Pausaniae, l. c. p. 421. Ptol. quoque L. III. c. 16. H.

a. *Mantinea*) Μαντίνεια Straboni L. VIII. p. 388. Pausaniae p. 467. Plutarcho in Agide, p. 808. et Xenoph. L. V. Hist. Graecae p. 551. Poetica licentia, Nonno, L. XIII. Dionys. p. 368. Μαντινέη. Hic pugna ad Mantineam dicta, vbi Epaminondas cum Lacedaemoniis et Arcadibus postremo proelio conflixit, in quo victor ex vulnere paulo post occubuit, anno secundo Olymp. 105. H.

b. *Stymphalum*) Στύμφαλον est etiam Stephano: Pausaniae p. 460. a fonte cognomine: Στύμφηλος: a monte, Hesych. Στύμφηλος, πόλις ἢ ὄρος Ἀρκαδίας, mallem καὶ ὄρος. H.

c. *Tegea*) Τεγέαν vocat Plutarch. in Agide, p. 811. Incolae, Τεγεᾶται. Thucyd. L. V. p. 388. Vide Not. et Em. N. XXI. (hic posit.) *Tegea*) Quae Plutarcho, vt vidimus Τεγέα dicitur, et Pausaniae quoque L. VIII. Arcad. p. 458. et Ptol. L. III. c. 16. vt eadem sit plane cum Tene Arcadica, nulla satis idonea argumenta suadent: etsi Vossius in Melam, p. 148 saepe Teneatas dici asseuerat: qui Tegeatae dici deberent. Tene siue Tenea Arcadiae a Cicerone memoratur, L. VI. Epist. ad Attic. 2. p. 171. *Lepreon Arcadiae, Tene, Aliphora, Tritia.* H.

d. *Antigonea*) In locum veteris Mantineae excitata vrbs, atque in eius vicinio: vnde pro eadem a plerisque habita

tigonea [1], Orchomenum e., Pheneum, Palantium f., vnde Palatium Romae: Megalopolis g., h. Gortyna [2], Bucolium [3], i. Carnion [4], Parrhasie k., l. Thelpusa [5], Melae-

1. *Antigonia.* *Vet.* 2. *sic et Ch. Cartina. M.* 3. *Buphagium, et in M. Balium. Bocalium Gr. et Al.* 4. *Carnon. Cramnon. Chiff. alii Carmon. Gr. M. vero Charnon.* 5. *Telpusa. Vet.*

habita, Ptolem. L. III. c. 16. Ἀντιγόνεια, ἡ καὶ Μαντίνεια. In gratiam Antigoni regis id nomen Mantineae factum, auctor est Pausan. L. VIII. Arcad. p. 468. H.

e. *Orchomenum, Pheneum*) Vtriusque meminit Homerus, Iliad. β. in Catal. v. 112. Οἵ Φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχόμενον πολύμηλον. Herod. L. VII. Polymn. p. 451. n. 202. Ὀρχόμενος τῆς Ἀρκαδίης, vt a Thessalico Orchomeno distinguatur, de quo sect. 15. H.

f. *Palantium*) Παλάντιον πόλις Ἀρκαδίας Stephano. Romae palatium, de Arcadici oppidi Παλλαντίω nomine, ab Euandro rege appellatum esse, quod nomen consecuta aetas, duabus submotis literis *l.* et *n.* extulerit, auctor est etiam Pausanias, L. VIII. Arcad. p. 525. et Dion. Ital. A. R. L. V. p. 25. Virgilius *Palanteum* oppido nomen fecit: Solinus quoque c. 1. p. 2. et c. 7. p. 22. H.

g. *Megalopolis*) Polybii historici Megalopolitani patria, de qua Comicus apud Strab. L. VIII. p. 388. Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις. *Et solitudo magna nunc Megalopolis.* H.

h. *Gortyna, Bucolium*) Γορτύνα, Βουκόλιον. Vide Not. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Gortyna, Bucolium*) In libris hactenus editis, *Catina, Bocalium.* In MSS. Reg. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. *Cartina.* In Reg. 2. et Chiffl. *Bucolium.* Pro *Cartina, Gortyna* reposuit ex Pausania Hermolaus. Is enim auctor est a Gortyne Stymphali F. ad amnem Gortynium in Arcadia Γόρτυνα πόλιν conditam fuisse L. VIII. Arcad. p. 460. Nos *Gortyna* maluimus, tum ex veteris scripturae vestigiis, tum ex illo Rhiani poetae, apud Steph. verbo Μέλαιναι, Γορτῦναν Ἡραίας τε, πολυδρόμους τε Μελαίνας. Bucolium similiter amplexi sumus, admoniti e Thucydide, qui sub finem libri IV. p. 342. Βουκολέωνα iuxta Mantineam locat. H.

i. *Carnion*) Ab amne, vt videtur, cognomine, qui Καρνιὼν a Pausania appellatur,

m. Melaenae [1], Heraea n., Pyle o., Pallene [2], Agrae p., Epium, Cynaetha, Lepreon Arcadiae, Parthenium, Alea q. Methydrium r., Enispe, Macistum,

1. *Melanaea. Gr.* 2. *Pallena. Ch. Pellana. Gr. et Al.*

tur, L. VIII. in Arcad. p. 510. In libris hactenus editis, *Cirmon:* Forte etiam Κρώμων esse possit, cuius idem Pausanias meminit, l. c. H.

k. *Parrhasie*) Παῤῥάσιοι incolae appellati a Pausan. p. 498. et Strabone L. VIII. p. 336. Oppidum ipsum Παῤῥασίη Homero in Catalogo, v. 115. Stephano quoque: Scholiastae Apollonii ad L. II. v. 523. Παῤῥασία. H.

l. *Thelpusa*) Θέλπουσα. Vide Not. et Em. N. XXIII. (hic pos.) *Thelpusa*) Siue *Thalpusa* legatur, nihil interest. Nam Stephanus, Θάλπουσα, inquit, πόλις τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενοῦ. Et in notitia Eccles. Prouin. Achaiae, p. 23. Τέγεα, Θάρπουσα, Μαντίνα, pro Θάλπουσα, Μαντινεία. Hanc ipsam esse arbitror, quam Androtion apud Steph. p. 229. Δελφουσίαν πόλιν Ἀρκαδίας vocat. Pausan. L. VIII. Arcad. p. 464. Θέλπουσα. In nummis ΘΕΛΠΟΥCΙΩΝ. H.

m. *Melaenae*) Stephanus: Μέλαιναι, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως, etc. Ouidio, Papinioque, *virides Melaenae* Pausaniae p. 497. Μελαινεαί, ἀπὸ τοῦ Μελαινέως. H.

n. *Heraea*) Ἡραία, Pausaniae, l. c. et Stephano. H.

o. *Pyle*) Forte rectius *Pylae*, ex Stephano, Πύλαι, τόπος Ἀρκαδίας, καὶ Πυλαία. H.

Pallene) Παλλήνη. Vide Not. et Em. N. XXIV. (hic adi.) *Pallene*) Ita rescripsimus, tum ope codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. tum admonitu Scholiastae Apollonii, ad L. I. Argon. v. 177. qui Pellenen quidem Achaiae, de qua s. 6. Arcadiae vero Pallenen dici, recte animaduertit: ἡ Ἀχαικὴ Πελλήνη, διὰ τοῦ ε· ἡ δὲ ἑτέρα ἡ τῆς Ἀρκαδίας ἀπὸ τοῦ α γράφεται, Παλλήνη. H.

p. *Agrae*) De Agris Arcadiae, praeter Plinium nemo. Ἔπιον Herodoto memoratur, L. IV. Melpom. n. 148. p. 271. Κύναιθα Straboni L. VIII. p. 388. et Pausaniae, L. VIII. p. 485. Λέπρεον Arcadiae, Ciceroni L. VI. ad Attic. ep. 2., et Herodot. l. c. Parthenium videtur a monte cognomine appellatum, de quo mox. H.

q. *Alea* etc.) Ἀλέα Pausaniae, p. 489. Ab Arcadiae rege dicta, cui nomen Ἄλεως apud

ſtum, Lampe r, Clitorium, Cleonae: inter quae duo oppida, regio Nemea s., Bembinadia vocitata: Montes t. in Arcadia, Pholoe u. cum oppido: Item Cyllene x.: Lycaeus y., in quo Lycaei Iouis delubrum. Maenalus z., Artemiſius a., Parthenius b., Lampeus c., Nonacris d.: praeterque ignobiles octo.

1. *Lampes. V.*

apud Diodor. Sic. L. IV. Bibl. p. 239. H.

r. *Methydrium*) Μεθύδριον, Pauſ. p. 512. Ἐνίσποι Homero in Catal. v. 113. Μάκιστος, Stephano. Λάμπη a monte eiuſdem nominis, de quo poſtea. Κλείτωρ Ptol. L. III. c. 16. et Pauſan. p. 487. Κλεωναὶ Straboni, L. VIII. p. 377. H.

s. *Nemea*) Νέμεα eo ipſo ſitu ſtatuitur a Pauſania L. VIII. Arcad. p. 477. et a Strabone l. c. Ibi et vicus Bembina, apud eumdem Strabonem ἡ Βέμβινα κώμη, vnde regioni, vt arbitror, Bembinadiae cognomen, Βελβίναν χωρίον haud procul Megalopoli agnoſcit Plutarch. in Agide, p. 806. Hic ſacrae Graeciae certamina fieri conſueuerunt, Nemeaea appellata. H.

t. *Montes*) Sic etiam Mela, L. II. c. 3. p. 33. H.

u. *Pholoe cum*) Stephano, Φολόη, πόλις Ἀρκαδίας. Pauſan. in Eliac. poſt L. VI. p. 385. Φολόη ὄρος. H.

x. *Cyllene*) Κυλλήνη ὄρος. Pauſan. in Arcad. L. VIII. p. 482. cuius in ſummo vertice aedes eſt Mercurii Cyllenii. Κυλλήνη ὄρος pariter Straboni, L. VIII. p. 388. et Scholiaſtae Pindari, p. 55. Melae, *Cyllenius*. H.

y. *Lycaeus*) Vbi Λυκαίου Διὸς ἱερὸν, et Λυκαιάτις χώρα, circumiacens ager a Pauſania appellatur, p. 504. et 541. Item Straboni. l. c. H.

z. *Maenalus*) Schol. Pindari, p. 89. Μαίναλον, ὄρος Ἀρκαδίας, καὶ πόλις. Ciues Μαινάλιοι, apud Thucyd. L. V. p. 391. H.

a. *Artemiſius*) De quo ſ. 9. Ἀρτεμίσιος Apollodoro, L. II. de Diis, p. 111. H.

b. *Parthenius*) Παρθένιον ὄρος Diodoro Siculo, L. IV. Bibl. p. 239. Scholiaſtae Pindari p. 56 aliisque Liuius, L. XXXIV. p. 411. *Parthenio monte ſuperato, praeter Tegeam etc.* H.

c. *Lampeus*) Scholiaſtes Apollonii ad L. I. Argon. v. 127. Λαμπεία, ὄρος Ἀρκαδίας, ἀφ᾽ οὗ καὶ ποταμὸς ῥεῖ Ἐρύμανθος. Partem eſſe Erymanthi montis auctor eſt Pauſan.

octo. e. Amnes: Ladon f., e paludibus Phenei g.: Erymanthus h. e monte eiusdem nominis in Alpheum

Pausan. L. VIII. Arcad. p. 491. H.

d. *Nonacris*) Nonacrim Arcadiae vrbem haud procul Pheneo, ad Stygis aquam, Νώνακριν appellat Herodot. L. VI. Erato, n. 74. p. 358. a monte, vt apparet cognomine. Stephanus quoque et Hesychius. Eiusdem oppidi nummus est singularis argenteus magni moduli: apud D. Abbatem *de Fontenay*. Ex parte vna Dianae caput cum pharetra exhibet: argumento venationis ibi celebratissimae. Ex altera intra coronam lauream aquila est: supra ΔΗ. δῆμος, *populus*: ante os aquilae, ΝΩΝ Νωνακριτῶν, *Nonacritarum*. Infra ΑΝΑΞΑΓΟΡΟΥ, *Anaxagorae* Archontis. At mons est Plinio *Nonacris*, vnde forsan et oppidulo adiacenti nomen. Πεντέλεια, eidem Hesychio: vnde Ladon amnis fluit H.

e. *Octo*) e quibus Στύμφηλος Hesychio: Καύκων, Scholiastae Callimachi, p. 3. Ἀκακήσιον eidem, p. 19. Κάρνειος, vel Κερύνειος λόφος eidem, p. 17. aliique. H.

f. *Ladon*) Λάδων Pausaniae L. VIII. Arcad. p. 494. et Dion. p. 417. Huic amni celeritatem poetae, tarditatemque promiscue, vt metri ratio, non vt res ipsa postulat, attribuunt. Ouid. L. V. Fastorum, v. 89. *Arcades huc, Ladonque rapax.* Idem Metam. L. I. v 702. *Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerit.* H.

g. *Phenei*) Oppidi superius memorati: Vide Not. et Em. N. XXI. *Ladon, e paludibus Phenei*) Ab Hermolao Barbaro Pheneus hic pro Arcadico amne agnoscitur: Nobis cum Pelicerio in notis MSS. atque adeo cum Plinio ipso, qui paulo ante Pheneum vocauit, oppidum est: Fluit, inquit Plinius, ex paludibus quae fuit circa Pheneum Ladon: Erymanthus vero, ex monte Erymantho. Est, inquit, oppidum Pheneum, siue lacus ex Ouidio, apud quem legimus, L. XV. Metam. v. 332. *Est lacus Arcadiae, Pheneum dixere priores, Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto: Nocte nocent potae: Sine noxa luce bibuntur.* De paludibus circa Pheneum, Strabo L. VIII. p. 389. E palude Pheneatici agri fluere Ladonem scribit Pausanias, L. VIII. p. 486. H.

h. *Erymanthus*) Ita Pausan. in Eliac. prior. siue L. V. p. 298. ἐκ δὲ Ἐρυμάνθου τοῦ ὄρους ὁμώνυμος τῷ ὄρει ποταμός. Stephanus quoque, p. 273.

pheum i. defluentes[1]. Reliquae ciuitates in Achaia k. dicendae, l. Aliphiraei[2], Abeatae m., Pyrgenses n., o. Paroreatae[3], Paragenitae, Tortuni, p. Typanei[4], Thria-

1. *Defluens.* *V. M. et Ch.* 2. *Alithraei. Ch.* 3. *Pareatae Gr. et Al.* 4. *Typhanaei. Chiff.*

273. Quin et Hesychius ait vrbem fuisse amni montique cognominem. H.

i. *Defluentes*) Vide Not. et Em. N. XXVI. (hic pos.) *Ladon Erymanthus — — in Alpheum defluentes*) Ita Frobenius scripsit, cum ante eum *defluens* legeretur, tum in MSS. codicibus Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. vet. Dalec. etc. tum in editionibus Parm. Venet. vt de solo Erymantho affirmari videatur, in Alpheum delabi. Frobenio tamen Pausaniae adstipulari non semel intellexi, et L. VIII. Arcad. p. 496. et L. V. Eliac. pr. p. 298. vbi Ladonem simul et Erymanthum defluere disertis verbis asseuerat. H.

k. *In Achaia*) Non in Arcadia solum, de qua dictum est proxime, sed in Achaia, seu Peloponneso tota. H.

l. *Aliphiraei*) Stephano, Ἀλίφειρα, πόλις Ἀρκαδίας, Pausaniae L. VIII. Arcad. p. 497. Ἀλιφηρά, Liuius, L. XXVIII. p. 322. et Cicero, L. VI. ad Attic. ep. 2. Alipheram vocat. H.

m. *Abeatae*) Ab oppido Ἀβέα in Messenia apud Ptolem. L. III. c. 16. H.

n. *Pyrgenses*) Quorum oppidum Πύργος in Arcadia, apud Herod. L. IV. Melpom. n. 148. H.

o. *Paroreatae*) Παρορεᾶται, Vide Not. et Em. N. XXVII. (paulo post) De Parageniτis et Tortunis, nihil compertum adhuc. *Paroreatae*) Antea *Pareatae* mendose legebatur. Παρώρεια siue Παρωρεία, vrbs est Arcadiae, apud Steph. et Pausan. L. VIII. Arcad. p. 512. cuius incolae Nicolao Damasceno, apud eumdem Stephanum, et Herodoto, L. IV. Melpom. n. 148. Παρωρεᾶται appellantur: rursumque Herodoto, L. VIII. Vran. p. 486. n. 37. Παρωρεῆται, *Pareatae* in Thesauro Ortelii deinceps expungendi. H.

p. *Typanei*) Ab oppido Elidis, de quo Stephanus: Τυπανέαι, πόλις Τριφυλίας. Ptolem. L. III. c. 16. in mediterraneis Elidis vrbibus habet Ὑπανίαν et Τυμπάνειαν, vnam, vt saepe solet in duas ciuitates distrahens. H.

Thriasii q., Trittenses. r. Vniuersae Achaiae libertatem Domitius Nero s. dedit. Peloponnesus in t. latitudine [1] a promontorio Maleae, ad u. oppidum

1. In latitudinem.

q. *Thriasii*) Libentius *Thriusii* sane agnouerim: eosque nisi me coniectura fallit, Plinius intelligit, quos Stephanus Θριεσίες vocat, ab oppido Elidis et Achaiae, iuxta Patras: Θριαῖς, πόλις πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ τῆς Ἠλείας — — τὸ ἐθνικὸν, Θριάσιος. H.

r. *Trittenses*) Vel *Tritienses*, ab oppido Achaiae Tritia, cuius Cicero cum Alipheira meminit, L. VI. ad Attic. ep. 2. quae et Τρίταια, Achaiae ciuitas, Arcadiae contributa, vt Pausan. ait, L. VI. Eliac. post. p. 366. vnde et Τριταιεῖς iidem, seu Tritaenses appellari. H.

s. *Nero dedit*) Ita Plutarchus in Tito Flaminio, p. 376. Philostr. L. V. sub finem. Dio, L. LXIII. p. 720. Suetonius in Nerone, c. 24. Res ea consignata in nummo perraro est, quem Seguinus descripsit, p. 200. secundae editionis. Caput Neronis pars anterior exhibet: in parte auersa stat dea, cum haec epigraphe: PAVLLIN: in hanc nempe sententiam: *Perpetuam Achaiae Vniuersae Libertatem Lubens Indulsit Nero.* H.

t. *In latitudine*) Siue latitudinem, siue longitudinem dixerit, nihil interest: est enim vtraque propemodum aequalis, vt ait Strabo, p. 335. H.

u. *Ad oppidum Lechaeum Corinthiaci sinus*) Vtrumque scriptum exemplar non *Lechaeum* habet, sed *Regium*, Scribo, *Aegium*. Oppidum est in sinu Corinthiaco, apud Geographos omnes celebre. Meminere et Aristoteles, et in Quaest. Naturalibus Seneca, de terrae quassatione disserens, et omnes. *Pintian.*

Ad oppidum Aegium) Αἴγιον Homero, in Catalogo, v. 81. Vide Not. et Em. N. XXVIII. (hic pos.) *Ad oppidum Aegium Corinthiaci sinus*) Ita rescribi a nobis oportere, non vt prius legebatur, *ad oppidum Lechaeum*, tum MSS. suasere, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et quos Pintianus vidit: tum etiam Strabo, qui haec totidem verbis Graece, L. VIII. p. 335. Τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ Νότου πρὸς τὸν Ἄρκτον, ὅ ἐστι τὸ ἀπὸ Μαλεῶν δι' Ἀρκαδίας εἰς Αἴγιον. *A meridie versus septemtriones, a Maleae*

dum Aegium [1] Corinthiaci sinus cxc. [2] M. pass. patet. At in transuersum ab Elide Epidaurum x. cxxv. M. ab y. Olympia Argos per Arcadiam z. lxviii. [3] mill. Ab eodem loco ad Phliunta dicta a. mensura est. Vniuersa autem, velut b. pensante aequorum incursus natura in montes vi. atque lxx. extollitur [4].

XI. (VII.) Ab Isthmi angustiis Hellas d. incipit, nostris [5] Graecia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte e. vocata. Attingit Isthmum parte sui,

1. *Aegium.* *Rhegium* *Ch.* *et* *M.* *Lechaeum.* *Gr.* *et* *Al.* 2. clx. *Gr.* *et* *Al.* 3. clxiii. *Gr.* *et* *Al.* 4. *attollitur.* 5. *a nostris.* *Vet.*

leae promontorio per Arcadiam vsque et Aegium. Tum vero denique id quod longe validissimum est, res ipsa clamat ita legendum esse: cum a Maleae promontorio ad Lechaeum oppidum in Isthmo fere positum vix dimidia Peloponnesi latitudo colligi possit: eadem ab eo promontorio ad Aegium, in faucibus fere Corinthiaci sinus, sit maxima. Quod vero ad hanc latitudinis mensuram attinet, admonitu codicum proxime laudatorum, CLXXXX rescripsimus siue CXC cum prius perperam legeretur CLX. Quamquam et in numero nostro denarii fortassis nota redundat: cum id interuallum Strabo l. c. esse asseueret stadiorum mille et CCCC quae passuum millia efficiunt omnino CLXXV. H.

x. *Epidaurum*) Illud Aesculapii delubro celebre oppidum, de quo sect. 9. H.

y. *Ab Olympia*) Pisa Olympia, de qua nos egimus ad sect. 6. H.

z. LXVIII. *mill.*) Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. non vt ediri LXIII. H.

a. *Dicta mensura*) sect. 6. H.

b. *Velut pensante*) Terrarum quam fecit iacturam, lacerata ora tot sinibus, ingressuque aequorum, multitudine montium compensante natura. H.

c. *Ab isthmi*) Haec totidem verbis Solinus, c. 7. p. 23. et Martianus, L. VI. c. de tert. Europae sinu, p. 210. H.

d. *Hellas*) Igitur Peloponnesus extra Helladis fines: alii etiam eo nomine Peloponnesum complexi. Helladis nomen vagum, certas sedes et fixas nullas habuit: modo

ſui, quae appellatur Megaris f., a g. colonia Megara h.; e regione Pagarum. i. Duo haec oppida excurrente Peloponneſo ſita ſunt, vtraque ex parte velut in humeris Helladis. Pagaei [1] et amplius Aego-

1. *Pagaei* CLII. *paſſibus et. Vet.*

modo anguſtis limitibus coarctatum, modo dilatatum longius. H.

e. *Acte vocata*) Ἀκτὴ et Ἀκτικὴ teſte Euſtathio in Dion. v. 413. p. 60. Id nomen ei haeſit, inquit, Harpocration, quod maxima pars Atticae litoralis ſit: eſt enim ἀκτὴ litus, et maritima regio. Harpocr. verbo, Ἀκτή. Vide et Gellium, L. XIV. c. 6. p. 777. Stephanus ab Ἀκταίῳ quodam eam appellationem deriuatam nugatur. Hodie *le Duché de Setines*. H.

f. *Megaris*) Μεγαρὶς τῆς Ἀττικῆς μέρος, Strabo, L. IX. p. 392. H.

g. *A colonia Megara*) Athenienſes vt aborigenes et indigenas ſeſe oſtenderent, congeſtos in conum capillos, aut mulieres vt Romanae loquebantur, in tutulum, quod ait Thucydides τεττίγων ἐνέρσει, aureis cicadis, loco fibulae, adſtringebant: ac in viris quidem crobylos et κρωβύλη id vocabatur: in mulieribus corymbos et κορύμβη: in pueris ſcorpios. Nonnus: καὶ πολὺς ἀγγέλλων, προτέρην αὐτόχθονα φύτλην χρύσεος ἀμπλέκτῃσι κόμαις ἐφθέγγετο τέττιξ. Virg. *Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu Cecropiae terete nectebat dente cicadae.* Et interpr. Ariſtoph. ἱππεῦσιν p. 256. ἔθος ἦν τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πάλαι τέττιξι χρυσοῖς ἀναδεῖσθαι τὴν κόμην. ὡς Θουκυδίδης. ἔτοι οἱ εὐγενεῖς ἐφόρουν παῖδες καὶ ἄνδρες πλέκοντες τὴν κεφαλήν. *Dalec.*

h. *Colonia Megara*) Nunc etiam retinet nomen, *Megara*. Nummus cum clypeo et amphora apud Goltzium, Tab. XVII. 3. qua parte amphora ſiue cantharus eſt. Hinc ΗΙΣ inde ΜΕΝ ſic interpretamur: Ἡρακλείᾳ ΙΣχύι ΜΕγαρεῖς Νικηταί. *Herculeo robore Megarenſes ſunt victores*: vel Μεγαρεῖς ΕΝίκησαν. H.

i. *Pagarum*) Quas in intimo receſſu ſinus Corinthiaci prope Iſthmum poſitas vidimus, ſect. 4. Παγαὶ Μεγαρικαὶ Straboni in Epit. L. VII. H.

Aegosthenienses k. contributi Megariensibus. In l. ora autem portus Schoenûs. Oppida: Sidûs m., n. Cremmyon [1], Scironia o. saxa VI. [2] mill. longitudine,

1. *Cremyon. Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. III. M. Gr. et Al.*

k. *Aegosthenienses*) Stephanus: Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγοσθενεὺς, etc. Pagaei, inquit Plinius, et praeterea Aegosthenienses additi Megarensibus, Megaridem regionem constituunt. Ita Pausan. L. I. Attic. p. 82. H.

l. *In ora autem*) Saronici sinus litore, prope Isthmum, Corinthum, et Cenchreas. Σχοινοῦς λιμὴν, Straboni, L. VIII. p. 369. H.

m. *Sidûs*) Σιδοῦς Megarensium nauale. Vide Not. et Em. N. XXIX. (hic pos.) *Oppida: Sidûs, Cremmyon*) Salmasius in Solin. p. 142. Siduntem expungit: *Sidûs enim*, inquit, *ibi non est*. At est profecto tum in vetustis exemplaribus, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. in quibus legitur, corrupte quidem, sed ita nihilominus, vt vestigia appareant non obscura sincerae lectionis: *Oppida duo Scremmyon*. Est etiam apud Scylacem, p. 20. Ἐςὶ δὲ καὶ ἔξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορινθίοις, καὶ τεῖχος Σιδοῦς, καὶ ἕτερον τεῖχος Κρεμμύων. Quid potuit excogitari, quod descriptioni Plinianae apposite magis congrueret? Stephano quoque Σιδοῦς Μεγαρίδος ἐπινεῖον dicitur. H.

n. *Cremmyon*) Τεῖχος Κρεμμύων, oppidum, Scylaci, p. 20. H.

o. *Scironia saxa*) Mela, L. II. c. 3. *Scironia saxa, seu quondam Scironis hospitio etiam nunc infamia.* Quod hanc regionem montanam latrociniis infestam praedo habuerit, cui Σκείρων nomen fuit, teste Strabone, L. IX. p. 391. et Ouidio Metam. L. VII. v. 445. aliisque: inde Σκειρωνίδες πέτραι, Zephyrique inde spirantes, Σκείρωνες appellati sunt. Hodie *Cakiscala* locus adhuc infestus praedonibus. Vide Not. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Scironia saxa, VI. mill. longitudine*) Ita cum Solino, c. 7. p. 23. reponimus, ex fide codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. Martianus L. VI. p. 210. corrupte pro VI. habet XXVI. In libris hactenus editis III. mill. prioris videlicet numeri notat *u*, in II. seu binarium diuulsa. H.

dine. Geranea p., Megara q.. Eleusin. r. Fuere et Oenoa s., Probalinthos[1]: nunc sunt ab t. Isthmo LV.[2] millia pass. Piraeeus u., et Phalera x. portus, y. quinque[3] millia pass. muro recedentibus Athenis iuncti.

1. et Probalinthos, quae nunc non sunt, etc. Vet. *2. IV. Ch. quinquaginta duo M. Gr. et Al.*

p. *Geranea*) Γερανεία Thucyd. L. I. p. 70. Inter Corinthum et Megara, μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, inquit Stephanus. H.

q. *Megara*) Paulo ante obiter memorata: nunc suo loco iterum reddita. H.

r. *Eleusin*) Ἐλευσὶν πόλις, Straboni, L. IX. p. 395. vbi Cereris Eleusiniae fanum. Rudera oppidi supersunt, quibus hodieque nomen est *Eleffin*. H.

s. *Oenea* etc.) Fuit Atticae pars Tetrapolis appellata, a quatuor vrbibus, quarum haec nomina: Οἰνόη, Προβάλινθος, Τρικόρυθος, Μαραθών. Auctor Strabo, L. VIII. p. 383. Fuit Oenoe praesertim bello Peloponnesiaco clara. Vide Thuc. L. VIII. p. 624. et L. II. p. 112. H.

t. *Ab Isthmo* LV.) Ita MSS. A Schoenunte tamen, vnde Isthmus inchoat, distat Piraeus Straboni, stadiis circiter CCCL. L. IX. p. 391. hoc est, pass. fere XLIV. mill. H.

u. *Piraeeus*) Πειραιεὺς Straboni l. c. Statius *Munychia, et trepidis stabilem Piraeea nautis.* Hodie *Porto Draco* incolis: Nautis *Porto Lione:* appellatione sumta ab eximia leonis effigie, quae in ipso portus aditu spectatur. H.

x. *Phalera*) Stephano, et Harpocr. Φαληρόν. Herod. Φαληρὸς, L. V. Terpsich. p. 315. Hinc Demetrio Phalereo cognomen. Hodie *Tripirghi*, quasi a turri tergemina. H.

y. *Quinque millia*) Hiciis hodie muris est nomen, *Macra tichi*, μακρὰ τείχη. Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic posit.) *Quinque millia pass. muro*) Adstipulatur Strabo, L. IX. p. 395. qui de his muris agens Piraeeo Athenas iungentibus, XL. stadiorum inquit, est eorum longitudo: ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος. Martianus quoque L. VI. p. 210. agnouit quinque millia: etsi mensuram hanc interualli a Piraeeo Athenas, perperam ille tribuerit saxorum Scironiorum latitudini. H.

iuncti. Libera 2. haec ciuitas, nec indiga vllius praeconii amplius: tanta claritas superfluit. In Attica fontes, Cephissia a., Larine, Calirrhoe b. Enneacrunos [1]: Montes: Brilessus c., Aegialeus, Icarius,

1. *Enneacros.* Ch.

2. *Libera haec ciuitas*) Concessum a Romanis vt suis legibus vterentur, ac libertatis ius datum, etiam Strabo prodidit, L. IX. p. 398. ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν. Hodie *Atina*, siue Ἄθηνα incolis: Nautis *Satines*, ex geminis vocibus, εἰς Ἀθήνας vna conflata. H.

a. *Cephissia*) Κηφησία Laertio, in Platone: subintellige κρήνη. Gellius L. XVIII. c. 10. *In Herodis C. V. villam, quae est in agro Attico, loco qui appellatur Cephissia, aquis et lucis et nemoribus frequentem, aestu anni medio concesseram.* De Larine nihil compertum. H.

b. *Callirrhoe Eneacrunos*) Καλλιῤῥόη ἐννεάκρουνος, ab amoenitate aquae nomine altero ei fonti indito, altero a fistulis siue siphonibus nouem aquam fundentibus. Vide Not. et Em. N. XXXII. (hic pos.) *Callirrhoe Enneacrunos*) Haec diuulsa perperam a se inuicem vocabula in libris ad hunc diem editis leguntur, *Callirhoe, Enneacrunos:* cum sit tamen geminum vnius fontis nomen a scaturiginibus nouem *Enneacrunos* appellati. Neque enim Solinum moror, plenum nugarum scriptorem, nec satis solertem Plinii simiam, qui cum haec transscriberet, duos putauit, c. 7. p. 23. *Callirhoen,* inquit, *fontem stupent: nec ideo Crunesion fontem alterum nulli rei memorant.* Magis Suidam audio, p. 907. Ἐννεάκρηνον, κρήνη τις Ἀθήνησι, Καλλιῤῥόη καλεμένη πρότερον. Placidumque Lactantium, in Statii, L. XII. v. 629. p. 422. *Callirhoe fons nouem capitibus means.* Immo et duodenis: vnde et δωδεκάκρουνος ab aliis est appellatus. Suidas ipse testis, verbo Δωδεκάκρουνος, κρήνη, inquit, Ἀθήνησιν, ἣν Θουκυδίδης ἐννεάκρουνον. Quod iterum repetit in Ἐννεάκρουνος. Hesychius quoque: et Tzetzes, Chil. 8. hist. 154. v. 259. longe disertius: Ἡ Καλλιῤῥόη τις κρηνὶς τυγχάνει ταῖς Ἀθήναις, Ἥπερ, καὶ ἐννεάκρουνος τὸ πρώην ἐκαλεῖτο. Ἐγὼ δὲ Δωδεκάκρουνον οὕτως εἰρήκειν ςόμα, Καθὼς τοῖς πάλαι. H.

c. *Brilessus* etc.) Ex his ii Straboni memorantur, L. IX.

rius: Hymettus, Lycabetus: d. locus [1] Iliſſos. A Pyraeeo XLV. [2] mill. paſſ. Sunium e. promonto-
D 3 rium,

1. lacus Selinos. V. M. locus. Cb. amnis. Gr. et Al. 2. *Sic et Cb.* XLII. *Gr. et Al.*

IX. p. 399. Βριλησσὸς, Ὑμηττὸς, vnde mel Hymettium, et Λυκαβηττός. Hymetto nomen hodie *Lamprobouni*, quaſi ΛαμπρὸςΒȣνός. Sunt et qui corrupte vocent *Monte-Matto*, pro *Monte Hymetto* Lycabettum a Luporum multitudine appellatum putat Heſych. De Aegialeo et Icario, vid. Not. et Em. N. XXXIII. (hic poſ.) *Brileſſus, Aegialeus, Icarius*) Solinus quoque c. 7. p. 23. Aegialeum et Icarium nominat. Sunt qui Aegialeum malunt. Sunt ſane apud Steph. Αἰγιλία, et Ἰκαρία, inter Atticae pagos: a quibus vicinorum montium deriuari appellatio potuit. Si quid coniecturae indulgendum eſt, legi etiam forſan poſſit, pro *Aegialeus*, *Encaleus*. Nam Tzetzes Chil. I. v. 978. Ἐγκαλέον ὄρος Atticae montem laudat, e regione Salaminis inſulae poſitum. Sed indico tantum, non iudico. H.

d. *Amnis Iliſſos*) Codex vterque, *Locus ſiliſos*, vt forte legendum ſit, *locus Iliſſos*, ex Stephano, cui eſt *Iliſſos* vrbs Atticae, vbi colerentur Muſae cognomento *Iliſſides*, Apollodoro auctore. *Pint.*

Locus Iliſſos) Ἰλισσὸν oppidum dirutum ait, rudera tantum et veſtigia ſupereſſe. Vide Not. et Em. N. XXXIV. (hic adi.) *Locus Iliſſos*) Sic MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. et quos Pintianus vidit, Tolet. et Salmant. Parm. edit. corrupte *lacus Selinos:* nec minus vitioſe Barbarus, *amnis Iliſſos* repoſuit. Iliſſos Atticae oppidi nomen fuit, teſte Steph. vnde Muſae Iliſſides cognominatae: Ἰλισσὸς, πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μȣσαι Ἰλισσίδες. Eſt tamen in eadem Attica, et Εἰλισσὸς amnis, cuius in ripa ara fuit Muſarum Iliſſiadum, teſte Pauſania, L. I. in Attic. p. 33. Dionyſio item v. 424. Straboni L. IX. p. 400. aliisque: vnde et amni et finitimo oppido communis eſſe ea appellatio potuit. Sic enim Suidas admonet: Ἰλισσὸς, ὄνομα τόπȣ, καὶ ποταμȣ. H.

e. *Sunium*) Σȣνιον ἄκρον, Ptol. L. III. c. 15. Scymno, p. 23. aliisque. Nunc *le Cap des Colonnes:* Graecis, *Cauo Colonnais.* H.

rium, f. Thoricos [1] promontorium. g. Potamos [2], Steria, Brauron h., quondam oppida. Rhamnûs i. pagus, locus [3] Marathon k., campus Thriasius l., oppi-

1. Doriscos. Ch. Doriscum. Gr. et Al. 2. leg. ex Strab. Potamos, Sterea, Brauron, Ion. etc. vbi edit. Potamos, Brauron, Gr. et Al. 3. In M. et Vet. deletur.

f. *Thoricos)* Θόρικος. Vide Not. et Em. N XXXV. (hic consp.) *Thoricos promontorium)* In libris hactenus impressis *Doriscum promontorium.* In MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. *Doriscos.* Nos intrepide *Thoricos* rescribimus, tum quia Dorisci Atticae promontorii, locive, nulla vsquam se mentio adhuc obtulit: Thorici vero oppidi, populive post Sunium promontorium meminere complures, Strabo, L. IX. p. 398. Σένιον· εἶτα Θόρικος· εἶτα Ποταμὸς δῆμος etc. quem Graeci scriptoris locum Plinium modo credas exscripsisse. Stephanus quoque, Θόρικος δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Mela denique, L. II. c. 3. p. 33. *Thoricis et Brauronia olim vrbes, iam tantum nomina.* De Dorisco Thraciae Plinius Libri huius sect. 18. de Thorico vero in gemmis, L. XXXVII. sect. 18. *in loco qui Thoricos vocatur.* H.

g. *Potamos)* Ποταμὸς δῆμος, Strabo L. IX. p. 399. Diogenis Laertii patria. Hodie *Porto de Rafty:* inter Sunium et Euripum. Sequitur apud Strabonem Στειρία, cuius et Stephanus meminit: eam hoc loco restituimus, cum in MSS. legatur, *Sterebrauron.* In libris hactenus vulgatis desideratur. H.

h. *Brauron)* Βραύρων, vbi Dianae Brauroniae sacellum Strabo, L. IX. p. 399. Mela, L. II. c. 33. *Thoricos et Brauronia, olim vrbes, nunc tantum nomina.* Hodie *Vrana* Ibi sepulcrum Iphigeniae, inquit Nonnus, L. XIII. Dion. p. 362. H.

i. *Rhamnûs)* Ῥαμνȣ̃ς Straboni, l. c. ad Euripi oram De eo rursum L. XXXVI. sect. 4. Hodie *Tauracastro,* vel *Ebreo-castro.* H.

k. *Marathon)* Μαραθὸν Persica maxime classe pernotus, inquit Mela, L. II. c. 3. p. 33. Contigit ea, duce Miltiade, anno tertio Olymp. 72. H.

l. *Thriasius)* Θριάσιον πέδιον, Stephano et Straboni, L. IX. p. 395. H.

oppidum m. Melita [1], et Oropus n., in confinio Boeotiae.

XII. Cuius Anthedon o., Onchestos p, Thespiae q. liberum oppidum, Lebadea r.: nec cedentes Athenis claritate, quae cognominantur Boeotiae Thebae s., duorum numinum Liberi atque Her-

culis

1. *Miletum. V.*

m. *Melita)* Sic MSS. omnes, editionesque castigatissimae: Μελίτη Ἀττικῆς, vnde Gelades oriundus, Phidiae Magister, apud Ioh. Tzetzes, Chil. VIII. histor. 192. v. 326. Frustra Miletum hoc loco Sponius obtrudit, hoc est, Athenarum vrbis regionem, pro Atticae oppido. Signat hunc Atticae locum et vetus inscriptio ab eodem Sponio relata, p. 107. ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ. H.

n. *Oropus)* Ὠρωπὸς, Boeotiae a Stephano adiudicatur. Hodie *Ropo*. Distat a mari duobus mill. De eo Liuius L. XLV. p. 580. H.

o. *Anthedon)* Ἀνθηδὼν, πόλις Βοιωτίας, Stephano: in Boeotico litore contra Euboeam, Straboni, L. IX. p. 404. H.

p. *Onchestos)* Ὄγχηστος Homero, in Cat. v. 13. Ὀγχηστὸς, Strab. L. IX. p. 410. Nunc *Diminia*, Διμηνία, quod ibi sementes bimestri spatio vix tellus ferat: nam ob exvndantes aquas vicini lacus, ante Aprilis exitum fieri satio non potest. H.

q. *Thespiae)* Θεσπιαὶ Strab. L. IX. p. 409. sub Helicone monte: vbi rudera oppidi superesse modo iam tum aeuo suo ipse prodidit: testantur etiam inscriptiones ibi repertae nuper a vico *Neochori* pass. mille Homero, in Catal. v. 5. Θέσπεια. H.

r. *Lebadea)* Λεβαδία Straboni p. 414. Λεβαδεία Pausaniae, L. IX. Boeot. p. 601. Λεμβαδεία Harpocrationi p. 185. In inscriptione nuper reperta: sed forte recente ΛΕΒΑΔΕΙΕΩΝ, Hodie *Livadia*. Hic Iouis Trophonii fanum, de quo Liuius, L. XLV. p. 580. H.

s. *Thebae, duorum)* Exscripsit haec Solinus, c. 7. p. 23. Θῆβας Βοιώτιαι. Incolis *Tiva*, non vt vulgo efferunt, *Stiua*, vel *Stiues*: dictione ab his vocibus conflata εἰς Θήβας. In nummis antiquis est ΘΕ. Θήβα Ἑπταπύλος, *Thebe septemportis*, et ΘΕΒΗ Θήβα Ἑπταπύλος, Βοιωτῶν ἥβα, *Thebe septemportis*,

culis (vt volunt) patria. Et Musis natale in nemore Heliconis assignant. Datur et his Thebis saltus Cithaeron t., amnis Ismenus. u. Praeterea x. fontes in Boeotia, Oedipodia, Psamathe [1], Dirce, Epicrane [2], Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Gargaphie. Montes, extra y. praedictos, Mycalessus z., a. Hadylius [3], Acontius. b. Reliqua oppida, inter Mega-

1. *Psammathe. Gr.* 2. *Epigranea. Gr. et Al.* 3. *Adylisus. Gr. et Al.*

tis, *Boeotorum flos et decus et robur est.* Et in alio pariter e Gaza regia KABI. Καδμείων Ἄςυ, Βοιώτων Ἰσχὺς, *Civitas Cadmeorum, robur Boeotorum.* Cadmei, Thebani: quoniam Thebae sunt a Cadmo conditae. Et HI KE, Ἡρακλείᾳ Ἰσχὺι Καδμεῖοι Ἐπιφανεῖς, *Herculeo robore Cadmei percelebres.* H.

t. *Cithaeron)* Κιθαιρὼν Straboni, p. 409. iuxta Thebas. H.

u. *Ismenus)* Ἰσμηνὸς, ποταμὸς Βοιωτίας, Stephano Ἰσμενὸς Dicaearcho, p. 167. Ἰσμήνιος Pausaniae L. IX. p. 556. H.

x. *Praeterea fontes)* Oedipodiam, Psamathen, Arethusam, Dircen, Hippocrenen, et Aganippen Solinus appellat, c. 7. p. 23. Scholiastes Nicandri in Theriac. p. 40. Ψαμάθη, κρήνη ἐν Βοιωτίᾳ. Pausaniae hi memorantur, L. IX. Boeot. Οἰδιποδία κρήνη, p. 569. sic nuncupato fonte, quod in eo paternae caedis cruorem Oedipus abluerit. Δίρκη p. 758. a Lyci vxore. Schol. Pindari p. 104, Δίρκη, πηγὴ ἐν Θήβαις, Ἀγανίππη in Helicone monte, p. 584. Γαργαφία κρήνη, p. 548. De Gargaphie, Herod. L. IX. Calliope n. 19. et Ouid. Metam L. III. v. 155. Ἐπικρήνη, Dorice Ἐπικράνα, a Capella memoratur, L. VI. c. de tertio sinu Europae p. 210. In Plinianis libris hactenus editis perperam *Epigranea.* H.

y. *Extra praedictos)* Praeter Heliconem, et Cithaeronem. H.

z. *Mycalessus)* Μυκαλησσὸς, ab vrbe cognomine, de qua mox. H.

a. *Hadylius)* Ἁδύλιος Dorica lingua, pro Ἡδύλιος. Vide Not. et Em. N. XXXVI. (hic adi.) *Hadylius)* Ἁδύλιος vt diximus, Dorica dialecto pro Ἡδύλιος. Sic enim reponendum censuimus, cum prius corrupte legeretur, *Adylisus.* Hadylii certe montis,

Megaram et Thebas Eleutherae c., Haliartus, Plataeae, Pherae, Afpledon, Hyle [1], Thisbe, Erythrae, Gliffas, Copae: iuxta Cephiffum amnem d. Larymna [2] et Anchoa: Medeon e., Phlygone,

D 5 Acrae-

1. *Hilae.* 2. *Lamia, et Auichia Gr. et Al.*

tis, fiue Hedylii meminere complures, Harpocration, p. 137. ex Demofthene, et Theopompo: Ἡδύλειον ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ, ὡς καὶ Θεόπομπος, etc. Suidas, p. 1169. Ἡδύλειον ὄρος, ὅπερ ἐςὶν ἐν Βοιωτίᾳ. H.

b. *Acontius)* Ἀκόντιον ὄρος, Straboni, L. IX. p. 416. et Plutarcho in Sylla, p. 464. H.

c. *Eleutherae, etc.)* Ἐλευθεραὶ Stephano. Ἁλίαρτος Pauf. L. IX. Boeot. p. 590. Πλαταιὰ Homero, Iliad. β. in Catal. v. 11. vbi Didymus Scholiaftes τὰς Πλαταιὰς vocat: incolas Πλαταιεῖς Paufan. initio L. IX. Φαραὶ Straboni in Tanagrica Boeotiae regione, prope Mycaleffum L. IX. p. 405. Ἀσπληδὼν Stephano, et Straboni, p. 414. Ὕλη Homero, in Catalogo, v. 7. et Straboni p. 407. Θίσβη Stephano et Hom. v. 9. Ἐρυθραὶ Homero, v. 6. et Strabo p. 409. Γλίσσας Homero v. 11. vbi Euftathius p. 269. Γλίσσας, Γλίσσαντος. Κῶπαι Stephano, et Dicaearcho, p. 166. Hodie *Topoglia*, iuxta Copaidem lacum, quem alii Cephiffidem vocant, cum Strabone p. 406. quod Cephiffus amnis hunc impleat: cui lacui nomen hodie eft, non *Lago Stiuo*, vt quibufdam creditum, fed *Limni tis Liuadias*, Λίμνη τῆς Λιβαδίας, et *Lago di Topoglia.* H.

d. *Larymna et Anchoa)* Λαρύμνα et Ἀγχόη, iuxta Cephiffum amnem, Straboni, L. IX. p. 406. Vide Not. et Em. N. XXXVII. (hic pof.) *Larymna et Anchoa)* Ita repofuimus, tum ex veftigiis codicum Reg. 1. et Parif. tum ex re ipfa et fitu oppidorum, iuxta Cephiffum amnem, quorum nomina Λάρυμναν et Ἀγχόην Strabo refert, L. IX. p. 406. vbi Cephiffus exit in mare. Larymnam enim ibi geminam diftinguit: Locridis alteram, de qua poftea Plinius, alteram Boeotiae. *Lamia* autem et *Anichia*, (fic enim libri hactenus editi prae fe ferunt) nec Graecorum vlli, nec Latinis fcriptoribus memorantur: etfi iis nominibus Thefaurum fuum Ortelius locupletauit. Paulo fuperius *Hyle* pro *Hilae* etiam refcripfimus, cum Homero, et Strabone. H.

f. Acraephia [1], Coronea g., Chaeronea. In ora autem infra Thebas h., Ocalee i., Heleon [2], Scolos, Schoenos, Peteon [3], Hyrie [4], Mycalessus, Hilesion,

1. *Grephis Gr. et Al.* 2. *Ocale, Elaeon, Gr. et Al.* 3. *Scoenos. Gr. et Al.* 4. *Hyriae. Gr.*

e. *Medeon* etc.) Μεδεὼν Stephano, et Hom. Il. β. v. 7. Φλύγονιον in Phocide, Steph. et Pauſ. L. X. Phoc. p. 613. H.

f. *Acraephia)* Ἀκραιφία. Vide Not. et Em. N. XXXVIII. (hic adſp.) *Acraephia)* In libris impreſſis *Grephis*. In MSS. R. 1. 2. etc. *Graephis*. Sylburg. in Pauſ. et eum ſecutus Ortelius *Cirphis*, quae Straboni Κίρφις, L. IX. p. 416. Phocidis vrbs mediterranea, iuxta Delphos: perperam, vt apparet. Nos indubitata coniectura *Acraephia*, cum Stephano repoſuimus: Ἀκραιφία, inquit, πόλις Βοιωτίας· οἱ δὲ Ἀκραίφιον, etc. Pauſan. L. IX. Boeot. Ἀκραίφνιον dicitur: Ptolem. L. III. c. 15. in oppidis Boeotiae mediterraneis Ἀκριφία pro Ἀκραιφία: Straboni Ἀκραιφίαι, L. IX. p. 410. quas cum Coronea, Onchesto, Haliartoque copulat. Denique Ἀκραιφίη πόλις Herodoto L. VIII. Vran. p. 507. n. 135. haud procul palude Copaide. H.

g. *Coronea)* Κορώνεια, et Χαιρώνια, in oppidis Boeotiae mediterraneis, apud Ptol. L. III. c. 15. Haec Plutarchi natalibus clara. H.

h. *Infra Thebas)* An infra Boeotias Thebas? an vero etiam illud *infra Thebas*, nomen oppidi eſt in ora poſiti, quod Ὑποθήβας Homerus vocat, Iliad. β. in Catal. v. 12. Οἵτε Πλάταιαν ἔχον, ἠδ' οἱ Γλίσσαν ἐνέμοντο, Οἵθ' Ὑποθήβας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον. H.

i. *Ocalee,* etc.) Ὠκαλέη Homero, Il. β. in Catal. v. 8. vbi Didymus poſtea vocatam ait Ὠκάλειαν, Ἐλεὼν pagus Tanagricus, Straboni L. IX. p. 404. cui a paludibus nomen eſt. Homerus v. 4. Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε laudat. Σχοῖνος Thebis diſtat ſtadiis L. vt auctor eſt Strabo, L. IX. p. 408. Σκῶλος ſub Cithaerone eſt. Πετεὼν agri Thebani pagus, prope viam quae ducit Anthedona, εἰς τὸν Ἀνθηδόνα, Strabo, p. 410. Ὑρίη Homero, v. 3. et Suidae: Stephano, Ὑρία, πρὸς τὸν Εὔριπον: Eaedem Hyſiae Ὑσίαι appellatae a Pauſan. L. IX. Boeot. p. 545. et Strabone, p. 404. vbi Μυκαλησσὸς pagus Tanagricus dici-

ſion k.[1], Pteleon l., Olyros [2], Tanagra m. liber populus: et in ipſis faucibus Euripi, quem facit obiectu [3] inſulae Euboeae, Aulis n. capaci nobilis portu. Boeotos Hyantas o. antiquitus dixere. Locri deinde Epicnemidii cognominantur, olim p. Leleges

1. *Hyreſcon. Gr. et Al.* 2. *Ollarum. Cb.* 3. *obiecta inſula Euboea. M.*

dicitur, in via qua Thebis Chalcidem Euboeae itur. H.

k. *Hileſion)* Εἰλέσιον. Vide Not. et Em. N. XXXIX. (hic adi.) *Hileſion)* Εἰλέσιον cui ab ἕλος, hoc eſt a palude circum iacente factum nomen eſſe teſtatur Strabo, L. IX. p. 406. Meminit eius oppidi Homerus, Il. *β.* in Catal. v. 6. Nonnus quoque, L. XIII. Dionyſ. p. 354. cum Scolo, Thisbe, ceterisque, quae hic appellantur: Εἰλέσιον, καὶ Σκῶλον, ἁλικρηπῖδα τε Θέσβην etc. Quibus adducti teſtimoniis *Hileſion* hoc loco ſcripſimus cum prius *Hyreſeon* legeretur: quae vox nihili eſt. H.

l. *Pteleon, Olyros)* In MSS. *Pteleon, ollarum.* H.

m. *Tanagra liber populus)* Scribend. *Tanagra liber populus, et in ipſis faucibus Euripi quem facit obiecta inſula Euboea, etc.* Tanagram et Aulida in ora ponit, vbi Oropum pro Tanagra debuit. *Salmaſ.* pag. 148. b.

Tanagra) Ab Aulide ſtadiis 30 diſſitum Ταναγραίων πολίχνιον, Straboni, L. IX. p. 403. H.

n. *Aulis)* Αὐλίς portus inclytus ſtatione quondam mille nauium Agamemnoniae claſſis, inquit Liu. L. XLV. p. 580. et Mela, L. II. c. 3. Ne rudera quidem hodie Aulidis ſuperſunt. Solinus, c. 7. p. 23. *Euboea inſula laterum obiectu efficit Aulidis portum.* H.

o. *Hyantas)* Ὕαντας, Strabo, L. IX. p. 401. Iidem et Leleges olim appellati, ex eodem Strabone, Scymno, p. 24, et Solino, c. 7. p. 23. De Hyantibus multa Pindari Schol. p. 56. et 155. H.

p. *Olim Leleges)* Teſtis Heſiodi verſus, quem Strabo recitat L. VII. p. 322. Ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν. Pars hi fuere Boeotiae: Solinus l. c. *Boeoti iidem ſunt qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephiſſos amnis in maria conditur.* Ἐπικνημίδιοι porro a Cnemide monte oppidoque eius orae cognominantur: Strabo, L. IX. p. 425. H.

leges appellati, per quos amnis Cephissus q. defertur in mare. Oppida: Opûs r., vnde [1] et sinus Opuntius, Cynos, Phocidis in litore vnum Daphnûs. s. Introrsus in Locris, Elatea t., et in ripa Cephissi (vt u. diximus) Lilaea: Delphosque versus, Cnemis x. et Hyampolis. Rursus Locrorum ora, in qua Larymna y., Thronium z., iuxta quod Boagrius amnis defertur in mare. Oppida: Narycion a., Alope, Scarphia. Postea Maliacus sinus ab b. incolis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Opus, vnde Opuntiinus sinus Gr.*

q. *Cephissus)* De quo dictum est, sect. 4. H.

r. *Opûs)* Ὀπῦς, Ὀπῦντος Straboni p. 425. vbi et Ὀπῦντιος κόλπος, et Κῦνος Opuntiorum nauale, Κῦνος Homero in Catal. v. 38. Cynum Locridis, emporium Opuntiorum vocat Liu. L. XXVIII. p. 321. H.

s. *Daphnûs)* Δαφνῦς Straboni, p. 416. et 424. H.

t. *Elatea)* Ἐλάτεια Stephano et Appiano in Syriac. p. 98. Straboni p. 407. et Ptolem. L. III. c. 15. H.

u. *Vt diximus)* sect. 4. H.

x. *Cnemis)* Κνημῖδες χωρίον ἐρυμνὸν, munitum oppidum ap. Strabon. p. 226. Ὑάμπολις Hom. in Catal. v. 28. et Pausan. L. X. Phocic. p. 609. Straboni p. 416. Liuio quoque L. XXXII. p. 388. Vtraque versus Opuntem et Euboeam posita, procul et Delphis. Quamobrem haec verba, *versusque Delphos*, ad Lilaeam, mutata interpunctione, retulimus. H.

y. *Larymna)* Haec Locridis Larymna, inferior appellata, ad ostia Cephissi amnis. Strabo p. 405. Λάρυμνα. H.

z. *Thronium)* Id acceptum ex Homero, Il. β. in Cat. v. 40. Θρόνιόν τε Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. H.

a. *Narycion)* Νάρυξ et Ναρύκιον Stephano. Ἀλόπη deinde Straboni, p. 426. et Diod. Siculo, L. XII. Bibl. p. 101. Ἀλώπη Thuc. L. II. p. 117. Denique Σκάρφεια Λοκρίδος prope Thermopylas, Stephano et Appiano in Syriac. p. 98. H.

b. *Ab incolis)* Ab incolis, inquit, sinus hic nomen traxit. Ii Straboni Μαλιεῖς appellantur, L. IX. p. 416. H.

colis dictus: in quo oppida, Halcyone c., Econia, Phalara. d.

XIII. Doris deinde, in qua Sperchios e., Erineon f., Boion, Pindus, Cytinum. Doridis a tergo mons est Oeta. g.

XIV. Sequitur gg. mutatis saepe nominibus Aemonia: Eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, et Dryopis, semper a regibus cognominata.

c. *Halcyone, Econia)* Halcyoneusium vnicum, quod quidem sciam, monumentum exstat in nummo Seueri Imp. ex aere minore, qui in Parisiensi nostro Cimelio asseruatur, cuius epigraphe ΑΛΤΚΤΟΝΙΩΝ. De Econia nihil compertum. Atqui pro vtraque voce *Alalcomenen*, *Itoniamque* substituunt, confidenter nimium libris derogant fidem, vt indulgeant coniecturae. H.

d. *Phalara)* Φάλαρα a Stephano, πόλις Θετταλίας dicitur: cuius in confinio posita. In sinu Maliaco a Liuio collocatur L. XXXVI. prope Lamiam, Phthioticae Thessaliae oppidum, de quo mox. Φαλωριὰς Lycophr. v. 1147. H.

e. *Sperchios)* Ab amne cognomine, de quo statim dicemus. Σπέρχεια Ptol. L. III. c. 13. inter Echinum et Sperchii amnis ostia, in Phthiotide. H.

f. *Erineon*, etc.) Dorienses, inquit Strabo L. IX. p. 427. regionem incoluere, a quatuor vrbibus Tetrapolim appellatam. Vrbium haec nomina Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδος, Κυτίνιον. H.

g *Oeta)* Mela L. II. c. 3. *Nouissime calcatum Graio Herculi solum, Oetaeus saltus.* A Thermopylis et ortu Solis, ad occasum Ambraciumque sinum porrigitur. H.

gg. *Sequitur)* Transscripsit haec Solinus c. 8. p. 24. et Martianus, L. VI. cap. de Thessalia, p. 210. Αἰμονίαν ab Aemone rege Thessaliam appellatam esse, Strabo docet, L. IX. p. 443. et Dion. Halic. L. I. p. 49. et Hesych. et Steph. Πελασγίαν idem Stephanus, et Eustathius in Dion. v. 427. p. 61. Hellas, teste Pausania, L. III. Lacon. p. 201, ab Hellene rege dicta est: a Thessalo, Thessalia, ex eodem Strabone, et ex Velleio, L. I. p. 3. Δρυοπὶς Herodoto, L. I. Clio, n. 56. p. 21. De Dryope, vide Strabonem, L. VIII. p. 373. H.

nata. Ibi genitus Rex nomine Graecus, a h. quo Graecia: ibi Hellen i., a quo Hellenes. Hos eosdem Homerus k. tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, et Hellenas, et Achaeos. Ex his Phthiotae l. nominantur Dorida accolentes. Eorum oppida, Echinus m. in faucibus Sperchii n. fluminis. Ther-

h. *A quo Graecia)* Stephanus: Γραικός, ὁ Ἕλλην, ὁ Θεσσαλȣ̃ υἱός, ἀφ᾽ ȣ̃ Γραικοί, οἱ Ἕλληνες. Vide Not. et Em. N. XL. (hic adi.) *Graecus, a quo Graecia: ibi Hellen, a quo Hellenes)* Haud obſcure innuit Graecorum nomen, quam Hellenum, eſſe aliquanto antiquius. Conſentientem habet Apollodorum, L. I. de Diis, p. 27. Ἕλλην μὲν, inquit, ἀφ᾽ αὐτȣ̃, τȣ̀ς καλȣμένȣς Γραικȣ̀ς, προσηγόρευσεν Ἕλληνας. Vbi interpres Latinus: *Hellen de ſe Hellenas, qui poſtea Graeci vocati ſunt, nominauit.* Debuit ſic potius reddere, *qui prius Graeci vocabantur.* Hoc Tanaq. Faber, qui verſionem recenſuit, praetermiſit. Quod porro ad vocem Γραικὸς attinet, Heſych. Ῥαῖκος prius dictum opinatur, mox a Romanis addita litera Graecos nuncupatos: Ῥαῖκος, inquit, ἕλλην. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ γ προσθέντες, Γραικὸν φασι. H.

i. *Hellen)* De Hellene, Theſſaliae rege Pauſanias, in Achaic. L. VII. p. 396. Deucalionis filium facit Thucyd. L. I. p. 3. et Strabo, L. III. p. 432. Euſeb. quoque in Chronico p. 96 Ἕλλην υἱὸς Δευκαλίωνος, ἀφ᾽ ȣ̃ Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ μετεκλήθησαν. H.

k. *Homerus)* Iliad. β. in Catal. v. 191. vbi de Phthiae et Helladis incolis: Μυρμιδόνες δὲ καλȣ̃νται, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί. Vide etiam Strabonem, p. 433. H.

l. *Phthiotae)* Φθιῶται, regioque ipſa Φθιῶτις Straboni, p. 433. Hos Theſſaliae contributos eſſe iuſſit Auguſtus vt refert Pauſan. in Phocic. L. X. p. 622. H.

m. *Echinus)* Ἐχῖνος Phthioticae ditionis, apud Strab. l. c. in intimo Maliaci ſinus receſſu, apud Scymnum, p. 25. Κόλπος δὲ κεῖται Μαλιακός, ἐν τῷ μυχῷ Ἐχῖνος. In Conc. Chalced. *Petrus Echinienſis.* H.

n. *Sperchii)* Σπερχειὸς Straboni, l. c. et Ptol. L. III, c. 13. H.

Thermopylarum o. angustiae: p. quo [1] argumento IV. millia pass. inde Heraclea, Trachin dicta est. Mons ibi Callidromus: oppida q. celebria, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne.

XV.

1. *Aquarum argumento.*

o. *Thermopylarum)* Liu. L. XXXVI. p. 441. *Extremos ad orientem montes Oetam vocant: quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius quam sexaginta passus: haec vna militaris via, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Ideo Pylae, et ab aliis, quia calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur: nobilis Lacedaemoniorum adversus Persas morte magis memorabilis quam pugna.* Vide etiam Strabon. p. 428. H.

p. *Quo argumento)* Ob viarum asperitatem: est enim τραχὺς *asper.* Hinc Ἡράκλειαν Τραχῖνα dixerunt. Strabo, p. 429. Ab Hercule conditam Steph. ait, et Eustath. in Iliad. β. p. 320. H.

q. *Oppida celebria Hellas, Halos)* Male: iam enim a multo saeculorum numero desierat esse *Hellas* vrbs, et Plinius de oppidis, quae non amplius exstant, nunquam loquitur in praesenti, sed semper ait, *interiit* vel *fuit*: ergo legatur: *oppida celebria, Hallos, Halos*: quod quidam non concoquens mutauit in *Hellas. Palmer.*

Oppida celebria) Fuere, inquit, haec oppida quondam celebria, Ἑλλὰς, Ἄλος, Λαμία, Φθία, Ἄρνη. Vide Not. et Em. N. XLI. (paulo post) Φθία porro non regionis modo Phtiotidis nomen est, sed et oppidi: Eustath. in Il. β. p. 320. Φθία πόλις καὶ μοῖρα Θετταλίας. Ita etiam Stephanus. At non est regionis, sed reginae nomen illud in nummo, quem Seguinus vulgauit p. 85. secundae editionis. Caput est muliebre velatum. ΦΘΙΑΣ .)(. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΥΡΡΟΥ. Fulmen. Extincto rege Pyrrho, vidua eius regnum suscepit administrandum, pupilli tutrix (vt videtur) a marito constituta. Nam vt Plotina Traiani, Sabina Hadriani, similiaque cum dicuntur, non mater, sed coniux intelligitur: sic Phtia non Pyrrhi mater, sed coniux agnoscenda est: et vidua quidem, quod caput velatum docet. Λαμία Straboni, L. IX. p. 433. vnde Lamiaco bello nomen impositum est, quod anno proximo ab Alexandri obitu

XV. (VIII.*) In Thessalia autem Orchomenus, r. Mynyeus [1] antea dictus: et oppidum Almon s., ab

1. *Mynilus*, *Ch.* *Minyeus.* *Gr.*

bitu coeptum. In Notitia Ecclesiastica Prou. Thessalonicae, p. 23. Λαμία. Lamiam Liu. vocat, L. XXVII. p. 310. Ἄρνη denique Stephano Thessaliae vrbs dicitur, Boeotorum colonia, Ἄρνη πόλις Θεσσαλίας, ἄποικος τῆς Βοιωτίας. *Oppida celebria, Hellas, Halos, Lamia, Ethia, Arne)* Ita libri omnes tum impressi, tum manu exarati. Palmerius tamen in Exercitationibus, p. 321. *Hallos*, *Halos* legi oportere omni ope contendit, non *Hellas, Halos.* At praeter consensum exemplarium, perspicua res est ea nunc oppida commemorari a Plinio, quae Homerus ipse belli Troiani tempore claruisse scribit: e quibus Hellas, Halos, Phthia locum praecipuum obtinent: Nam Iliad. β. in Catal. v. 189. Οἵ θ' Ἄλον, οἵ τ' Ἀλόπην οἵ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο, Οἵ τ' εἶχον Φθίην, ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Vbi Eustath. p. 320. Helladem ait ab Hellene conditam: Ἄλον a quibusdam tenui spiritu signari, ab aliis denso: Ἕλλας δὲ ὑπὸ Ἕλληνος ἐκτίσθη -- τινὲς δὲ οἴονται δασύνεσθαι τὸν Ἄλον. Ac rursum p. 332. Strabonem ait duos in Thessalia fontes agnoscere, Messeida et Hyperiam, prope Hellada et Pharsala, πλησίον τῆς πόλεως Ἑλλάδος, καὶ Φαρσάλων. H.

* *Thessalia)* Gerbel. descrip. Graec. lib. II. pag. 41. Pancirol. super notic. lib. I. cap. 137. *Dalec.* v. Ind. Librr.

r. *Minyeus)* Ὀρχομενὸς Μινυεὺς, oppidum, de quo Pausan. in Boeot. L. IX. p. 597. ab Orchomeno Minyae filio, vnde Minyae Orchomenii appellati ciues, vt ab Orchomeniis Arcadicis distinguerentur. Thucyd. L. IV. p. 303. Ὀρχομένον τὸν Μινύειον πρότερον καλέμενον, νῦν δὲ Βοιώτιον. De oppido loquitur. Vide Not. et Em. N. XLII. (hic pos.) *In Thessalia autem Orchomenus, Minyeus antea dictus,* et *oppidum Almon)* Ita MSS. At Parm. editio. *In Thessalia autem amnis Orchomenus*, etc. Vt et amni et oppido commune id nomen esse existimetur, legique deinde oporteat, *et oppidum: Almon*, etc. Cui lectioni adstipulari videtur Homerus. Ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήιος εἰς ἅλα βάλλων. H.

s. *Almon)* Est et Almon Romae

ab aliis Salmon [1], Atrax t., Pelinna u.: fons x. Hyperia.

1. *Ab aliis Elmon, Gr. et Al.*

Romae fluuiolus, quo mater Deûm 6. Kal. April. lauatur. Lucanus I. *Et lotam paruo reuocant Almone Cybelen.* Claudianus in bello Gildonico: *Praelatoque lauas Phrygios Almone leones.* Brod. cap. 26. lib. II. Steph. Boeotiae vrbem esse ait Hellanicum laudans auctorem, qui tamen perperam Salmonem etiam dici velit. *Dalec.*

Almon) Eadem Μινύα dicta quondam, si Stephano fides, Μινύα, inquit, πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία. Vide Not. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *Almon, ab aliis Salmon)* Ita MSS. omnes Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. non, vt editi, *ab aliis Elmon.* Confirmat veterem scripturam Stephanus: Ἄλμων, inquit, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος, καὶ Σάλμων αὐτήν φησί. Etsi reprehenditur a Stephano Hellanicus. H.

t. *Atrax)* Ἄτραξ, et Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας, Stephano. Vicina Peneo amni, apud Strab. L. IX. p. 440. H.

u. *Pelinna)* Πελίνναιον Straboni, L. IX. p. 438. Pelinaeum Liu. L. XXXVI. p. 439. Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic ext.) *Pelinna)* Cum Pelinna reposuit Hermolaus, ait Pelicerius in Not. MSS. eum fecisse, contra librorum omnium fidem, vetustarumque editionum, Parm. Venet. etc. in quibus *Palamna*, pro *Phalanna* legitur: atque adeo contra ipsum Strabonem, qui L. IX. p. 440. iuxta Peneum flumen citata Atrace: *Phalanna*, inquit, *Perrhaeborum oppidum, haud procul Tempe, Peneo et ipsa assidet:* ἡ δὲ Φαλάννα Περραιβικὴ πόλις πρὸς τῷ Πηνειῷ πλησίον τῶν Τεμπῶν. At certe ea quae a Strabone Phalanna describitur, ipsa est quae a Plinio sect. 16. Magnesiae adiudicatur, vt suo loco ostendimus. Quamobrem locum hic habere Phalanna non potest, sed Liuii, Strabonisque Pelinnaeum, vt diximus: quod illi quidem circa Atracem, Larissam, Triccamque constituunt. Stephanus vero aliquanto disertius quam ceteri in Phthiotide: Πέλιννα, πόλις Θεσσαλίας, ἐν τῷ Φθιώτιδι. H.

x. *Hyperia)* Ὑπέρεια, Straboni L. IX. p. 432. in media Pheraeorum ciuitate, ex eodem, p. 439. atque ex Eustath. in Il. β. p. 332. Falli Hesychium putamus, qui Ὑπέρειαν ait esse τῶν Φαιάκων πόλιν καὶ κρήνην, cum nemo

ria. x. Oppida y., Pherae, quarum a tergo z. Pieris [1] ad Macedoniam protenditur, Lariſſa a., Gomphi b. Thebae c. Theſſaliae, nemus d. Pteleon: ſinus Pagaſicus. Oppidum Pagaſae e., idem poſtea Demetrias f. dictum, Tricca g., Pharſalici campi cum h. ciuitate libera, Cranon i., Iletia. k. Montes

1. *Pierus. Gr.*

nemo alius eius oppidi meminerit in eo tractu, ac Φεϱῶν κϱήνην dicere tantummodo debuiſſe videatur. H.

y. *Oppida Pherae, quarum a tergo Pierus, etc.)* Lege: *Oppida Pherae, quarum a tergo Pieris ad Maced. etc.* Salmaſ. pag. 152. b.

Pherae) Φεϱαὶ, in mediterraneo Theſſaliae, ἐν μεσογείᾳ Θετταλίας, p. 24. Horum meminit etiam Pauſan. L. II. Corinth. p. 127. Φεϱῶν τῶν ἐν Θετταλίᾳ. H.

z. *Pieris)* Vel Pieria regio, de qua ſect. 17. Male in libris editis: *Pierus*, quod montis nomen, de quo mox Plinius. H.

a. *Lariſſa, etc.)* Λάϱισσα, Theſſaliae oppidum, iuxta Peneum, Stephano, *Lariſſa Theſſalia*, Solino, c. 8. p. 24. H.

b. *Gomphi)* Γόμφοι, in Eſtiotis Theſſaliae gente apud Ptol. III. c. 13. et in Notit. Eccleſ. p. 32. Apud Scylacem, p. 24. Ἀμφίναιον, pro Γόμφοι νέον. H.

c. *Thebae)* Θήβη Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος, Stephano et Scylaci p. 24. In Conc. Sardic. *Modeſtus a Theſſalia de Thebis.* Maritimum emporium Theſſalorum Liuius vocat, L. XXXIX. p. 495. H.

d. *Nemus Pteleon)* Iuxta vrbem cognominem, quae Straboni L. IX. p. 433. et 435. Πτελεὸν dicitur. H.

e. *Pagaſae)* Παγασαὶ Straboni Pheraeorum nauale. L. IX. p. 436. a Pheris diſſitae ſtadiis XC. ſeu paſſ. XI. M. CCL. Sinui hodie nomen eſt *Golfe d' Armiro.* H.

f. *Demetrias dictum)* Exhauſta ciuibus vrbe Pagaſica, et Demetriadem transductis, a noui oppidi conditore Demetrio Poliorceta: Pagaſarum nomen antiquatum, Demetriadis appellatio inualuit. Strabo l. c. H.

g. *Tricca)* Τϱίκκα Ptolem. L. III. c. 13. in Eſtiotis, Theſſaliae gente, Τϱίκκη Homero in Catal. v. 236. et Heſychio. H.

h. *Cum ciuitate)* Φάϱσαλος Scylaci, p. 24. inter vrbes Theſſaliae mediterraneas. Hanc

tes Phthiotidis, Nymphaeus l., quodam topiario naturae opere ſpectabilis: Buzygaeus, Donaceſa, Bermius, Daphiſſa, Chimerion, Athamas, Stephane. In Theſſalia ſunt quatuor atque triginta: quorum nobiliſſimi, m. Cerceti [1], Olympus n., o. Pieris [2], Oſſa: cuius p. ex aduerſo Pindus et Othrys, Lapitharum ſedes: hi ad occaſum vergentes: ad Ortus [3]. Pelios: omnes theatrali modo inflexi, q. caueatis [4] ante

E 2

1. *Ceraci. Cb.* 2. *Pierus. Gr.* 3. *Ortum.* 4. *Sic quoque M. V. C. cuneatis Gr. et Al.*

Hanc Enipeus amnis praeterlabitur, vt auctor eſt Strabo, L. IX. p. 432. H.

i. *Cranon)* Κρανών Straboni, p. 441. et Stephano in iis campis, qui Tempe nominantur. H.

k. *Iletia)* Ptol. L. III. c. 13. in Pelaſgiotide, Theſſaliae regione, Ἰλέγιον, pro Ἰλέτιον. H.

l. *Nymphaeus)* An Τυμφρηστὸς Theſſaliae mons, cuius Strabo meminit L. IX. p. 433. Βέρμιος ὄρος meminere Ptolem. L. III. c. 13. et Strabo, L. VII. p. 338. Pro *Daphiſſa*, forte *Delphuſa* legendum. De ceteris adhuc nihil compertum. H.

m. *Cerceti)* Qui Ptol. L. III. c. 13. Κερκετήσιος dicitur: Liuio Cercetius in Theſſalia, L. XXXII. p. 387. Hinc corrigendus Liber Miſſorum Theodoſii, qui Cercerium vocat: *Epirus, Achaia, Attica, Theſſalia: Hae finiuntur ab oriente, mari Aegaeo: ab occidente, mari Adriatico: a ſeptemtrione, montibus Cercerio, Olympo, Pelio, etc.* H.

n. *Olympus, etc.)* Mela, L. II. c. 3. *Olympus, Pelion, Oſſa, montes gigantum fama belloque memorati. Hac Muſarum parens domusque Pieria,* etc. H.

o. *Pierus)* Πίερος et Πίεριον ὄρος Scholiaſtae Thucydidis, ad L. V. p. 352. H.

p. *Cuius ex aduerſo)* Hic Plinium pro ſuo more transſcribunt, Solin. c. 8. p. 24. et Capella, L. VI. c. de Theſſalia, p. 211. Πίνδος et Ὄθρυς ſimul ab Herodoto quoque copulantur L. VII. Polym. n. 129. De Lapithis, vid. Diod. Sic L. IV. Bibl. p. 271. H.

q. *Caueatis ante eos)* Hoc eſt, in interiacente campo clauſis. A theatri cauea, metaphora ſumpta. Vide Not. et Em. N. XLV. (hic poſ.) *Caueatis ante eos, - - vrbibus)* Haec

ante eos septuaginta quinque vrbibus. Flumina Thessaliae, Apidanus r., Phoenix, Enipeus, Onochonus, Pamisus [1]. Fons s. Messeis [2]. Lacus t. Boebeis. Et ante cunctos claritate Peneus u., ortus iuxta Gomphos: interque x. Ossam et Olympum nemorosa y. conualle defluens quingentis stadiis, dimidio [3] eius spatii nauigabilis. In eo cursu Tempe z. vocantur [4] quinque mill. passuum longitudine, et

1. *Lammissus. M. et Ch.* 2. *Nesson. V.* 3. *dimidio navigabilis. Spatia eius in eo. M.* 4. *vocant. M.*

Haec sincera lectio est tum codicum MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum vetustarum editionum, quas Frobenius prior interpolauit, vt *cuneatis* rescriberet. H.

r. *Apidanus*, etc.) Ἀπιδανὸς, Φοίνιξ, Stephano: Ἐνιπεὺς Straboni, p. 432. Pharsalum praeterlabitur: in Apidanum influit: Apidanus in Peneum. Ὀνόχωνος, Tzetzae, Chil. 9. v. 706. Herodoto, L. VII. Polymn. p. 423. n. 129. Ἀπιδανὸς, Ὀνόχωνος, Ἐνιπεὺς, καὶ Πάμισος. Phoenicem in Apidanum fluere, ait Vibius Sequester, p. 336. Ex Olympo labi Enipeum, Liu. L. XLIV. p. 559. Horum plerosque carmine complexus Ouid. Metam. L. I. v. 579. *Populifer Sperchios, et irrequietus Enipeus, Apidanusque senex etc.* H.

s. *Messeis etc.*) Μεσσηΐς, Straboni, L. IX. p. 434. Val. Flacc. L. IV. *Fleuit Amymone, flerunt Messeides vndae: Fleuit et effusis reuocans Hyperia lacertis.* De Hyperia diximus initio huius sectionis. H.

t. *Boebeis*) Βοιβηΐς palus Straboni, p. 436. Pheris vicina et oppidulo, cui Βοίβη nomen fuit. Meminit oppidi lacusque, Stephan. Ouid. Metam L. VII. *Iuncosaque littora Boebes.* H.

u. *Peneus*) Πηνειὸς Graecis: Hodie *Salampria.* H.

x. *Interque Ossam*) Ita Strabo, p. 430. H.

y. *Nemorosa conualle defluens*) Aulona vocat Herodotus libro VII. nempe angustum, oblongum, depressum locum. Rhod. cap. 5. 12. *Dalec.*

z. *Tempe*) A religione loci nomen hoc primum inditum est. Τέμπος Aeolibus idem est quod τέμενος, et lucum fanumque significat. Vnde Mela, L. II. c. 3. *Hic sacro nemore nobilia Tempe,*

Sequior

et ferme sesquiiugeri latitudine, vltra visum hominis attollentibus se dextera laeuaque leniter conuexis iugis [1]. Intus a. sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus auium concentu. Accipit b. amnem

 Orcon,

1. *iugis, intusue.*

Sequior deinde aetas amoena quaelibet loca Tempe appellauit. H.

a. *Intus sua luce viridante, allabitur Peneus viridis calculo)* Archetypum Tolet. *Intus vero luco viridante. Allabitur Peneus vitreus calculo.* Codex Salmant. *Hac labitur Peneus, etc.* Pint. Legendum: *intus sub luco viridante adlabitur Peneus vitreis calculis, amoeno circa ripas gramine, etc.* Salmas. p. 153. a.

Sua luce viridante) Ita MSS. Alii *renidente* malunt. Pintianus, *Peneus vero luco viridante:* Salmas. p. 153. *sub luco viridante.* H.

b. *Accipit amnem Euroton)* Sic quidem Hermolaus legit ex auctoritate Strabonis. Ceterum in Strabone ego non *Euroton* inuenio, sed *Eurotam*, eodem quo ille Lacedaemonius nomine. Innominatus autem scriptor apud Graecos, qui Strabonis Chrestomathias, hoc est, collectanea siue selecta composuit, vir doctus et accuratus, non *Eurotos* in Strabone, neque *Eurotas* legit, sed *Europos*, a quo magis sto: nam oppidum etiam est in Macedonia *Europos ad Axium amnem*, de quo paulo post *cap.* 10. Plinius, item Ptolemaeus et Stephanus. Titaresius hic ab Homero primo Iliados vocatur. Lucanus quoque noster in sexto: *Solus in alterius nomen cum venerit vndae Custodit Titaresius aquas.* Quo loco Hermolaus et Lucani interpretes fraudato fluuii nomine vna syllaba, *Titaresum* perperam legunt, non aduertentes, rationem versus defendi Synizesi, figura apud poetas vsitatissima. *Pintian.*

Accipit amnem Orcon) Quem alii Titaresium, alii Eurotam vocant, Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic pos.)

Accipit amnem Orcon) Barbarus *Euroton* reposuit, cum vbique prius constanter legeretur *Orcon:* tum in MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum in edit. Parm. aliisque; quo nomine Plutonium inferumque amnem, quia per hunc Dii iurare consueuerint (ὅρκον enim Graeci iusiurandum appellant) indicari modo

c. Orcon [1], nec recipit; sed olei modo supernatantem (vt dictum est Homero d.) breui spatio portatum abdicat; poenales aquas dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans.

XVI. (IX.) Thessaliae annexa Magnesia est, cuius fons Libethra. dd. Oppida: Iolcus e., Hormenium, Pyrrha,

1. Alias, Eurotam, vt apud Strabonem. Horcon. Ch. et Al. Europum. Strab. epit. vide Delr. super Sen. trag. par. vlt. pag. 469. Euroton Gr. et Al.

modo nullus dubito: alioqui, vndenam poenales eius aquae sint, quod mox subiicitur, dirisque genitae, non apparebit. De hoc ipso fluvio Homer. Iliad. β. in Cat. v. 262. vbi proprio eum nomine Τιταρήσιον vocat Ὅς ῥ᾽ ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ, Οὐ δὲ ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ. Ἀλλά τέ μιν καθύπερθε ἐπιρρέει, ἠΰτ᾽ ἔλαιον. Ὅρκου γὰρ δεινοῦ, Στυγὸς ὕδατός, ἐστιν ἀπορρώξ. Nam aquae Stygis, inquit, horrendique Orci, cuius est graue iuramentum, riuus est, Lucanus ex eodem Homeri loco, L. VI. v. 375. *Solus in alterius nomen cum venerit, vndae Defendit Titaresius aquas, lapsusque superne Gurgite Penei pro siccis vtitur aruis. Hunc fama est Stygiis manare paludibus amnem, Et capitis memorem, fluuii contagia vilis Nolle pati, superûmque sibi seruare timorem.* Εὐρώταν alioqui hunc amnem, et Τιταρήσιον appellauit Strabo, L. IX. p. 440. et post illum Eustath. in Il. β. p. 336. *Euroton* nemo. H.

c. *Euroton)* Τιταρήσιον vocat Strabo, et λιπαρὸν εἶναι scribit, ἐκ τινὸς ἰλύς, ὥστε οὐ συμμίγεσθαι. Bituminosus is liquor est, cuius pinguedine innatat. Homero I. Iliad. Titaresius etiam dicitur, vt et Lucano lib. VI. fontem hunc auctor vocat lib. LVII. cap. 2. *Dalec.*

d. *Homero)* Iliad. β. in Catal. v. 262. H.

dd. *Libethra)* Fons Libethrius, Magnesiae est, inquit Solinus, c. 8. p. 24. Τὰ Λίβηθρα Cononi apud Photium in Bibl. cod. 186. p. 452. Martiano, L. VI. p. 211. *Libetris.* Melae, L. II. c. 3. p. 32. *Hic Libethra, carminum fontes.* Λειβηθρίδες νύμφαι hinc dictae Straboni, L. IX. p. 410. H.

e. *Iolcus, etc.)* Ἰωλκὸς Straboni, p. 436. Ὀρμένιον eidem, et Ὀρμίνιον, p. 438. Hesy-

Pyrrha, Methone, Olizon. Promontorium f., Sepias. g. Oppida, h. Casthanaea [1], Spalathra i.: Promontorium Aeantium. k. Oppida; Meliboea l., Rhizûs [2], Erymnae: Ostium m. Penei, Oppida,

E 4 Homo-

1. *Castana Gr. et Al. Castanea. V. Castiana. M.* 2. *Rhisus, Erymne Gr. et Al.*

Hesychio Ὄρμηνος. Πύῤῥα. Phthiotidis promontorium est, p. 435. An pro Pyrrha, Πειρεσίαν locum hic habere possit, quam πόλιν Μαγνησίας vocat Scholiast. Apollonii ad librum II. Argon. v. 584. amplius considerandum. Μηθώνη Hom. Il. β. in Catal. v. 223. Ὀλίζων Straboni, p. 436. vnus e pagis Demetriadi contributis. H.

f. *Promontorium Sepias*) In eo promontorio Peleum cum Thetide, semel concubuisse, Achillemque genuisse tradit Euripides. Inde nata fabula est Apollodoro, Peleum cum ea in sepiam mutata rem habuisse. Rhodig. cap. 6. lib. XXIV. In mei Apollodori Biblioth. lib. III. non nisi in varias formas mutatae, ignis, aquae aut ferae cuiusspiam mentio fit. *Dal.*

g. *Sepias*) Σηπιὰς ἄκρα Ptolem. L. III. c. 13. Eustathio in Iliad. β. p. 327. Σηπιὰς ἀκρωτήριόν ἐν τῷ Ἰωλκῷ. H.

h. *Casthanaea*) Ita scripsi pro *Castana*. Κασθαναία. Herodoto L. VII. Polymn. p. 444. n. 173. Κασθάναια, Straboni, L. IX. p. 443. Lycophroni tamen Καστάναια, et Stephano et Melae, L. II. c. 3. *Castanaea*. Sub Pelio monte. H.

i. *Spalathra*) Vrbs maritima Magnesiae Σπάλαθρα Scylaci, p. 24. Stephanus, Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας, Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν αὐτὴν φησίν. H.

k. *Aeantium*) Αἰάντιον, Ptol. L. III. c. 13. H.

l. *Meliboea*) Μελίβοια, πόλις Θετταλίας, Stephano. Ῥίζὰς, πόλις Θετταλίας, eidem: Ἐρυμναὶ, Straboni, L. IX. p. 443. quae Scylaci p. 24. et Stephano Εὐρυμεναί. In radicibus Ossae montis sitam, ac super Demetriadem imminere Meliboeam auctor est Liu. L. XLIV. p 561. Item L. CCCXCV. Eurymenem alteram vocat. H.

m. *Ostium Penei*) In Thermaicum sinum excurrentis. Mela, L. II. c. 3. H.

Homolium n., Orthe o., Thespiae p., q Phalanna[1], r. Thaumacie[2], Gyrton s., Cranon, Acharne t., Dotion[3], Melitaea, Phylace[4]. Porro u. Epiri, Achaiae,

1. *Palinna. Ch. Thome. V. addit.* 2. *Thaumaciae Gr.* 3. *Dorion. Ch.* 4. *Phylace Potniae, Epiri Gr. et Al.*

n. *Homolium)* Ὁμόλιον Straboni l. c. ad Ossam, siue ad Ossae montis partem quam Ὁμολὸν vocat: Scholiastes Theocriti, Idyll. 6. v. 103. Dicaearchus p. 164. Ὁμόλην. Vltra Peneum a Scylace quoque locatur: Ὁμολία Μαγνητικῆς πόλεως, ἡ ἐςὶ παρὰ ποταμόν. H.

o. *Orthe)* Ὄρθην Homerus vocat Iliad. β. in Catal. v. 246. et Strabo, p. 440. H.

p. *Thespiae)* Thespiarum Thessaliae (nam et Boeotiae fuerunt) meminit Stephanus. At MSS. non *Thespiae*, sed *Iresiae* habent. H.

q. *Phalanna)* Orthen ipsam, inquit Strabo l. c. quidam pro Phalannaeorum arce accipiunt. Est autem Φάλαννα vrbs ad Peneum prope Tempe, Perrhaebicae quondam ditionis: sed inde ad Dolopas Athamanasque, Perrhaebi a Lapithis relegati. Haec Phalanna est, quam prope Gyrtonem Liuius collocat, L. XLII. p. 546. H.

r. *Thaumacie)* Θαυμακὲς Straboni, p. 434. Θαυμακία Stephano. Homero in Catal. v. 123. Θαυμακίη. Situm vrbis, causamque nominis Liuius eleganter describit, L. XXXII. p. 384. H.

s. *Gyrton, Cranon)* De Craononiis Gyrtoniisque Thucydides, L. II. p. 115. Γυρτώνιοι, Κρανώνιοι. Oppida, Γυρτὼν, Κρανὼν, Straboni, p. 442. H.

t. *Acharne, etc.)* Ita MSS. Ἀχάρνη Graecis. Δώτιον Stephano, Thessaliae vrbs dicitur: Μελίταια quoque, quam et Μελίτειαν a Theopompo appellari ait. Denique et Φυλάκη, πόλις Θετταλίας, quam Thebis Phthioticis proximam Strabo, p. 435. in ipso Othrye monte positam, auctor est Theocriti Schol. Idyll. 3. ad v. 45. H.

u. *Porro Epiri, Achaiae)* Vide Not. et Em. N. XLVII. (hic consp.) *Porro Epiri, etc.)* In editione Parm. *Ponio Epiri*, etc. *Potniae* reposuit Barbarus, etsi in Boeotia a Stephano collocantur. Nos *porro* legimus, vt sit illud periodi sequentis initium. *Porro Epiri* etc. Quod vero ad latitudinem spectat, quae CCLXXXVII. mill. passuum obtinere dicitur, Martianus, L. IX. cap. de Thessalia p. 211.

chaiae, Atticae, Thessaliae in porrectum longitudo quadringentorum octoginta mill. pass. traditur: latitudo ducentorum octoginta septem millium.

XVII. (X. x.) Macedonia y. postea centum quinquaginta populorum; duobus z. inclyta regibus, quondamque terrarum imperio, Emathia a. antea

E 5 dicta,

211. habet CCLXXXVII. ac soli Thessaliae hanc mensuram adiudicat: sed Plinium non intellexit: neque nunc aut primum, aut semel *Longitudo*, inquit, *Thessalide habet millia* CCCCLXXX. *Latitudo* CCXXXXVII. In deprauatos Plinii codices incidere Missi Theodosii, vt praefixa ei libro praefatio qualiscunque testatur, cum aliam longitudinis latitudinisque mensuram ex eo referunt: *Epirus*, inquiunt, *Achaia, Attica, Thessalia, - - patent in longitudinem* M.P. CCCCX. *in latitudinem* CCCLXXV. *iuxta Plinium Secundum in quinto* (Quartum dici certe oportuit) *in longitudinem* CCCCXXX (pro CCCCLXXX) in latitudinem CCCLXXXVIII. (pro CCLXXXVII.) Sic ipse Plinius L. II. s. 3. descriptioni Boeticae subiungit, *Porro longitudinem vniuersam eius, etc.* H.

x. *Macedonia)* De hac Nic. Gerbel. descrip. Graec. lib. II. Sigon. de ant. iur. prouinc. lib. II. c. 8. et Pancir. super notit. lib. I. c. 135. et Onuph. Panuin. de Imp. Rom. pag. 775. *Dalec.* vide Indic. Librr.

y. *Macedonia)* Hic pro suo more Plinium Solinus et Capella transscribunt: ille c. 9. p. 25. iste L. VI. c. de Macedonia, p. 211. Sic Mela, L. II. c. 3. p. 31. Macedoniam in quatuor prouincias fuisse diuisam nummi testantur inscripti, ΠΡΩΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ: ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, et ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Macedonum primae, secundae*, et *quartae* prouinciae, cum claua Herculis .)(. Herculis caput in altera nummorum parte est. Primus est apud Goltzium, Tab. XXII. Alter apud D. *de Boze*, vnum ex Academia Gallica, eumdemque Academiae Inscriptionum Secretarium perpetuum. Tertius apud D. Sherard, qui fuit Smyrnae Consul Anglicus. H.

z. *Duobus)* Philippo Graeciae domitore, et Alexandro etiam Asiae, Mela, l. c. H.

a. *Emathia)* Stephanus: Ἠμαθία, - - ἡ νῦν Μακεδονία. H.

dicta. Haec ad Epiroticas gentes in Solis occasum recedens post terga Magnesiae atque Thessaliae, infestatur a Dardanis. Partem eius septemtrionalem Paeonia ac Pelagonia [1] protegunt a Triballis. b. Oppida: c. Aege [2], in quo mos [3] sepeliri reges: Beroea d.: et [4] in regione quae Pieria appellatur a e. nemore, Aeginium. f. In ora Heraclea g., flumen Apilas. Oppida: h. Pydna [5], Aloros. Amnis Alia-

1. *Paflagonia. M.* 2. *Aegia. Ch.* 3. *sic ex MSS. Hard. conf. Ch. sepelire Gr. et Al.* 4. *et, in M. del.* 5. *Cinna. Eloros. V. Phina Oloros Gr. et Al.*

b. *Triballis)* Moesiae populis, de quibus libro sup. sect. 29. H.

c. *Aege)* Solinus quoque c. 9. p. 26. *Vrbem quoque condidit, quam dixit Aegan, in qua sepeliri reges mos erat.* De hoc more Athen. L. IV. p. 155. Diodorus in Excerpt. p. 267. Iustinus L. VII. c. 1. 2. aliique. Oppidum Αἰγαὶ, Athenaeo et Stephano appellatur. In MSS *Aegia*, Αἰγία quoque Theophrasto. L. de Ventis. Αἰγαία Ptol. L. III. c. 13. H.

d. *Beroea)* Βέῤῥοια, Ptolem. in Emathia, L. III. c. 13. Stephano, Βέροια. In Notitia Eccles. p. 21. Βεῤῥοια, pro Βέροια, vel Βέῤῥοια potius. In radicibus Bermii montis a Strabone collocatur, L. VII. p. 330. H.

e. *A nemore)* De Pieria silua, in quam Perseus a Paulo victus aufugit, Liu. L. XLIV. p. 571. H.

f. *Aeginium)* Meminere huius oppidi Liu. L. XXXII. p. 387. et Strabo, L. VII. p. 327. Αἰγίνιον. H.

g. *Heraclea)* Ἡράκλεια Μακεδωνίας, Stephano, Scylaci, p. 25. Ἡράκλειον. Fuit haec olim iuris Aetolici. Describitur a Liuio, L. XXXVI. p. 443. *Sita est Heraclea*, inquit, *in radicibus Oetae montis; ipsa in campo*, etc. Flumine Asopo allui deinde subiungit, quem Plinii esse Apilam credimus. H.

h. *Pydna)* Πύδνα. Vide Not. et Em. N. XLVIII. (paulo post) Ἄλωρος deinde Stephano, πόλις Μακεδονίας. *Oppida: Pydna, Aloros)* In MSS. Reg. 1. 2. etc. *Pygna, Doros.* In editis, *Phina, Oloros.* Sed de Oloro, postea. Interim *Pydna* priore loco legi oportere perspicuum est ex eo, quod ipsa a Ptolemaeo prope Ἀλιακμῶνος amnis ostia, perinde atque

Aliacmon. i. Intus k. Aloritae, Vallaei l., Phylacaei, Cyrrhestae m., Tyrissei. Pella n. colonia. Oppidum Stobi o. ciuium Rom. Mox p. Antigonea[1], Euro-

1. *Antigone. V. Antigonia. Gr.*

que a Plinio collocatur, L. III. c. 13. In Pieriae quoque regionis ora miritima, etiam et a Strabone in Excerpt. L. VII. p. 330. ἡ μὲν ἐν Πύδνα Πιερικὴ ἐςὶ πόλις. Eadem quoque Κύδνα appellatur a Theagene in Macedonicis, vt Stephanus auctor est: vnde et Mela L. II. c. 3. hunc tractum describens, *Inter Peneum*, inquit, *et Axium Cydne, Aloros.* De Aloro quoque, quam pro Oloro restituimus, adstipulatur emendationi nostrae Scylax, p. 25. Ἁλιάκμων ποταμὸς, inquit, Ἀλωρὶς πόλις, etc. H.

i. *Aliacmon)* Ἁλιάκμων Herod. L. VII. Polymn. n. 127. et Ptolem. L. III. c. 13. in Pieria. H.

k. *Intus Aloritae, etc.)* Ab oppido, vt quidem videtur, Aloro, de quo modo dictum est: horum regione, a mari introrsum recedente, atque in pagos aliquot distributa. H.

l. *Vallaei et Phylacaei)* A gemino Pieriae regionis oppido hi nomen habent: alterum Φυλακαὶ, Ptol. L. III. c. 13. Οὐάλλαι alterum appellatur. H.

m. *Cyrrhestae, Tyrissei)* Et his nomen dedere oppida duo Emathiae regionis apud Ptol. l. c. Κυῤῥὸς, (pro Κυῤῥὸς,) et Τύρισσα. Κυῤῥὸς est Thucyd. L. II. p. 169. A Cyrrho Syriae oppido, eiusdem nominis cum hoc Macedonico, Cyrrhestae quoque deriuantur. H.

n. *Pella colonia)* In nummo Hadriani apud Patin. p. 195 COL. IVL. AVG. PELL. *Colonia Iulia Augusta Pella.* Vetus fuit Macedonum regia, vbi Philippus et Alexander, nati et educati. Huius situm describit accurate Liu. L. XLIV. p. 571. Hodie τὰ Παλατίσια, hoc est, *parua Palatia*, Beroensium ditionis. H.

o. *Stobi)* Στόβοι Ptol. L. III. c. 13. in Pelagonia. Stobos Pelagoniae Liuius quoque nuncupat, L. XXXIII. p. 396. In Vespasiani nummo, ap. Patin. p. 142. MVNICIPI. STOBENSIVM. Vlpianus L. L. Dig. tit. 15. de Censibus, *Stobenses iuris Italici sunt.* H.

p. *Antigonea)* Stephanus quoque Ἀντιγόνειαν Macedoniae adiudicat, atque ab Antigono Gonatae F. conditam. In Mygdonia a Ptol. collocatur, L. III. c. 13. H.

Europus q. ad Axium amnem, eodemque r. nomine, per [1] quod Rhoedias s. fluit. t. Eordeae [2], Scydra u., Mieza x., Gordyniae. y. Mox in ora Ichnae z., fluuius Axius. a. Ad hunc finem Dardani b., Treres c., Pieres, Macedoniam accolunt. Ab hoc amne Paeoniae d., gentes: e. Paroraei [3], Eordenses,

1. *Aliud per, etc. V.* 2. *Phorbae. V.* 3. *Parocei. Ch.*

q. *Europus)* Εὔρωπος Ptol. l. c. in Matia, siue Macetia: et Stephano. H.

r. *Eodemque nomine)* Hoc est, eodem aliud nomine, scilicet *Europus*, in Almopiorum regione, ap. Ptol. L. III. c. 13. H.

s. *Rhoedias)* MSS. Rhodias. An Λυδίας, *Ludias*, quem Strabo L. VII. p. 330. ex palude fluere ait, quam Axius amnis implet, iuxta Pellam? Et Λυδίαν prope Axium Ptolemaeus agnoscit. H.

t. *Eordeae)* Ἐορδαῖαι geminae sunt Stephano, ambae Mygdoniae regionis, quae Macedoniae pars fuit. Eordeam vrbem appellat Liuius, L. XLII. p. 545. In Notitia Eccl. p. 21. Ἐορδέα. H.

u. *Scydra)* Σκύδρα Μακεδονικὴ πόλις, Stephano et Ptolemaeo, L. III. c. 13. in Emathia. H.

x. *Mieza)* Μίεζα Stephano, vbi Aristotelis ludus philosophicus, teste Plutarcho, in Alex. p. 668. Apud Ptol. in Emathia, Μύεζα, pro Μίεζα. H.

y. *Gordyniae)* Γορδυνία, Stephano vrbs Macedoniae. Ptolem. Γορδηνία, Thuc. L. II. p. 169. Γορτυνία. Vtrique corrupte. H.

z. *Ichnae)* Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας, Stephano. Ἴχναι Herodoto, L. VII. Polymn. p. 421. n. 123. H.

a. *Axius)* Ἀξιὸς ποταμὸς Straboni L. VII. p. 330. In Thermaicum sinum exit. H.

b. *Dardani)* Etiam Dardanorum vrbis in Macedonia positae meminit Liu. L. XXVI. p. 288. H.

c. *Treres)* Τρῆρες Thucydidi L. II. p. 166. et Πίερες, p. 168. Herodoto quoque Πίερες memorantur, L. VII. Polymn. n. 112. Scomium Treres incolunt, quo de monte dicemus inferius. H.

d. *Paeoniae gentes)* Quarum nomina mox recensentur. Regio haec latissime patuit, contigitque Moesiam et Triballos, vbi nunc Bulgaria est: quamobrem et pro Bulgaris nonnumquam accepti: Παίονες καὶ οἱ Βούλγαροι, inquit Tzetzes, Chil. 10. v. 186. H.

ſes f., Almopii g., Pelagones h., Mygdones. Montes i., Rhodope, Scopius k., Orbelus. l. Dein m. praeiacente gremio terrarum, Arethuſii n., Antiochienſes o., Idomenenſes p. q. Doberi [1], Aeſtraeenſes

1. *Doberes, Eſtrienſes. V. Herm. Doberienſes Gr. et Al.*

e. *Paroraei)* Παρωρεαῖοι Straboni L. VII. p. 326. Παρώρεια et Παρωρεία Stephano, Macedoniae vrbs. H.

f. *Eordenſes)* Ἐορδοὶ Herodoto, L. VII. Polymn. n. 185. p. 445. Ἐορδοὶ ἐκ τῆς Ἐορδίας, καὶ ἐξ Ἀλμωπίας Ἀλμῶπες, Thucydidi appellantur, L. II. p. 168. H.

g. *Almopii)* Ita MSS. omnes, non *Armopii.* Stephanus quoque Ἀλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας etc. cuius incolae Ἀλμῶπες et Ἀλμώπιοι. Et in Notit. Eccleſ. Prou. Macedoniae primae, Ἀλμοιπιὰ, pro Ἀλμωπία, p. 21. H.

h. *Pelagones,* etc.) Πελαγόνες, quorum regio Πελαγονία, et Mygdonum Μυγδονία. De priore Liu. L. XLV. p. 582. *Quartam Macedoniae regionem Eordei et Lynceſtae, et Pelagones incolunt: iuncta his Arintania, et Stymphalis,* etc. Eadem Tripolis eſt appellata, a tribus oppidis, Azoro, Pythoo, Doliche. Idem Liuius, L. XLII. p. 545. De poſteriore Stephan. Μυγδονία, μοῖρα Μακεδονίας. Mygdonum ditionis fuit Antigonea, de qua ſupra. H.

i. *Montes)* Ῥοδόπη τὸ ὄρος, Ptol. L. III. c. 11. H.

k. *Scopius)* Scomium Thucydides vocat, L. II. p. 166. et eſt monti Rhodopae adnexus: Σκόμιον ὄρος, ἔρημον καὶ μέγα, ἐχόμενον τῆς Ῥοδόπης. Hic Treres habitant, de quibus ſupra. H

l. *Orbelus)* Ὄρβηλος Macedoniae mons, Tzetzae, Chil. 11. v. 905. et Straboni in Epitome L. VII. p. 329. H.

m. *Dein praeiacente)* In meditullio Macedoniae ab ortu verſus occaſum fuſi. H.

n. *Arethuſii)* Ab Arethuſia dicti, de qua inferius hac ſect. H.

o. *Antiochienſes)* Ab vrbe Mygdoniae Antiochia, ad cuius ſimilitudinem in Adiabene Niſibin Macedones, Mygdoniae quoque Antiochiam cognominarunt, vt dicetur L. VI. ſect. 16. H.

p. *Idomenenſes)* Stephanus: Εἰδομένη, πόλις Μακεδονίας, In Notit. Eccl. Prou. Maced. p. 21. Ἰδομένη. H.

q. *Doberi, Eſtraeenſes)* Ab oppidis, quae Δόβηρος et Αἴστραιον Graecis. Vide Not. et Em. N. XLIX. (hic poſ.) *Doberi,*

ses [1], Allantenses r., Andaristenses s., Morylli ss., t. Garesci [2], Lyncestae u., x. Othryonei [3] et liberi Amantini y. atque Orestae z.; coloniae, Bulliden- ses,

1. *Trienses.* 2. *Garesti. Ch.* 3. *Othrionei. Gr.*

Doberi, Aestraeenses) In libris editis *Dobserienses, Trienses.* In MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Doberies, Trienses.* Nos fere cum Hermolao *Doberi, Aestraeenses,* Δόβηρες Herodoto non semel appellantur, L. V. Terpsichore, p. 294. n. 16. et L. VII. Polymn. p. 418 n. 113. Horum oppidum in Paeonia Thucydides collocat L. II. p. 167. Δόβηρον τὴν Παιονικήν. Stephanus quoque p. 241. Apud Ptol. L. III. c. 13. in Paeonia pariter Δήβορος. In Notit. Eccl. Prou. Maced. primae p. 21. Διόβορος. Vtrobique nomen in mendo iacet, pro Δόβηρος. Aestriensium vero, quos Ptol. l. c. Αἰστραῖοι vocat, oppidum ipsum Αἴστραιον ait nuncupari, de gentis nomine. Hadrianus apud Steph. verbo Ἀστραία; Οἵτ' ἔχον Ἀστραίαν τε, Δόβηρά τε. In Notit. Eccl. Prou. Maced. 2. p. 23. Εὐστράτιον pro Αἴστραιον. H.

r. *Allantenses)* Ἀλλάντη Stephano vrbs Macedoniae, cuius ciues Ἀλλάντιοι. H.

s. *Andaristenses)* MSS. R. 1. 2 Colb. 1. 2. etc. *Adaristenses.* Ptol. L. III. c. 13. in Pelagonia, prope Stobos, Ἀνδάριστον oppidum collocat. H.

ss. *Morylli)* Ab oppido Paraxiae regionis in Macedonia, apud Ptol. L. III. c. 13. quod Μορύλλος dicitur. H.

t. *Garesci)* Quorum oppidum in Orbelia Macedoniae regione, apud Ptol. l. c. Γαρίσκος. H.

u. *Lyncestae)* Quorum regio Λυγκηστὶς Ptol. l. c. ipsi Λυγκισταὶ Straboni, L. VII. p. 323. et Stephano appellati: Pelagonibus proximi. Λυγκεσταὶ Diod. Sic. L. XVII. Bibl. p. 533. Λυγκησταὶ Thucydidi L. II. p. 168. et eorum oppidum Λύγκος, L. IV. p. 307. H.

x. *Othryonei)* Forte ii qui montis Ὄθρυος, de quo sect. 14. auersa, seu partem borealem incolerent, ita nuncupati. H.

y. *Amantini)* Siue Amantes, siue Amantiani, vt Caesar appellat L. III. Bell. ciuil. De his egimus L. III. sect. 26. Amantiam vrbem Orestiadi regioni Ptolemaeus attribuit. H.

z. *Orestae)* Proxime hi Epirum contingunt, Molossis etiam gentis Epiroticae a Stephano contributi: Ὀρέσται, Μολοσσικὸν ἔθνος. Macedoniae, a Liuio, L. XXXIII. p. 400.

ses a., et Dienses b.: c. Xylopolitae [1], Scotussaei d. liberi, Heraclea Sintica, e. Tymphaei [2], Toronaei f. In g. ora sinus Macedonici [3] oppida Chalastra h., et

1. *Xilopolitae Gr.* 2. *Tymphei Gr.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Macedonica oppida. Tol. oppidum Gr. et Al.*

p. 400. vbi de libertate iis a T. Quinctio Flaminio concessae: *Orestis*, inquit, *Macedonum ea gens est, quod primi ab rege* Philippo *defecissent, suae leges redditae.* Ab Oreste matricida nomen Orestiadi regioni factum ait Strabo, L. VII. p. 326. Horum praecipuum oppidum Λακεδίκειαν vocat Thucyd. L. IV. p. 342. H.

a. *Bullidenses)* Βυλλὶς Ptolemaeo, in Elimiotarum regione, prope Dyrrhachium: maritimum oppidum est in Macedoniae finibus, quamobrem Illyrico plerumque accensetur: Stephanus Βύλλις, πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Vide quae diximus L. III. sect. 26. H.

b. *Dienses)* Δῖον κολώνια Ptol. L. III. c. 13. in Pieria Macedoniae regione. Item Stephano. Vlpianus, L. L. Digest. tit. 15. de censibus: *Dienses iuris Italici sunt.* H.

c. *Xylopolitae)* Ξυλόπολις in Mygdonia, Ptol. l. c. H.

d. *Scotussaei)* Σκοτοῦσσα Ptol. L. III. c. 13. prope Ἡράκλειαν Σιντικὴν, a regione in qua posita est, sic cognominatam. Haud procul amne Strymone collocatur Heraclea Sintice a Liuio, L. XLV. p. 581. Quamobrem in Notit. Eccles. p. 21. Ἡρακλεία Στρυμνȣ̃ vocatur. Incolae Σίντιες ἄνδρες Homero, vt refert Strabo in Epit. L. VII. p. 331. H.

e. *Tymphaei)* Diuersi hi plane a Tymphaeis Aetolorum populis, de quibus dictum est sect. 3. in Bisaltarum regione, aut certe inter Strymonem et Axium sedes hi habuerunt. H.

f. *Toronaei)* A Torone oppido, de quo inferius hac sect. Sic populos gentesque vno veluti orationis ductu perstringit, quorum deinde oppida singillatim, suo quaeque situ, appellat. Vide Not. et Em. N. L. (hic pos.) *Toronaei)* Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. in quibus *Toronaei* scribitur, non vt in editis perperam *Coronaei*, quos in hoc terrarum tractu nemo vetustiorum scriptorum agnoscit. H.

g. *In ora sinus Macedonici oppidum Chalastra)* Legendum ex apographo Tolet. *In ora sinus, Macedonica oppida Chala-*

et intus i. Phileros, Lete k.: medioque flexu litoris Thessalonica l., liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrachio cxiv. m. millia passuum Therme n. In Thermaico sinu oppida, Dicaea o., Pydna p., q. Derrha,

Chalastra, *etc.* Nec temere additum *Macedonica*, ob vicinitatem Thraciae et Macedoniae. Nam Stephanus Chalastram Thraciae contribuit non Macedoniae. *Pint.*

Sinus Macedonici) Antonomasticῶς hic sinus Macedonicus appellatur, quoniam e Macedonico mari effluit, vt ait Strabo, L. VII. p.323. Eum alii et ipse Plinius alias, ac plane modo, Thermaicum nominat, a Therme oppido: nunc vocant *le Golfe de Salonichi.* H.

h. *Chalastra*) Stephanus, Χάλαςρα πόλις Θρᾴκης περὶ τὸν Θερμαῖον κόλπον, in Thermaico sinu. H.

i. *Et intus Philoros*) Hoc est, longius a mari. MSS. Reg. 1. 2. etc. *Pyloros*, quod multo sincerius videtur, Πυλωρός. H.

k. *Lete*) Stephano, Λήτη, πόλις Μακεδονίας. Harpocrationi, Λιτή. Plin. L. XXXI. 46. *Litae.* H.

l. *Thessalonica*) Hodie *Saloniki.* H.

m. CXIV.) Polyb. ap. Strabon. L.VII. p.323. CCLXVII. per diuerticula, vt opinor, et anfractus viarum. H.

n. *Therme*) Θέρμη Stephano, vnde Thermaico sinui nomen. Ab hac transducti ciues fuere Thessalonicam, vnde a quibusdam ipsa Therme Thessalonica credita, vt a Strabone, L. VII. in Excerptis, p. 330. Tzetzes, Chil. 10. v. 175. vicum fuisse Thermen putat, ex quo deinde Thessalonica creuerit. H.

o. *Dicaea*, *Pydna*) Vide Not. et Em. N. LI. (hic pos.) *Dicaea*, *Pydna*, *Derrha*) In MSS. proxime appellatis, *Diceapadina*, quae Hermolaus in *Dicaea*, *Pydna* conuertit. Verum vt vt est de Dicaea, locum hic habere certe Pydna non potest, quam procul a Thermaico sinu in Pieria Macedoniae regione sitam esse superius vidimus, ex Ptolemaeo ceterisque. H.

p. *Pydna*, *Derrha*, *Scione*) Paullo post in mentione Pallenes reddetur *Scione.* Hic non *Derrha*, *Scione*, sed *Crestone* legendum puto, ex Herodoto in Polymnia. Meminit etiam Stephanus. *Pint.*

q. *Derrha*, *Scione*) Ita libri omnes. In Notitia Ecclesiastica Prou. primae Macedoniae, p. 21. Σέῤῥαι pro Δεῤῥαί. Incolae apud Thucydi-

rha [1], Scione [2]. Promontorium Canastraeum. r. Oppida: Pallene s., Phlegra. Qua t. in regione montes, Hypsizorus, Epitus, Halcyone, Leoomne [3]. Oppida tt.: Nyssos u., Phinelon [4], Mendae x.: et in

1. *Deris. V.* 2. *Crestone.* 3. *Sic ex MSS. H. Alchione Leromne Gr. et Al.* 4. *Nissos, Brygion, Eleon, Mende Gr. et Al. Phrix. Ch.*

cydidem, L. II. p. 169. Δεῤῥαῖοι. Forte huc pertinet et promontorium eiusdem nominis, quod prope Toronem, et Canastraeum a Ptolemaeo collocatur, L. III. c. 13. Δέῤῥις ἄκρα. De Scione in hoc tractu Mela, L. II. c. 2. Σκιώνη a Stephano Thraciae adsignatur, quemadmodum et ipsa Therme, et Pallene, de qua mox: quod ea loca diu Thraces tenuerint. In Pallenensi Isthmo, cum Potidaea Scione locatur a Thucydide, L. IV. p. 334. H.

r. *Canastraeum)* Καναστραῖον ἄκρον Ptolem. l. c. et Herodoto, L. VII. n. 123. H.

s. *Pallene, Phlegra)* In Phlegrae locum Pallene successit: quare a multis pro eadem habita. Herodot. L. VII. Polymn. n. 123. τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην. Eadem habet et Stephanus. H.

t. *Qua in regione)* In ora sinus Macedonici. H.

tt. *Oppida, Nisos, Brygion, Eleon, Mende)* Locus est corruptissimus, non minus in scriptis quam impressis codicibus. Diximus in Pomponium videri nobis legendum, *Sane, Aphitis, Scione, Mende,* ex Herodoto et Strabone in collectaneis. *Pint.*

u. *Nyssos, Phinelon)* Vide Not. et Em. N. LII. (hic consp.) *Nyssos; Phinelon, Mende.)* Sinceram codicum MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. scripturam exhibemus, quamquam nihilo saniorem, quam quae ab Hermolao excogitata est, nec vllo sat idoneo argumento constabilita, *Nisso, Brygion, Eleon.* Quamquam scio Βρύγιον a Stephano Μακεδονίας πόλιν appellari: sed neque situm commonstrat eius oppidi, neque quae sunt hoc tractu posita, vt Mende, Therme, Pallene, ceteraque eiusmodi, Macedoniae solet assignare, sed Thraciae. Quam ob causam *Nyssos* pro *Nisos* edi curauimus: quod Hesychius, p. 672. Νύσσαν et Νύσιον, siue Νύσσιον montem Thraciae vocat, cui cognominis esse ciuitas ea potuerit. Aestimandum porro aliis relinquimus, num locum hic habere possit *Eion*, Thraciae ciuitas, colonia Mendaeo-

in Pallenensi [1] Isthmo quondam Potidaea y., nunc Cassandria colonia: Anthemûs yy., z. Olophyxos [2]: zz. sinus

1. *Pallenes. Pint.* 2. *Holophyxos sinus, Mecyberna Gr. et Al.*

rum, cuius meminit Harpocration, p. 141. Ἠιὼν, πόλις Θρᾴκης, Μενδαίων ἀποικία, ex Thucydide. H.

x. *Mendae*) Μένδη, πόλις Θρᾴκης, Stephano. Thucyd. quoque L. IV. p. 334. Incolae Μενδαῖοι apud Athen. L. I. p. 29. et vinum Mendaeum. Melae, L. II. c. 2. *Mende.* At Pausaniae L. V. Eliac. prior. p. 334. Μένδαι, in Thracia. H.

y. *Potidaea*) Strabo in Excerpt. L. VII. p. 330. ἡ πρὶν μὲν Ποτίδαια, νῦν δὲ Κασσάνδρεια. A Cassandro Antipatri F. Nummus Neronis apud Patin. p. 115. COL. IVL. AVG. CASSANDRENS. Vlpian L. L. Digest. tit. 15. de Censibus. *Cassandrenses iuris Italici sunt.* De Pallenensi Isthmo, Mela eleganter admodum, L. II. c. 2. *Pallene,* inquit, *soli tam potentis, vt quinque vrbium sedes sit atque ager, Tota in altum abit: angusta satis vnde incipit. Ibi est Potidaea. At vbi laxius patet, Mende Scioneque referendae.* H.

yy. *Anthemûs*) Harpocration, p. 28. Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονική, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῆς, Ἀνθεμούσιοι. Item Stephano, et prius Herodoto L. V. Terpsich. n. 94. p. 325. H.

z. *Olophyxos*) Ὀλόφυξος πόλις ἐν Θρᾴκῃ, circa montem Athon, Steph. et Thuc. L. IV. p. 325. H.

zz. *Sinus Mecybernaeus*) Item postea Toronicus, a Torone oppido, appellatus: hodie *le Golfe d' Aiomana.* Vide Not. et Em. N. LIII. (paulo post) Μηκυβέρνη oppidum fuit, Scymno, p. 25. et Herodot. L. VII. p. 421. *Olophyxos, sinus Mecybernaeus. Oppida*) Ita sane legendum: non vt vulgo in libris ad hunc diem editis, *Olophryxos sinus, Mecyberna:* cum neque Olophyxos cuiuspiam sinus appellatio sit: et sequens vox, *oppida,* id quod proxime antecedit, non esse oppidum, abunde declaret. Est autem Mecybernaeus sinus, qui postea Mecyberna excisa Toronicus a Torone est cognominatus. Testis Mela L. II. c. 3. p. 31. *In litore,* inquit, *flexus Mecybernaeus inter promontoria Derrim, et portum, qui* Κωφὸς *dicitur: vrbes, Toronen et Physcellam: atque vnde ipsi nomen est, Mecybernam incingit.* Et paulo post expressius Scymnus Chius, p. 26. Εἶτ' ἐστὶ κόλπος λεγόμενος Τορωνικὸς, Οὗ πρότερον ἦν τις Μηκυβέρνη κειμένη.

nus Mecybernaeus. Oppida: a. Physcella [1], Ampelos b., Torone, Singos [2]: fretum, quo montem Athon Xerxes c. rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum M. D. Mons ipse a planitie excurrit in mare LXXV. mill. pass. Ambitus radicis centum quinquaginta mill. colligit. Oppidum d. in cacumine fuit Acrothon [3]: nunc sunt Vranopo-

 lis,

1. *Phiscella - Sitone Gr. et Al. Mycella. Ch.* 2. *Soggostedes. V. Siggostolos. Ch.* 3. *Acroathon Pomponio, Quidam leg. Acrothon, cuius incolae Macrobii cognominantur. Nunc sunt Vranopolis, Palaeo. Thys. Cleo Oppida Cas.*

μένη. Ἑξῆς Τορώνη τοῖς τόποις ὁμωνύμως. Quae sic latinus interpres edidit: *Deinde sinus est, Toronicum quem nominant, Vbi antea quae Mecyberna constitit, Ex quo Torona, quae loci est cognominis.* Haec cum sint adeo luce clariora, miror a recentioribus Geographis confidenter esse pronunciatum, diuersum plane a Toronico esse Mecybernaeum sinum. H.

a. *Physcella)* Haec Melae pariter memorata, L. II. c. 3. p. 31. H.

b. *Ampelos)* Eodem prorsus ordine Herodotus, L. VII. Polymn. n. 22. p. 421. Ἄμπελος, Τορώνη, Σίγγος, in Singitico sinu, qui hodie *le Golfe de Contessa.* Sic etiam Ptol. L. III. c. 13. Huius Singi incolae Σιγγαῖοι apud Thucyd. L. V. p. 356. H.

c. *Xerxes)* Haec Solinus a Plinio, c. 9. p. 25. Plinius ab Herodoto L. VII. Polymn. n. 24. p. 394. a quo et Mela, L. II. c. 2. *Qua continenti Athos adhaeret. Xerxe in Graios tendente, perfossus transiugatusque est, factus freto nauigabili peruius.* Fossam qua montem a continenti seiunxit, fretum vocant, quoniam ibi immissum mare ferveat. Athon hodie *Monte Santo* nominant. H.

d. *Oppidum in cacumine fuit Acrothon)* Notandum, post haec verba subsequi debere illa, quae per errorem paulo post ab imperitis librariis posita sunt: *cuius incolae Macrobii cognominantur,* ex Pomponio, Luciano, Solino. *Vint.*

Oppidum fuit) Interiisse significat, atque in eius locum Apolloniam esse suffectam, cuius incolae, vt prius Acrothoi, Macrobii cognominarentur. Mela l. c. *In summo fuit oppidum Acroathon: in quo, vt ferunt, dimidio longior, quam in aliis terris*

lis e., Palaeotrium f., Thyssus g., Cleone, Apollonia h., cuius incolae Macrobii cognominantur. Oppidum Cassera, faucesque alterae Isthmi i., k. Acanthus [1], Stagira, l. Sithone [2], Heraclea m., et regio Mygdoniae subiacens: in qua recedentes a mari, Apollonia n., Arethusa [3]. In ora rursus, o. Posidium,

1. *Acanthus, Singus, Suagyra, Sitone; Quidam legunt.* 2. *Sithonia. Pin.* 3. *Erechisa. Ch.*

terris aetas habitantium erat. Acrothon contracte pro *Acroathon* dicitur: ciues Ἀκρόθωοι, aut ipsum etiam oppidum a Thucydide appellatur, L. IV. p. 325. Acrothon Solino, c. 11. p. 31. Herod. L. VII. Polymn. n. 22. p. 394. Ἀκρόθοον, Θύσος, Κλεωναὶ. H.

e. *Vranopolis)* Ab Alexarcho condita, Cassandri Macedoniae regis fratre, vt refert Heraclides Lembus, apud Athen. L. III. p. 98. H.

f. *Palaeotrium)* In MSS. *Palaeorium*, Παλαιώριον, rectius. H.

g. *Thyssus, Cleonae)* Habet haec oppida praeter Herod. l. c. Thucyd. L. IV. p. 325. Θύσσον, καὶ Κλεωνὰς, καὶ Ἀκροθώυς, etc. Cleonas in Atho monte conditas a Chalcidensibus refert Heraclides in Polit. Chalcid. In nummo argenteo Alexandri M. eoque maximi moduli apud D. *de Broze* scriptum est ΚΛΕ. Κλεοναίων. H.

h. *Apollonia)* Quae, vt diximus, e ruinis Acrothoi creuit. H.

i. *Isthmi)* Quem duo sinus efficiunt, Singiticus, et Strymonicus, in radicibus montis Atho. H.

k. *Acanthus, Stagira)* Ἄκανθος καὶ Στάγειρος, Herod. L. VII. Polymn. n. 115. p. 419. et Thucyd. L. V. p. 356. Ἄκανθος καὶ Στάγειρα, Stephano, et Eusebio in Chronico ad Olymp. 31. Acanthos a fossa montis Atho stadiis septem dissita, teste Scymno, p. 27. Στάγειρα Philosophi patria. H.

l. *Sithone)* Circumiecta regio Σιθωνίη appellata, Mecybernam quoque, Olynthum, Toronenque complexa, vt auctor est Herodot. L. VII. Polymn. n. 123. H.

m. *Heraclea)* Diuersa, credo, ab ea quae superius Sintica appellata est. H.

n. *Apollonia)* Recedens a mari, sinuque Thermaico, versus occasum Ἀπολλωνία, et Ἀρέθουσα, πόλεις ἑλληνίδες, apud Scylacem, p. 25. Stepha-

dium, et ſinus p. cum oppido Cermoro q., Amphipolis r. liberum ¹, gens Biſaltae. Dein Macedoniae s. terminus amnis Strymon, ortus in Haemo. Memorandum, in ſeptem lacus eum fundi, priusquam dirigat curſum. Haec eſt Macedonia, terrarum imperio potita quondam: haec Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Caucaſum transgreſſa: haec in Bactris, Medis, Perſis dominata, toto Oriente poſſeſſo: haec etiam Indiae victrix, per veſtigia Liberi patris atque Herculis vagata: haec eadem eſt Macedonia, cuius vno die Paulus t. Aemilius

1. *Libera gens. V.*

Stephano, Ἀπολλωνία Μακεδονίας et Ἀρέθουσα Θρᾴκης. Hinc Arethuſii ſuperius memorati. In Amphaxitide, hoc eſt, in regione circa Axium amnem Ἀρέθουσα collocatur. H.

o. *Poſidium)* Ποσειδήϊον, Neptuni fanum. H.

p. *Et ſinus)* Qui ab influente amni olim Strymonicus apud Strabon. L. VII. p. 331. a vicino monte Atho, nunc *Golfo di monte Santo* dicitur: aliis tamen Saronicus, *Golfo di Conteſſa* dicitur. Singiticus ei proximus, *Golfo di monte Santo.* H.

q. *Cermoro)* Ita libri omnes. H.

r. *Amphipolis liberum)* Subintellige oppidum. Circumiacentis agri incolae Biſaltae appellati. Hinc apud Athenaeum L. III. p. 77. in codicibus emendatis legitur, περὶ τὴν Βισαλτίαν Ἀμφίπολιν. Diodoro, L. XII. Bibl. p. 118. Βισσαλτικοί. In muſeo noſtro Pariſienſi nummus ex aere: ΘΕΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΣΕΒΑϹΤΟϹ. In auerſa parte Europa tauro inſidet, vt vulgo creditur, cum epigraphe, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. H.

s. *Macedoniae terminus)* Ita Scylax, p. 26. et Martial. L. VI. cap. de Macedonia, p. 211. Στρυμών, Στρυμόνος Graece. H.

t. *Paulus)* Deuicto Perſeo Macedoniae rege. Vide Liu. L. XLIV. ſub finem, et initio L. XLV. A Paulo Aemilio has vrbes vna hora direptas ait Plutarchus in eius vita p. 271. Ἐν ὥρᾳ μιᾷ — ἑβδομήκοντα πόλεις πορθηθῆναι. H.

lius Imperator noſter ſeptuaginta duas vrbes direptas vendidit. Tantam differentiam ſortis praeſtitere duo u. homines.

XVIII. (XI. *) Thracia ſequitur, inter validiſſimas Europae gentes, in x. ſtrategias L diuiſa. Populorum eius, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextro y. latere Denſeletae z. et Medi, ad Biſaltas [1] vſque ſupra dictos: laeuo, Digeri a., Beſſorumque b. multa nomina ad Neſtum c. amnem Pangaei [2] montis [3] ima ambientem, inter

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Medi, Biſaltas vſque Gr. et Al.* 2. *ima. Pang. mont. Ch.* 3. *Orbeliae. Vet. ad.*

u. *Duo homines)* Alexander M. et Paul. Aemilius. H.

*. *Thracia)* Pancirolus ſuper Notit. lib. I. c. 132. Onuph. Panuin. Imp. Rom. p. 783. *Dalec.*

x. *In ſtrategias)* Στρατηγίας, Praefecturas. H.

y. *Dextro latere)* Meridionali. H.

z. *Denſelatae, et Medi)* De his egimus, ſect. 1. Plinium hic de more transſcribunt Solinus, c. 10. p. 27. et Martianus, L. VI. c. de Thracia, p. 211. H.

a. *Digeri)* Stephano, Δίγηροι, ἔθνος Θρᾴκιον, ex Polybii L. XIII. H.

b. *Beſſorumque)* Βεσσικὴ ςρατηγία, Beſſica Thraciae praefectura, ſupra Maedicam, apud Ptol. L. III. c. 11. Horum vrbs primaria Philippopolis: alias Coeletis, quae gens Beſſorum fuit, attributa. Eadem Beſſa fortaſſis vetuſta nomenclatione appellata: Beſſae enim in Thracia mentio, non in Itinerario modo Antonini, ſed et in lege 30. de Decurion. Cod. Theod. H.

c. *Ad Neſtum)* Νεςὸς, Νεσσὸς, Μεςὸς. Vide Not. et Em. N. LIV. (hic poſ.) Graecis hodie *Meſtro* appellatur. *Ad Neſtum amnem)* In magno nominum ambitu amnem hunc eſſe oportuit, quem Νεςὸν a Scymno Chio, p. 28. Pauſan. in Eliac. poſt. L. VI. p. 352. et Scylace, p. 26. Neſtum a Martiano: ab Ariſtotele hiſt. anim. L. VI. c. 31. p. 776. et L. VIII. p. 985. Νεσσὸν: Neſſum quoque a Liuio, L. XLV. p. 581. In MSS. omnibus Plinianis, Reg. 1. 2. Colb. et Pariſ. *Meſtum* appellari video. In nummo Caracallae, ΟΥΛΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC ΠΡΟC ΜΕCΤΩ. H.

inter Elethos d., Diobessos [1], Carbilesos: inde e. Brysas, Sapaeos f, Odomantes. g. Odrysarum [2] gens fundit [3] Hebrum h., accolentibus Cabyletis i.,

F 4 Pyro-

1. *Diobesos Gr. et Al.* 2. *'Othrysarum. V.* 3. *infundit. Gr.*

d. *Elethos, etc.)* Λεαίους videtur hos appellasse Thucydides, L. I. p. 166. Diobessos vero Δίες, p. 165. qui Diobessi nunc cognominantur, quoniam Bessorum, vt dictum est, plura sunt nomina. Carbilesi qui fuerint, non liquet. Nisi Κάβησος, quam Thraciae vrbem fuisse Hesychius prodidit, locum hic habere possit. H.

e. *Inde Brysas, Sapaeos, Odomantes, Odrysarum, etc.)* Lege: *Inde Brysas, Sapaeos, Odomontes. Odrysarum gens fundit Hebrum, accolentibus Carbiletis, Pyrogeris, etc.* Salmas. p. 158. b. *Gr.*

Inde Brysas) Qui Stephano Βρύκαι, ἔθνος Θρᾴκης. Vide Not. et Em. N. LV. (hic adi.) *Inde Brysas)* Ita MSS. etiam ipsi. Sed Brygas forte rectius tum ex Strabone L. VII. p. 295. tum ex ipso Plinio, L. VI. f. 41. qui Phrygas Thracium genus esse prodiderunt, Brygas appellatos. Brysas tamen [etiam Heraclides laudat, in Polit. Coorum: et ab iis mellificii rationem inuentam tradidit. H.

f. *Sapaeos)* Qui Σάπαι, et Σάπαιοι Stephano. Horum vrbes Aenos, Cypsela, Bisanthe, etc. Σαπαῖοι Appiano, L. IV. bel. Ciu. p. 650. H.

g. *Odomantes)* Ὀδομάντιοι, ἔθνος Θρᾴκης, Stephano. Ὀδρύσαι quoque, quorum et Dio meminit, L. LI. p. 462. Martianus, p. 212. *Hebrum Odrysiae niues complent.* Odomanticae regioni Amphipolim Ptolem. assignat, L. III. c. 13. quam Bisalticae ditionis esse diximus: Bisaltiae eidem Odrysas Tzetzes adscribit, Chil. I. v. 303. ἐξ Ὀδρυσσῶν πατρίδος Βισαλτίας. H.

h. *Hebrum)* Ἕβρος amnis, Ptol. L. III. c. 11. Nunc *Mariza.* H.

i. *Cabyletis, Pyrogeris)* Vide Not. et Em. N. LVI. (hic consp.) *Pyrogeris)* Etsi vulgatam scripturam intactam exhibemus, quam MSS. codices tueri videntur, haud leuis tamen suspicio est *Pyrgoceris* legi oportere. Seu permutatis syllabis, quod eodem recidit, *Cereopyrgis.* Est enim inter Episcopatus Prouinciae Rhodopes in Notit. Eccl. p. 21. Κερεόπυργος. Sed adhuc certior forte coniectura videtur de Cabyletis, (hactenus *Carbiletis* legebatur)

Pyrogeris, Drugeris, Caenicis k., Hypsaltis l., Benis m., Corpillis n., Bottiaeis o., Edonis. p. Eodem q. sunt in tractu Selletae r., Priantae s., Doloncae t., Thyni tt., Coeletae u. maiores Haemo, mino-

tur) nam Cabylen oppidum inter Bessos Danubiumque, cepisse Lucullus dicitur, ab Eutropio, L. VI. p. 788. Κάβυλα est Phauorino. H.

k. *Caenicis*) Quorum Καινικὴ ϛρατηγία, Caenica Thraciae praefectura, apud Ptol. L. III. c. 11. Oppidum Bizya, de quo inferius. Stephanus ex Apollodoro, Καινοὶ, ἔθνος Θρᾴκιον, *Caeni* Liuio, L. XXXVIII. p. 481. H.

l. *Hypsaltis*) Qui Stephano Ὑψηλῖται, κατοικία Θρᾴκης, Thraciae praefectura, verbo Ὕψηλις. H.

m. *Benis*) Horum Βεννικὴ ϛρατηγία, Bennica Thraciae praefectura, Ptol. l. c. Oppidum Βέννα, siue Βένα Stephano. H.

n. *Corpillis*) Κορπιλλικὴ praefectura Thraciae, apud Ptol. l. c. Vide Not. et Em. N. LVII. (paulo post.) Horum vrbs Perinthus fuit, et Ganos, et Apros. *Corpillis*) Apud Appian. L. IV. de bell. Ciuil. p. 650. Τέπιλοι pro Κόρπιλλοι corrupte legitur, Apud Stephanum quoque mendose ΚΟΛΠΗΛΟΙ. H.

o. *Bottiaeis*) Βοττιαῖοι dicuntur Herod. L. VII. Polymn. n. 185. p. 445. et Thucyd. L. I. p. 38. Laudatur Aristotelis opus de Politia Βοττιαίων, a Plutarcho in Theseo, p. 6. H.

p. *Edonis*) Ἠδωνοὶ Stephano, ἔθνος Θρᾴκης. Regio Ἠδωνικὴ, oppidum Δράβησκος Thuc. L. I. p. 66. Horum vrbes apud Ptolem. L. III. c. 13. Oesyma, et Neapolis, de quibus inferius. H.

q. *Eodem sunt in tractu*) Hoc est, Hebrum perinde accolunt. H.

r. *Selletae*) Praefectura Σελλητικὴ Ptol. L. III. c. 11. Horum oppidum fuit colonia Deultum, de qua inferius. Neque Dionis Σιαλέται, L. LIV. p. 545. neque Stephani Συαλίται, huc pertinent, sed supra Byzantium reiiciendi. H.

s. *Priantae*) Solino quoque Priantae dicti. Haec Βριαντικὴ regio appellata ab Herod. L. VII. Polymn. p. 418. vbi Xerxis iter a campo Dorisco, de quo mox, describitur. H.

t. *Doloncae*) Δόλογκοι Stephano, Solino *Dolonci*, c. 10. p. 27. A Dolonco rege nomen factum ait Eustathius, in Dionys. v. 323. p. 46. h. H.

tt. *Thyni*) De his dicemus, L. VI. f. 41. H.

u. *Coeletae*) Coeletae quo-

minores Rhodopae subditi. Inter quos Hebrus amnis: Oppidum v. sub Rhodope Poneropolis x. antea, mox a conditore Philippopolis, nunc a situ Trimontium [1] dicta. Haemi y. excelsitas sex mill. passuum subitur. Auersa z. eius et in Istrum deuexa Moesi, Getae, Aorsi [2], Gaudae a., Clariaeque: et sub iis Arraei b. Sarmatae [3], quos Areatas c. vocant, Scythaeque: et circa Ponti litora Moriseni d.,

F 5 Sitho-

1. *Termontium. V.* 2. *Aoti. Gr.* 3. *Arraei, Sarmatae, distinctim. Gr.*

quoque Liuio appellati, L. XXXVIII. p. 481. Iidem *Coelaletae*, Tacito Annal. L. III. p. 82. sed corrupte. Κοιλητικὴ ϛρατηγία, seu praefectura, Ptolemaeo, L. III. c. 11. H.

v. *Oppidum*) Coeletarum scilicet. H.

x. *Poneropolis* etc.) Sic ante Plinium Theopompus L. XIII. Philippic. teste Suida, verbo Δȣ́λων πόλις. Sic appellata, quod pessimi quique (πονηρȣ̀ς Graeci dicunt) in eam transducti. A Philippo Macedone nomen habet, vt auctor est Stephanus: non a Philippo Imper. vt quibusdam visum est. Commodi nummus in Museo Parisiensi ΦΙΛΙΠΠΟ ΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nunc *Philippopoli.* A triplici monte cui insidet, etiam Ptolemaeo, L. III. c. 11. Τριμόντιον. H.

y. *Haemi excelsitas*) Haemus hodie Turcis Balkam, Sclauonibus Konnuila, Kumoviza, Ortel. vbi plura. *D.*

Haemi) Αἷμος Ptolem. L. V. c. 11. aliis Αἶμος. Parem ei monti excelsitatem tribuit Solinus, c. 10. p. 27. et Martianus, L. VI. c. de Thracia, p. 212. Vide quae diximus L. VI. s. 65. Plerisque nunc *Cadena del mondo* nuncupatur. H.

z. *Auersa eius*) Terga dixit Martianus, hoc est, partem moutis borealem, et quae ad Istrum vergit. De Moesis diximus L. III. s. 29. De Getis et Aorsis dicemus libri huius s. 25. H.

a. *Gaudae, Clariaeque*) MSS. omnes, *Dariaeque.* H.

b. *Arraei, Sarmatae*) Vbi nunc Bulgaria esse creditur. H.

c. *Areatas*) Forte pro *Areotas*, Ἀρειώτας, Martios, bellicosos: vel potius Aroteres, vt sit illud Scytharum genus, quod Tomos olim Calatimque tenuisse paulo post dicetur. H.

d. *Moriseni*) In Notitia Eccl. Hieroclis, vt appellant, inter

Sithoniique e. Orphei f. vatis genitores obtinent. Ita g. finit Ister a septemtrione: ab ortu Pontus ac Propontis: a meridie Aegaeum mare: cuius in ora a Strymone, Apollonia h., Oesyma i., Neapolis, [1]Datos. k. Intus Philippi l. colonia: absunt a Dyrrachio

1. *Batos.* Ch *Pastos Gr. et Al.*

inter ciuitates episcopales Thraciae Μόριζος scribitur. H.

e. *Sithoniique*) Regio Σιθωνία Stephano. Sed longe haec disiuncta a Sithonia Herodoti, de qua superius diximus. Haec in qua versamur montuosa, et Ponto proxima, ostiique Danubii, in Bulgariae finibus. De hac cecinit Virgil. Ecl. X. v. 66. *Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus, Sidoniasque niues hiemis subeamus aquosae.* H.

f. *Orphei vatis*) Quem Ciconum regem, Rhodopesque montis incolam fuisse ferunt, circa Hebrum amnem. Plinium Solinus hoc etiam loco, et Capella describunt. H.

g. *Ita finit*) Hi Thraciae limites, inquit. Nunc enim, perstrictis antea cursim raptimque populis ac gentibus, singula deinceps oppida designare aggreditur. H.

h. *Apollonia*) Inter amnes Neston et Strymona positam fuisse in ora, Mela prodit L. II. c. 2. Haec Apollonia Ionum in Thracia videtur esse, quam Stephanus appellat Ἀπολλωνίαν τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἰώνων. H.

i. *Oesyma*) Οἰσύμη ἐν Θρᾴκῃ πόλις, Scylaci, p. 26. et Harpocrationi, ex Antiphonte. Νέαν πόλιν haud procul Philippis sitam agnoscit Dio, L. XLVII. p. 348. Vtramque locat in Edonide, quam Macedoniae adscribit, Ptol. L. III. c. 13. Notit. Eccl. antiqua in prouincia primae Macedoniae, p. 21. Νέα πόλις. Memoratur in Act. c. XVI. 11. H.

k. *Datos*) Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic pos.) *Oesyma, Neapolis, Datos*) In MSS. omnibus et ed. Parmensi *Batos.* Nos *Datos* cum Hermolao: sed certioribus, quam ille habuerit, argumentis ducti. Nam praeter Herodot. qui L. IX. Δάτον ait esse oppidum Edonidis regionis, praeter Suidam et Harpocrationem, qui Δάτον Thraciae adiudicant: Scylax in Periplo p. 26. hunc ipsum terrarum tractum, atque haec ipsa oppida persecutus, eodem habet ordine: Νεάπολις, Δάτον πόλις ἑλληνὶς, καὶ ποταμὸς Νεςὸς, Ἄβδηρα

rachio cccxxv. mill. paff. m. Scotufa [1], Topiris n., Nefti amnis oftium. Mons Pangaeus. o. Heraclea p., Olyn-

1. *Ciuitas. Vet. addit.*

ρα πόλις, etc. Placuerat nihilominus quibusdam *Paftos* hoc loco fubftituere: et quoniam apud Ptolem. L. III. c. 11. inter Thraciae praefecturas, Ἀςικὴ, hoc eft, *Vrbana* numeratur, vt coniecturae fuae fuffragatorem haberent, addita literula corruperunt, et Παςικὴ commenti funt, otiofe an malitiofe? De Aftice regione, hac ipfa fectione Plinius. H.

l. *Philippi colonia) Philippos, quae eft primae partis Macedoniae ciuitas, colonia,* dixit Lucas in Act. c. XVI. 12. Hi funt Philippenfes, Pauli epiftola nobilitati. Hic campi Philippici, vbi Caffius et Brutus deuicti. Dio, L. XLVII. Virg. L. I. Georg. v. 489. *Ergo inter fefe paribus concurrere telis Romanas acies iterum, videre Philippi.* Hoc eft, fecundo eas Philippi confligere viderunt, vti iam viderat eas inter fefe concurrere primum Pharfalia. Pergit enim idem: *Nec fuit indignum fuperis, bis fanguine noftro Emathiam et laetos Haemi pinguefcere campos.* Hoc eft, femel Emathiam, fiue Macedoniam, vbi Pharfalia eft: femel Thraciam, vbi campi montis Haemi et Philippi. Easdem enim Tabulas Geographicas Virgilius et Plinius vbique fequuntur: et Philippos Thraciae ambo adfcribunt. Lucas autem in Macedonia, fed extima, quae prius Thraciae fuit, vfque ad amnem Strymonem: et vnde iter Apoftolo fuit Amphipolim et Apolloniam, et inde Theffalonicam, Act. c. XVII. quod cum Pliniana defcriptione mirifice conuenit. Celfus, L. L. Dig. tit. 15. de cenfibus: *Colonia Philippenfis iuris Italici eft.* Nummus Claudii apud Patin. p. 99. COL. AVG. IVL. PHILIP. DIVVS AVG. H.

m. *Scotufa)* Ab eo diuerfam effe neceffe eft, de qua diximus fect. fup. H.

n. *Topiris)* Τοπιρὶς Ptol. L. III. c. 11. Aliis Τοπηρὸς: in nummis quos citat Holften. p. 114. ΤΟΠΙΡΟΥ et ΤΟΠΕΙΡΟΥ. In Notit. Eccl. Prou. Rhodopes, p. 21. Τὸ πυρὸς, (diuulfa perperam voce, pro Τοπυρὸς,) νῦν Ῥέσιον. H.

o. *Pangaeus)* Παγγαῖον ὄρος. H.

p. *Heraclea)* Sintica appellata fup. fect. fub monte Pangaeo. H.

Olynthos. q. Abdera r. libera ciuitas; ſtagnum Biſtonum s. et gens. Oppidum fuit t. Tirida[1], Diomedis equorum ſtabulis dirum. Nunc ſunt u. Dicaea[2], Iſmaron x.: locus Parthenion y., Phaleſina, Maro-

1. *Tyrida. Ch. Tinda Gr. et Al.* 2. *Dicaeae Gr. et Al.*

q. *Olynthos)* Ὄλυνθος Graecis ad Sithoniam regionem pertinens, de qua egimus ſup. ſect. Herod. L. VII. Polymn. n. 123. H.

r. *Abdera)* Τὰ Ἄβδηρα, ad Neſtum amnem, Herod. L. VII. Polym. p. 422. Democriti patria. Incolae ſtupori mentis obnoxii, locum dedere paroemiae, *Abderitica mens.* Vnde Martialis: *Abderitanae pectora plebis habes.* Libertatem Abderitis reſtitutam narrat Liuius, L. XLIII. p. 551. H.

s. *Biſtonum)* Βιςονὶς λίμνη Ptol. L. III. c. 11. Accolae Βίςονες Stephano, et Herod. L. VII. Polym. p. 418. n. 110. H.

t. *Fuit Tirida)* Interiiſſe id oppidum hac loquendi forma innuit. Vide Not. et Em. N. LIX. (hic poſ.) *Fuit Tirida)* Ita reſcripſimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. vetuſtiorumque editionum ante Hermolaum, qui *Tinda* reſcripſit ex Steph. Is enim Τίνδη, inquit, Θρᾴκης Χαλκιδικὴ πόλις. Verum eſt haec Chalcidice Macedoniae regio, quae quicquid eſt terrarum, circa montem Athon, Singon, Achantonque complectitur, teſte Ptol. L. III. c. 13. quo in tractu Tinda a Stephano collocatur, hoc eſt, a Diomede, et equorum ſtabulis longiſſime, vt nihil cum iis potuerit habere commune. Et Hermolaum tamen Salmaſius ſequitur: nec veretur Solinum, Capellamque erroris arguere, qui et ipſi a Plinio *Tirida* accepere. Mela L. II. c. 2. turrim ibi ſolum ſupereſſe prodidit: *Regio vlterior, inquit, Diomedem tulit, immanibus equis mandendos ſolitum obiectare aduenas, et iisdem ab Hercule obiectum. Turris quam Diomedis vocant, ſignum fabulae remanet, et vrbs quam ſoror eius ſuo nomine nominauit, Abdera.* H.

u. *Dicaea)* Δίκαια, πόλις Θρᾴκης, Stephano. Δικαιόπολις dicitur ab Harpocratione prope Abdera. H.

x. *Iſmaron)* Ἴσμαρος Thraciae oppidum in Ciconum regione, Scymno teſte et Stephano. Ibi et mons oppido cognomine, de quo Virg. Georg. L. II. *Iuuat Iſmara Baccho Conſerere.* H.

Maronea z., prius Ortagurea a. dicta. Mons, Serrium b., et Zone c., tum d. locus Doriscus decem r mill.

1. *Centum viginti*, *V*.

y. *Parthenion)* Stephanus: Παρθένιον, πόλις Θρᴀ́κης. H.

z. *Maronea)* Μαρώνεια, Thraciae oppidum Harpocrationi. Mela, L. II. c. 2. p. 30. *Tum Nestos fluuius, et ripis eius adiacens Maronea*. Hinc vinum Maroneum, de quo L. XIV. sect. 6. H.

a. *Ortagurea)* Forte *Orthagorea*, ab Ὀρθαγόρας Bacchi comite, quem Arist. appellat in Ἐκκλης. p. 751. H.

b. *Serrium)* Σέῤῥειον ὄρος Appiano, L. IV. bell. Ciu. p. 648. Σέῤῥειον ἄκρη Herod. L. VII. Polymn. p. 406. et Steph. Hic Ciconas idem Herodotus, Serrheum castellum Liu. statuit, L. XXXI. p. 372. H.

c. *Zone)* Ζώνη, Ciconum oppidum, Stephano. Mela, L. II. c. 2. *Serrium, et quo canentem Orphea secuta narrantur nemora, Zone*. H.

d. *Tum locus Doriscus*, CXX. *millia hominum capax)* Sic legunt alii, sed vtrumque exemplar rectius, *decem millia hominum capax*. Nota est apud Herodotum historia dinumerati a Xerxe, apud Doriscum Thraciae, exercitus per myriadas, hoc est X. M. Ammianus quoque Marcellinus libro duodeuigesimo: *Quousque nobis Doriscum Thraciae oppidum, et agminatim intra consepta exercitus recensitos Graecia fabulosa numerabis?* Pint.

Doriscus) Δορίσκος, Herodoto l. c. et Harpocrat. Mela, l. c. *Trans Hebrum Doriscos, vbi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum ferunt*. Vide Not. et Em. N. LX. (hic colloc.) *Doriscus decem millium hominum capax)* Animaduertit Pelicerius in Not. MSS. codices manu exaratos ita prae se ferre: *Doriscus X. hominum*, quod ipse suppositâ denarii notae lineola, decies centena millia significare ait, quot Xerxes in suo exercitu habuisse traditur. At neque hanc lineolam superpositam MSS. exhibent: et si exhiberent, temere ab Amanuensibus adiectam putarem. Nam decem millia tantummodo hominum ea campi planitie continebantur: sed singulas eo cogens, aduocansque myriadas, hoc est, hominum decem millia, totum ita recensuit exercitum. Ita Herod. L. VII. Polymn. p. 406. n. 59. H.

mill. hominum capax. Ita Xerxes ibi dinumerauit e. exercitum. Os f. Hebri. Portus g. Stentoris. Oppidum Aenos h. liberum cum Polydori tumulo, Ciconum i. quondam regio. A Dorisco incuruatur ora

e. *Dinumerauit exercitum)* In eum locum singulas myriadas aduocans, vt ea ratione tam numerosum exercitum recenseret, nec falleretur. *Dal.*

f. *Os Hebri)* Iuxta Aenum vrbem, de qua mox. Sic Herod. L. IV. Melp. p. 254. n. 90. Ἕβρος ἐς θάλασσαν τὴν παρ' Αἴνῳ πόλιν. H.

g. *Portus Stentoris)* Vetus lectio, *Portus tentoris.* Hermolaus castigauit, *Portus Stentoris.* probe, sed castigationis confirmatio non probat: *quia Herodotus*, inquit, *lacum in Thracia Stentoridem appellat;* quasi innuat et lacum et portum cognomines esse, et Stentoris hoc loco rectum esse. Nos contra, *Stentoris*, patrium esse casum arbitramur: et dici a Plinio *Portus Stentoris*, vt a Virgilio *vrbem Pataui.* Liquet id ex Ouidio primo Tristium: *Saltus ab hac terra breuis est Stentora petenti.* A quo loco, non aliunde, petenda fuit Hermolao, castigationis suae probatio. Hoc autem Hermolai erratum, Ouidianum etiam interpretem in errorem traxit, qui *Stentora* illic pro *Stentorida* positum ait. Nam rationem syllabae vis immutabilis sequentis tuetur. *Pint.*

Stentoris) Στέντορος. Quare apud Ouid. L. I. Trist. El. 9. perperam reponunt: *Saltus ab hac terra breuis est Stentora petenti.* Pro *Tempyra.* Et Στεντορίδα λίμνην prope Aenum habet Herod. L. VII. Polymn. n. 58. H.

h. *Aenos)* Crediderim Aenea, quam Dionysius in Cherronneso Pallene scribit ab Aenea fuisse conditam: ab ea vero Aeneadas vocatos, Stephanus tradit: Aeneatas autem Liuius et Dionysius. Turn. c. 6. lib. XVII. *Dalec.*

Aenos) Αἶνος Straboni, L. VII. p. 319. et Scylaci, p. 26. Mela, L. II. c. 2. *Eximia est Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum Cicones*, etc. Prius idcirco Αἴνειαν dictam Conon ait apud Phot. in Bibl. c. 186. p. 453. Negant alii ab Aenea id oppidum potuisse condi. Aenum et Maroneam liberas ciuitates appellat Liuius, L. XXXIX. p. 495. De Polydori tumulo Solinus, c. 10. p. 28. H.

i. *Ciconum)* Κίκονας Graeci vocant. Herodot. L. VII. aliique. H.

ora ad Macron Tichos centum viginti duorum mill. pass. Circa quem locum fluuius k. Melas, a quo sinus appellatur. Oppida: Cypsella l., Bisanthe m., Macron Tichos dictum, qua a Propontide ad Melanem [1] sinum inter duo maria n. porrectus [2] murus, procurrentem excludit Cherronesum. o. Iamque [3] Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, vbi

1. *Meleam.* *Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. H. conf. Ch. porrectis muris. Gr.* 3. *Namque Gr. et Al.*

k. *Fluuius Melas, etc.)* Haec totidem verbis Pomponius, L. II. c. 2. Μέλας κόλπος, sic appellatus, teste Oppiano, L. IV. Halieut. v. 517. quia profundissimus. Μέλας nigrum sonat. Huic sinui nomen est hodie ab Aeno oppido, *Golfe d'Eno.* Μέλανος ποταμοῦ καὶ κόλπου meminit Herod. L. VII. Polymn. p. 405. H.

l. *Cypsella)* Κύψελλα, Ptol. L. III. c. 11. Τὰ Κύψελα: Thucyd. L. V. p. 367. Stephano, et Appiano in Mithrid. p. 207. Cypsela Liu. L. XXXI. p. 372. Mela, L. II. c. 2. p. 29. *Tum Bisanthe Samiorum, et ingens aliquando Cypsela. Post locus quem Graii* Μακρὸν τεῖχος *appellant, et in radice magnae peninsulae sedens Lysimachia.* H.

m. *Bisanthe)* Βισάνθη Ptol. L. III. c. 11. et Plut. in Alcib. p. 211. H.

n. *Porrectus murus)* Porrectus per totam Isthmi longitudinem murus a reliqua Thracia separat ingentem peninsulam, quam Thraciae Cherronesum appellant, longissime procurrentem in mare. H.

o. *Namque Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, etc.)* Lege: *Namque Thracia altero latere a Pontico litore incipiens, vbi Ister amnis immergitur, tres pulcherrimas in ea parte vrbes habet, Istropolim Milesiorum, Tomos, Calatinque quae antea Cerastis vocabatur.* Vide Is. Vossium in Melam, pag. 125.

Iamque Thracia) Vide Not. et Em. N. LXI. (hic consp.) *Iamque Thracia)* Rectius id, quam quod antea legebatur *Namque.* Nam quae reddatur illo *namque* ratio, nulla prorsus apparet. Nunc vero declarat se perlustrato latere Thraciae meridionali, vsque ad Cherronesum, ea praetermissa, ad alterum latus transilire, quod Solis exortum

vbi Ister amnis immergitur, vel p. pulcherrimas in ea parte vrbes habet, Istropolin q. Milesiorum, Tomos r., Calatinque s., quae antea Aceruetis t. vocabatur. Heracleam habuit, et Bizonen u. terrae hiatu raptam: nunc habet Dionysopolin, x. Crunos [1] antea dictam. Alluit Ziras amnis. Totum eum

1. *Crunon. V. Ch.*

ortum spectat, et a litore Ponti Euxini, Danubiique ostiis incipit. H.

p. *Vel pulcherrimas*) In Thracia vniuersa, Vossius in Melam p. 125. *tres pulcherrimas* inuitis MSS. reponit. H.

q. *Istropolin Milesiorum*) A Milesiis conditam, Ἴςρον πόλιν Μιλήσιοι κτίζουσιν. Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 11. H.

r. *Tomos*) Tomi, Ouidii exsilio celebrati. Vnde L. III. Trist. eleg. 9. *Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui*, Et Trist. L. IV. el. 10. v. 97. *Cum maris Euxini positos ad laeua Tomitas Quaerere me laesi Principis ira iubet.* In Notitia Eccl. Prou. Scythiae adscribitur. Nummus Caracallae in Museo nostro Paris. ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩΣ. H.

s. *Calatinque*) Κάλατις in ipso Ponti litore, ἐν τῇ παραλίᾳ τȣ̃ Πόντȣ, Steph. Scylaci, p. 26. et aliis, Κάλλατις, geminato λ. Et in nummo Gordiani Pii, apud Patin. p. 372. ΚΑΛΛΑΤΙΝΩΝ, Heracleotarum colonia dicitur Memnoni, in Bibl. Photii, cod. 224. p. 721. H.

t. *Aceruetis*) MSS. *quae antea Cerbatis.* Vossius in Melam, p. 125. Cerastis, a loco sacro qui Mileti fuit, Κεραςὸς appellatus, vt auctor Etymologici prodidit, quod ibi fixa arietum cornua ab Apolline fuissent. H.

u. *Bizonen*) Βιζώνη, cuius pars maxima terrae motu hausta, teste Strabone, L. VII. p. 319. Pagos superfuit, Βιζώνη πολίχνιον apud Auct. Peripli Ponti Euxini p. 12. Mela, L. II. c. 2. p. 9. *Fuit hic Bizone: motu terrae intercidit: est portus Crunos: vrbes, Dionysopolis*, etc. H.

x. *Crunos antea*) Ob fontes in agro circumiaciente scaturientes. Auctor Peripli l. c. Διονυσόπολις πρῶτον ὀνομάζετο Κρουνοὶ, διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις. Eadem et Stephanus habet. In Notit. Eccl. Prou. Scythiae tribuitur. H.

eum tractum Scythae Aroteres y. cognominati [1] tenuere. Eorum oppida: Aphrodisias z., Libistos, Zigere, Borcobe [2], Eumenia, Parthenopolis a., Gerania b., vbi Pygmaeorum gens fuisse proditur, c. Cattuzos [3] Barbari vocant, creduntque a gruibus fugatos. In ora a Dionysopoli est Odessus d. Milesiorum. Flumen e. Panysus. [4] Oppidum Tetranaulo-

1. Dicti. V. 2. Rocobe. V. 3. quos Catizos Gr. et Al. 4. Pamisus Gr. et Al.

y. *Aroteres)* Ἀροτῆρες, hoc est, aratores. H.

z. *Aphrodisias)* Scythiae quoque accensetur a Stephano in Ponti litore: Ἀφροδισιὰς Σκυθίας, παραλία, etc. Not. Eccles. antiqua, in Provincia Thraciae Europae, p. 21. Ἀφροδισία. Cetera oppida, vel nomina potius Scytica ceteris neglecta scriptoribus, ipsaque etiam Εὐμένεια, quamquam graeca appellatione gaudet. H.

a. *Parthenopolis)* Inter devicta a Lucullo oppida in hac parte terrarum ab Eutropio memoratur, L. VI. p. 788. *Inde multas*, inquit, *super Pontum positas ciuitates aggressus est. Illic Apolloniam euertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Bizyam omnem cepit.* H.

b. *Gerania)* Γεράνεια. Solinus, c. 10. p. 28. *Quondam vrbem Geraniam, Cattuzam barbari vocant, vnde a gruibus Pygmaeos ferunt pulsos. Manifestum sane in septemtrionalem plagam hieme grues frequentissime conuolare.* Factum nomen inde oppido: sunt enim αἱ γέρανοι grues. H.

c. *Cattuzos)* Vide Not. et Em. N. LXII. (hic adi.) *Cattuzos)* Ita MSS. omnes, et quod est haud paulo certius, Stephanus ipse: Κάττουζα, inquit, πόλις Θρᾴκης, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι οἱ οἰκήτορες Καττοῦζοι. ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὁρμᾶν, etc. Sic enim MSS. Graeci legunt. Prius in libris Plinii editis *Catizos* legebatur. H.

d. *Odessus Milesiorum)* A Milesiis conditum, Ὀδησσὸν κτίζουσι Μιλήσιοι, inquit Auctor Peripli Ponti Euxini p. 12. Strabo quoque L. VII. p. 319. Inter Calatim et Apolloniam. Antonini Seueri nummus, apud Patin. p. 304. ΟΔΗϹϹΕΙΤΩΝ. H.

e. *Panysus)* Πάνυσος. Vide Not et Em. N. LXIII. (hic pos.) *Panysus)* Antea *Pamisus*, perperam. Nos *Pany-*

naulochus. f. Mons Haemus vasto iugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristaeum. g. Nunc in ora Mesembria h., Anchialum, vbi Messa fuerat. Astice i. regio habuit [1] oppi-

1. *Sic ex MSS. Hard. regio. Fuit op. Gr.*

Panysus cum Ptol. L. III. c. 10. prope Odessum, etiam hunc ipsum locante. MSS. *Pannisis.* H.

f. *Tetranaulochus)* Ναύλοχος idem a Strabone appellatur, l. c. Mesembrianorum oppidum, iuxta montem Haemum, ibi incumbentem mari. Τιτρανάυλοχος ei a quatergemina statione nauium nomen est. Locum hic *Terta* non habet, etsi habere oportere censuit Hermolaus: cum sit id oppidum Thraciae mediterraneum Ptolem. L. III. c. 11. H.

g. *Aristaeum)* Ab Aristaeo Apollinis F. conditum, cum in montem Haemum ad Bachum ibi degentem se contulit, Diodor. Sic. L. IV. Bibl. p. 282. H.

h. *Mesembria)* Μεσημβρία Scylaci, p. 27. ceterisque Geographis. Olim Menembria quasi Menae oppidum, vt ait Strabo, L. VII. p. 319. Ἀγχίαλος deinde Ptolem. L. III. c. 11. et Melae, L. II. c. 2. Hic obiter exponendus est ludus Martialis in verbo simili, L. XI. Epig. 95. *Ecce negas, iurasque mihi per templa Tonantis: non credo: iura, verpe, per* ANCHIALVM. Vel, vt alii libri habent, *per Anchialem.* Cur iuras, inquit, Iudaee Hierosolymitane, per Templum Dei? Non sic impetrabis fidem: quippe scio te nihil a templo timere, etiamsi peieres. (Mth. XXIII. *Vae vobis, duces coeci, qui dicitis: Quicumque iurauerit* PER TEMPLVM *nihil est.)* Iura, Iudaee, Hebraeo tuo idiomate, quod ego quoque calleo. Iura, Per Deum ipsum. Vtere hac formula חנק־י־אל: *Strangulet me Deus*, si istud patraui scelus quod obiicis: certe non ausis. Iuras per templa Tonantis; iura, sodes, per Tonantem ipsum. Ex his hebraeis literis fictum nomen a Martiale *Anchialus* est; siue *Anchial*, *Anchialis.* Aiebat Scaliger, sed infelici coniectura, esse hic *Anchialum* ab אם־חי־אל: quod est vt quidem interpretatur, *Certe viuit Deus.* An vero etiam *Anchialum* vates scripsisset, pro *Amchialum?* H.

i. *Astice Regio)* Quae Ptolem. l. c. Ἀστικὴ στρατηγία, Astica seu Vrbana Praefectura, quae ab Apollonia ad Perinthum vsque pertinuit. Ἀπολλωνία quoque post Mesem.

oppidum [1] Anthium: nunc est Apollonia. Flumina: Panissa k., Rira, Tearus l., Orosines. Oppida m.; Thynias [2], Halmydessos n., Deuelton cum stagno, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum o.: Phinopolis p., iuxta quam Bosphorus. Ab

G 2 Istri

1. *Fuit opp. Ant. Gr. et Al.* 2. *Thynnias, Almedessos Gr. et Al.*

sembriam a Scylace nominatur, p. 27. Mela, l. c. *Mesembria, Anchialos, et intimo in sinu* (Ponti Euxini) *atque vbi Pontus alterum sui flexum angulo finit magno, Apollonia.* Anthium vero Ἄνθεια Stephano dicitur: Apollonia Milesiorum, Rhodiorumque colonia. H.

k. *Panissa, Rira)* MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. *Panyssas, Rysas.* Panysum, credo, adhuc intelligit, de quo proxime antea dictum est. H.

l. *Tearus)* Τέαρος Herodoto, L. IV. Melp. n. 90. vbi de eo amne multa. H.

m. *Oppida, Thynnias, Almedessos)* Vetus lectio, *Halmydessos.* Hermolaus *Salmydessos* emendat ex Stephano et Strabone. Sed habet prior lectio suos etiam assertores, Ptolemaeum et Pomponium, item Sophoclis enarratorem in Oedipo tyranno: qui (quod notandum est) cum *i*, in penultima, *Halmydissos* profert, quod et ipsum facit etiam Xenophon sexto ascensus Cyri. *Pint.*

Thynias) Θυνιὰς Graecis, in Astice praefectura, prope Apolloniam, et Halmydesson, Scymnus Chius, p. 30. Θυνιὰς. Τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη, Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶν σύνορος ἡ Ἀπολλωνία. Et Auct. Peripli Ponti Eux. p. 14. Θυνιὰς εὐλίμενος ἄκρα τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσα, ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Ἀλμυδησσόν, etc. Describit huius orae oppida Ouid. Trist. L. I. El. 9. v. 35. H.

n. *Halmydessos)* Ἁλμυδησσὸς plerisque Graecorum: Herodoto, L. IV. Melpom. n. 90. et Steph. Σαλμυδησσός. H.

o. *Veteranorum)* Subintellige, colonia. Ptol. L. III. c. 13. in mediterraneis Thraciae ciuitatibus, Δεουέλτος κολωνία. Antonini Seueri nummus, apud Patin. p. 301. et Mamaeae, p. 343. COL. FL. PAC. DEVLT. *Colonia Flauia Placensis Deulton.* non *Pacifera*, vt Patinus interpretatur. Ad Panysum amnem. In Nouella Leonis, Δέβελτος. H.

p. *Phinopolis)* Φινόπολις, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ Stephano et Ptol. L. III. c. 11. in ipso ore Ponti. H.

Istri ostio ad os Ponti pass. DLV. mill. alii fecere. Agrippa adiecit q. LX.[1] Inde ad r. murum supra dictum centum quinquaginta: ab s. eo Cherronesus

1. LX. *Gr. et Al.*

q. *Adiecit* LX.) Ita MSS. at editi, XL. H.

r. *Ad murum)* Μακρὸν τεῖχος. H.

s. *Ab eo Cherronesus* CXXVI. M. *pass.)* Ita Hermolaus, cum antea, *cerron est*, non Cherronesus scriptum esset. Ceterum Hermolai castigatio nullo modo tolerari potest. Nam si Macrontichos inde appellatus est, quod (vt paulo ante dixit) porrectis muris a Propontide ad Melana sinum, procurrentem excludit Cherronesum, necesse est vt Macrontichos prope ipsam sit Cherronesum, vel in ipsa potius Cherroneso. Vellem igitur dicat mihi Hermolaus, si hoc datur, quomodo possit Cherronesus a Macrontichos tot millium interuallo submota esse? Quod si non regionem Hermolaus, sed vrbem Cherronesum accipit, par ratio est. Nam quum Cherronesus vrbs in ipso sita sit Cherronesi regionis Isthmo, auctore Stephano, et itidem Macrontichos sit in ipso Isthmo, si longo muro Macrontichos excludit Cheronnesum, qua (obsecro) parte exclusio illa fit? nempe in ipso Isthmo. Cum igitur in confesso sit et Macrontichos et Cherronesum vrbem in eodem Isthmo esse, et angustiae huius Isthmi sint eiusdem spatii cum Isthmo Peloponnesi, vt mox subiunget, et latitudo Isthmi Peloponnesi sit V. M. pass. vt supra retulit hoc volumine, capite quarto, consequitur vt nullo modo Macrontichos abesse a Cherroneso queat (siue regionem Cherronesum siue vrbem accipias) CXXVI. M. pass. Quapropter expensis ad amussim, vt aiunt supradict. Plin. locis, et item veteris vtriusque codicis lectione, in qua habetur, *ab eo cerron est*, adducor vt putem non *cerron* hic, sed *Serrium* legendum esse. Regreditur enim hic Plinius ad initium septemtrionale Thraciae, quod est Istri ostium, vt ab eo dinumeret locorum in ora insignium distantias, exclusa Cherroneso. Distare igitur tradit ab ostio Istri fluuii, os Ponti DLV. M. et ab ore Ponti vsque ad Macrontichos, hoc est Isthmum Cherronesi, esse CL. M. ei ab Isthmo per oram ipsam, exclusa Cherroneso, Serrium vsque

ſus cxxvi. mill. Sed a Boſphoro, ſinus t. Coſthenes [1]. Portus Senum [2]: et alter, qui Mulierum

 cogno-

1. *Leoſthenes. V. Gaſthenes. Gr. Caſthenes Alii.* 2. *Ceron. Tol. Serium. Pint.*

vsque promontorium CXXVI. M. Quod mire quadrat cum praecedentibus Plinii verbis, hoc capite non multo ante: *A Doriſco incuruatur ora ad Macrontichos,* CXXII. Nam Doriſcus locus propinquus admodum eſt Serrio promontorio, inter ipſum poſitus et Cherronneſum, et ob id minus diſtans a Longo muro quam Serrion. Doriſcus enim abeſt a Macrontichos, ſeu Longo muro, CXXII. M. paſſuum, vt dixit: Serrium autem, IV. M. amplius. Vnde liquet Serrion a Doriſco quatuor tantum millibus paſſ. diſtare. Quod autem tenui interuallo ſubmota a ſe inuicem ſunt Serrion et Doriſcus, patet, tum ex Plinio, qui hoc capite poſt Serrium et Zonem ſubiicit ſtatim Doriſcum, tum etiam ex Herodoto in Polymnia, vnde mutuatus eſt omnia haec Plinius. Cuius verba etſi alioqui (niſi ſumma neceſſitate cogente) perquam inuitus id faciam, faſtidio lectorum parcens, libuit hic ſubtexere ad maiorem rei confirmationem: *Naues quidem omnes, quae ad Doriſcum appulſae fuerant, nauarchi Xerxis iuſſu ad littus applicuerunt Doriſco contiguum, in quo Sale vrbs Samothracum et Zone, et vltimum eius orae promontorium* Serrium. *Pint.*

s. CXXVI.) Hoc eſt a muro longo procurrit in mare Cherroneſus, per CXXVI. millia paſſuum, quae Cherroneſi longitudo eſt. In MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. CXXV. H.

t. *Coſthenes)* Ita conſtanter libri omnes, *Caſthenes.* Nos olim cum eruditis viris *Laſthenes* ſuſpicabamur ſatius fore, vt eſſet pro Λεωσθένης, vel Λεωσθένιος. *Soſthenes* reſcribere contra fidem codicum MSS. non audemus: tametſi meminit portus Soſthenii prope Byzantium Nicephorus CP. in hiſtoriae breuiario, ad annum DCCXVII. Ὁ δὲ λοιπὸς ἅπας στόλος τῷ Θρακικῷ προσπλεύσας Βοσπόρῳ, τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Σωσθενείῳ προσορμίζεται, καὶ αὐτοῦ διεχείμαζεν. *Ceterae naues ad Thracium Boſphorum aducta ad Soſthenium portum applicant et ibidem hiemant.* Exſtat et in Anthologia Graeca, L. IV. c. 25. Leontii

cognominatur. Promontorium u. Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberae conditionis, antea x. Lygos [1] dictum. Abest y. a Dyrrachio septingentis vndecim millibus passuum. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem. Amnes: Bathynias z., Pydaras [2], siue Atyras.

1. *Longos. V.* 2. *Pidaras et Atyras, siue Thydas. V.*

tii Scholastici Epigramma in imaginem saltatricis stantis in Sosthenio: Λεοντίε Σχολαςικε̃ εἰς εἰκόνα ὀρχηςρίδος ἱςαμένης ἐν τῷ Σωσθενίῳ· Ἐιμὶ μὲν Ἑλλαδίη Βυζαντιὰς, ἐνθάδε δ' ἔςην Ἦχι χοροςασίην εἶαρι δῆμος ἄγει. Ὁππόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται. ἀμφότεραι γὰρ Ἄντυγες ὀρχηθμὰς ἤνεσαν ἡμετέρας. *Helladie dicor Byzantia: visor ibidem Sucuit vbi populus ducere vere choros: Terrarum facit aequor vbi diuortia: quippe laudabat numeros orbis vterque meos.* H.

u. *Promontorium Chrysoceras)* Scribe *Chryseon Ceras.* Salmas. pag. 165. b.

Chrysoceras) χρυσε̃ κέρατος promontorium, hoc est *aurei cornu*, de quo L. IX. sect. 20. Plinium Solinus, c. 10. p. 28. et Capella L. VI. de Thracia, p. 212. de more transscribunt: et Missi Theodosii, quorum verba recitamus in Not. et Em. N. LXIV. (hic pos.) *Antea Lygos)* sunt qui *Longos* hic legant, ex MSS. quibusdam. Perperam. Vulgatam scripturam defendit Ausonius, Epigr. 1. de claris Vrbib. p. 69. vbi de Constantinopoli et Carthagine: *Ite pares tandem memores: quod numine Diuum Augustas mutastis opes, et nomina: tu quum Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.* Hinc codicem Missorum Theodosii emendabis: *Promontorium Chrysone aeras* (lege *Chysoceras) in quo oppidum Byzantium, liberae conditionis, antea Logos dictum,* (scribe *Lygos) Abest a Dyrrachio DCCXI. mill. pass. Tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare et Propontidem.* Quae verbis totidem Plinius. H.

x. *Antea Lygos)* Vide Not. et Em. N. LXIV. (v. sup. annot.) H.

y. *Abest, etc.)* Ita Solinus et Martian. ll. cc. H.

z. *Bathynias)* Βαθυνίας pariter et Ἀθύρας, inter Byzantium et Selymbriam, apud Ptol. L. III. c. 11. Ἀθύρας quoque Stephano memoratur. H.

ras. Oppida: Selymbria a., Perinthus b. latitudine ducentorum c. passuum [1] continenti adnexa. Intus d. Bizya [2], arx regum Thraciae, a e. Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus. Regio Caenica f., colonia Flauiopolis g., vbi antea Zela oppidum [3] vocabatur. Et a Bizya quinquaginta millia

G 4 pas-

1. *Pedum. Ch.* 2. *Byzia Gr.* 3. *in Man. del.*

a. *Selymbria)* Σηλυμβρία Steph: a Selye sic appellata: Βρία enim, inquit, Thracibus oppidum sonat: vt Selymbria vel Σηλυβρία, (sic enim Ptolem. scribit l. c.) sit quasi Selyos oppidum. De vi vocis Βρία, eadem tradidere Strabo L. VII. p. 319. et Nicol. Damasc. in Exc. p. 494. H.

b. *Perinthus)* Eadem Heraclea Thraciae Perinthus cognominata. Sozomenus, L. IV. c. 7. Hypatianum Heracleae Perinthi Episcopum vocat. Procop. L. IV. de aedific. Iustin. vicinam Byzantio Heracleam Perinthum Ἡράκλειαν Πέρινθον, olim Prouinciae Europae metropolin ait fuisse: tunc vero locum post Constantinopolim proximum obtinere. Hodie *Pantiro.* H

c. CC. *passuum)* MSS. omnes CC. *pedum.* H.

d. *Intus Bizya)* In Astice regione siue praefectura, arx regum Astarum. Stephanus: Βιζύη, πόλις Θρᾴκης, τὸ τῶν Ἀστῶν βασίλειον. Haec a Plinio Solinus exscripsit, c. 10. p. 28. H.

e. *A Terei)* Nota fabula, de qua consulendus Ouid. Metam. L. VI. v. 647. maxime vero Hyginus fab. 45. *Philomela.* Vide Not. et Em. N. LXV. (paulo post) Neque nullo habenda in pretio, quae de hac re tota habet Aldrouandus, L. XVII. Ornith. c. 6. p. 684. vbi hunc locum auersari hirundines putat, ob eam potius caussam, quod Boreae magis violentiae pateat, cuius venti flatum perhorrescere id auium genus constat. *A Terei nefasto crimine)* A MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. vox *crimine* abest: vnde scribendum fortassis *a Terei incesto.* H.

f. *Caenica)* Vbi Caeni incolae appellati, vel Caenici, de quibus dictum est initio huius sectionis. H.

g. *Flauiopolis)* Colonia quoque dicitur l. c. Et in Thes. Goltzii, p. 239. Nummus Titi Imp. COL. FLAVIOPOLIS. H.

passuum Apros h. colonia, quae a Philippis abest centum octoginta octo mill. p. At in ora amnis i. Erginus [1], k. Oppidum [2] fuit Ganos: deseritur et Lysimachia iam in Cherroneso. Alius l. namque ibi Isthmos angustia simili [3] est, eodem nomine et pari latitudine. Illustrant duae vrbes vtrimque litora,

1. *Eginus.* 2. *oppidum Ganos. Fuisse fertur et Lysimachia in V. Gonos. Gr.* 3. *similis. Ch.*

h. *Apros colonia)* Ptolemaeo inter vrbes Thraciae mediterraneas, Ἄπρος κολωνία. Et Stephano, Ἄπρος, et in Notit. Eccl. p. 21. H.

i. *Erginus)* Meminit huius amnis Mela, L. II. c. 2. H.

k. *Oppidum Gonos)* Vtrumque exemplar scriptum, *Ganos* legit. Hermolaus *Gonos* substituit. Nos antiquam lectionem defendimus, tum ex Xenophonte, septimo ascensus Cyri, Ganon eam nominante. *Tradam*, inquit, *ei Bisanthen, et Ganon, et nouum murum. Pintian.*

Fuit Ganos, etc.) Hoc est, defecit iam Ganos: deficit vero et Lysimachia, quae in Cherroneso est: huius enim, vt nondum dirutae ac deletae meminit Plinio recentior Ptolem. L. III c. 11. Λυσιμαχία. Γάνος vero, (sic enim habent MSS. non *Gonos)* Scylaci memoratur inter Thraciae oppida, p. 27. Γάνος iuxta Bisanthen apud Xenoph. de exped. Cyri, L. VII. p. 411. H.

l. *Alius namque ibi Istmos angustia simili est, etc.)* Legend. *Alius namque ibi Isthmos angustia similis, eodem nomine est: Pari latitudine illustrant duae vrbes vtrinque littora: haud dissimili modo tenuere, Pactye a Propontide, Cardia a Melane sinu.* mox sequitur: *vtraeque comprehensae postea Lysimachia quinque millibus passuum longis muris.* Dicit Cardiam et Pactyen Lysimachia comprehensas fuisse muris longis quinque millibus passuum. Salmas. p. 167. a.

Alius namque) Hinc Cherronesi descriptionem auspicatur: Alterum ait esse in Cherronesi angustiis Isthmon Corinthiaco similem et nomine, Isthmos enim appellatur: et latitudine pari, interuallo nempe quinque millium passuum, vt dictum est sect. 5. Transscribit haec Solinus iisdem fere verbis c. 10. p. 28. H.

tora, quae haud dissimili m. modo tenuere: n. Pactye [1] a Propontide, Cardia a Melane sinu [2]: haec ex o. facie loci nomine accepto: vtraeque p. compre-
G 5 hen-

1. *Pactiae. Gr.* 2. *sinu. Hae. V.*

m. *Haud dissimili modo)* Vt Corinthiacarum angustiarum termini sunt Lecheae hinc; illinc Cenchreae: sic Propontidi Pactye, Melani sinui Cardia insidet, Isthmique latera duo obsident. H.

n. *Pactiae a Propontide, Cardia a Melane sinu. Haec ex facie loci nomine accepto, vtraeque compressae)* Scribendum, *Pactye*, numero vnitatis, ex omnibus agminatim geographis. Verba autem postrema *vtraeque compressae*, mendosissima esse arbitror, quicquid sentiat hoc loco Hermolaus: quod (pax sit dixisse) et friuolum est, et nihil colligens. Ego autem non dubitabo sententiam hic meam aperte dicere: appellent me diuinum, siue quo magis nomine libuerit, modo sciant in rerum omnium cognitione, maiorem partem coniectatione diuinationeque constare. Puto igitur verbis illis, causam assignari, cur Pactye vrbs sic dicta sit, quod idem in Cardia vrbe fecerat, scribendumque, *altera a compressu*, siue quod ob angustias loci, domus ipsae inter se essent compressae et stipatae (vt de Arado insula Strabo et Pomponius tradunt. Quantum patet, totam esse oppidum, tantamque esse habitatorum multitudinem, vt domos multis tabulatis sublimes inhabitent, et super aliena tecta sedem ponere liceat) seu quod in ipsis Isthmi faucibus sita, compressa quodam modo et arctata sit, a verbo Graeco πάκτοῦ. *Pintian.*

Pactye) Πακτύη Pausaniae, L. I. Attic. p. 19 ceterisque Geographis. Καρδία quoque eidem, p. 17. De vtraque Strabo, L. VII. p. 331. H.

o. *Ex facie loci)* Quod in cordis faciem sita sit, inquit, Solinus l. c. dicta Cardia est. Alias huius appellationis causas affert Strabo, verbo Καρδία. H.

p. *Vtraeque)* Cum euersa deletaque Cardia, pro ea Lysimachiam, de qua iam dictum est, condidit Lysimachus, vt Pausanias refert, L. I. Attic. p. 17. Pactyen similiter exhaustam vicinitate Lysimachiae, Plinius quoque nunc auctor est. Λυσιμαχία fuit in Cherroneso, a Longo Muro, quinque millibus passuum, quanta istius Isthmi longitudo est, dissita. H.

hensae postea Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris. Cherronesos a Propontide habuit q. Tiristasin, Crithoten r.: s. Cissam [1] flumini Aegos [2] appositam: nunc habet [3] a colonia Apro t. XXII. [4] mill. pass., Resiston u. ex aduerso coloniae Parianae. x. Et

1. *Cissam et V.* 2. *Aego. V.* 3. *abest.* 4. XXXII. *Gr. et Al.*

q. *Tiristasin)* Τειρίςασις Scylaci, p. 27. H.

r. *Crithoten)* Κριθωτὴ Scymno Chio, p. 29. vrbs Cherronesi Hellanico, apud Harpocrat. p. 178. Scylaci l. c. Κρηθωτή. H.

s. *Cissam)* Crissam, vel Cressam potius, iuxta aliud oppidum, cuius Aegos fluminis nomen fuit, positam: quo de oppido egimus pluribus, L. II. sect. 59. Scylax, in Periplo, p. 27. haec oppida sic enumerat: ἐντὰ δὲ Αἰγὸς ποταμὸς, Κρῆσσα, Κριθώτη, Πακτύη. Quae omnia Plinius interiisse significat. Nummus est perrarus ex aere mediocri, in cimelio P. Chamillart; cuius nummi pars antica Cereris caput exhibet, canistro frugibus pleno onustum: in altera superficie scriptum est, literis aetatem Alexandri M. referentibus ΑΙΓΟΠΟ. hoc est, Αἰγοποταμιτῶν: cum effigie caprae, quae Graece est αἴξ, αἰγὸς, vnde vrbi nomen. H.

t. XXII. *millium.)* Ita MSS. forte pro XXV. Nam ab Apro Resiston distare XXVI. mill. pass. auctor est Antoninus, quem vnum ex omnibus scriptoribus inuenio huius oppidi fecisse mentionem, in itinere ab Apollonia per Macedoniam vsque Constantinopolim. Nam quod Rhaedeston Ptolemaei existimat Pintianus locum hic habere oportere, errat sane grauiter, cum Rhaedestos extra Cherronesum sit, ac pro ipsa Bisanthe habeatur: Resistos in meditullio regionis sit posita. H.

u. *Resiston ex aduerso coloniae Parianae)* *Rhedeston* forte potius quam *Resiston* legi debet, ex Ptolemaeo: qui Bisanthen sic quoque cognominatam tradit, vt in Pomponium meminimus. Nam auctori, qui Antonini nomine vulgo circumfertur, quantum fidei haberi debeat alio loco commodius disputabitur. *Pintian.*

x. *Parianae)* De qua L. V. sect. 40. H.

Et y. Hellespontus, septem (vt z. diximus) stadiis Europam ab Asia diuidens, quatuor illic [1] inter se contrarias vrbes habet: in Europa Callipolin a. et Seston, et in Asia Lampsacum et Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia b. aduersum Sigeo: cuius in fronte obliqua Cynossema c., ita appellatur Hecubae d. tumulus, statio Achaeorum. Turris et delubrum Protesilai. e. Et in extrema Cherronesi fronte, quae vocatur Aeolium f.: oppidum Elaeûs. g. Dein petenti Melanem sinum, portus

1. *Sic ex MSS. Hard. in M. et Ch. deletur vox illic.*

y. *Et Hellespontus*) Solin. c. 10. p. 28 Hodie *le Destroit de Gallipoli.* H.

z. *Vt diximus*) L. II. sect. 92. Stadia septem sunt passus DCCCLXXV. Consentit Strabo, L. II. H.

a. *Callipolin*) Hodie *Callipoli*, freto nomen dedit. Σηςὸς Straboni, praecipua vrbium dicitur, quae sunt in Cherroneso: Abydo apposita, quae in Asiae litore est: L. XIII. p. 591. H.

b. *Mastusia*) Μαςεσία ἄκρα, Ptol. L. III. c. 12. Hic rursum Solinus, c. 10. p. 28. et Capella, L. VI. c. de Thracia, p. 212. Plinium de more transscribunt. H.

c. *Cynossema*) Κυνὸς σῆμα. Mela, L. II. c. 2. *Est Cynossema, tumulus Hecubae, siue ex figura canis, in quam conuersa traditur, siue ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto.* Pollux L. I. c. 5. non Hecubae, sed insignis cuiuspiam canis sepulcrum eo nomine indigitari ait. Vide Ouid. Metam. L. XIII. v. 569. H.

d. *Hecubae tumulus, etc.*) Lege: *Hecubae tumulus, Statio Achaeorum, et turris delubrum Protesilai.* Salm. ibid. *Pintian.*

e. *Protesilai*) Mela, l. c. *Sunt Protesilai ossa consecrata delubro.* H.

f. *Aeolium*) Stephanus ex Theopompo, Αἰόλιον, τῆς Θρᾴκης Χεῤῥονήσε πόλις, *Thraciae Cherronesi oppidum.* H.

g. *Elaeûs*) Ἐλαιȣ̃ς, apud Ptol. L. III. c. 12. et Harpocr. p. 98. Straboni, L. VII. p. 331. Ἐλεȣ̃ς, et Scylaci, p. 27. Elaeunta in Cherroneso etiam agnoscit Liuius, L. XXXI. p. 372. H.

tus Coelos h., et Panhormus i., et supra dicta Cardia. Tertius Europae sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra k. praedictos Thraciae Edonus l., Gigemoros, Meritus, Melamphyllos[1]. Flumina in Hebrum cadentia Bargus, Suemus. m. Macedoniae, Thraciae, Hellesponti longitudo[2] est supra dicta. Quidam septingentorum viginti mil. faciunt. Latitudo o. CCLXXXIV.[3] mill est. Aegeo mari nomen dedit scopulus p. inter[4] Tenum et

1. *Melamphyllon.* Gr. 2. *longitudo est supra.* Ch. 3. CCCLXXXIII. *Gr. et Al.* 4. *inter Tenedum et Chium.* Gr. *et Al.*

h. *Coelos*) Κοῖλος λιμὴν Mela L. III. c. 2. *Est et portus Coelos, Atheniensibus et Lacedaemoniis nauali acie decernentibus, Laconicae classis signatus excidio.* H.

i. *Panhormus*) Portum haec vox sonat omnibus nauibus excipiendis aptum: Πάνορμος. H.

k. *Extra praedictos*) Hoc est, praeter Haemum, Rhodopen, Pangaeum. H.

l. *Edonus*) Pars Haemi, Edonis Thraciae populis vicina. H.

m. *Suemus*) Colb. 1. *Syrmus.* Colb. 2. *Sermus.* H.

n. *Supra dicta*) Hac ipsa sectione, vbi Byzantium dixit abesse a Dyrrachio septingentis vndecim millibus passuum. Missi Theodosii: *Macedonia, Thracia, Hellespontus, et pars sinistrior Ponti. Haec finiuntur ab Oriente, mari Pontico: ab occidente desertis Dardaniae: (Candaviae,* credo, voluere dicere, de quibus actum est, L. III. sect. 26.) *a septemtrione flumine Istro. Patent in longitudinem, M. passuum* DCCXX. *in latitudinem* CCCLXXXI. *iuxta Plinium Secundum in eodem.* H.

o. CCLXXXIV.) Ita MSS. omnes: editi, CCCLXXXIII. Missi Theod. CCCLXXXI. H.

p. *Inter Tenedum et Chium*) Vetus vterque codex, *Inter Tenum et Chium.* quae lectio placet magis quam prior. Nec me mouet Solini auctoritas, qua Hermolaus innititur. Cuius scriptis (nisi Plinium transcriberet) tam parum deferrem, vt minus nequirem. *Pintian.*

Inter Tenum et Chium) Vide Not. et Em. N. LXVI. (hic adi.) *Inter Tenum et Chium*) Ita restituimus admonitu codicum, quos proxime laudauimus, atque etiam

et Chium verius quam insula, Aex q. nomine a specie caprae, quae ita Graecis appellatur, repente e medio [1] mari exsiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Aegaei pars r. Myrtoo [2] datur: appellatur ab insula parua, quae cernitur Macedoniam a s. Geraesto [3] petentibus, haud procul Euboeae Carysto.

1. *Sic et Ch. in Gr. et Al. item supra c. 5.*

2. *Myrtoum appellatur. Vet.*

3. *Geresto Gr.*

iam ex re ipsa: Est enim Tenos insula Delo et Andro proxima: atque idcirco, vt statim subiungit Plinius, cernunt eum scopulum Aega, a dextra parte Andrum nauignates ab Achaia: vnde longissime Tenedos abest, quam nobis libri vulgati hoc loco pro Teno obtrudunt. Nec Solinum Martianumque moror, qui cum hunc locum exscriberent, ille cap. 11. p. 29. iste L. VI. p. 212. Tenedum legisse videntur: nam in vitiosos codices vtrumque incidisse, vel eorum certe alterum, qui alteri praeiuit, res ipsa clamat, consensusque MSS. exemplarium; in quibus et *Tenum* et *Andrum* legitur: non vt isti exhibent *Tenedum et Antandrum*: a quibus errorem in Plinii contextum transfundere Salmasius conatur, in Solin. p. 168. H.

q. *Aex nomine a specie caprae, etc.*) Legend. *Et Aex nomine a specie caprae, quae ita Graecis appellatur e medio mari exiliens, cernunt eum a dextera parte Antandron nauigantes ab Achaia, etc.* Vide Salmas. pag. 168.

Aex nomine) Αἴξ, quae vox capram sonat, Plinio adstipulatur Apollonii Scholiastes, ad L. I. Argon. v. 831. Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος, ἐκλήθη ἀπὸ νήσου Αἰγῶν καλουμένης. Aliter Festus: *Aegeum mare appellatur, quod crebrae in eo sint insulae, vt procul aspicientibus species caprarum videantur: siue, quod in ea Aegaea Amazonum regina perierit, siue quod in eo Aegeus pater Thesei se praecipitauerit.* Suidas ab Aegeo Thesei patre appellationis caussam petit. Vide Eustath. in Iliad. β. v. 41. H.

r. *Myrtoo datur*) Hoc est Aegaei pars quaedam est Myrtoum mare. H.

s. *Geraesto*) Euboeae sunt haec oppida, de quibus sect. 21. H.

rysto [1]. Romani omnia haec maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quacumque [2] Macedoniam aut Thraciam attingit: Graeciense, qua Graeciam alluit. Nam Graeci et Ionium diuidunt in Siculum, ac Creticum, ab insulis. Item Icarium, quod est inter Samum, et Myconum [3]. Cetera nomina sinus dedere, quos t. diximus. Et maria quidem gentesque in tertio Europae sinu ad hunc modum se habent.

XIX. (XII.) Insulae autem ex aduerso Thesprotiae [4], a Buthroto duodecim mill. pass., eadem ab Acroceranniis quinquaginta mill. cum vrbe eiusdem nominis Corcyra u.; liberae x. ciuitatis [5], et oppido y. Cassiope [6], temploque Cassii [7] Iouis, passuum

1. *Charysto Gr.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. conf. Ch. quodcumque. Gr. et Al.* 3. *Myconem. V.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. Thesprotiae, Corcyra, a Buthr. Gr.* 5. *conditionis. Cuiacius c. 35. lib. X. Obseru. vt et postea.* 6. *Cassope. Strabo. Steph.* 7. *Cassiopaei Iouis.*

t. *Quos diximus*) Vt Corinthiacus, Saronicus, Laconicus, ceterique. H.

u. *Corcyrae*) *Corfou*, ab arce quae Κορυφώ apud Nicetam, L. III. *ἀπὸ τῆς κορυφῆς*, est enim in loco perquam edito. H.

x. *Liberae ciuitatis*) Ita libri omnes: hoc est, cuius ciues liberae conditionis sunt. Refert Strabo L. VII. p. 329. venisse in paroemiam sane perridiculam Corcyraeorum libertatem. *ὑπὸ Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖσα*, inquit, *οὐκ ἐπῃνέθη· ἀλλ' ἐπὶ λοιδορίᾳ, παροιμίαν ἔλαβεν·* Ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπȣ θέλεις. H.

y. *Et oppido Cassiope, temploque Cassii Iouis*) Legendum forte, *temploque Cassiopaei Iouis*. Nam Cassiope Ptolemaeo et oppidum et promontorium est, in quo fortasse templum erat Cassiopaei Iouis. Porro Strabo et Stephanus *Cassope* enunciant, non *Cassiope*. Pint. *Et oppido Cassiope, temploque Cassii Iouis*) Illic nunc exstat templum diuae Mariae in Cassiopo, aedificatum ex ruinis Cassiopes. *Dalec.*

Cassiope) Gellio, L. XIX. c. I.

ſuum nonaginta ſeptem mill. in longitudinem patens: Homero z. dicta Scheria et Phaeacia, Callimacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, ſed ad Italiam vergens Thoronos a.: ad Leucadiam b. Paxoe [1] duae, quinque M. diſcretae a Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericuſa c., Marathe [2], Elaphuſa, Malthace, Trachie, Pythionia [3], Ptychia, Tara-

1. *Paxae Gr. Paxoae. V.* 2. *Marate, Gr. et Al.* 3. *Pytionia, Gr. et Al.*

c. I. p. 1051. *Caſſiopeia.* Hodie *S. Maria di Caſſiope.* A Ioue Caſſio nomen ille portus accepit, Κασσιȣ́ ὀπὴ, ſeu Caſſii Iouis foramen. Meminit eius fani Suetonius in Nerone, c. 22. In nummis quos refert Andr. Marmora, L. I. hiſt. Corcyr. ex vna parte ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ, ex auerſa ΖΕΥϹ ΚΑϹΙΟϹ. Nummi ſunt ii ficti, vel adulterini. H.

z. *Homero*) Odyſſ. έ. v. 34. Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο Φαιήκων ἐς γαῖαν. Vbi Didymus Scholiaſtes: Σχερία ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος τῶν Φαιάκων, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Κόρκυρα· τὸ δὲ ἀρχαιότατον ἐκαλεῖτο Δρεπάνη. Scheriam, et Drepanen, Stephanus quoque appellat. Cur Drepane ſit vocata varias cauſas affert Scholiaſt. Apollon. ad L. IV. Argon. v. 983. ex Ariſtotele et Timaeo petitas. H.

a. *Thoronos*) Hodie *Iſola Melere.* Vide Not. et Em. N. LXVII. (hic coll.) *Toronos*) In MSS. 1. 2. etc. *Athoronos.* Alibi *Othoronos.* Ὄθρωνος Stephano inſula eſt, Siciliae, Melitaeue ad Auſtrum obiacens. An fuerit haec illi cognominis, conſiderandum. H.

b. *Paxoe duae*) Πάξοι Dioni, L L. p. 546. Παξοὶ Polybio, L. II. p. 136. Hodie *Paxo*, et *Antipaxo.* Leucadia eſt *Leucada*, vt diximus ſect. 2. H.

c. *Ericuſa.* etc.) Nomine proprio nunc eae carent. Ἐρικȣ̃σα νῆσος nota etiam Ptol. L. III. c. 14. Μαράθη, Ἐλαφȣ̃σα, Μαλθάκη, Τραχεῖα, Πιτυωνία, vel Πυθιωνία, Ταραχία, ceteris ſcriptoribus incognitae. Πτυχία Stephano memoratur, prope Corcyram, παρὰ τῇ Κερκύρᾳ. Pro Μαράθη rectius forte Μαραθȣ̃σα a feniculis, vt ab erice *Ericuſa.* Et pro *Tarachie*, forſan Ταριχίαι vel Ταρίχειαι, a cetariis, et ab iis, qui illic condirentur, piſcibus. H.

Tarachie [1]. Et a d. Phalacro [2] Corcyrae promontorio scopulus, in quem mutatam Vlyssis nauem a simili specie fabula est. Ante e. Leucimnam [3], Sybota. Inter Leucadiam autem et Achaiam permultae, quarum Teleboides f., eaedemque Taphiae [4]: ab incolis ante Leucadiam appellantur, g. Taphias [5], Oxiae, Prinoessa: et ante Aetoliam Echinades,

1. *Tarachia. Ch.* 2. *Phalario. Ch.* 3. *Ante Leucadiam Sybota Gr. et Al.* 4. *Taphiae ab incolis appellantur. Ante Leucadiam Thaphias (Taphiosis M.) Siforna Oxiae. Pint. eaedemque Taphiae. Gr.* 5. *Zaphiotis, Arnoxia. Ch.*

d. *Phalacro*) Ptol. L. III. c. 14. et ex Artemidoro Steph. Φάλακρον, ἀκρωτήριον Κερκύρας. H.

e. *Ante Leucimnam*) Λεύκιμνα ἄκρα Corcyrae promontorium orientale est Ptolemaeo, l. c. Hodie *Cabo bianco*. Contra id promontorium Σύβοτα νῆσος Straboni L. VII. p. 324. et Stephano. Vide Not. et Em. N. LXVIII. (hic consp.) *Ante Leucimnam Sybota*) Abest id membrum a codicibus MSS. In libris vulgatis, *ante Leucadiam* legitur, insigni errore. Nam ex Strabone, L. VII. p. 327. iuxta Buthrotum sunt Sybota, insulae perexiguae, paululum ab Epiro distantes, pone orientale Corcyrae promontorium, quod Leucimna vocatur: εἰσὶ δὲ νησίδες τὰ Σύβοτα, τὸ μὲν Ἠπείρου μικρὸν ἀπέχουσαι· Κατὰ δὲ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς Κερκύρας τὴν Λευκίμνην κείμεναι. Meminit huius promontorii Ptolem. vt diximus: praetereaque Thucyd. L. III. p. 225. H.

f. *Teleboides, eaedemque*) Quare totus ille numerus insularum, qui sequitur, Echinadibus etiam comprehensis, Teleboum ditio appellata, contributaque Acarnaniae est, quae in continente ex aduerso obiacet. Stephanus: Τηλεβοΐς, μοῖρα Ἀκαρνανίας, ἡ πρότερον Ταφίων ἐκαλεῖτο. Scholiast. Apollon. ad L. I. Argonaut. v. 750. Τηλεβόαι, οἱ Τάφιοι. Tzetzes in Lycophr. v. 134. Τηλεβόαι καὶ Τάφιοι οἱ ἐν ταῖς Ἐχινάσι νήσοις. Teleboae appellati, inquit, Eustath. in L. I. Odyss. quod boues furto sublatos procul abigerent: διότι ληϊζόμενοι τῆλε τὰς βόας ἀπῆγον. H.

g. *Taphias, etc.*) E Teleboidibus, Taphiisue insulis, hae tres ante Leucadiam iacent:

nades, Aegialia i., Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pinara, Mystus[1]. Ante[2] eas in alto Cephalenia k., Zacynthus, vtraque [3] libera: Ithaca l., Dulichium m., Same n., [4] Crocylea.

1. *Nystrus. M.* 2. *Ante eas in alto Cephalenia, quae et ab oppido Same dicta: Zachyntus, vtraque libera Ithaca, Dulichium; Crocylea, Paxos, Corcyra quondam Melaena dicta. In Cephalenia Same diruta a Rom. sic legendum.* 3. *Sic ex MSS em. Hard. vtraeque liberae Gr. et Al.* 4. *Crocylea, Paxos, Cephalenia Gr. et Al.*

cent: ceterae ante Aetoliam, etsi Teleboidibus pariter accensendae, communiore vocabulo Echinades appellantur. Ταφιὰς a Cephalenia distat omnino stadiis XXX. auctore Stephano. Τάφος est Schol. Apoll. l. c. aliisque. Ταφιῦς Straboni, L. X. p. 456. Sequuntur Ὀξεῖαι, et Πρινόεσσα. Ὀξειῶν, hoc est acutarum, meminit Stephanus, verbo, Ἀρτέμιτα. Eaedem Θοαὶ appellatae ab Homero, Strabone teste, L. X. p. 458. H.

h. *Echinades)* Desertae insulae, quarum pleraeque annexae iam continenti, aggerente limum Acheloo amne, vt ait Strabo, L. XVIII. p. 458. et Thuc. L. II. p. 170. Ceterae fere sine nomine, praeter quinque, quibus est commune vocabulum, *Curzolari.* Ἐχινάδες ἔρημοι νῆσοι, Scylaci, p. 13. Nobis, *les Curzolaires.* H.

i. *Aegialia)* Vide Not. et Em. N. LXIX. (hic adi.) *Aegialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnas, Chalcis, Pinara, Mystus)* In R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. *Mystrus:* in aliis *Nystrus.* Videntur mihi sane Echinades eae ab aliis Aegaei maris insulis nomina esse mutuatae, sed ea a librariis deformata sic restitui oportere: *Aegialia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Dionysia, Cythnos, Chalcis, Pinaria, Nisyros:* quae a Pomponio Mela recensentur, L. II. c. 7. p. 44. et nos de iis suo loco dicturi sumus. Pinaria eadem quae Πιτυῦσα. H.

k. *Cephalenia) Cefalogna:* Zacynthus: Zante. H.

l. *Ithaca)* Vlysse alumno inclyta. Nunc *Thiachi:* Nautis, *Cefalogna piccola.* H.

m. *Dulichium, Same)* Sic Maro, Aen. L. III. *Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis.* Sic Pomponio Melae, L. II. c. 7. p. 44. Dulichium, Cephalenia, Neritos, Same, diuersae sunt insulae. Praeiuit illis Homerus,

cylea. o. A Paxo Cephalenia quondam Melaena dicta, vndecim millibus pass. abest, circuitu patet p. XLIV [1]. Same diruta a Romanis, adhuc tamen oppida

1. XCIII. Ch.

rus, qui Σάμος insulam Il. β. v. 141. et in Odyssea interdum, vocat: quam ipsam esse Cephaleniam a quibusdam existimatum Eustathius ibidem refert, p. 407. Errare Hesychius videtur, qui Δελίχιον, πόλιν Κεφαλληνίας vocet. H.

n. *Same)* Ab hac Samei dicuntur, vt a Samo Samii. Straboni Same ciuitas est Cephaleniae. Apud Melam lib. II. c. 7. Same et Cephalenia magno errore, vt insulae duae diuersae recensentur, ac item Nerius et Ithaca, cum Neritus sit Ithacae mons: vt patet ex hoc capite. *Dalec.*

o. *Crocylea)* Τὰ Κροκύλεια plurium numero, apud Homerum Il. β. v. 139. Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον, καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν. Vt Ithacam sic etiam Crocylea apud Homerum insulae nomen esse visum est Plinio: Stephano quoque, ex Thucydide, quem intellexisse non videtur: Est enim Crocylion Thucydidi Aetoliae oppidum, non insula. Contra vero Straboni, L. VIII. p. 376. Crocylia Homeri oppidum esse Acarnaniae continentis existimatum est. Heracleon vero apud Steph. verbo Κροκύλειον, quadrifariam diuisa Ithaca, tertiam eius partem *Crocylion* appellauit. Vide Not. et Em. N. LXX. (hic pos.) *Crocylea. A Paxo Cephalenia, quondam Melaena dicta, vndecim M. pass. abest)* In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. *Crocylea Paxo Cephania* etc. Libri vulgati, *Crocylea, Paxos, Cephalenia,* etc. At si ea lectio steterit, et Paxos alia a duabus superius iam appellatis diuersa, ceteris ignota Geographis, importune nobis obtruditur: et quod grauius est, desideratur haud dubie locus, a quo illae vndecim millibus Cephalenia abſit. Proinde scripsi confidenter, *Crocylea,* vel *Crocyle.* Deinde nouam periodum auspicatus. *A Paxo Cephalenia,* etc. Paxi enim satis superque meminit in Paxorum duarum mentione Plinius. H.

p. *Patet XLIV.)* R. 1. XLIII. Straboni, L. X. p. 456. Cephaleniae ambitus est stadiorum prope CCC. hoc est, XXXVII. M. D. pass. H.

pida q. tria habet. Inter hanc et Achaiam, cum r. oppido magnifica et fertilitate praecipua, Zacynthus, aliquando appellata s. Hyrie, Cephaleniae a meridiana parte t. XXV.[1] millibus abest. Mons u. Elatus ibi nobilis. Ipsa circuitu colligit XXXVI.[2] millia. Ab ea Ithaca XV.[3] millibus distat, in qua mons x. Neritus. Tota vero circuitu patet y. XXV. mill. pass. Ab ea Araxum z. Peloponnesi promontorium XII. millib. pass. Ante a. hanc in alto Asteris,

H 2

1. *Sic ex MSS. Ch.* XXII. *millia Gr.* 2. XXXV. *M.*
3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch.* XII. *mill. Gr.*

q. *Oppida tria)* Cum olim haberet quaterna: vnde Τετράπολις Eustathio, p. 307. et Strab. p. 455. appellata est. Horum quatuor oppidorum ciues a Liuio nominantur Nesiotae, Cranonii, Pallenses, Samaei: L. XXXVIII. p. 477. atque ita fere a Thucydide, L. II. p. 119. Direpta Same a Romanis, M. Fuluio CoS. Imperatore, Samaeos omnes sub corona venisse, idem est auctor, p. 478. Contigit haec clades A. V. C. DLXV. H.

r. *Cum oppido magnifica)* Libentius agnouerim, *cum oppido magnifico*, vel *oppido magnifica*. H.

s. *Appellata Hyrie)* Vide Not. et Em. N. LXXI. (hic pos.) *Zacynthus, aliquando Hyrie appellata)* Ex hoc Plinii loco Pomponium Melam emendabis, (id quod Vossius praetermisit:) qui Hyriam, Cephaleniam, Neriton, Samen, Zacynthum, seorsim in Ionio mari nominauit, ceu forent Hyria Zacynthusque diuersae inter se insulae. H.

t. *XXV. millia)* Strabo L. X. p. 458. stadiis LX. tantum insulae ambitum circumscribit, quae sunt VII. M. D. pass. sed manifesto errore. H.

u. *Mons Elatus)* Ab abietibus inditum monti nomen: cui monti nunc arx praecipua cum oppido insidet. H.

x. *Mons Neritus)* Hom. Il. β', v. 139. proxime a nobis citato: quem ad locum Eustathius, p. 307. Νήριτον, inquit, ὄρος ἐστὶν ἐπιφανὲς ἐν Ἰθάκῃ. H.

y. *Patet XXV. mill.)* Dissidet rursum a Strabone, qui Ithacae ambitum stadia colligere LXXX. ait, hoc est, X. mill. pass. H.

z. *Araxum)* De quo sect. 6. H.

a. *Ante hanc)* Ante Ithacam. Ἀστερὶς Homero nota,

ris, Prote: ante Zacynthum xxxv. mill. paſſ. in Eurum ventum Strophades b. duae, ab aliis Plotae dictae. Ante Cephaleniam Letoia. c. Ante Pylum tres Sphagiae d.: et totidem [1] ante Meſſenen Oenuſſae. e. In Aſinaeo ſinu tres Thyrides f.: in Laconico Teganuſa g., Cothon, Cythera [2] cum oppido, antea Porphyris appellata. Haec h. ſita eſt a Maleae promontorio V. millibus [3] paſſuum ancipiti propter anguſtias ibi nauium ambitu. In Argolico, Pityu-

1. *Totidem in latere ſeptemtrionali: dextera in Meſſenen Oenuſſa.* V. 2. *Cynthera Gr.* 3. *millia Gr.*

Odyſſ. δ. v. 484. Stephano, Πρωτὴ, inſula prope Sphagiam et Pylum. Prote nunc *Prodeno*, dicitur. H.

b. *Strophades)* Hodie *Strophadi*, et *Striuali*: olim Στροφάδες, quaſi eae circumagi aliquando, ac circumverti viſae fuerint: et Πλωταὶ, vt Mela ait, L. II. c. 7. ſiue fluctuantes. Στροφάδες νῆσοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ, Steph. Antonin. in Itiner. Marit. et Strophadas eas, et Plotas vocat. H.

c. *Letoia)* Ptolem. L. III. c. 14. Λωτῶα νῆσος. H.

d. *Sphagiae)* Quarum maxima Σφαγία, et Σφακτηρία dicta, Pauſan. L. III. Lacon. p. 167. et Straboni L. VIII. p. 359. Προσκειμένη πλησίον τῦ Πύλȣ. Hodie *Sapienza*: reliquae ſcopulis, quam inſulis propiores. H.

e. *Oenuſſae)* Οἰνȣ̃σαι Pauſaniae, L. IV. Meſſen. p. 282. Harum maximae *Caprera* nomen eſt: ceterae ſcopuli. A vini fertilitate vetus petita appellatio eſt. H.

f. *Thyrides)* Θυρίδες, Strab. L. VIII. p. 360. in Aſinaeo pariter ſinu. Nunc Venetico communi nomenclatione eae appellantur, a promontorio Acrita, quod in continenti obiacet, *Capo Venetico*. De Aſinaeo ſinu diximus ſ. 7. H.

g. *Teganuſa)* Θηγανȣ̃σα Pauſaniae, l. c. Nunc *Iſola di Cerui*. Κώθων haud procul Cytheris, Stephano: nunc ſine nomine. Κύθηρα denique omnium maxima, ante Tenarum promontorium, Strab. L. VIII. p. 363. nunc *Cerigo*. Olim etiam Πορφυρὶς Solino, c. 11. p. 29. et Πορφυρȣ̃σσα dicta, Euſtathio in Dion. v. 500. p. 71. a copia quae ibi eſt, praeſtantiaque purpurarum. H.

h. *Haec ſita eſt*, etc.) Solinus c. 11. p. 29. H.

Pityusa i., Irine, Ephyre: contra Hermionium agrum Tiparenus k., Aperopia [1], Colonis, Aristera: contra Troezenium l. Calauria, m. quingentos [2] passus distans: Plateis n., Belbina [3], Lasia, Baucidias. Contra Epidaurum Cecryphalos o., p. Pityonesos

1. *Eperopia.* Ch. *Epiropia.* Gr. 2. *quinquaginta millia pass. distans a Plataeis.* V. *distans Plateis.* Gr. 3. *Bellina.* Ch.

i. *Pityusa)* Hoc est, pinaria, πιτυȣσα, a pinuum copia. Ἰρίνη deinde sit, an Εἰρήνη, quo nomine et ipsam Calauriam, quae haud procul hinc abest, inuenio nominatam apud Plutarch. in quaest. Gr. p. 295. obscurum est. Ἐφύρη Stephano inter insulas haud procul Melo memoratur. Tres illae mihi esse videntur, quas hodie nautae appellant *Falionera*, *Caraui*, *Bella pola.* H.

k. *Tiparenus*, etc.) De Tipareno et Colonide ceteri silent, Ἀπεροπία et Ἀριστερὰς Pausaniae memoratur, L. II. Corinth p. 150. Haec etiamnum *Aristeri* nomen habet. H.

l. *Calauria)* Καλαύρεια Stephano, nunc *Sidra.* Alii tamen *Poros* vocant. Mela L. II. c. 7. *Calauria inter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis.* H.

m. *Quingentos passus distans)* Ab agro Troezenio. Vide Not. et Em. N. LXXII. (hic consp.) *Quingentos passus distans: Plateis, Belbina,* etc.) Prius legebatur, *quingentos passus distans Plataeis.* At Plataeae vrbs Boeotiae est, longe ab hoc tractu semota, non D. modo pass. sed multis millibus: et in regionis meditullio posita, non in litore, vnde insularum interualla petuntur. A continente dispesci Calauriam exiguo freto IV. stad. hoc est, D. pass. auctor est Strabo, L. VIII. p. 369. H.

n. *Plateis*, etc.) Ex his sola Belbina Scylaci nota, p. 19. Κατὰ δὲ τὸ Σκύλλαιον ἀκρωτήριον τῆς Τροιζηνίας ἐστὶ νῆσος Βέλβινα, καὶ πόλις, contra Scyllaeum Troezenii agri promontorium. Straboni quoque L. VIII. p. 375. et Stephano. H.

o. *Cecryphalos)* Κεκρυφαλία Aristidi, apud Photium in Bibl. cod. 246. p. 1221. prope Aeginam: hodie *Schilla.* Diodoro quoque, L. XI. Bibl. p. 59. et Thucyd. L. I. p. 70. H.

p. *Pityonesos)* Πιτυόνησος insula pinaria. In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Scinthionesos.* Hodie,

nesos [1] VI. mill. pass. a continente. Ab hac Aegina q. liberae conditionis XVII. millibus pass. cuius XX. [2] mill. pass. praeternauigatio est. Eadem autem a Piraeeo Atheniensium portu XX. [3] mill. pass. abest, ante r. Oenone [4] vocitata. Spiraeo s. promontorio

1. *Sitionnesos.* V. 2. XIX. *Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. H. conf. Ch.* XII. *Gr. et Al.* 4. *Oenopia. V. Pint.*

Hodie, vt ex situ liquet, *Damala.* H.

q. *Aegina)* Eam Pericles et Pemades dicebant esse Peiraei λήμην, non vt interpres legit apud Plutarchum λιμένα: Samum vero, ciuitatis ἀπόῤῥωγα: Fossam, vallum, munimentum. Rhodig. c. 6. lib XII. *Dalec.*

Aegina) Αἴγινα, hodieque *Egina*, non *Engia*, vt vulgus Geographorum existimat. Ab ea sinui Saronico nomen. Pauli Medici Aeginetae patria. Hanc Agathemerus L. I. Geogr. c. 5. porrectam ait esse stadiis CLX. hoc est, XX. mill. pass. vt recte Plinius. H.

r. *Oenone)* Ab Oenone Asopi filia, vt ab eius sorore Corcyra, Corcyra, quae antea Scheria vocabatur. Dicta est et Oenone Oinopia. Ouidius: *Oinopiam Minos petit Aeacideia regna.* Pindarus. σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἤνεγκον κύματα. Aeacum Οἰνώνης βασιλέα in Nemaeis. Euripides in Iphigenia: Οἰνώνης πρόμον, id est, πρόμαχον, προαγωνίστην, προστάτην, προηγέμενον. Ζεὺς (inquit) Αἰακὸν δ' ἔφυσεν Οἰνώνης πρόμον. Leopard. c. 8. 3. *Dalec.*

Oenone) Οἰνώνη Stephano, Scymno Chio, p. 23. Eustathio in Dion. v. 512. p. 73. Tzetzae in Lycophr. v. 175. p. 36. Apollodoro L. III. de Diis, p. 229. et ante eos Herodoto, L. VIII. Vran. p. 477. n. 46. H.

s. *Spiraeo)* De quo sect. 9. Ex his insulis Ἐλεῦσα Straboni memoratur, L. IX. p. 398. Ἀσπὶς Stephano. De ceteris auctores desidero. Scopulos modo ignobiles in hoc tractu maris, Tabulae Nauticae, et qui ea maria perlustrarunt, nobis repraesentant. Vide Not. et Em. N. LXXIII. (hic coll.) *Spiraeo — — Eleusa, Dendros — Aspis)* Rectius fortassis *Adendros,* literula ex superiore vocabulo repetita: quoniam quemadmodum mox citata Aspis, teste Stephano, careret arboribus: Ἀσπὶς, νῆσος ἄδενδρος οὖσα. In R. 1. *Adendros* legitur. H.

rio obiacent Eleusa, Dendros, Craugiae duae, Caeciae [1] duae, Selachusa, Cenchreis, Aspis. Sunt et t. in Megarico sinu Methurides [2] quatuor. u. Ae-

 gila

1. *Acacciae.* Ch. 2. *Ethurides. Methuriades.* St.

t. *Et in Megarico sinu Methurides* IV.) Stephano *Methuriades* sunt, non *Methurides:* statuitque eas prope Troezenem inter Africam et Aeginam. Ceterum quoniam Aginae mentio occurrit, non sit mihi fraudi, operam Nasoni periclitanti ferri contra Hermolai auctoritatem, depravare illum volentis. Nam Hermolaus, vbi paulo ante Plinius huius insulae meminit, castigare volens Ouidianum illum versum sexti transformationum: *Oenopiam veteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginam;* etc. Oenonem dicit in Ouidio legendum, non *Oenopiam.* Nos ei damus, *Aeginam* appellatam esse *Oenonem*, passim id scriptorum magna afferente caterua, sed non ideo concedemus *Oenopiam* appellatam non esse. Potest enim locus vnus, quod frequentissime contingit duo et plura habere nomina. Aeginam autem appellatam esse Oenopiam, auctor est Pindarus, sic Aeginam alloquens vltimo Isthmiorum eidyllio: *Te autem in insulam Oenopiam ducens cognouit, vbi peperisti diuinum Aeacum grauitonanti patri, praestantissimum omnium mortalium.* Lapso etiam in eundem errorem Ouidii enarratore. *Pintian.*

Methurides) Quarum, vt quidem videtur, maxima Μεθουρία Stephano appellata est, inter Aeginam et Atticam, iuxta Troezenem: νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζῆνος. H.

u. *Aegila)* Quae Herodoto L. VI Erato, p. 366. n. 97. Αἰγίλη vel Αἰγίλεια, variant enim ibi codices. Hodie *Cerigotto* Vide Not. et Em. N. LXXIV. (hic coll.) *Aegila)* Ita MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. vbi perperam libri vulgati *Aeglia.* Neque ipse Stephanus forte mendo caret, qui hanc insulam Αἰγιάλειαν, pro Αἰγίλειαν vocet: nam de hac nostra eum agere, vel ipso situ, quod suspicatus est etiam Barbarus, satis admonemur, cum inter Cretam et Peloponnesum iacere dicat, quo situ est Aegila haec a Phalasarna Cretae distans XXV. M. P. Αἰγιάλεια, inquit, νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου· ὁ οἰκήτωρ Αἰγίλιος. Quae vox postre-

gila[1] autem xv. mill. paſſ. a Cythera, eadem a Cretae Phalaſarna oppido xxv. mill. paſſ.

XX. Ipſa Creta altero latere ad auſtrum, altero ad ſeptemtrionem verſa, inter ortum occaſumque porrigitur, centum x. vrbium clara fama. Doſiades y. eam a Crete nympha: Heſperidis filia, Anaximan-

1. *Aegialia. Aegila. V. Aegialum. Ch. Aeglia. Gr.*

poſtrema ſuadet Αἰγίλα prius, vel Αἰγίλια ſcribi oportuiſſe. H.

x. *Centum vrbium)* Maro Aen. L. III. v. 106. *Centum vrbes habitant magnas.* Et Horat. L. III. Od. 27. *Centum tetigit potentem oppidis Creten.* Belli Troiani temporibus vrbes nonaginta dumtaxat ibi fuiſſe prodit Vlyſſes, Odyſſ. τ. 174. At aetate ſua centum fuiſſe refert Homerus, Il. β. 649. Nunc vero quae ſint alicuius nominis, vix quatuor omnino exſtant: *Caſtro*, metropolis, quae Italis *Candia* dicitur: *Canéa*, *Rétimo*, *Sitia*. H.

y. *Doſiades eam a Creta Nympha Heſperidis filia; etc.)* Lege ac interpunge, *Doſiades eam a Crete Nympha, Heſperidis filiae Anaximander, a rege Curetum Philiſtides Mallotes: Crates Aeriam primum dictam*, etc. Doſiades, qui Κρητικὰ ſcripſerat, Cretam a Crete Nympha indigena ſcil. vocatam dixerat. Anaximander a Crete Heſperidis filia, alii a Crete Iouis et Idaeae Nymphae filio. Vide *Salmaſ.* pag. 169. b.

Doſiades eam etc.) Haec Solinus c. 11. p. 29. et Martianus L. VI. p. 212. iiſdem fere verbis a Plinio. Vide Not. et Em. N. LXXV. (paulo poſt) Hodie *l' Iſle de Candie) Doſiades eam a Creta nympha: Heſperidis filia Anaximander: a rege Curetum, Philiſtides Mallotes: Crates primum Aeriam dictam: deinde poſtea Curetin, etc.)* Perturbata haec interpunctione praepoſtera ita ſanauimus. Nihil iuuat Solinus, c. 11. p. 29. qui miſcere omnia videtur: nihil Martianus L. VI. c. de Thracia, p. 212. qui auctorum nomina praetermiſit: *Creta*, inquit, *cui nomen ſuum Heſperidis Nympharum pulchra conceſſit, aut Curetum rex Cretes, a quo Creta primum, mox Curetis appellata: deinde propter caeli temperiem Macaronneſos eſt appellata.* Cretam Heſperidos filiam pariter vocat Solinus: Apollodo-

ximander: a rege Curetum, Philiſtides Mallotes: Crates primum Aeriam z. dictam: deinde poſtea Curetin, et Macaron a. nonnulli a temperie caeli appellatam [1] exiſtimauere. Latitudine nusquam quinquaginta millia paſſuum excedens, et circa mediam ſui partem maxime patens, longitudinem [2] implet CCLXX.[3] millium paſſuum, circuitum [4] DLXXXIX.[5] flectensque ſe in Creticum pelagus ab ea dictum, qua longiſſima eſt ad orientem Sammonium b. promontorium aduerſum Rhodo: ad occidentem Criumetopon bb. Cyrenas verſus expellit. Oppida eius

1. *Appellauere. V.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. longitudine Gr. et Al.* 3. CCLXXXVII. *et octauas quatuor. ex Apollodoro.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. circuitu Gr. et Al.* 5. *mille quingentos* LXXXIX. *M. ex recentiorib.* DXX.

lodorus, L. III. de Diis, p. 163. Ἀςερίη, niſi mendum ſit pro Ἑσπέρη. Cretem Curetum regem, Iouis et Idaeae Nymphae filium Stephanus auctor eſt fuiſſe: Meminit eius et Scymnus Chius, p. 23. Vnde in ſuſpicionem venio nec poſteriorem huius ſententiae partem a vitio penitus immunem eſſe: nam ea vox *dictam* plane ſuperuacanea eſt: nec illud *deinde poſtea* Plinianam elegantiam ſapit. Quid ſi legas igitur: *Crates primum Ceriam, Idaeam deinde*, nempe ab Idaea Nympha, *poſtea Curetim*, etc. Adeo non haec noſtra nobis coniectura diſplicet, vt ſi librorum vllus faueret, in textum inſerere nulla religio foret. H.

z. *Aeriam)* Ἀερία, Stephano: Gellio quoque L. XIV. c. 6. p. 777. H.

a. *Macaron)* Hoc eſt τῶν Μακάρων, ſubintellige inſulam. Solinus et Martianus, Μακάρων νῆσον, *inſulam beatorum*. H.

b. *Sammonium)* In Tabulis Nauticis *Capo Salamon.* In Act. Apoſt. c. 27. *Salmone.* Ptolemaeo, L. III. c. 17. Σαμώνιον ἄκρον. H.

bb. *Criumetopon)* Κρίου μέτωπον ἄκρον Ptol. l. c. ceu *Frons Arietis.* Nunc *Capo Crio:* iuxta pagus eſt, *S. Zuan di Capo Crio.* H.

insignia, Phalasarne c., Etea d., Cisamum e., Pergamum f., Cydon g., Minoum h., Apteron i., Pantomatrium k., Amphimalla, Rhithymna, Panhormum,

c. *Phalasarne)* Φαλάσαρνα, Scylaci, p. 17. Ptolemaeo, et Stephano. H.

d. *Etea)* Ἠτεία. Vide Not. et Em. N. LXXVI. (hic adi.) *Etea)* Hactenus *Elea* vel *Elaea* legebatur, quam in Creta nemo vnus scriptorum agnoscit. At Eteam plures: Stephanus: Ἠτέα — τῆς Κρήτης πόλις, ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. Diog. Laert. in Mysone, L. I. Ἠτεῖαν γὰρ πόλιν εἶναι Κρήτης. H.

e. *Cisamum)* Κίσαμος Ptolemaeo, l. c. Apteri oppidi nauale, Ἀπτέρας ἐπίνειόν ἐςι Κίσαμος, inquit Strabo, L. X. p. 479. In Notitia Ecclesiastica Hieroclis, p. 25. sedes Episcopalis. Hodie *Chisamo.* H.

f. *Pergamum)* Pergameam Maro appellauit Aen. L. III. v. 133. *Et tandem antiquis Curetum allabimur oris. Ergo auidus muros optatae molior vrbis Pergameamque voco.* Scylaci quoque, Περγαμίας, in Κρήτῃ. H.

g. *Cydon)* Straboni l. c. Κυδωνία. Italis *Canea:* Nobis, *la Canée.* H.

h. *Minoum)* Μινώα Ptol. l. c. Nunc *Minolo.* H.

i. *Apteron)* Inter Apteron et mare μέσεῖον locus fuit, in quo Sirenae cum Musis contenderunt, quae a Musis victae, doloris impatientia ab humeris alis remotis, et abiectis, in mare dederunt praecipites, vnde ἀπτέρου nomen, vti refert Stephan. Vnde et Ausonius in Grypho seu Eidyll. 11. vers. 21. *Tres volucres, tres semideae, tres semipuellae, Ter tribus ad palmam iussa certare Camoenis, Ore, manu, flatu, buxo, fide, voce canentes.* Eademque de re Eustath. super Il. α. p. 64. Paulo aliter tamen Pausan. Boeot. p. 308. *Dalec.*

Apteron) Ἄπτερα Stephano, πλησίον τῆς θαλάττης, Nomen, si fabulis fides, ex eo datum oppido, quod Sirenes ibi a Musis victae, τὰ πτερὰ, hoc est, alas abiecerint, Stephanus, Suidas et Etymologici auctor. H.

k. *Pantomatrium etc.)* Παντομάτριον Ptol. et Steph. Ἀμφίμαλλα et Ἀμφιμάλλιον Stephano: nunc *la Suda:* hinc Ἀμφιμαλῆς κόλπος ap. Ptol. L. VII. c. 17. *Golfo de la Suda.* Ῥιθύμνια Stephano, Ptolemaeo Ῥίθυμνα, hodie *Retimo.* Πάνορμος Ptol. nunc etiam *Panormo.*

mum, Cytaeum, Apollonia l., Matium m., Heraclea n., Miletos o., Ampelos p., Hierapytna q., Lebena r., Hierapolis s.: et in mediterraneo, Gortyna,

normo, in territorio, vt loquuntur, Sitiae. Nam Κύταιον, vt Stephanus habet, vel Κυτᾶιον, vt Ptolem. *Sitia* nunc dicitur, circumiectus ager, *il territorio di Sitiae*. In Leonis Nouella, sedes Episcopalis, Σίτεια, apud Leunclauium, p. 96. H.

l. *Apollonia)* Stephanus iuxta Gnossum locat: Ἀπολλωνία ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ Κνώσσῳ. H.

m. *Matium)* Matium paullo post a Plinio contra Diam insulam statuitur, quae *Standia* hodie appellatur, septemtrionali Cretae lateri opposita: quamobrem ex eo situ intelligimus Matium esse hodierno die totius insulae primarium oppidum, *Candie*. H.

n. *Heraclea)* Ἡράκλεια Κρήτης, Stephano: Gnossiorum nauale Straboni, L. X. p. 476. ἔχει δὲ ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Γνωσσός. H.

o. *Miletos)* Μίλητος, quae Ionicae Mileto ortum dedit. Strabo, L. XIV. p. 634. et L. X. p. 479. Μίλυτος pro Μίλητος. Homerus in Catal. Il. β'. v. 154. Λύκτον, Μίλητόν, τε ἀργινόεντα Λύκαςον, Φαιςόν τε, Ῥύτιόν τε. Nonnus L. XIII. Dionys. p. 364. Μιλήτȣ ςρατίῃσι συνήλυδες. H.

p. *Ampelos)* Ἄμπελος ἄκρα Ptolemaeo promontorium est, vnde iam ad oppida australi latere posita, cursum Plinius orationemque flectit. H.

q. *Hierapytna)* Ἱερὰ Πύτνα, πόλις Κρήτης Stephano. Τὰ Ἱεράπυδνα Dioni L. XXXVI. p. 8. Apud Gruter. p. 595. Ἱερὰ Πύτνα. Hodie *Giera Petra*. In Notit. Eccles. Hieroclis, sedes Episcopalis. H.

r. *Lebena)* Λεβὴν Straboni, L. X. p. 478. Gortynae nauale, a qua distidet stadiis XC. Nunc *Lionda*. H.

s. *Hierapolis* etc.) Ἱερὰ πόλις Κρήτης, Stephano. In Nouella Leonis, sedes Episcopalis. Gortyna quoque, Γορτύνα μητρόπολις, hodie *Chetina*. Φαιςὸς πόλις Κρήτης Stephano agnita: Γνωσσὸς fere omnibus. Πολυῤῥήνιοι Cydoniatarum vicini dicuntur apud Strabonem, p. 479. ab ouium, quas alunt, numero appellati, vt auctor est Stephanus. In nummo vetere apud Spanhemium p. 902. ΠΟΛΥΡΗΝΙΩΝ. De Myrina vide Not. et Em. N. LXXVII. (hic posit.) *Myrina — Rhamnûs)* Ita libri omnes. At de Cretensi Myrina, altum tamen vbique silen-

tyna [1], Phaeſtum, Gnoſſus, Polyrrhenium, Myrina, Lycaſtus g., Rhamnûs, Lyctus h., Dium, i. Aſum [2], k. Pyloros [3], Rhytion, Elatos [4], Pharae l. Holo-

1. *Cortyna.* Gr. 2. *Aſium* *Vet. M.* 3. *Phileros. V.* 4. *Sic et Ch. Clatos. Gr. et Al.*

ſilentium. Velleius, L. I. *Rex Regum Agamemnon tempeſtate in Cretam inſulam reiectus, tres ibi vrbes ſtatuit: duas a patriae nomine, vnam a victoriae memoria: Mycenas, Tegeam, Pergamum.* Quo Velleii teſtimonio adductus, nullus fere dubito, quin *Mycenae* hoc loco pro *Myrina* legi multo ſatius ſit. Rhamnûs quoque ne temere huc nobis a coniectore aliquo obtruſa obiectaque ſit, valde vereor: eſt enim Ῥαμνοῦς λιμὴν inter vrbes littori adiacentes apud Ptol. L. III. c. 17. cum portu haud ignobili; haec modo a Plinio mediterraneis oppidis accenſetur. Quamobrem ſuſpicor haud immerito *Rhaucus*, pro *Rhamnûs* ſcribi oportere: eſt enim Stephano Ῥαῦκος, πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης. H.

g. *Lycaſtus)* Homero ſuperius laudato, et Stephano aliisque, Λύκαστος. De Rhamnunte quid ſentiamus, in Not. et Em. dicemus, num. cit. H.

h. *Lyctus, etc.)* Λύκτος Stephano: Scylaci, ἐν μεσογείᾳ Λύκτος, p. 18. Dium in mediterraneis inſulae vrbibus qui ſtatuerit, auctorem adhuc requiro. H.

i. *Aſum)* Ἄσος Stephano, vnde Iupiter Aſius appellatus. H.

k. *Pyloros etc.)* Forte *Elyros*, Vide Not. et Em. LXXVIII. (paulo poſt) Ῥύτιον Homero l. c. Stephanoque: Ῥύτειον Suidae eſt. Rhytion cum Rhitymna confundit Ferrarius in Lexico. De Elato dicemus in Not. et Em. num. cit. *Pyloros, Rhytium, Elatos)* *Pyloros* quidem libri omnes, etiam MSS. exhibent: ſed vitiato, vt apparet vocabulo: cum de Pyloro Cretae ceteris ſcriptoribus ſilentium ſit. *Elyros* potius agnouerim: nam Stephano Ἔλυρος, πόλις Κρήτης, quae mendoſe vt arbitror, Scylaci Σάλυρος vocatur. Aut certe Ὤλερος, quae Κρητικὴ πόλις Stephano pariter appellatur. Aut denique *Alloros*, quod apud Gruterum, p. 505. foedus recitatur inter Ἀλλαριώτας et Παρίυς, Cretenſes. Elatos vero (ſic enim admonitu codicum R. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. reſcripſimus, pro *Clatos*, quam vocem

Holopyxos, Lasos [1], Eleuthernae m., Therapnae, Cylissos [2]: et n. aliorum circiter LX. oppidorum memoria exstat. Montes o., Cadistus [3], Idaeus, p. Dictynnaeus [4], Corycus. Ipsa abest promontorio

1. *Alos. V.* 2. *Gylysos. Ch. Mytinos. Gr. et A.* 3. *Sic et M. Cadiscus, Idaeus, Dictaeus, Gr. et Al. Sed Dictynnaeus ex MSS. dat Hard.* 4. *Dictinaeus. V.*

vocem nihili prorsus vulgati libri exhibent:) Elatos, inquam, haud dubie ea est, quae Stephano Ἰλαττία πόλις Κρήτης dicitur: Exstat apud Reines. p. 501. marmorea inscriptio complexa foedus inter Olontios, Latiosque, Cretenses populos, quos eosdem esse cum Elatiis arbitramur. H.

l. *Pharae etc.)* Φαραὶ colonia Messeniorum est, Stephano teste. Holopyxos etiam Melae cognita L. II. c. 7. Lasos ignota omnibus. H.

m. *Eleuthernae etc.)* Ἐλευθέρνα Stephano: Scylaci Ἐλευθέρναι, in Κρήτῃ. Est in Thesauro Regio argenteus nummus aere mixtus, cum epigraphe ΕΛΕΥΘΕΡ.... Therapnes etiam meminit Solinus Marathusae, Mela, L. II. c. 7. p. 44. Cylissi, Solinus. Vide Not et Em. N. LXXIX. (hic coll.) *Cylissos)* Editio Dalecampii, *Mytinos* Parmensis *Gytisos.* Hermolaus et eum consecuti Frobenius, Gelenius, aliique. *Cytinos:* sed Doriensis vrbs ea est, apud Strabon. L. X. p. 476. non Cretica. MSS. Reg. 1. 2. et Chiffl. *Gylysos.* Colb. 1. 2. *Gytysos.* At Solinus ex Plinio Cylisson habet, c. 11. p. 29. quem secuti sumus. H.

n. *Et aliorum)* Quorum nomina Meursius recitat in libro de Creta insula. H.

o. *Montes)* Solinus c. 11. p. 29. *Albet Creta iugis montium Dictynnaei et Cadisti: qui ita excandescunt, vt eminus nauigantes magis putent nubila.* Albos montes Plinius vocat, L. XVI. s. 60. et L. XXXI. s. 26. Item Ptol. L. III. c. 17. quod eorum iuga niuibus semper albent. H.

p. *Dictynnaeus, etc.)* Idem qui Dictaeus Callimacho: sed id Strabo negat L. XVIII. p. 479. Dictynaeum hoc loco habent MSS. Pliniani omnes, Solinus quoque et Martianus: nomen ex ea re habet, quod Dictynna inde se, vt aiunt, praecipitem egit. Ptol. tamen loco cit. ἡ Δίκτη ὄρος, et Κώρυκος ἄκρα, quae nautis hodie *Punta di Coraca.* Caue interim huc referas nummum argenteum a Seguino

rio suo, quod vocatur Criumetopon, vt prodit Agrippa,

guino delineatum, p. 126. secundae editionis, IMP. CAES. NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTH: *Augusto Germanico Dacico Parthico.* Caput laureatum. Femina rupibus seu petris insidet; dextra pateram tenet, laeuo brachio gestat infantem: hinc et inde stat miles armatus. Supra ΔΙΚΤΤΝΝΑ. Infra, ΚΡΗΤ. Caue, inquam, hic te *Dictynnam* videre et *Cretam* putes; quamuis hic sit communis error, non facit ius. Nullus Curetibus, aut Pyrrhicae saltationi, aut Dianae Dictynnae hic locus est. Voluit ingeniosus et eruditus nummi huius opifex, vno verbo, quod Latinum Graecumue esset, hanc exprimere sententiam: *Bis Caesar Traianus subegit Nomadas Arabiae:* vno, inquam, verbo, quod ex primis singularum vocum literis constaret, si fieri posset. Cum illa autem BCTSNA non satisfaceret, quoniam vox nihili est, ad Graecam δὶς se conuertit, et occurrit illi Dictynnaeus mons in Creta apud Plinium: statuitque Graecam sententiam conficere: quoniam δὶς commode hanc inchoaret, nec Latina vox vlla sit, quae incipiat a litera Υ. Scripsit ergo ΔΙΚΤΤΝΝΑ: inuenitque ex singulis ferme literis exsistere hanc sententiam picturae et argumento eximie congruentem: Δὶς Καῖσαρ Τραϊανὸς Ὑπέταξε Νόμαδας Ἀραβίας: *Bis Caesar Traianus subiecit Nomadas Arabiae:* primum Consulatu suo quinto, cum ARABIA ADQVISI*ta* in nummis scriptum est. Deinde in expeditione Parthica: nam in nummis Traiani iam Optimi et Parthici, et Consulis VI. legitur apud Occonem, ARABIA CAPTA. Ad hanc geminam expeditionem Arabicam significandam et geminus miles armatus in hoc nummo pingitur, et ipsa Arabia Petraea, quippe in petris insidens et eadem Nomadum regio, vbi vagae cum viris feminae puerulos gestare coguntur: et viri se telo defendunt. Nihil est in pictura superfluum, nihil quod non bis captam castigatamue Arabiam Petraeam significet. Litera N geminatur ob numerum pluralem, Νόμαδας. Eius moris sexcenta sunt in nummis exempla. Addidit ingeniosus opifex in imo numismate syllabam ΚΡΗΤ: vbi ΚΡΗΤΗ certe scriberet integre, si Cretam vellet intelligi. Sed vidit acute scribi posse ΚΡΗΤ. in hanc sententiam: Κράτιςος

pa, a Cyrenarum promontorio Phycunte, q. CXXV.[1] millibus passuum. Item Cadisto. A Malea Peloponnesi LXXV.[2] A Carpatho insula, promontorio Sammonio LX. mill. in Fauonium r. ventum. Haec inter eam et Rhodum interiacet. Reliquae circa eam: ante Peloponnesum duae Corycae s., totidem Mylae: et latere septemtrionali, dextra Cretam habenti contra t. Cydoniam Leuce, et duae Budroae[3]. Contra Matium u. Dia[4]. Contra x. Itanum promonto-

1. Sic et Ch. CLXXV. *Gr. et Al.* 2. LXX. *Ch.* LXXII. *Gr. et Al.* 3. *Sic et V. aliis Buto. sic Steph. Budorae Gr. et Al.* 4. *Dria. Vet. Cia Gr. et Al.*

ϛος Ῥωμαίων Ἡγεμὼν Τραϊανὸς, *Fortissimus Romanorum Imperator Traianus.* Nihil certius. Prorsus absurde vel ipse opifex hic ΚΡΗΤΗ scriberet, vel alii in ΚΡΗΤ Cretam intelligerent. H.

q. CXXV. *millia)* Vide Not. et Em. N. LXXX (hic adsp.) CXXV. *millia)* Ita MSS. omnes, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum hoc loco, tum L. V. f. 5. vbi eadem repetuntur: sic etiam vetustae editiones ante Frobenium, qui prior centum millia passuum addidit. Atque ei sane adstipulari Strabonem intelleximus, qui L. X. p. 475. a Cyrenaica regione, vbi Phycûs promontorium est, ad Criumetopon, ἀπὸ τῆς Κυρηναίας, ἐπὶ τὸ Κριȣ̃ μέτωπον, interuallum ait esse ex Eratosthenis sententia, stadiorum bis mille, quae passuum efficiunt CCL. millia. Sed quamnam Plinius Agrippae sententiam esse dixerit, non qualem esse oportuerit, inquirimus. H.

r. *In Fauonium)* Occasus versus, inquit, a Carpatho Creta recedit, LX. millibus passuum. H.

s. *Corycae — Mylae)* De his ceteri scriptores silent. Scopuli verius, quam insulae. H.

t. *Contra Cydoniam)* Siue Cydonem, de qua paulo ante. Nam et Cydonia Latinis interdum, vt Solino: Graecis semper est appellata. Ipsa vero Leuce hodie est *Scoglio di S. Theodoro*, cum arce minutissima. Budroae, (sic enim MSS. habent, non Budorae,) nunc *Turluru.* H.

u. *Dia)* Ita R. 1. etc. non *Cia.* Et Ptol. L. III. c. 17. ac Straboni, L. X. p. 484. Δία νῆσος, nunc *Standia,* conflata appellatione prauo harum vocum

montorium y. Onisia [1], Leuce: contra Hierapytnam, Chrysa z., Gaudos. Eodem a. tractu Ophiussa, Butoa, b. Aradus [2]: cirmuectisque Criumetopon, tres c. Musagores [3] appellatae. Ante Sammonium promontorium, Phoce d., Platiae [4], Sirnides, Naulochos,

1. *Onisia. M. Ch.* 2. *Rhamnus.* 3. *Musagorae. V.* 4. *Plachiae. Syrindes. vet. M.*

vocum sono, εἰς τὴν Δίαν. H.

x. *Contra Itanum*) Orientale Cretae promontorium illud est, vbi se insula in austrum flectere incipit: hodie *Capo Xacro* nautis. Ibi et oppidum Ἴτανος fuit, cuius Ptolemaeus meminit, L. III. c. 17. et Notit. Eccles. Hieroclis: at non est *Paleocastro*, prope Candiam positum, vt visum est erudito viro: cum hae ciuitates in media fere orae illius parte sint, quae Boreae obuertitur. H.

y. *Onisia, Leuce*) Prior *Cofonisi*: altera sine nomine est: eius tamen meminit Antonin. in Itiner. Marit. H.

z. *Crysa, Gaudos*) Vtriusque Mela meminit, L. II. c. 7. p. 44. Posterior Ptolemaeo dicta est, vt arbitror, Κλαύδος νῆσος, L. III. c. 17. adiacens Cretae, παράκειται τῇ Κρήτῃ: et in Notit. Eccl. Hieroclis, p. 25. Harum maior hodie *Gaidurognissa.* H.

a. *Eodem tractu Ophiussa, Butoa, Rhamnus*) Vetus lectio, *Ophiussa, Buto, Aranus*, lego *Aradus*, non *Aranus*, ex Stephano, qui tres celebrat Arados insulas: Phoenices, vnam de qua supra. Alteram in mari rubro. Tertiam prope Cretam. *Pint.*

b. *Aradus*) Ἄραδος circa Cretam insulam Stephano. In MSS. et edit. Parm. *Aranus*. Libri vulgati perperam, auctore Frobenio, *Rhamnus*. H.

c. *Tres Musagores appellatae*) Legendum, *tres Musagorae appellatae* aut certe, vt vetus fere habet lectio, *tres Musagorus appellant*, vt sit *Musagorus* accusandi casus Graecus. Nam in Pomponio etiam libentius legerem, *Et quas Musagorus numero tres vno tantum vocabulo appellant.* Hoc enim melius quam quod Hermolaus ait. *Pintian.*

Musagores) Mela, L. I. c. 7. p. 44. *Et quas Musagoras numero tres, vno tamen vocabulo appellant.* H.

d. *Phoce*, etc.) De Phoce Antonin. in Itin. Marit. Πλατεῖα insula Libyae a Stephano adscribitur. Sirnides, vel vt MSS. *Syrnides* nusquam com-

lochos, Armendon, Zephyre. At in Hellade, etiamnum in Aegaeo, Lichades e., Scarphia, Caresa [1], Phocaria, compluresque aliae ex aduerso Atticae sine oppidis, et ideo ignobiles. Sed contra f. Eleusina, clara Salamis: ante eam Psytalia: a g. Sunio vero Helene quinque mill. pass. distans. Dein Ceos h. ab ea totidem, quam nostri quidam dixere Ceam,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Maresa. Gr. et Al.*

compertae nobis: at Σύριν-θος Stephano vrbs Cretae dicitur, forte pro insula Creticae ditionis. Naulochos, ea est quae Naumachos a Mela, vna cum Zephyre appellatur, l. c. *Armedon* (sic enim MSS.) vel *Armendon*, quae sit, penitus obscurum. Et scopulis omnes, quam insulis, propiores. H.

e. *Lichades*) De his Strabo, L. IX. p. 426. Ἐνταῦθα καὶ αἱ Λιχάδες καλέμεναι τρεῖς νῆσοι, etc. Harum complures idem Strabo refert, L. I. p. 60. terrae motu esse demersas. Σκάρφεια ex aduerso in continente vrbem habet cognominem, in Locrorum ora, de qua f. 12. diximus. Caresa, in MSS. *Coresa*. Phocaria a phocis seu vitulis marinis accepisse nomen videtur. In MSS. *Phocasia*. H.

f. *Contra Eleusina*) De qua egimus sect. 11. Ipsam vero Σαλαμῖνα hodie *Coluri*, in Saronico sinu: Psytalia, *Lypsocoutalia* incolae vocant. De hac Pausan. L. I. Attic. p. 67. Νῆσος δὲ πρὸ Σαλαμῖνός ἐστι καλεμένη Ψυττάλεια, etc. H.

g. *A Sunio*) De Sunio, f. 11. De Helene, Mela L. II. c. 4. p. 43. *In Atthide Helene est, nota stupro Helenae: et Salamis excidio classis Persicae notior.* Helene, vt olim Μακρὶς, Stephano teste dicebatur, quod est in longum porrecta, sic hodie *Macronisi*, hoc est, μακρὰ νῆσος, vocatur. H.

h. *Ceos*) In hac insula Strabo refert, vetusta consuetudine, sexagenarios potos et coronatos, spectantibus necessariis sacro peracto, cicuta hausta, κονιαζεμένες, quam a necandi celeritate quidam ἐφήμερον vocant, mortem sibi consciscere. Rhodig. cap. 31. lib. XVIII. Menander, καλὸν τὸ κείνων νόμιμον ἐστὶ φανία, ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, ἐ ζῇ κακῶς. Meminit et Aelianus lib. III. Hist. et Stephanus in dictione ἰελίς. Idem fere mos se-nes

Ceam, Graeci et Hydrussam [1]. Auulsa Euboeae, quingentis i. longa stadiis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quae ad Boeotiam vergebant, eodem mari deuoratis, oppida habet reliqua, k. Iulida [2], Carthaeam: intercidere Coressus [3], Poeeessa [4]. Ex l. hac profectam delicatiorem [5] feminis vestem, auctor est Varro.

XXI. Euboea m. et ipsa auulsa Boeotiae, tam n. modico interfluente Euripo, vt nn. ponte iungatur: a me-

1. *Hydrussam auulsam Euboeae. Quinquagintis, etc.* V.
2. *Iulide. Strab.* 3. *Corissia. Strab.* 4. *Proeessa. Id.*
5. *delectationis. M.*

nes sexagenarios Tiberino e ponte deturbandi apud priscos Romanos olim quorundam de sententia obtinuit. vnde et Depontani vocati sunt. Vide apud Fest. Sexagenar. Nonium dictionem *Casnares*, pro qua corrupte legitur *Carnales*. De Ceo insula haec leguntur apud Strab. lib. IX. *Ceos quaternas continet vrbes, inde Tetrapolis vocitata. Duae vero restant, Carthaea scilicet, et quam Iulidem appellant: ad quas reliquarum habitatores concurrerunt: Carthaeam quidem a Phoecessa, Iulidem vero e Corisia.* Ex Iulide oriundus fuit Simonides primus auctor condendorum carminum. *Dalec.*

Ceos ab ea) Ab Helene totidem, hoc est, quinque millium pass. distans Κέως Straboni L. X. p. 486. aliisque. Κία νῆσος Ptol. L. V. c. 15. Hydrussae cognomen a copia aquarum petitum, Heraclides cap. de politia Coorum, insulae Coo attribuit, non Ceae: sed Ceon et Coon ab ipso confundi, sequentia eius verba declarant. Nunc *Cia*, vel *Zea*. H.

i. *Quingentis)* LXII. M. D. pass. H.

k. *Iulida, etc.)* Ἰελὶς, Καρθαία, Ποιήεσσα, Κορησσία, Straboni L. X. p. 486. Κορεσσὸς Ptol. L. III. c. 15. De Carthaea Ouid. Metam. L. VII. v. 369. *Transit et antiquae Carthaeia moenia Ceae.* H.

l. *Ex hac profectam)* Haec iisdem verbis Solinus, c. 7. p. 23. Vide quae dicturi sumus in Not. et Em. ad L. XI. N. XLII. H.

m. *Euboea)* Nostris *Negroponte*: *Egrippos* olim, voce ab *Euripos*, vt arbitror, deflexa. Nunc porro Plinii locum de more transscribunt Solin. c.

a[1] meridie promontoriis duobus, Geraesto o. ad Atticam vergente, ad Hellespontum Caphareo insignis: a septemtrione, Cenaeo: nusquam [2] latitudinem vltra XL. millia passuum extendit, nusquam intra p. duo millia contrahit: sed in longitudinem vniuersae [3] Boeotiae, ab Attica Thessaliam vsque praetenta q. in CL. [4] mill. pass. circuitu vero trecenta sexaginta quinque. Abest ab Hellesponto parte Capharei, CCXXV. mill. passuum, vrbibus clara quondam, Pyrrha r., Porthmo, Neso [5], Cerin-

I 2 tho,

1. *Sic V. quoque ad meridiem Gr. et Al.* 2. *Nusquam latitudinem vltra* XX. *m. pass. extendit, nusquam intra* II. *m. contrahit. Vet. adstipulantibus Strabone et Pomponio. M. legit, nusquam infra, etc. non intra.* XX. *Gr. et Al.* 3. *vniuersa Boeotia.* 4. CX. *m. ex recentioribus.* 5. *Neside, V. Meso Gr. et Al.*

II. p. 30. et Martian. L. VI. c. de Thracia, p. 213. Vide Pompon. L. II. c. 7. p. 43. H.

n. *Tam modico interfluente euripo, vt ponte iungatur.)* Vterque codex, *et tam modico.* Toletanus vero *ponto* legit, non *ponte:* vt non absurde legi queat, *ita modico interfluente euripo, vt ponto iungat.* Pintian.

nn. *Vt ponte)* Qui pons hodieque exstat, longitudine CCL. pass. H.

o. *Geraesto ad Atticam vergente et ad Hellespontum Caphareo insignis, a septemtr. Cenaeo)* Puto erratum esse in ordine verborum concipiendaque esse ad hunc modum, partim ex vetustis codicibus, partim ex coniectura: *Geraesto ad Atticam vergente; ad Hellespontum Caphareo: a septemtrione Cenaeo insignis.* Pintian.

Geraesto, etc.) Γεραιστὸν, Καφαρεὺς, Κήναιον, promontoria Euboeae terna, Straboni L. X. p. 444. et Ptolem. L. III. c. 15. H.

p. *Intra duo millia)* Vide Not. et Em. N. LXXXI. (hic consp.) *Intra duo mill.)* Sic Martian. L. VI. p. 213. Sic MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. sic denique Mela qui Martiano praeiuit. Vulgati libri perperam hactenus, *intra* XX. *millia.* H.

q. *Praetenta in CL.)* In longitudinem CL. mill. pass. toti Boeotiae apposita. H.

r. *Pyrrha, etc.)* Pyrrhae meminit Mela, l. c. Πορθμὸς Suidas.

Bochart. I, 13.

tho [1], Oreo, Dio, Aedepso, Ocha, Oechalia: nunc s. Chalcide, cuius ex aduerso in continenti Aulis est: Geraesto t., Eretria, Carysto, Oritano [2], Artemisio, fonte u. Arethusa, flumine Lelanto x., aquisque calidis, quae y. Ellopiae vocantur, nobilis: notior tamen

1. *Ceritho. V.* 2. *Orostane. V.*

Suidas. De Neso, (sic enim ex MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. pro *Meso* rescripsimus,) idem Mela: hodieque *Neso* vocatur, in parte insulae boreali. Κήρινθος, Homero cognita Il. β'. in Catal. v. 45. et Ptol. L. III. c. 15. Ὠρεός: πόλις Εὐβοίας, Stephano. Hinc Oritae populi, quos Dalec. in Athen. L. I. p. 14. ad Indos Oritas perperam refert. Δίον Homero rursum l. c. et Straboni L. X. p. 446. Αἴδηψος eidem Straboni, p. 445. cum thermis Herculeis, aquisue calidis. Ὄχη Eustathio in Il. p. 297. et montis nomen, et vetusta Euboeae totius appellatio fuit, ab oppido, vt apparet, cognomine. Οἰχαλία denique et apud Stephanum Euboeae oppidum est. H.

s. *Nunc Chalcide)* Χαλκὶς Eustathio l. c. aliisque. Hodie ab Euripo affluente *Negrepont*, quasi ἐν Εὐρίπῳ, quam vocem sequior vsus in *Negripo* primum transformauit. De Aulide diximus, §. 12. H.

t. *Geraesto, etc.)* Γεραιστὸς κώμη, contra Sunium, Atticae promontorium, vt auctor est Strabo, L. X. p. 446. Hodie *Iastura*. Ἐρέτρια Straboni quoque l. c. nunc *Trocco*. Κάρυστος Stephano, de quo oppido ille multa: nunc *Castel Rosso*. *Opulentissimae Carystos et Chalcis*, inquit Mela L. II. c. 7. p. 43. De Oritano nihil compertum. De Artemisio Ptolemaeus, L. III. c. 15. Ἀρτέμιδος ἱερόν, Stephano, Ἀρτεμίσιον. H.

u. *Fonte Arethusa)* De quo Strabo consulendus, L. I. p. 58. H.

x. *Lelanto)* Fluuium igniti luti terrae hiatu erupisse in Lelanto campo idem Strabo narrat l. c. Et prope Oreum Κάλλαντα ποταμόν idem collocat, L. X. p. 445. quem pro Plinii Lelanto accipi si quis velit, non admodum reluctabor. H.

y. *Quae Ellopiae)* Ab Ellopia Euboeae regione, de qua Stephanus, p. 446. H.

tamen marmore Carystio. Antea vocitata est z. Chalcodotis [1], aut Macris, vt Dionysius et Ephorus tradunt: vt Aristides, Macra: vt Callidemus, Chalcis, aere ibi primum reperto: vt Menaechmus, Abantias: vt Poetae vulgo, Asopis.

XXII. Extra eam in a. Myrtoo multae, sed maxime illustres Glauconnesos b., et Aegilia [2]. Et a promontorio Geraesto, circa Delum in orbem sitae

I 3 (vnde

1. *Chalcodontis.* *Gr. et Al.* 2. *Aeglia.* *Ch.* *Aegialis Ptolemaeo.*

z. *Chalcodotis)* Quod aes prima dederit, aere ibi, vt mox subiicitur, primum reperto. Ita scribi porro id vocabulum, tum MSS. monent Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. tum Graeci sermonis proprietas exigit: non vt hactenus editum, *Chalcodontis.* Sic Μακρὶς a longitudine, Stephano dicta est, vel Μακρά. Ab Abantibus qui eam diu tenuere, Ἀβαντίας. Ἀβαντὶς Pausan. L. V. Eliac. pr. p. 332. Vnde ἱερὸν ἕδος Ἀβάντων a Nonno appellatur, L. XIII. Dionys. p. 361. Nomen vtrumque hymno in Delum, Callimachus v. 20. complexus. Μακρὶς Ἀβαντιὰς Ἐλλοπιήων; et Dion. Perieg. v. 520. Ab Asopide deinde, hoc est, a Danae, vel Aegina Asopi filia postremum ei nomen est inditum: Scymnus Chius, p. 23. de variis Euboeae appellationibus: Διὰ τὴν φύσιν, τὸ πρότερον, ὥς φησιν, Μακρίς, Ἔπειτεν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσώπιδος, Χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομα, Εὔβοια πάλιν. H.

a. *In Myrtoo)* Deceptus est Pintianus ancipiti ac gemina Myrtoi maris appellatione. Aliud enim est Myrtoum pelagus Plinio, Straboni, Pausaniae, Melae: aliud Ptolemaeo. Huic circa Cariam est: illis a Creta ad Atticam. Vide Strabo, L. II. p. 124. H.

b. *Glauconnesos)* Γλαύκη νῆσος Pausaniae, L. VI. Eliac. post. Aegiliam Plinii cum Aegiali Ptolemaei, eodem errore Pintianus, aliique, eamdem esse existimarunt: quo is putauit idem esse Ptolemaeo, Plinioque, Myrtoum mare. Illa *Pondico* hodie: ista *Spitilus*: reliquae *Micronisia*, hoc est, paruae insulae, communi vocabulo nuncupantur. H.

Hesych. Βωμώ, οὕτως ἡ Μάκρις ὠνόμαστο

(vnde c. et nomen traxere) Cyclades. Prima earum Andrus d. cum oppido, abest a Geraesto x. mill. pass. a Ceo xxxix.! mill. Ipsam Myrsilus Cauron, deinde Antandron cognominatam tradit: Callimachus Lasiam, alii Nonagriam, Hydrussam, Epagrin. Patet circuitu xcvi. [1] mill. pass. Ab eadem Andro passus mille, et a Delo quindecim [2] mill. Tenos e., cum oppido xv. [3] mill. pass. porrecta, quam, propter aquarum abundantiam, Aristoteles f. Hydrussam appellatam ait, aliqui Ophiussam. Ceterae: g. Myconos [4] cum monte Dimasto: a Delo quindecim [5] mill. pass. (Scyros h.,) Siphnus i., ante

1. *Sic em. ex MSS. Hard. conf. Ch. ex recentiorib.* xc. *sed* xciii. *Gr. et Al.* 2. x. *ex recentiorlbus.* 3. *in* xv. *Ch.* 4. *Mycone. V.* 5. xvii. *V. aliis* x.

c. *Vnde et nomen)* Orbem enim κύκλον, inquit Solinus c. 11. p. 30. *Graii loquuntur.* Expressit id Graeco carmine Dion. Perieg. Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ τὄνομα Κυκλάδες εἰσίν. H.

d. *Andrus)* Andro. H.

e. *Tenos)* Τῆνος. Nunc *Teno.* H.

f. *Aristoteles)* Et ex Aristotele, vel quisquis is est auctor lib. de Mirab. Auscult. Stephanus, verbo Τῆνος: ἐκλήθη δὲ Ὑδροῦσσα, quod nempe irrigetur aquis, καὶ Ὀφιοῦσσα, quod anguibus scateat. Aristoph. Schol. in Plut. ἔχιδνα ἐν τῇ Τήνῳ μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσῳ ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο. Ac forte etiam inde Hydrussa ab hydris, non ab aquis est vocitata. Quin et vox ipsa Τηνία Hesychio ἔχιδνα est, hoc est, vipera: vt eodem spectare nomina haec omnia videantur. H.

g. *Myconos)* Μύκονος μία τῶν Κυκλάδων Stephano. Mons ibi Δίμαστος appellatus, quod duarum instar mammarum gemino vertice eminet. In Itinerario Georgii Wheleri, p. 191. dicitur Myconos a Delo non abesse amplius tribus passuum millibus. Nunc Turcis paret. H.

h. *Scyros)* A Scyro vate nominata fuit, qui ad Eleusinos cum Erechteo bellum gerentes ex Dodone profectus in praelio occidit, cum in Phalaro Palladis Scyradis sacellum aedificasset. Rhod. cap. 23. XXVIII. *Dalec. Scyros* abest prorsus apud Harduinum.

ante [1] Meropia, et Acis appellata, circuitu viginti [2] octo mill. pass. Seriphus k. duodecim, Prepesinthus l., Cythnos. Ipsaque longe clarissima, et Cycladum [3] media, ac templo Apollinis et mercatu celebrata, Delos m.: quae n. diu fluctuata, vt pro- I 4 ditur,

1. *antea.* Ch. 2. XL. *m. quibusdam.* 3. *et Cycladum media, ac templo, etc.* Ch.

i. *Siphnus, etc.)* Σίφνος Stephano, et eadem Μερόπη prius, vt auctor est etiam Nicol. Damascenus in Excerpt. p. 494. appellata. Vide Not. et Em. N. LXXXII. hodie *Siffano* (hic adi.) *Siphnus etc.)* Hic libri vulgati Scyron Siphno praefigunt, et alieno prorsus obtrudunt loco: nam et abest ea vox *Scyros* a MSS. omnibus Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. etc. nec vero in Cycladum albo censeri ea potest, tam prope a Delo: cum ne inter Sporadas quidem, ne dum inter Cycladas, reponi posse, quidam merito censuerint: Contra Euboeam enim iacet, κατ' Εὔβοιαν, vt ait Dicaearchus, p. 181. in descript. Graeciae. Nam quod Scylax, p. 21. inter Cycladas Σκῦρον recenset, error librariorum est, pro Σῦρον: cum idem rursus c. sq. Σκῦρον appellet: in Aegeo mari. Et Eustathius certe Cycladas recensens, in Dionys. v. 526. p. 76. Σῦρον nominat: Σκῦρον non habet. Strabo quoque, L. X. p. 485. ceterique Geographi. H.

k. *Seriphus)* Σέριφος Straboni, L. X. p. 487. Nunc *Serfino.* Deserta insula, quo fontes Romani relegabant. Tacit. Annal. L. IV. de Cassio Seuero: *In Seriphio saxo consenuit.* Iuuenalis Sat. 6. v. 562. *Et parua tandem caruisse Seripho.* H.

l. *Prepesinthus, etc.)* Πρεπέσινθος, et Κύθνος, Straboni, L. X. p. 485 Haec hodie *Fermina* dici existimatur. H.

m. *Delos)* Delos Apollinis et Dianae natalis, quos Latona Titani filia ex Ioue peperit. Manilius apud Varronem: Deli gemellos Creta Titano Deos Latona peperit casto complexu Iouis: Διὸς φιλότητι μιγεῖσα. *Scal.* Illic fuit ara Cornea, quam inter septem orbis miracula recenset Martial. lib. I. c. 1. *Dissimulatque Deum cornibus ora frequens.* Vide Politian. c. 52. Miscell. et Callimach. hymno Apoll. vers. 62. et Diog. Laërt. lib. VIII. pag. 313. et ibi Hortibon. *Dalec.*

Delos)

ditur, sola o. motum terrae non sensit [1]. Ad M. Varro-

1. *Sensit. At M. Varronis aetate Mutianus. Tol. Motum terrae non sensit ad M. Varronis aetatem. Gr. et Al.*

Delos) Δῆλος. Nobis, *les Sdilles*, a corrupta voce Graeca, εἰς Δῆλες. Incolae *Megadili* vocant. Adiacet ei Rhene, de qua mox Plinius, et minor Delos a ciuibus appellatur, non *Fermina*, vt quibusdam visum est, quae longe hinc abest. H.

n. *Quae diu fluctuata, vt proditur, sola motum terrae non sensit ad M. Varronis aetatem. Mutianus prodidit bis concussam)* Delum immobilem mansisse, ex quo Apollo et Diana in ea nati sunt, omnibus compertum est, vulgatis etiam de ea re Maronis versibus: *Quam pius arcitenens, oras et littora circum Errantem, Mycone celsa Gyaroque reuinxit, Immotamque coli dedit et contemnere ventos.* Quo in loco multa Seruius. Longa idem eiusce rei commentaria apud Herodotum in libro cui Titulus Erato, citato oraculi versu: *Mouebo Delum, immobilem quamquam,* Et longior apud Senecam sexto Naturalium quaestionum. His praedictis, videntur mihi Pliniana verba sic scribenda: *Quae diu fluctuata, vt proditur, sola terrae motum non sensit. At M. Varronis aetate Mucianus prodidit bis concussam.* stipulante etiam Toletano archetypo, in quo *At* legitur, non *Ad.* Nam si accipiamus Delum, a quo tempore immobilitate donata fertur, immunem terrae motus vsque ad M. Varronis aetatem durasse, necesse habebimus crimen falsi intendere, tum Herodoto, qui allegato libro scribit, quo tempore Datis exercitum duxit aduersus Graeciam, Delum concussam esse, praesagium videlicet futurarum Graeciae calamitatum (Datin vero multa ante M. Varronis tempora fuisse, nemo est qui ignoret) tum etiam Thucydidi, qui secundo belli Peloponnesiaci, Delum ait circa eius belli tempora tremuisse. Item Calisthenei philosopho, qui inter multa prodigia quibus denunciata est duarum vrbium Helices et Burae euersio, maxime notabilia fuisse prodidit columnam immensi ignis, et Delon agitatam. *Pintianus.*

o. *Sola motum)* Seneca L. VI. Nat. Quu. c. 26. p. 912. *Sed mouetur et Aegyptus, et Delos, quam Virgilius stare iussit. Immotamque coli dedit, et contemnere ventos. Hanc philosophi quoque, credula natio,*

Varronis aetatem, Mutianus prodidit bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit; quoniam repente apparuerit p. enata. Aeglosthenes Cynthiam q., alii Ortygiam r., Asteriam s., Lagiam [1], Chlamydiam, Cynaethum [2], Pyrpilem [3] igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mill. pass.: assurgit t. Cyntho [4] monte. Proxima ei Rhene u.,

I 5 quam

1. *Pelasgiam. V.* 2. *Cynthum. Steph. et M.* 3. *Pyrpolon. V.* 4. *Cinthio monte. Ch.*

tio, dixerunt non moueri, auctore Pindaro, Thucydides ait antea quidem immotam fuisse: sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse, etc. En quod Mutianus prodidit, bis ante Varronis aetatem terrae motu Delon concussam. Vide Callim. hymn. in Delum. Thucyd. L. II. p. 104. bello Peloponnesiaci anno primo tremuisse ait, Olympiad. LXXXVIII. Ante Marathoniam pugnam, Herodotus, L. VI. Erato, n. 98. p. 366. H.

p. *Apparuerit)* Παρὰ τὸ δῆλον, Seru. ad Aen. L. III. v. 76. *Delos dicitur, quia diu latuit, et postea apparuit. Nam* δῆλον *Graeci manifestum dicunt. Vel quod verius est, quia cum vbique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dabantur oracula.* H.

q. *Cynthiam)* A Cyntho monte, de quo mox Stephanus: verbo Δῆλος· ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος — καὶ Ἀστερία, καὶ Πελασγία, καὶ Χλαμυδία. H.

r. *Ortygiam)* A copia coturnicum, τῶν Ὀρτύγων, quae illic sunt, vt auctor est Phanodemus, L. II. rerum Atticar. apud Athen. L. IX. p. 392. Aliam causam affert Schol. Apollonii, ad Argon. L. I. v. 308. H.

s. *Asteriam, etc.)* Solinus c. 11. p. 30. de Delo: *Eadem est Ortygia,* inquit, — — *nunc Asteria, a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynaethus: Pyrpile etiam, quoniam et ignitabula ibi, et ignis inuenta sunt: In hac primum visae coturnices aues, quas* ὄρτυγας *Graeci vocant.* Lagia, seu leporaria, a leporum frequentia, λαγὼς Graeci nuncupant: Cynaethus ab ardore canum venaticorum dicta est, ἀπὸ τοῦ κυνὸς et αἴθω. H.

t. *Cyntho monte)* Κύνθος ὄρος τῆς Δήλου, Schol. Callim. p. 9. Nunc *monte Cintio,* Non ille quidem excelsus, vt Strabo

quam Anticlides Celadussam x. vocat: item Artemin [1] Hellanicus. y. Syros [2] quam circuitu patere viginti mill. pass. prodidere veteres, Mutianus centum sexaginta. Oliaros z., Paros a. cum oppido, ab Delo XXXVIII. mill. marmore nobilis, quam b. primo

1. *Artomiten Gr. et Al.* 2. *Scyros V.*

Strabo mentitur, sed vix altior Capitolino Romae, teste αὐτόπτῃ Georgio Whelero in Itiner. p. 176. H.

u. *Rhene*) Ῥήνη, νῆσος μακρὰ, πλήσιον Δήλου, exiguo a maiore Delo freto dispescitur. Plutarch. in Nicia, p. 525. Ῥηναίη νῆσος Herod. L. VI. Erato, p. 366. n. 97. H.

x. *Celadussam*) A strepitu vndarum, id enim est proprie κελαδεῖν. A Dianae nomine Ἄρτεμιν. H.

y. *Syros*) Σύρος Straboni L. X. p. 486. aliisque. Iuxta Delum: ἡ Σύρα νῆσος μία τῶν Κυκλάδων πλησίον Δήλου. Suidas verbo Φερεκύδης. Fuit enim Pherecydes Syrius. Nunc *Sira*. Meminit Homerus insulae huius in Odyssea, libro ό v. 402. Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴπου ἀκούεις, Ὀρτυγίης καθύπερθε, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο. Suarius Vlyssis, qui erat in Ithaca, nihil aliud his verbis significat, quam Syron insulam vltra Orthygiam, siue Delum esse: et quando in ea insula sol exoritur, tunc reuerti eum simul ad Ithacam illustrandam: siue mox cum Ithacensibus apparere. *Syros* ad Eurum Peloponnesi est, ad occasum Ithaca. Non plus sapere certe Suarius potuit. H.

z. *Oliaros*) Et haec inter Cycladas Stephano, Ὠλίαρος νῆσος τῶν Κυκλάδων μία, quam et a Paro distare ait ex Heraclide, stadiis LVIII. seu VII. M. CCL. P. Nunc *Rocchi*. Straboni, L. X. p. 485. Ὠλέαρος. H.

a. *Paros*) Πάρος, quae et Μινώα Stephano: Solino, c. 11. p. 31. et Isidoro Orig. L. XIV. c. 6. *Minoia*: quod a Minoe subacta. Hodie *Paris*. H.

b. *Quam primo Platean*) Hoc est, Πλατεῖαν, a planitie. Vide Not. et Em. N. LXXXIII. (hic adi.) *Quam primo Pl.*) Ita restituimus admonitu codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. Parmensis quoque, vetustiorumque editionum: quarum neglecta fide Frobenius *Pactiam*, auctore nescio quo, inculcauit. H.

primo Platean [1], poftea Minoida [2] vocarunt. Ab ea feptem mill. quingentis Naxus c., a Delo XVIII. cum oppido, quam Strongylen d., dein Dian, mox Dionyfiada a e. vinearum fertilitate, alii Siciliam f. minorem, aut Callipolin appellarunt. Patet circuitu feptuaginta [3] quinque mill. paff. dimidioque maior eft quam Paros.

XXIII. Et hactenus quidem Cycladas feruant: ceteras, quae fequuntur, Sporadas. g. Sunt autem Helene h., Phacuffa [4], Nicafia [5], Schinuffa,

1. *Plataeam. M. Pactiam Gr. et Al.* 2. *Minoam. Steph.* 3. LXXX *M.* 4. *Phacuffa, a lente. Phocuffa, Phaecafia — Phalegandros Gr. et Al.* 5. *Hecaria. V. Haecofia. V.*

c. *Naxus, a Delo, etc.)* Ita Solinus, c. 11. p. 31. Sed corruptus tamen numerus, vt omnia rite perfpicienti conftabit. Νάξος olim, hodie *Naxi.* H.

d. *Strongylen)* A rotunditate: nec tamen eft abfolute rotunda, fed vitis folio fimilis, vt ait Euftathius. Δίαν quoque appellatam effe tradunt Diod. Sicul. Bibl. L. IV. p. 264. et ex Callimacho Schol. Apollonii, ad L. IV. Argon. v. 426. Haec Dia eft, de qua Ouid. Metam. L. VIII. v. 174. Strongylen oppidum in Naxo falfo credit Solinus, l. c. Nam ipfa Naxos Strongyle eft. H.

e. *A vinearum)* Vel quod hofpita fuerit Libero Patri, vt ait Solinus. H.

f. *Siciliam)* Quod pari cum Sicilia fertilitate fit: vel vt Agathemerus ait Geogr. L. I. c. 5. quod inter Cycladas magnitudine praecipua. H.

g. *Sporadas)* Σποράδες Dicaearcho, p. 181. aliisque: ita dictae quod fparfim iaceant ac veluti temere diffipatae. H.

h. *Phocuffa, Phaecafia)* Poteft quidem defendi *Phocuffa*, vt denominata fit a Phocis, ficut et Phocaea Ioniae vrbs, auctore Stephano. Sed magis eft, vt legatur *Phacuffa* a lente, quafi lentaria, vt in fine quinti *Erebinthos*, hoc eft ciceraria. Agnofcit etiam Phacuffas infulas Stephanus. *Pintian.*

Helene, Phacufa, Nicafia, etc.) Ἑλένη, Φακοῦσα, Νικασία, Σχινοῦσα. Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (paulo poft) Helene nunc *Pira.* Nicafia *Rachia.* Phacufa

ſa i., k. Pholegandros [1]; et a Naxo decem et ſeptem mill. paſſ., Icaros l., quae nomen mari dedit, tantumdem m. ipſa in longitudinem patens, cum n. oppidis duobus, tertio amiſſo: ante vocata Doliche, et Macris, et Ichtyoeſſa. Sita eſt ab exortu ſolſtitiali o., Deli [2], quinquaginta mill. paſſ. Eadem a Samo

1. *Polegrados. Ch.* 2. *a Delo Gr. et Al.*

cuſa *Fecuſſa* eſt, Marco Boſchini. *Phacuſſa, Nicaſia.*) Prius legebatur *Phocuſſa, Phaecaſia.* In MSS. *Hecaſia:* Nos ex Stephano et Suida vtramque vocem ſanauimus. Stephanus: Φακȣ̃σσαι νῆσοι, a lente nomen traxerunt. Et alibi Νικασία, νησίδιον μικρὸν πλησίον Νάξȣ, quae Suidas quoque habet verbo Νικασία. H.

i. *Schinuſſa*) Cui eſt a lentiſco nomen Σχινȣ̃σα Heſychio, νῆσός ἐςι Φωκίδος. Hodieque *Schinuſa* dicitur, et Naxo ad Boream adiacet. H.

k. *Pholegandros*) Stephanus: Φολέγανδρος, νῆσος τῶν Σποράδων, ἀπὸ Φολεγάνδρȣ τȣ̃ Μίνωος, etc. Haec Stephanus ex Strabone, L. X. p. 484. Ptol. L. III. 15. eſt Φιλόκανδρος. Heſychio, Φλέγανδρος. Hodie *Policandro*, ad ortum Melo, Sicinoque oppoſita. H.

l. *Icaros*) Straboni et Ptolemaeo Ἰκαρία: vnde nunc *Nicaria* dicitur, factitia voce ex duabus ἐν Ἰκαρία. Eadem Μακρὶς, et Δολιχὴ, a longitudine: eadem a piſcium copia Ἰχθυόεσσα Stephano, Heraclidi, Lib. de Politiis Ἰχθυȣ̃σσα appellatur. Μακρὶς rurſum Schol. Ariſtoph. in Nubib. p. 135. Ἰχθυόεσσα et Euſtathio p. 306. Vtroque nomine ab Agathemero Geogr. L. I. c. 5. agnominatur. H.

m. *Tantumdem ipſa in longitudinem patens*) Recentiores patere XXX. milliarium longitudine affirmant: et circuitu LXXX. *Dalec.*

Tantumdem) Hoc eſt, XVII. M. P. Circuitus vero, Strabone teſte, L. XIV. p. 639. ſtadia trecenta complectitur, hoc eſt, XXXVII. M. D. P. H.

n. *Cum oppidis*) Vnde Scylaci vocatur Ἴκαρος δίπολις, p. 22. Horum alterum Οἰνόη Athenaeo, L. I. p. 30. H.

o. *Solſtitiali Deli*) Abeſt Icarus ab ea Deli parte quae ad exortum ſolſtitialem vergit. Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (hic poſ.) *Ab exortu ſolſtitiali Deli*) Sic multo ſincerius codices manu exara-

mo triginta quinque mill. Inter Euboeam et Andrum decem [1] mill. pass. freto. Ab p. ea Geraestum centum duodecim mill. quingenti pass. Nec deinde seruari potest ordo. Aceruatim ergo ponentur reliquae [2]. Scyros q. Ios r. a Naxo viginti [3] quatuor mill. pass. Homeri sepulcro veneranda, longitu-

1. XX. *Ch.* 2. *reliquae. Scyros: Ios a Naxo. Tol. et Ch.* 3. XVIII. *Ch.*

exarati, quam libri editi a *Delo*. Cuiusmodi superius illud est, sect. 19. *Zacynthus Cephaleniae a meridiana parte XXV. millibus abest.* H.

p. *Ab eae Geraestum*) Ab Icaro scilicet, Geraestum Euboeae promontorium insulam Andrum respiciens, CXII. M. D. pass. medio inter Andrum et Geneſtum freto, quod non vltra decem millia passuum se porrigit, comprehenso. H.

q. *Scyros*) Hodie *S. Georgio di Scyro.* Σκῦρος olim, Neoptolemi Achillis F. natalibus clara. Vide Not. et Em. N. LXXXVI. (hic pos.) *Scyros: Ios*) Scyron hinc sustulit Hermolaus, haud sane satis considerate: cum eam vocem hoc loco MSS. omnes exhibeant: R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et Tolet. et vetustiores editiones, ac Plinius ipse paulo post factam iam a se huius mentionem haud obscure significet, scribens, *Et Scyrum supra dictam.* Quod quidem ab ipso praestitum hoc loco exemplaria nunc laudata admonent: quibus nisi mos gerendus esset, post aliquot versus dilatum, putarem, vbi Plinius a Gyare Syrnon distare ait octoginta passuum millibus: *Ab ea Syrnos*, inquit, LXXX. *mil. pass.* Syrnum enim cum veterum scriptorum nemo vnus agnouerit, Scyrum ibi percommode locari posse arbitrarer. H.

r, *Ios a Naxo* XXIV. *millia passuum)* Omissa est hoc loco, incuria librariorum, *Scyros* insula: quae res Hermolao causa allucinandi fuit. Scribendum igitur *Scyros, Ios,* etc. ex vtroque antiquo exemplari. Alioquin infra, vbi in sinu Pagasico Plinius memorat eam, male subiecisset, *Cycinethum et Scyrum supradictam,* cum antea nulla eius praecessisset mentio. *Pint.*

Ios) Hanc Cycladibus Stephanus adiudicat: hodie *Nio*, ex gemina voce ἐν Ἴῳ. Homeri manibus illustrata. Scylax p. 21. Ἴος· ἐν ταύτῃ Ὅ-μηρος

gitudinis viginti quinque mill. ante s. Phoenice appellata. Odia t., Letandros [1], Gyaros u. cum oppido, circuitu duodecim [2] mill. passuum. Abest ab Andro [3] sexaginta duobus mill. pass. Ab x. ea Syrnos octoginta mill. pass. y. Cynaethus [4], Telos z. vnguento nobilis, a Callimacho Agathussa a. appellata. b. Donusa [5], c. Patmos [6] circuitu triginta [7] mill.

1. *Telandros. V.* 2. *circuitu* XV. *m. p. prope. M.* XXV. *Ch.* 3. *Andro. Vet. M. quoque.* 4. *Cynethus. M. Cynethussa Gr. et Al.* 5. *Dionysa. Gr.* 6. *Pathmos. V.* 7. L. *quibusdum.*

μηρος τέθαπται. Strabo similiter L. X. p. 484. et oraculum vetus apud Steph. H.

s. *Ante Phoenice)* Quod ea palmifera sit, Φοινίκη Stephano. H.

t. *Odia, Letandros)* MSS. *Odia, Olentrandos:* quae mihi nomina alibi nusquam audita. H.

u. *Gyaros)* Γύαρος Straboni L. X. p. 485. Huc Romani noxios ablegabant. Iuvenal. Sat. 1. v. 73. *Aude aliquid breuibus Gyaris, et carcere dignum.* Et Sat. 10. v. 170. *Vt Gyari clausus scopulis, paruaque Seripho.* Holstenius nunc putat esse *Calairo* vel *Caloiera:* Verius alii *Ioura,* inter Andrum et Ceam insulam. Apud Philostrat. L. VII. de Vita Apollonii c. 8. p. 341. Γύαρα pro Γύαρα. H.

x. *Ab ea Syrnos)* Vide Not. et Em. Num. cit. H.

y. *Cynaethus)* Quo nomine Delon ipsam olim nuncupatam diximus, sect. 22. H.

z. *Telos)* Τῆλος, Stephano, ἀπὸ τῆς τήλεως, a feni Graeci copia, quod in τηλίνα μύρα compositione partes praecipuas obtinet, vt diximus L. XIII. f. 2. Hodie *Piscopia.* H.

a. *Agathussa)* Stephano quoque, Τῆλος, quam inter Cycladas reponit, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀγάθουσσα. Et Hesychio, apud quem Δῆλος pro Τῆλος legitur. H.

b. *Donusa)* Ita libri omnes. Melae L. II. c. 7. *Donyssa,* Stephano Δουσσία, et a Dionysio, Διονυσία. Viridi marmore nobilis: vnde *viridem Donusam* appellat Virgilius. Vt Gyaros, reorum olim exsilio infamis. Vide Tacit. Annal. L. IV. p. 108. H.

c. *Patmos)* Straboni, L. X. p. 488. Πάτμος. Hodie *Palmosa.* H.

mill. pass. Corasiae d., Lebinthus e., Leros, Cinara, f. Sicinus [1], quae antea Oenoe g.: Hieracia [2], quae Onus: h. Casus [3], quae Astrabe: Cimolus i. quae Echinussa [4], Melos k. cum oppido, quam Aristides Byblida [5] appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides l. Siphnum, et Acy-

1. *Sicenus Straboni; Ptolemaeo Sicinus.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. ibi enim* Ἱερακία. *Heratia Gr. et Al* 3. *Casos, quae Actrabe.* 4. *Chinussa. M.* 5. *Mimblada. Mymblida. Ch.*

d. *Corasiae)* Straboni l. c. Κορασσίαι, ab Icaria versus occasum paulum disiunctae. Scopuli sunt, quos hodie *Dragonisi* vocant, teste Marco Boschini. H.

e. *Lebinthos etc.)* Λέβινθος Straboni, L. X. p. 487. Ouid. Metam. L. VIII. v. 222. *Dextra Lebinthos erat, fecundaque melle Calymne.* Hodie *Leuita*, mox Leros eidem Straboni: p. 488. Λέρος. Κίναρα Athenaeo memoratur, L. II. p. 71. H.

f. *Sicinus, etc.)* Iuxta Pholegandrum, auctore Strabone, L. X. p. 484. apud quem Σίκηνος, pro Σίκινος perperam appellatur. Hunc *Sicino.* De ea Solon apud Laert. Εἴην δὴ τότ᾽ ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης, etc. H.

g. *Oenoe)* Οἰνόη Stephano, et Etymologici auctori, quia consita vitibus est, διὰ τὸ εἶναι ἀμπελόφυτον. Item Scholiastae Apollonii ad Argon. L. I. v. 623. H.

h. *Casus)* Stephanus, inter Cycladas: Κάσος, μία τῶν Κυκλάδων· ἐκαλεῖτο δ᾽ Ἄμφη καὶ Ἀστράβη. Nunc *Casso*, auctore M. Boschini. Diuersa ab altera, quae Achne cognominatur, L. V. s. 36. H.

i. *Cimolus)* Κίμωλος Straboni, L. X. p. 484. Incolis hodieque *Kimolo:* Venetis *Argentiera:* non *Sicandro*, vt vulgo Geographi putant. H.

k. *Melos)* Μῆλος Straboni, l. c. A Melo duce Phoenicum nomen accepisse Festus existimat: alii a rotunditate mali. A Bybliis Phoenicibus Βύβλον appellatam esse auctor est etiam Stephanus: et Ζεφυρίαν. Eadem Μέμαλις et Μεμβλὶς, Hesychio nominatur, p. 630. et 642. Pro *Byblida*, MSS. *Memblida.* In Gaza Regia nummus est ex aere mediocri, habens ΜΗΛΙΩΝ in corona laurea. H.

l. *Heraclides Siphnum)* MSS. *Siphin:* quos libenter sequimur: ne Siphnum inter Cycladas

Acyton. Haec m. insularum rotunditissima est. Post n. Machia: o. Hypere [1], quondam Patage; vt alii, Platage, nunc Amorgos: Polyaegos p., Phyle q., Thera r., cum primum emersit, Calliste dicta. Ex ea auulsa postea Therasia s.; atque inter duas enata mox Automate, eade Hiera; et in nostro aeuo Thia iuxta eamdem Hieram nata. Distat Ios a Thera viginti quinque mill. pass. Sequuntur t. Lea, Ascania,

1. *Hypane, quondam Pancale, et vt. Vet.*

cladas supra citatum, cum Mela confundat eadem nomenclatura. Ab altero nomine eiusdem insulae, Graecis scriptoribus, Theophani et Cedreno, de funere Anastasii Augusti, est marmor Ἀκυτανόν. H.

m. *Haec insularum)* Solinus, c. 11. p. 31. H.

n. *Post Machia)* In MSS. *Buporthmachia*, R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. H.

o. *Hypere, etc.)* Haec varia videntur esse insulae Amorgi nomina: Ἄμοργος Straboni, L. X. p. 487. inter Sporadas. Nunc *Morgo*. Quondam et Παγκάλη vocitata, Stephano teste. H.

p. *Polyaegos)* A Mela quoque agnoscitur, L. II. c. 7. In Thesauro Goltzii nummus exstat, cum epigraphe ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. Nunc est *Polegasa*, iuxta Diam, quam *Standiam* esse diximus. H.

q. *Phyle)* In MSS. *Saphyle*, vel *Aphile*. H.

r. *Thera)* Callimach. apud Strabonem lib. XVII. Καλλίστη προπάροιθε, τὸ δ᾽ ὕστερον ὄνομα Θήρη; μητὴρ εὖ εὐίππυς πατρίδος ἡμοτέρη. Dalec.

Thera) Hesych. p. 486. Καλλίστη ἡ Θήρα τὸ πρότερον. Contra Scholiastes Apoll. ad Argon. L. IV. v. 1763. vetustius Callistae nomen esse existimat: ἤλλαξε τὸ ὄνομα ἡ Καλλίστη νῆσος, καὶ ὠνομάσθη Θήρα. Cui et Herodotus concinit, L. IV. Melpom. p. 271. et Pausan. Lacon. L. III. p. 159. Forte quae aliis scriptoribus Θήρα, eadem Plinio *Philethera* dicitur. Hodie *Santerini*, siue *Santorin*. H.

s. *Therasia)* Θηρασία Ptolemaeo, L. III. c. 15. Nunc quoque *Tiresia*. De Hiera L. II. s. 89. Hodie *Cammeni*, vt ab iis accepimus, qui ea loca nuper contemplati sunt. Thia vero ignobilis est sine nomine scopulus. H.

t. *Sequuntur Lea etc.)* Λεῖα, nunc *Piana*, et *Pianosa*. Ἀνάφη.

nia, Anaphe [1], u. Hippuris [2]. Aſtypalaea x. liberae ciuitatis [3], circuitu LXXXVIII. mill. paſſuum: abeſt a Cadiſto [4] Cretae CXXV. mill. Ab y. ea Platea ſexaginta mill. Vnde Camina [5] triginta octo mill. Azibintha, Laniſe, Tragia, Pharmacuſa, Techedia, Chalcia: Calydna z., in [6] qua oppidum Coos:

1. *Canaphe. Ch.* 2. *Hippuriſſuſa hic inſeritur in Gr. et aliis edd.* 3. *Conditionis.* 4. *Ciſto. Ch.* 5. *Caminia V.* 6. *in qua oppida tria duae Calymnae et Olymnos. V.*

νάφη, πλήσιον Θήρας, inquit Steph. (de qua iam diximus, L. II. ſ. 89.) Hodie *Namfio*, ad exortum ſolſtitialem Therae, ſiue *Santerini*. Aſcania, quantum coniicere licet, Anaphae ad ortum obiecta, *Giera*. H.

u. *Hippuris)* Ἱππȣρὶς νῆσος πλήσιον Θήρας, inquit Schol. Apollon. ad L. IV. Argon. v. 1712. Vide Not. et Em. N. LXXXVII. (hic conſp.) *Hippuris)* Addunt libri vulgati, *Hippuriſſuſa:* ſed geminato perperam, vt per ſe liquet, vnius eiusdemque inſulae nomine: quamobrem poſterius expunximus. H.

x. *Aſtypalaea liberae ciuitatis)* Sic idem ſect. 19. Corcyram eſſe liberae ciuitatis dixit, hoc eſt, ciuibus conſtare qui ſuis libere, non alienis legibus viuant. Ἀςυπάλαια Straboni, L. X. p. 488. Hodie *Stampalia*. H.

y. *Ab ea Platea,* etc.) Hae fere deinceps ab aliis ſcriptoribus praetermiſſae. Χαλκίας tamen meminit Strabo, l. c. Τραγαίας inter Cycladas, quo nomine etiam Sporadas comprehendit, Stephanus: apud quem et Φαρμακȣ̃σσα ſupra Miletum inſula legitur, vbi a praedonibus captum Caeſarem Dictatorem narrat Sueton. in Iul. c. 4. Illam vero priorem, Τραγίαν vocat Plutarchus in Pericle, p. 166. H.

z. *Calydna,* etc.) Κάλυδνα. Vide Not. et Em. N. LXXXVIII. (hic poſ.) *Calydna, in qua oppidum Coos, Calymna, a qua Carpathum, etc.)* MSS. R. 1. 2. Colb. 1, 2. Pariſ. etc. totidem ferme literis ac ſyllabis. Libri vulgati a Frobenio, *Calydna, in qua oppida tria: Calymnae duae: Olymnos, a qua, etc.* Satis confidenter id ſane. Nam quis Olymnum inſulam nouit? cur vocula *Coos* expuncta? cur terna pro vnico inculcata oppido? Nos vetuſtae ſcripturae veſtigia ſumma fide ſecuti, integram eam lectio-

Coos [1]: Calymna a., a qua Carpathum, quae nomen Carpathio mari dedit, XXV. mill. passuum. Inde Rhodum Africo vento quinquaginta M. pass. A Carpatho Cason [2] VII. M. A Caso Samonium Cretae promontorium XXX. mill. In Euripo autem Euboico, primo fere introitu, Petaliae b. quatuor insulae, et in exitu Atalante. c. Cyclades, et Sporades, ab oriente litoribus Icariis Asiae, ab occidente Myrtois Atticae, a septemtrione Aegaeo mari, a meridie Cretico et Carpathio inclusae: per d. DCC.

1. Coos, et Olymna. A qua etc. Gr. et Al. 2. *Sic ex MSS. em. Hard. a Carpatho ad Cason Gr. et Al.*

a. *Calymna*, etc.) E Calydnis, seu Calymnis insulis vna, commune ceteris nomen peculiari sibi iure vindicans. Haec secunda est melle Calymne, vt Ouid. cecinit Met. L. VIII. v. 222. H.

b. *Petaliae*) Traxere nomen ii scopuli, insulaeue, ex oppido in continenti Euboeae opposito, contra Sunium promontorium: Πεταλία Straboni dicitur, L. X. p. 444. H.

c. *Atalante*) Hodie *Talanta*. De ea egimus L. II. s. 90. H.

d. Per DCC. M.) Vide Not. et Em. N. LXXXIX. (hic consp.) *Per* DCC. *mill. in longitudinem, et per* CC *in latitudinem iacent*) Mutila haec sententia est, omissa latitudinis mentione in plerisque libris vulgatis: Integram repraesentamus, tum ope

lectionem defendimus. Agnoscimus enim cum Eustathio in Dion. v. 530. p. 77. ex Lycophrone, Calydnas plures fuisse: quarum vna peculiari nomine Calydna sit appellata: vniuersae simul Calymnae, vel Calydnae. Ex harum illae numero sunt, quas Plinius in Asiae insulis commemorat, L. V. s. 36. a quibus hae differunt, in quibus describendis nunc sumus: Illarum singulis sua sunt peculiaria oppida: huic Calydnae primarium Coos, ab insula cognomine, quae Hippocratem tulit, diuersum: sic enim illud Hesychii accipiendum puto, Κῶς, μία τῶν Καλυδνῶν, p. 578. Plinio, L. XI. s. 13. quae *Calydna insula* dicitur, ex ea Strabo, L. X. p. 489. *mel Calymnium* commendat in primis. H.

DCC.[1] mill. in longitudinem et per cc. in latitudinem [2] iacent. Pagaſicus e. ſinus ante ſe habet Eutychiam, Cicynethum [3], et Scyrum f. ſupradictam; ſed Cycladum et Sporadum extimam: Gerontiam, g. Scandilam [4]: Thermaeus h., Irrheſiam, Solimniam i., Eudemiam, Neam k., quae Mineruae ſacra eſt.

K 2 Athos

1. *Sic quoque in M. Tol. Ch.* 2. *et per* CC. *in latit. deſunt haec verba ap. Gr. et Al.* 3. *Tinetum. M.* 4. *Scadiram, Thermeuſin, Irrheſiam, Gr. et Al.* 5. *Elymniam, Eudeipnam. V.*

ope codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. Tolet. tum Parmenſis editionis, tum denique Martiani ſcribentis, L. VI. c. de Thracia, p. 213. *Per ſeptuaginta*, (lege *ſeptingenta*, ex fide codicum MSS. omnium, atque ex re ipſa:) *longitudinem: et per ducenta latitudinem ducunt.* H.

e. *Pagaſicus ſinus)* De quo ſ. 15. Mela L. II. c. 7. p. 43. *Pagaſaeus ſinus Scyron proſpicit: Cicynethum amplectitur.* Et Scylax, p. 24. ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ ἐςὶ νῆσος Κικύνηθος, καὶ πόλις. De Eutychia, nihil dum comperi. MSS. *Euthiam* habent, Εὐθεῖαν. H.

f. *Scyrum ſupradictam)* Hac ipſa ſectione his verbis, *Scyros, Ios*, etc. eademque Cycladum ac Sporadum poſtrema verſus ſeptemtrionem, nouiſſimaque eſt: ceterae deinceps extra eum ordinem ac nomen illud cenſentur. De Gerontia ceteri ſcriptores ſilent. H.

g. *Scandilam)* Ita Mela, L. II. c. 7. p. 43. Hodie *Scandole.* H.

h. *Thermaeus)* Sinus ſcilicet: vt ſupra Pagaſicus. Θερμαῖος κόλπος Stephano. De Thermaeo egimus, ſect. 17. Vide Not. et Em. N. XC. (hic poſ.) *Thermaeus, Irrheſiam*, etc.) Prius legebatur, *Thermeuſin*, ceu nomen id inſulae foret, quod Ortelius quidem arbitratus eſt, qui eo vocabulo Theſaurum ſuum locupletauit. At praeter codicum MSS. fidem, in quibus *Thermaeus* legitur, ipſa res ita ſcribi plane poſtulat. H.

i. *Solimniam, Eudemiam)* Mallet Hermolaus Ἐλύμνιον et Εὐδείπνην, quae inſularum nomina apud Stephanum extant: ſed ſunt illae alterius longe ſitus ac loci, non huius, in quo verſamur. H.

k. *Neam)* Νέαι numero multi-

Athos ante se quatuor: Peparethum kk. cum oppido, quondam Euoenum l dictum [1], nouem mill. passuum. Sciathum m. xv. mill. [2]. Imbrum n. cum oppido LXXXVIII. millibus [3] passuum. Eadem abest a Mastusia Cherronesi, XXV. [4] mill. pass. Ipsa circuitu LXXII. mill. pass. perfunditur amne Ilisso. Ab ea Lemnos o. viginti duo mill. quae ab Atho LXXXVII. p. mill. passuum. Circuitu patet q. CXII. [5] M. D. pass. Oppida qq. habet, Hephaestiam,

1. *dicto. M.* 2. XII. *M. p. M.* 3. *millia: Gr.* 4. *Sic et Ch.* LXXV. *Gr. et Al.* 5. *Sic et Tol. V.* XXII. *M. Gr. et Al.*

multitudinis, insula Stephano dicitur haud procul Lemno, νῆσος πλησίον Λήμνȣ. Meminit et Antoninus Liberalis insularum Lemnicae ditionis, quae Neae vocantur. H.

kk. *Peparethum)* Inde vinum Peparethium apud antiquos nobile. Athen. *Dalec.*

l. *Euoenum)* Εὔοινον, vino fertilem. Heraclides de Polit. Πεπάρηθος — — Αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐςι, καὶ εὔδενδρος, etc. Ouidius et ab oliuae fertilitate commendat, Metam. L. VII *Nitidaeque ferax Peparethos oliuae.* Hodie *Piperi.* H.

m. *Sciathum)* Scymnus Chius eodem ordine p. 24. Κεῖνται δὲ καὶ νησίδες, Σκῦρος, Πεπάρηθος, Σκύσθος, scribe Σκίαθος, cum Strabone, L. IX. p. 436. Schol. Apoll. ad L. I. Argon. v. 583. Σκίαθος νῆσος τῆς Θεσσαλίας, ἐγγὺς Εὐβοίας. H.

n. *Imbrum)* Ἴμβρος Straboni, L. X. p. 457. Hodie *Lembro.* H.

o. *Lemnos)* Vulcano sacra Papinius: —— *Aegaeo promitur circumflua Nereo Lemnos, vbi ignifera fessus respirat ab Aetna Mulciber.* De fumantibus eius collibus Flaccus *Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris Saxa iugis fumant, coquiturque vaporibus aër.* Dionysius: *Et celsa Scyros, Peparethus, sacraeque Lemnos: Fertilis atque Thasos, simul Imbros: post Corybantum Moenibus antiquis Samothracia cernitur alta. Dal.*

Lemnos) Λῆμνος, hodie Stalimene, voce conflata ex iis tribus, εἰς τὴν Λῆμνον. H.

p. LXXXVII.) Solinus, c. II. p. 31. *Athos a Lemno sex et LXXX. millibus passuum separatur.* H.

q. CXII. *mill. pass.)* Ita rescripsimus ex MSS. omnium fide,

ſtiam, et Myrinam, in r. cuius forum ſolſtitio Athos eiaculatur vmbram. Ab ea Thaſſos libera quinque mill. paſſuum, olim s. Aeria [1] vel Aethria dicta. Inde t. Abdera continentis, XXII. [2] mill. paſſuum. Athos ſexaginta duo mill. Tantumdem u. inſula [3] Samothrace, quae libera, ante x. Hebrum, ab Imbro triginta [4] duo mill. a Lemno viginti duo M. D. a Thraciae ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill. attollitur monte y. Saoce [5] decem mill.

K 3 paſſuum

1. *Aeraria. M.* 2. *Sic et M. Ch.* XX. *Gr. et Al.* 3. *ad inſulam Samothracen. V.* 4. XX. *quibusdam. Ch.* XXXV. 5. *Sao. V.*

fide, pro XXII. Eſt enim ampla et populoſa. H.

qq. *Oppida habet, etc.)* Ἡφαιςία et Μύρινα Stephano, et Ptol. L. III. c. 13. H.

r. *In cuius forum)* Solinus, l. c. quo pertinet et illud Sophoclis, quod refert Scholiaſtes Theocriti, Idyll. 6. v. 76. Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας ἁλός. H.

s. *Olim Aeria)* Stephanus: ὅτε δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσος δῆλον, idque ex vetere oraculo confirmat: Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄςυ. Ἀερία — — Θάσον δὲ τὴν νῆσον ἔτως ἐκαλεν. Hodie *Thaſo.* In nummis antiquis ΘΑΣΙΩΝ. H.

t. *Inde Abdera)* Abeſt, inquit, Thaſſos ab Abderis, quod eſt in continente, ſeu litore oppoſito oppidum, XXII. M. P. Ab Athó monte LXII. De Abderis diximus, ſ. 18. H.

u. *Tantumdem)* A Thaſſo abeſt LXII. M. P. Σαμόθράκη, nunc *Samandrachi.* Σαμοθράκη porro inſulam ſacram Graece ſonare ſcribit Diod. Sic. Bibl. L. III. p. 189. et L. V. p. 322. H.

x. *Ante Hebrum)* Thraciae amnem, de quo ſ. 18. H.

y. *Saoce)* Σαώκη Vide Not. et Em. N. XCI. *Monte Nettuno* (hic poſ.) *Attollitur monte Saoce)* Ita libri omnes. Hermolaus tamen libentius *Sao* agnoſcit, ex Nicandro, qui p. 35. in Theriac. Σάε meminit, quem Samothraces inſulae montem eſſe Scholiaſtes Graecus in eum locum prodidit, p. 24. At receptam lectionem defendit Heſychius, qui et ipſam inſulam eo nomine quondam appellatam tradit, ex monte haud dubie cognomine: Σαώκις, inquit, ἡ Σαμωθράκη ἔτως ἐκαλεῖτο πρότερον.

passuum altitudinis, vel importuosissima [1] omnium. Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam z. vocat [2]. Inter Cherronesum et Samothracen, vtrimque fere quindecim mill. Halonesos a.: vltra Gethone, Lamponia b., c. Alopeconnesus [3], haud procul a Coelo, Cherronesi portu, et quaedam ignobiles. Desertis [4] quoque reddantur in d. hoc sinu, quarum modo inueniri] potuerunt [4] nomina: e. Desticos,

1. *Sic et Tol. et Ch. passuum portuosissima Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. nominat Gr. et Al.* 3. *Alope, Connesus. M.* 4. *Desertae. Pint.* 5. *potuere. Ch.*

ϱον. Didymus vero et montem ipsum nominat, in Iliad. ν. v. 12. p. 387. Τῆς Σαμοθϱάκης· Τὸ μέντοι ἐν αὐτῇ ὄϱος, Σαώκη καλεῖται. Item Geopon. auct. L. II. c. 5. p. 38. Cum porro in MSS. omnibus, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Tolet. diserte legatur, *Attollitur monte Saoce decem mill. pass. altitudinis, vel importuosissima omnium:* quo fato, quoue consilio factum sit, vt in libris vulgatis *decem millia pass. portuosissima omnium*, ceteris vocibus expunctis, legatur, non satis intelligo. H.

z. *Dardaniam)* Dardania Leucadia quoque vocata fuit, quod procul intuentibus albicet: deinde Thracia ab incolis Thracibus, ac tandem Samothracia: quoniam post Thraces Samii in ea habitauere. Vide Rhodig. c. 48. 21. et Ortel. onomast. seu thes. Samos. *Dalec.*

Dardaniam) Δαϱδανία quoque Stephano dicitur, et Straboni in Epit. L. VII. p. 331. a Dardano Iasonis fratre: Pausaniae denique L. VII. Achaic. p. 403. H.

a. *Halonesos)* Ἁλόνησος Harpocrationi exigua dicitur. Aegaei maris insula. Alia est Straboni Ἁλλόνησος, L. IX. p. 436. H.

b. *Lamponia)* Λαμπώνεια, quo nomine vrbem in Troade Stephanus agnoscit. H.

c. *Alopeconnesus)* Ἀλωπεκόννησος Stephano. Meminit et Liu. L. XXXI. p. 372. In Melane sinu, hoc est, eodem quo a Plinio statuitur situ, a Pomponio quoque collocatur, L. II. c. 2. De portu Coelo diximus, f. 18. H.

d. *In hoc sinu)* Hoc est, in tertio Europae sinu, qui Ionium mare, Aegaeumque complectitur. H.

e. *Desticos, etc.)* Forte *Distichos. Larnos*, in MSS. *Sarnos:*

eos, Larnos [1], Cyssiros, Carbrusa, Calathusa [2], Scylla, Draconon, Arconesus, Diethusa, Scapos, Capheris, Mesate [3], Aeantion, Pateronnesos [4], Pateria, Calate [5], Neriphus, Polendos.

XXIV. Quartus f. e magnis Europae sinus [6] ab Hellesponto incipiens, Maeotidis [7] ostio finitur. Sed totius Ponti forma breuiter [8] amplectenda est, vt facilius partes noscantur. Vastum mare praeiacens Asiae, et ab Europa porrecto Cherronesi litore expulsum, angusto meatu irrumpit in terras, septem stadiorum, vt g. dictum est, interuallo Europam auferens Asiae. Primas angustias Hellespontum h. vocant. Hac i. Xerxes Persarum rex k. constrato

K 4

1. *Sarnos. M. Ch.* 2. *Calathusa, Dialeon, dicta Melantia, Draconon (aliis Drecenon.) V. Calete Gr. et Al.* 3. *Mesataea, Cantiron, Phateronnesos, vel Paterion. Pint.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard.* Πατέρων νῆσος. *Ex iisdem Calathe. Phaterunesos Gr. et Al.* 5. *Calathe. Ch.* 6. *finibus. V.* 7. *Sic ex MSS. em. Hard. Maeotis Gr. et Al.* 8. *quam breuiter complectenda. M.*

nos: forte Κάρνος, quae Stephano est Acarnaniae insula. Pro *Cissiros*, an *Cisseros?* vt ea vox insulam pumicosam significet. Καλάθουσα cognominem habet vrbem in Ponto, cuius est apud Stephanum mentio: Δράκανον, oppidum in insula Icaria, apud Strabonem, L. XIV. p. 693. Arconesus, siue Arctonesus, quae vox vrsorum insulam sonat, cognominem alteram in Asia contra Halicarnassum, de qua L. V. s. 36. Aeantion, Αἰάντειον ab Aiace nomen habet. Μεσάτη a situ, quoniam inter alias media: etc. *Pateronnesus*, haud dubie Πατέρων νῆσος. H.

f. *Quartus)* Solinus, c. 12. p. 31. et Martianus, L. VI. c. de quarto sinu Europae, p. 213. iisdem vterque verbis. H.

g. *Vt dictum est)* Sect. 18. H.

h. *Hellespontum) Le détroit de Gallipoli.* H.

i. *Hac Xerxes)* Herod. L. VII. Polymn. p. 397. num. 36. et seq. Solinus et Capella, ll. cc. H.

k. *Constrato in nauibus ponte)* Sic quidem habet omnis scripta et excusa lectio. Sed vix

ſtrato [1] in nauibus ponte, duxit exercitum. Porrigitur l. inde tenuis Euripus LXXXVI. mill. paſſ. ſpatio ad Priapum vrbem Aſiae, qua m. Magnus Alexander transſcendit. Inde exſpatiatur aequor, rurſusque in arctum coit: laxitas Propontis n. appellatur: anguſtiae, Thracius Boſphorus o., latitudine D. p. paſſuum, qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Tota ab Helleſponto longitudo q. CCXXXIX. [2] M. paſſ. Dein r. vaſtum mare, Pontus

1. *conſtrato nauibus Ponto.* Ch. *contracto.* M. 2. CCXXV. ex *Herodoto in Melpomene.* Pint.

vix poſſim verbis exprimere, quam a meo abhorret animo hic in Plinio loquendi modus, vulgaris adeo et plebeius. Proinde ſcribetur fortaſſe magis e dignitate et grauitate Pliniana, *Conſtrato nauibus ponto*, vt Iuuenalis illud: *Conſtrato claſſibus iisdem Suppoſitumque rotis ſolidum mare credimus.* Pintian.

Conſtrato in nauibus ponte) Sic etiam MSS. non vt Pintianus excogitauit *conſtrato nauibus Ponto.* H.

l. *Porrigitur inde tenuis Euripus* LXXXVI. M. *paſſ. ſpatio ad Priapum, etc)* Lege; *Porrigitur inde tenuis Euripus* CXXXVI. M. *paſſ. ad Priapum vrbem Aſiae, qua magnus Alexander, etc.* Nec enim vrbem Priapum transſcendit, ſed mare ad illam vrbem *Salmaſ.* 184. b.

Porrigitur) Solinus l. c. et Martianus. H.

m. *Qua Magnus)* Arrianus L. I. de Exped. Alex. p. 32. H.

n. *Propontis) Mer di Marmora.* H.

o. *Boſphorus) Le Détroit de Conſtantinople, ou le Canal de la Mer Noire.* H.

p. *D. paſſuum)* Agathemerus, L. I. Geogr. c. 3. Boſphori Thracii fretum, quo Darius ſubitario ponte confecto, tranſmiſit exercitum, DCCL. paſſ. ſeu ſtadiorum ſex eſſe ait: ὁ δὲ Θϱάκιος Βόσποϱος, τὰ ςενὰ, ὅπη Δάϱειος ἔζευξεν ἐπὶ Σκύθας τὴν σχέδιαν, ςαδίων ς΄. De hac Darii expeditione aduerſus Scythas Herodotum vide, L. IV. Melpom. p. 253. n. 88. Polyb. L. IV. p. 432. H.

q. CCXXXIX. M. P.) Ita libri omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. atque ipſe etiam Martianus, l. c. H.

r. *Dein vaſtum)* Sic etiam Mela, L. I. c. 19. p. 22. *Hic*

tus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque litorum flexu, retro curuatus in cornua, ab his vtrimque porrigitur, vt sit plane arcus s. Scythici forma. Medio flexu iungitur ostio Maeotii [1] lacus. Cimmerius t.

K 5 Bospho-

1. *Moeotis. Tol. Moeotum. Sal. Moeotii lacui. Pint.*

Hic iam sese ingens Pontus aperit, — — *olim ex colentium saeuo admodum ingenio Axenus*, (hoc est inhospitalis) *post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus dictus Euxinus.* H.

s. *Arcus Scythici)* Sic Strabo L. II. p. 125. Agathemerus Geogr. L. II. c. 14. aliique. Sic arcus Scythici effigiem Pontus exhibet, vt latus Australe, a Chalcedone ad Phasin vsque, neruum repraesentet: boreale, geminum cornu, geminumque flexum, quem duo illius maris sinus efficiunt: prorsus vt Scythici arcus forma fuerit, cuiusmodi literae maiusclae Graecorum Σίγμα esse notissimum est. Nam etsi vetustam eius literae formam olim fuisse constat, qualis est C. Latinorum: vetustiorum tamen alteram esse, tum ex Athenaeo liquet, Sigma veterum affirmante simile esse arcui Scythico: tum ex antiquo Schin Chananaeorum, W. vnde Graecorum *Sigma* prodiisse dicitur. Hanc nostram interpretationem, si tibi, lector, satis est otii, haustam intelliges, tum ex Agathemero, l. c. tum ex Mela, L. I. c. 19. tum vero maxime ex Dionysio Perieg. v. 158. et sqq. H.

t. *Cimmerius Bosphorus id os vocatur,* M. M. D. *passuum latitudine)* Hermolaus, III. M. D. ex Polybio legendum censet. Sed habet impressa lectio suos assertores. Strabo libro septimo, *A Myrmecio autem stadiis bis totidem vicus abest Parthenium, qua ingressus est angustissimus stadiorum* XX. *Cui opponitur vicus Achilleius nominatus in Asia.* Adstipulatur etiam apographon Toletanum, in quo II. M. D. propalam habetur, non aliter. *Pintian.*

Cimmerius) Le Détroit de Caffa. Haec quoque Martianus L. VI. p. 213. Strabo pariter L. VII. p. 310. vicenum circiter stadiorum freti huius angustias esse ait, quae sunt MM. D. pass. Polybius tamen circiter tricenum, L. IV. p. 427. hoc est, III. M. DCCL. pass. H.

Boſphorus id os vocatur, MM. D. paſſ. latitudine. At u. inter duos Boſphoros Thracium et Cimmerium directo curſu, vt auctor eſt Polybius, D. M. paſſ. interſunt. Circuitu vero totius Ponti x. vicies [1] ſemel centena quinquaginta M. vt auctor eſt Varro, et fere veteres. Nepos Cornelius trecenta millia quinquaginta adiicit. Artemidorus vicies nouies centena XIX. M. facit: Agrippa y. XXIIII. [2] ſexaginta mill. Mutianus z. XXIV. [3] XXV. mill. Simili modo [4] Europae latere, a. menſuram alii quatuordecies centena LXXVIII. M. D. determinauere: alii vndecies centena [5] ſeptuaginta duo mill. M. Varro ad hunc modum metitur. Ab b. oſtio Ponti Apolloniam C. CLXXXVII. [6] M. D. paſſ. Calatin tantundem.

1. *vicies ſemel. M. vt auctor eſt Varro. vt fere veteres ſemel quinquaginta. M. Tol.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* XXIII. *Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard.* XXVIII. LXV. *Gr. et Al.* 4. *modo de Europ. M.* 5. *in M. deſunt haec duo vocabula: centena, et duo.* 6. CLXXXVII. *Tol*

u. *At inter duos)* Martianus, l. c. H.

x. *Vicies ſemel, etc.)* Martian. l. c. H.

y. *Agrippa* XXIV.) Hoc eſt vicies et quater centena, et ſexaginta mill. paſſ. H.

z. *Mucianus* XXIV. XXV.) Ita MSS. non XXVIII. LXV. vt libri vulgati mendoſe habent. H.

a. *Menſuram)* Ponti Euxini, eo latere quo Europam alluit. H.

b. *Ab oſtio Ponti Apolloniam,* CLXXX. VIII. M. *d.*) Corrigo CLXXXVII. M. *d.* ex vtroque exemplari nec aliter conſtaret ratio calculi infra ſcriptorum numerorum. Pari ratione quod ſequitur paulo poſt. *Pintian.*

c. CLXXVII. *M. D. Paſſ.)* Vide Not. et Em. N. XCII. (hic conſp.) *Ab oſtio Ponti Apolloniam* CLXXXVII. *M.)* Libri vulgati, CLXXXVIII. Et mox ad *Panticapaeum,* CCXXII. vbi nos cum Pintiano, CCXII. ex MSS. Reg. 1. 2. Pariſ. et Tolet. ſumma fide reſtituimus, ita exigente inprimis ſumma vniuerſa, quae ex ſingularibus intervallo-

dem. Ad oſtium Iſtri CXXV. Ad Boryſthenem CCL. Cherroneſum d. Heracleotarum [1] oppidum CCCLXXV. M. paſſ. Ad e. Panticapaeum, quod ali-qui

1. *Sic ex MSS. Hard. Heracleatarum. Gr.*

vallorum menſuris colligitur: nempe XIII. XXXVII. D. paſſ. hoc eſt, ter et decies centena, et triginta ſeptem millia paſſ. cum quingentis: cui ſummae aut Martianus ipſe, L. VI. c. de quarto ſinu Europae, p. 214. aut amanuenſes, quinquagenarii notam incaute praefixere, et Europae totius menſuram hanc eſſe ipſe exiſtimauit: non Ponti tantum, ab eo latere, quo Europam alluit: *Varro dicit*, inquit, *Europae totius longitudinem habere* LXIII. XXXVII. M. D. paſſ. H.

d. *Cherroneſum)* De eo oppido dicemus, ſ. 26. H.

e. *Ad Panticapaeum extremum in Europae ora,* CCXXII. *M. d.)* Corrigendus ex eiſdem exemplaribus, CCXII. *M. d.* Ceterum res eſt aeſtimatione digna, cur Plinius dicat Panticapaeum extremum eſſe in Europae ora. Nam cum Europae ora protendatur ad Tanais vsque oſtia, qui duas continentes diſterminat, Aſiam ab Europa, Panticapaeum extremum eſſe in Europae ora falſo falſus eſt: monſtrante id vel Ptolemaeo libro tertio, qui poſt Panticapaeon ſeptemtrionem verſus ſtatuit in ipſa ora, Myrmecion, Parthenium, Zenonis Cherroneſum, Heraclion, Noua moenia, Lianum, Acram, Hygrin, et poſtremo Cardeam prope Tanais occidentale oſtium. Quapropter non *Europae ora* puto hic legendum, ſed *Euripi ore*; appellat enim Boſphori longitudinem Euripum, vt ſupra de Boſphoro Thraciae hoc ipſo capite, *Porrigitur inde tenuis Euripus* LXXXVI. *M. paſſ. ad vrbem Priapum.* Quod autem Panticapaeum ſitum ſit in ore ipſo adituque Boſphori, praeter Ptolemaeum docet Plinius in ſequentibus. *Reſtat*, inquit, *in ipſo Boſphori introitu Panticapaeum.* et Strabo in ſeptimo: *Tellus alia deinceps fertilitate conſpicua eſt, vsque ad Panticapaeum Boſphoranorum metropolim. Ea vero in oſtio Maeotidis ſita eſt.* et paulo poſt idem Strabo: *Os ipſum Maeotis Boſphorus appellatur Cimmerius: eius vero initium ab ampliore latitudine ad ſtadia* LXV. *vbi ex Panticapaeis locis ad Phanagoriam propinquiſſimam Aſiae ciuitatem inchoauit, terminatur autem ad anguſtiſſimum Euripum.* Haec Stra-

qui Bosphorum f. vocant, extremum [1] in Europae ora, ccxii. M. d. quae summa efficit xiii. [2] xxxvii. M. d. Agrippa a Byzantio ad flumen Istrum, dlx. Inde [3] Panticapaeum dcxxx. [4] Lacus ipse Maeotis, Tanain amnem ex g. Riphaeis montibus defluentem accipiens, nouissimum inter Europam Asiamque finem xiv. h. vi. [5] M. circuitu patere traditur. Ab hh. aliis xi. xxv. M. Ab i. ostio eius, ad Tanais ostium [6] directo cursu ccclxxxv. [7] M. pass. esse constat. Accolae sinus eius, in mentione Thraciae dicti k. sunt Istropolim vsque. Inde ostia Istri. Ortus hic in Germaniae iugis montis l. Abnobae,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. extremum in Euripi ora. (ore, Pint.)* ccxii. *M. D. Tol. M. in Europae ora* ccxxii. *Gr. et Al.* 2. *quibusdam* xiv. vi. *M.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. qui in textum antea* dcxxxv. *receperat In Panticapaeum* dcxxx. *Inde lacus Gr. et Al.* 4. dcxxxv. *Ch.* 5. *sic ex MSS em. Hard.* xiii. *vt M. Gr. et Al.* 6. *portum. V.* 7. *sic et M.* ccclxxv. *Gr. et Al.*

Strabo. Appellat autem *Panticapaeum* extremum Ponti oppidum: de Ponto enim et eius mensura hic agitur. Maeotis vero non continetur Ponti nomine. *Pint.*

f. *Bosphorum)* Principem Bosporianorum ciuitatem, μητρόπολιν τῶν Βοσποριανῶν appellat Strabo, L. VII. p. 309. H.

g. *Ex Riphaeis)* Mela L. I. c. 19. p. 24. H.

h. XIV. VI. *M. circuitu)* Hoc est, quater et decies centena, ac sex passuum millia cursu, quem in circuitum fere agit, complectitur. H.

hh. *Ab aliis* XI. XXV.) Hoc est, vndecies centena, XXV. millia. Strabo, L. VII. p. 310. Maeotidis ambitum ait complecti millia stadiorum octo: hoc est, decies centena millia pass. H.

i. *Ab ostio eius)* Maeotidis paludis. H.

k. *Dicti sunt)* Sect. 18. H.

l. *Abnobae)* MSS. *Arnoba.* Abnobii montes Herciniae pars. *Das Hessische Gebirge.* Arnoba conuenit magis loco scaturiginis, quem vocant *uff der Ear.* Fons eius non procul abest ab *Eschingen* pago. Mox ab origine recipit riuos duos,

bae [1], ex aduerso m. Raurici [2] Galliae oppidi, multis vltra Alpes millibus, ac n. per innumeras lapsus gentes Danubii [3] nomine, immenso aquarum auctu,

1. montis Nouae M. 2. Saurici. M. 3. Danubii nomine, et vnde pr. Illyr. aluit. Ister app. immenso aquarum auctu LX. *amnibus, etc. ita quidam leg.*

duos, alterum *die Prigen*, a quo vicinus tractus *Pregena* dicitur: alterum *die Bregen*. Herodotus scripsit, eum ἄρξασθαι ἐκ Κελτῶν, καὶ Πυῤῥήνης πόλεως, vbi fortasse legendum πρυγήνης χώρας. *Dalec.*

Abnobae) Tacit. L. de moribus Germ. p. 123. *Danubius molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus*, etc. Vide Not. et Em. N. XCIII. (hic adi.) *Abnobae)* Veram huiusce montis, vnde Danubius oritur, appellationem, non Tacitus modo, quem laudauimus, sed et Festus Rufus Auienus confirmat in descript. orbis, v. 437. *Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobae hiatu Flumen: in Eoos autem conuertitur axes, Euxinique salo prouoluitur: ora per aequor Quinque vomunt amnem.* Ptol. L. II. c. 11. τὰ Αὔνοβα ὄρη, Marciano Heracleotae, p. 82. corrupte admodum Ἀδὲλας nominatur. H.

m. *Raurici)* Vel Rauraci: quo etiam modo Massiliam, et Massaliam dicimus. Agemus de eo oppido, f. 31. Inde Rauraci montes, apud Ammian. L. XXII. p. 217. *Amnis vero Danubius*, inquit, *oriens prope Rauracos montes, confines limitibus Rhaeticis per latiorem orbem protentus, ac sexaginta nauigabiles paene recipiens fluuios, septem ostiis per Scythicum Ponti latus erumpit in mare.* Solinus c. 13. p. 33. *Ister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliae adspectat.* H.

n. *Ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu. et vnde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, LX. amnibus receptis, etc.)* Cui non subolet haec verba a proprio et vero reuulsa ordine, in insulsum ineptumque discessisse? Nam compares materiae separantur, coniunguntur dispares, Danubii nomen cum auctu aquarum, Istri appellatio cum amnibus receptis. Legatur igitur meo periculo sic: *Ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, et vnde primum Illyricum alluit, Ister appellatus, immenso aquarum auctu, sexaginta amnibus receptum, etc. Pint.*

ctu, et vnde primum Illyricum alluit. Ister o. appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, in Pontum vastis p. sex[1] fluminibus euoluitur. Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce q. insula, a qua proximus alueus appellatus[2]; XIX.[3] millia pass. magna palude sorbetur. Ex eodem alueo et super Istropolim lacus gignitur LXIII. M. pass. ambitu: Halmyrin r. vocant.

1. *septem Bonfinius qui 6. vocat Stenostomum.* 2. *appellatur. M.* 3. *et* XI. *M. p. magna palus oritur ex eodem alueo. M.*

o. *Ister appellatus)* Agathemerus, L. II. Geogr. c. 4. Vindobonam vsque, hoc est, Austriae Viennam, Danubium appellari ait: μέχρις Οὐινδοβόνης πόλεως Δανούβιον καλοῦσιν, etc. DANVVIVS scribitur in nummo Traiani Augusti: scilicet ob Daciam amni ei praetentam, et tunc recens captam: quo in tractu Germanice Danubio nomen est *Donaw*: vnde Dannuium Monetarii Narbonenses tunc effecere: non quod literae B. et V. permutatae vnquam fuerint in nummis antiquis. At Romani illud W. Germanicum, aeque vt β Graecum, cum in suam linguam ex alterutra nomina transtulerunt, in latinum B. commutarunt. H.

p. *Sex fluminibus)* Quinque, si Dionysio Periegetae credimus, v. 301. et Festo Auieno, v. 441. Mela, L. II. c. 7. p. 42. *Sex sunt insulae inter Istri ostia.* Septem igitur ostia necesse est esse, quot nimirum Ammianus agnouit. Et idem Mela, L. II. c. 1. totidem Istro, quot Nilo, assignat ora. H.

q. *Peuce insula)* Sic vocata a Basternis Peucinorum montium accolis, qui eam occuparunt. *Dalecamp.*

Ipsa Peuce) Omnium notissima et maxima, inquit Mela, l. c. Inde nomen ei, quod multas πεύκας arbores ferat. Magnitudo par Rhodo. Ita auctor Peripli Ponti Euxini, p. 11. Stephano quoque nota, Πεύκη νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ. H.

r. *Halmyrin)* Ἁλμυρὶν Graeci salsuginem vocant Auctor est Philostorgius, L. X. c. 6. Eunomium Arianae factionis antesignanum, Halmyrida in exsilium pulsum esse, eumque Mysiae locum ad Istrum fuisse, quod ait etiam Nicephorus, Eccl. Hist. L. XII.

cant. Secundum s. ostium Naracustoma s. appellatur. Tertium t. Calonstoma [1], iuxta insulam Sarmaticam. Quartum Pseudostomon [2], et u. in insula Conopon x. diabasis: postea y. Boreostoma [3] et

1. Sic ex MSS. em Hard. Calastoma Gr. et Al. 2. sic et M Ch. vt etiam hoc, eod. c. sequitur. Pseudostoma, et insula Conopon diabasis Gr. et Al. 3. Boriostoma, et Stenostoma. V.

L. XII. c. 29. Aut ab oppido lacum, aut a lacu potius oppidum id nomen esse sortitum apparet. In Notitia Hieroclis, Prou. Scythiae, Ἁλμυρίς, p. 21. H.

s. *Naracustoma)* A congelatis et stupidis piscibus, quorum ibi capitur maxima copia. *Arecostoma* legendum ait Hartung. decur. 2. num. 2. *Dalec.*

Naracustoma) Sic Ammian. L. XXII. p. 218. Apollon. Rhod. Argon. L. IV. v. 312. duo Istri ostia referens, alterum Καλὸν στόμα, alterum inquit, καλέουσι Νάρηκος, vbi Scholiastes legisse videtur, καλέουσιν Ἄρηκος. At Ναράκου στόμα dicitur ab Auctore Peripli Ponti Euxini. Forte rectius *Narcustoma*, hoc est, os pigrum ac stupidum, ob quamdam paludis immobilitatem. H.

t. *Tertium Calostoma)* Lege *Tertium Calon stoma iuxta insulam.* Et paulo post, lege: *Boreon stoma, et Spilon stoma,* id *Psilon stoma.* Et paulo post, pro *dulcemque intelligi haustum,* scribe: *dulceque intelligi haustu.* Salm p. 186. a. b.

Calonstoma) Καλὸν στόμα, Ptol. L. III. c. 10. et Ammiano, l. c. qui Pseudostoma ambo agnoscunt cum Solino, c. 13. p. 33. Nos ex MSS. *Pseudostomon* scripsimus. H.

u. *Et in insula Conopon diabasis)* Locus est corruptissimus, et tantum non conclamatus. Auguror tamen mentionem fieri Cones insulae ad Istri ostia, de qua in tertio Lucanus: — — *Et barbara Cone Sarmaticas vbi perdit aquas. Pintian.*

Et in insula) Ita MSS. omnes Reg. 1. 2. Colb. etc. Vulgati perperam, *et insula.* H.

x. *Conopon Diabasis)* Κωνώπων διάβασις, hoc est culicum transitus ab ea insula certo anni tempore fieri consuetus, ad paludis Maeoticae locum, vt quidem auguror, Κωνώπων inde appellatum, cuius Stephanus meminit: vbi lupi a piscatoribus alimenta sumentes, captos custodi-

et Spireostoma. Singula z. autem ora tanta sunt, vt prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque a. intelligi haustum.

XXV. Ab b. eo in [1] plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes: variae tamen litori apposita tenuere: alias Getae, Daci c. Romanis dicti: alias Sar-

1. *in plano. M.*

stodire pisces traduntur. Huius vero insulae, in qua versamur, mutilum nomen poetica licentia Lucanus expressit, L. III. v. 200. — *Et Barbara Cone, Sarmaticas vbi perdit aquas, sparsamque profundo Multifidi Peucen vnum caput alluit Istri.* H.

y. *Boreostoma)* Boreonstoma et Stenostoma habet Ammianus l. c. Βόρειον ϛόμα, hoc est, boreale, et Ψιλὸν ϛόμα, hoc est, tenue, Ptol. L. III. c. 10. et Auctor Peripli Ponti Euxini. MSS. tamen *Spireonstoma*, forte pro *Spiraeonstoma*, cuiusmodi et Σπείραιον ἄκρον in Saronico sinu a Plinio superius vidimus f. 9. Ptolemaeoque appellari. H.

z. *Singula autem)* Solinus iisdem verbis, c. 13. p. 33. H.

a. *Dulcemque)* Idque ex dulci haustu aquae intelligi. H.

b. *Ab eo in plenum)* Ab ostiis Danubii planitiem omnem versus occasum late diffusam, vtroque amnis latere Scythae tenuerunt. Loca tamen ripae proxima variae subinde Scytharum gentes, primum Getae, quos Romani Dacos appellant: hos pepulere deinde Sarmatae, etc. Vide Dion. Perieg. v. 302. H.

c. *Daci Romanis dicti)* Erroneam hanc opinionem ostendere conatur Delr. super Sen. trag. par. vlt. pag. 332. et 384. Discrimen inter Dacos et Danos explicat. *Dal.*

Daci) Vide Not. et Em. N. XCIV. (hic adi.) *Getae, Daci Romanis dicti)* Sunt qui Plinium hoc loco erroris insimulent, perinde, ac si temere Getas cum Dacis confuderit. At eandem Scytharum gentem vtraque appellatione promiscue Romanis appellatam, auctor est luculentus Dio, L. LI. p. 460. Οἱ δὲ ἐπέκεινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε καὶ Θρᾶκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τῶν τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντες, ὄντες. *Qui Daci postea vocati sunt, siue Getae ii fuerint, siue Thraces orti*

Sarmatae d., Graecis Sauromatae, eorumque Hamaxobii e. aut Aorsi [1]: alias Scythae degeneres et a ser-

1. *Corsi. Ch.* 2. *Sindi. V. Strab.*

orti ab iis Dacis, qui Rhodopea quondam incoluerunt etc. Nec vero cum Dacos Plinius nunc appellat, et Sarmatas, et Aorsos, id agit, vt certas singulorum sedes assignet, quas, cum ille haec scriberet nondum ii forte habebant: sed quam fuerint earum gentium migrationes variae, quae diuersis temporibus pulsis prioribus incolis, eamdem Danubii ripam tenuerint, id cursim raptimque perstringit. H.

d. *Sarmatae*) Straboni Getae ad Pontum, orientem versus, circa ostium Danubii sedes habent: Daci vero ad Istri fontem in Germania vsque ad eius praecipites decursus siue cataractas. Vtriusque tamen gentis sermo idem est. Vide supra cap. 26. lib. II. Sarmatae in Europa, Poloni. Sarmatae Asiatici inter Tanaim hodie *Tana*, et Coracem, hodie *Copa*, fluuios siti, hodie, *Abgasti*. *Dalec.*

e. *Hamaxobii*) Δακοὶ, Ἁμαξόβιοι, Ἄορσοι, Ἀλαυνοι, Σκύθαι, Ῥωξολάνοι, supra Danubium a Ptol. recte collocantur, L. III. c. 5. vbi nunc Bessarabia est, Moldavia, Valachia, et pars regionis, quam Transsyluaniam vocant. Τρωγλοδύται vero c. 10. sub ostio Peuce, vbi Istropolis ciuitas est, latere amnis australi, quae nunc Bulgariae pars est maxime orientalis. Κροβύζους Τρωγλοδύτας appellat Strabo, L. VII. p. 318. Admonent Alani a Plinio deinde commemorati, vt huic loco adiiciam, quae sit *gens Alana* in carmine 2. L. V. Michaelis Hospitalii, olim clare laude Poeseos, clarioris multo postea insigni magistratu Cancellarii Franciae. Sic enim ille cecinit eleganter, dum iter suum describeret, transitumque per Auenionem, vbi Iudaeis certa regio vrbis est assignata: *Nam neque Iudaeos visum est in laude colonos Ponere: nec vero commercia gentis* ALANAE: *Impia quam dicunt tacitis praecepta fouere Mentibus, errores et adhuc retinere parentum.* Familiarissimum semper fuit linguam Hebraeam calentibus doctrinae suae praebere specimen, siue fictis, siue derivatis ex ea lingua vocabulis: quae sic aliud significarent, quam quod iisdem vulgo intelligitur: vel Christum Dominum, scilicet, maxime Iudaeos in supremo iudicio puni-

a ſeruis orti, aut Troglodytae: mox Alani et Rhoxalani. Superiora f. autem inter Danubium et Hercynium g. ſaltum, vſque ad Pannonica hiberna Carnunti h., Germanorumque ibi confinium, campos, et plana Iazyges i. Sarmatae 1: montes ii. vero et

1. *Iazyges, Sarmatae diſtinctim Gr.*

niturum, vel Iudaeum Chriſto inimicum. Et mos iſte quidem ab annis ante Hoſpitalium fere trecentis inualuerat apud eruditos: deprehenſus a nobis innumeriſque comprobatus exemplis. Ergo ingenioſe ille ſimiliter Iudaicam gentem ALANAM appellauit: quippe אל־ענה: *Deum*, hoc eſt, Chriſtum *afflixit*, dum affixit cruci. Haec eadem eſt commerciis famoſa; et in Chriſtum Dominum ex patrum ſuorum inſtitutione blaſphemiis: quas ii tamen, qui inter Chriſtianos degunt, ſupplicii metu animo continent. H.

f. *Superiora autem*) Vbi nunc Transſyluania eſt, et Hungariae pars, ſupra latus Danubii boreale. H.

g. *Hercynium*) *Hercynia ſilva*, inquit Mela, L. III. c. 3. *dierum ſexaginta iter occupans.* Nunc multis locis exciſa, vbi Germaniae vrbes multae et pagi ſunt. H.

h. *Carnunti*) Subintellige hiberna ibi conſtituta de more a Romanis, munimento aduerſus Quados oppoſita. Oppidum nunc Carnuntum eſt, contra Danubii et Mari confluentem, vulgo *Haimbourg*, paucis vltra Viennam, quae in Auſtria eſt, millibus paſſuum. De Carnunto Pannoniae, Liu. L. XLIII. et vetus inſcriptio apud Grut. p. 1032. Ortelius cum Carnuto Galliarum oppido confundit. H.

i. *Iazyges*) Hungarorum vulgus adhuc hodie eos appellat *Iaz* voce decurtata. *Dalec.*

Iazyges Sarmatae) Sunt ea ſic coniunctim legenda: Ἰάζυγες Σαρμάται Straboni L. VII. p. 306. et Tacito, L. XII. Annal. p. 180. a quo et Iazyges, *Vagi per campos* appellantur. Hos ad Tibiſcum amnem pertinere ſimiliter Ptolem. docet L. III. c. 7. vbi Ἰάζυγας Μετανάστας vocat, et Agathem. L. II. Geogr. c. 4. qui Dacis confines ait fuiſſe. H.

ii. *Montes vero*) Ea montium iuga intelligit, quae Hungari *Crapack* vocant: quo Daci e campis pulſi a Iazygibus profugere. Καρπάτης ὄρος

ro et saltus pulsi ab his Daci ad k. Pathissum[1] amnem. A l. Maro[2], siue Duria est, a ll. Sueuis regnoque

1. *hodie, Tiza. Ptolemaeo, Tibiscum. Pathyssum Gr.*
2. *Amoros. V. amnem, a Moro, siue is Dacia est Gr. et Al.*

ὄρος dicitur Ptol. L. III. c. 7. et 8. Daci, vt mox Plinius addit, *a Sarmatis ad Pathissum amnem pulsi*, regionem eam Daciam cognominauere; quam postea Traianus Imp. Romano adiecit imperio, vt nummi eius testantur innumeri; praesertim qui sunt inscripti, DACIA CAPTA, VICTORIA DACICA, DACIA AVGVSTI PROVINCIA. In his autem plane singularis est eiusdem Imp. Traiani nummus, ex auro, qui depictus est inter Arschotanos, Tab. 36. n. 3. cui similem alterum ex aere minimo commemorat Patinus in Indice p. 10. et D. de Peiresc in collectione MSS. p. 232. cum hac epigraphe: IMP. CAES. NERVA TRAIAN AVG. GERM. capite laureato. In auersa parte Deae effigies est, pileo Dacico tecta, quae lauri ramum dextra ostentat. Inscriptio: DARDANICI: vbi Dardanicos nescio quos quaerunt imperiti: cum re ipsa non ibi *Dardanici* sint, sed sententiae vnius eximiae, priores dumtaxat literae: huius nimium.

D AR D

Daciam a Romanis deficientem
A NI C I
adiunxit nuper Imperio Caesar Imperator.

Hoc illud ipsum est, quod gemina illa in nummis eiusdem Traiani inscriptione proditur, DACIA CAPTA, et DACIA AVGVSTI PROVINCIA. Cum *Imperium* dicitur, *Romanum* intelligitur, ac propterea *Romani* praemittuntur, ob Romam Imperii caput. Sic in nummo scribitur, qui Galbae et Vitellii principatu percussus est, ROMAE ET IMPERIO. *Nuper* ab opifice nummi positum est perquam ingeniose. Etenim hoc fuit dicere, recentem eam esse victoriam, sed dignam titulo *Dacici*, qui nondum adscribebatur in nummis Traiani. Admonitio igitur haec fuit Senatui, vt ipsius edicto deinceps Traianus DACICVS scriberetur. H.

k. *Ad Pathissum)* Parthiscum vocat Ammian. L. XVII. p. 108. Τίβισκον Ptol. L. III. c. 7. nunc *Teissa*, et *le Tibisc*. H.

l. *A Maro)* Marum quoque Tacitus vocat, L. II. Annal. p. 62. Μάρισον Strabo;

gnoque m. Vanniano dirimens eos, aduerſa n. Baſternae tenent, aliique o. inde Germani. Agrippa totum eum tractum ab Iſtro ad Oceanum bis p. ad[1] decies centena mill. paſſ. in longitudinem, quatuor q. milli-

1. *Quidam legunt, Ab his decies centum M. paſſ. in longitudinem,* IV. *M. minus:* CCCC. *in latitudinem ad flumen Viſtulam, etc.* (*Iſtulam Pomp*) *b. habet, Oceanum bis decies centum M. p. in longitudinem, quatuor M. quadringentis in lat. ad flumen Viſtiam, etc.*

bo, L. VII. p. 404. quem per Getas ait in Danubium labi. Hodie *Mark, Maros,* et *Moraua*, vnde Morauiae nomen. H.

ll. *A Sueuis)* Non a gente tota Sueuorum, ſed ab iis qui Druſi iuſſu et imperio, *Danubium vltra, intra flumina Marum et Cuſum locati ſunt, dato rege Vannio, gentis Quadorum*, inquit Tacitus l. c., Vide Not. et Em. N. XCV. (hic conſp.) *A Sueuis, regnoque Vanniano)* Conuellit egregie interpretatio noſtra, Taciti auctoritate conſtabilita, eruditi Cluuerii coniecturam, in libro de ant. Germ. a *Quadis*, non a *Sueuis* legendum eſſe pronunciantis. Nec minor eiuſdem hallucinatio eſt, dum vltra Carpathios montes Baſtarnas ablegat, quos inter Tibiſcum et Marum Plinius diſerte locat: nec dignus venia contemptus codicum omnium quorum eſt in hoc loco mira conſenſio, cum a *Quadis*, non a *Sueuis*, *auerſa*, non *aduerſa* legitur. H.

m. *Regnoque Vanniano)* Vbi nunc Morauia eſt. H.

n. *Aduerſa)* Partem montium ſupradictorum Auſtro obuerſam, regionemque inde ad Danubium Auſtrumque recedentem, a Maro amne ad Tibiſcum: nunc Hungaria ſuperior appellatur: *la haute Hongrie:* incolae quondam Baſternae ſiue Baſtarnae, Βαςάρνοι, Ptol. L. III. c. 5. et Stephano: Livio quoque, L. XL. p. 541. H.

o. *Aliique inde)* Citra Morauiam, verſus occaſum. H.

p. *Bis ad decies)* Ita libri omnes, Martianus L. VI. p. 214. *Bis decies:* quod pro duodecies potius quam pro vicies acceperim. H.

q. *Quatuor millibus)* Vide Not. et Em. N. XCVI. (hic adi.) *Quatuor millibus, et quadringentis)* Ita reſtituimus ex fide codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. editionumque vetuſtiorum, Pariſ. etc. quas Frobenius corrupit, vt *quantum minus quadringentis* ſcriberet. Martianus L. VI

millibus [1] et quadringentis in latitudinem, ad flumen Vistulam a desertis Sarmatiae, prodidit. Scytharum nomen vsque quaque transit in Sarmatas atque Germanos. Nec aliis prisca illa durauit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt.

XXVI. Verum ab r. Istro oppida, Cremniscos [2], Aepolium: montes Macrocremnii, clarus amnis s. Tyra, oppido nomen imponens, vbi antea Ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetae. t. Abest a Pseudostomo Istri ostio centum u. triginta millibus passuum. Mox Axiacae x. cognomines [3] flumini, vltra quos Crobyzi y.: flumen

1. *quantum minus quadringentis Gr.* 2. *Cremense, Obolium. V.* 3. *legendum censeo, cognomine fluminis. sic M.*

L. VI. p. 214. millia quadringenta agnoscit. H.

r. *Ab Istro)* Versus Maeotium lacum litus Euxini Ponti legentibus. De Aepolio nihil compertum. Κρημνίσκε meminit Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 9. Κρῆμνοι πόλις est Ptol. L. III. c. 5. Ab eo oppido montibus Macrocremniis nomen inditum. H.

s. *Amnis Tyra)* Nuester Moldauiae qua mare ingreditur; supra Turia. *Dalec.* *Amnis Tyra)* Mela, L. II. c. 1. *Axiacas, inquit, ab Istricis Tyras separat: surgit in Neuris: qua exit, sui nominis oppidum attingit.* Stephanus: Τύρας, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ — — ἐκαλεῖτο δ' Ὀφίεσσα. Scylaci quoque p. 28. in Scythia Ὀφίεσσα πόλις. Ouid. de Ponto, L. IV. Eleg. 10. v. 50. *Et nullo tardior amne Tyras.* Hodie *Niester.* H.

t. *Tyragetae)* Ex Tyra fluvio et Getis insulae huius incolis efficto nomine. Τυρρηγέται Straboni L. VII. p. 306. Insulae hodie nomen est *Tandra.* H.

u. *Centum triginta)* Strabo, L. VII. p. 305. octingentorum tantum stadiorum interuallum id esse ait, hoc est, CXII. M. D. pass. H.

x. *Axiacae)* Mela, l. c. *Axiaces amnis proximus inter Callipidas Axiacasque descendit.* Ἀξιάκης ποταμὸς Ptol. L. III. c. 10. Hodie *Bog.* H.

y. *Crobyzi)* Κρόβυζοι Stephano, supra Istrum ad boream. H.

men Rhode, sinus z. Sagarius [1], portus Ordesus a. Et a Tyra centum [2] viginti millibus pass. flumen Borysthenes b., lacusque et gens eodem nomine, et c. oppidum a [3] mari recedens quindecim d. millibus pass. Olbiopolis et Miletopolis, antiquis nominibus. Rursusque [4] in litore portus Achaeorum. Insula f. Achillis, tumulo g. eius viri clara. Et ab ea h. CXXV.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Sagaricus Gr. et Al.* 2. CCXX. *Ch.* 3. *ab mari. M.* 4. *que in M. del. et V. omnib.*

z. *Sagarius)* A Sagari fluvio influente, cuius cum Hypani infra citato Ouidius meminit, de Ponto L. IV. "Ἄγαρος ποταμὸς Ptol. L. III. c. 5. idem, opinor, qui Plinio fluuius Rhode nuncupatur. H.

a. *Ordesus)* Ὀρδησσὸς Ptolem. L. III. c. 5. supra Axiacen fluuium. H.

b. *Borysthenes)* Martianus, L. VI. c. de quarto sinu Europae, p. 214. Hodie *Nieper*. H.

c. *Et oppidum)* Olim Ὀλβία appellatum, a Milesiis conditum, vnde et Miletopolis nomen, mox et Borysthenis ab amne praeterfluente. Ita Strabo, L. VII. p. 306. Ptol. l. c. Μητρόπολις eadem mendose, pro Μιλητόπολις. H.

d. XV. *millibus pass.)* Ita libri omnes. At Strabo, l. c. stadiis ducentis, hoc est, XXV. mill. pass. H.

e. *Olbiopolis, etc.)* Haec prisca Borysthenis oppidi nomina. Ὀλβία, vt diximus, Straboni, et Auctori Peripli Ponti Euxini, p. 8. H.

f. *Insula Achillis, etc.)* Martianus, l. c. Eadem Leuce appellata, vt dicetur sect. sq. Scylax, p. 28. νῆσος ἐρήμη, ᾗ ὄνομα Λευκή, ἱερὰ τοῦ Ἀχιλλέως. Et Ptol. meminit L. III. c. 10. Mela, L. II. c. 7. *Leuce Borysthenis ostio obiecta, parua admodum, et quia Achilles ibi situs est, Achillea cognomine.* Hodie *Ficonisi*, vt plerique aiunt. H.

g. *Tumulo eius viri clara)* Translato in eam herois corpore, a matre Thetide. Eadem et Phaenna dicitur, quasi Φαεινή, et Alba, ardearum albarum multitudine: nec vt quidam censent, alia est quam Achillis Dromos. Vide Rhod. c. 4. XIV. et Melam lib. II. cap. 1. *Dalec.*

h. *Et ab ea CXXV.)* Ita libri omnes, ante Dalecampium

CXXV.[1] millibus passuum peninsula, ad hh. formam gladii in transuersum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos: cuius longitudinem octoginta i. millium passuum tradit Agrippa. Totum eum tractum k. Tauri[2] Scythae, et Sira-

1. *Sic quoque M. et V. Ch.* CXXV. *Gr. et Al.* 2. *Taurisci. V. Sardi, Scythae, et Siraei tenent. Tol. de Siracis lege Strab. lib. I. Scythae et Sarmatae Gr.*

pium, qui CXXXV. edidit. H.

hh. *Ad formam gladii)* Eleganter, vt solet, Mela, L. I. c. 1. *Terra, tunc longe distenta excedens, tenui radice litori adnectitur. Post spatiosa modice, paulatim se ipsa fastigat, et quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victoriam, et cum ab armis quies erat, se ac suos cursus exercitauisse memoratur. Ideo dicta est* δρόμος Ἀχιλλέως. H.

i. *Octoginta millia)* Tzetzes in Lycophr. p. 41. et Strabo L. VII. p. 307. stadiorum mille, hoc est, CXXV. M. P. Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 7. stadiorum mille ac ducentorum, hoc est CL. M. P. H.

k. *Tauri Scythae, et Siraci tenent)* Hoc est Scytharum populi, qui Tauri vocantur, et Siraci. Ταῦροι, et Σιρακοί. Vide Not. et Em. N. XCVII. (paulo post.) Nunc Bessarabi et Tartari minores vocantur, Podoliae et Vkraniae confines, quarum partem aliquam Siraci quondam tenuere. *Tauri Scythae, et Siraci tenent)* Pro *Siraci* Barbarus *Sarmatae* reposuit. Sinceram lectionem tum ex codd. MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. etc. tum ex Strabone restituimus, qui L. X. p. 492. et 506. Σιρακῶν meminit, prope Maeotin, in Asia quidem, sed vna tamen cum Aorsis supra quoque citatis a Plinio. Ad Tauros Scythas autem quod attinet, seu Tauroscythas vnico vocabulo malis appellare, Achillei dromi incolas Dionysius Periegetes ait fuisse, et Tauros vocat, v. 301. Alanis, Dacisque conterminos: Eustathius, ad eum locum, Scythas: Ταῦροι θ' οἳ ναίουσιν, Ἀχιλλῆος δρόμον αἰπὺν, etc. Taurici litoris incolas Scythas, Festus Auienus, v. 444. Tamen MSS. quidam satis probatae fidei, pro *Tauri, Sardi,*

Siraci tenent. Inde l. siluestris regio Hylaeum mare, quo alluitur, cognominauit. Enaecadloae m. vocantur incolae. Vltra Panticapes n. amnis, qui Nomadas et Georgos disterminat: Mox Acesinus. o. Quidam Panticapen confluere infra p. Olbiam cum Borysthene tradunt: diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Asiae parte prodidere. Mare q. subit vasto recessu [1], donec quinque millium pass. interuallo absit a Maeotide, vasta ambiens spatia, multasque gentes. Sinus Carcinites [2] appella-

1. *Magno recessu.* M. et Ch.

2. *Garcinites.* V. et M.

Sardi hic exhibent, qui alibi nusquam reperti. H.

l. *Inde siluestris)* Mela l. c. *Siluae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt: et Panticapes Nomadas Georgosque disterminans.* Hylaeae regionis meminit Herod. L. IV. Melpom. p. 231. n. 18. et Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 2. vltra Borysthenem, versus orientem: Πρὸς ἀνατολὰς ἐκβάντι τὴν Βορυσθένην, Τὰς λεγομένην Ὑλαιαν οἰκοῦντας Σκύθας. H.

m. *Enoecadloe vocantur incolae)* Est vocabulum Graecum ab ἐν, id est, *in*, οἶκος *domus*, καὶ ἀλᾶν *vagari*, quod domibus currui impositis oberrent, et vagentur. *Dalec.*

Enaecadloae) Haec vero gens est alibi nusquam reperta. Quid si legas *Inde Hylaei?* Nam de Hylaeis mox iterum. H.

n. *Panticapes)* Παντικάπης Herod. l. c. a quo haec Mela, et Plinius. Scythae Nomades, seu vagi, a Georgis, hoc est aratoribus eo amne disterminantur. Vtrique communi minorum Tartarorum appellatione censentur. H.

o. *Acesinus)* Valerius Flaccus, Acesinum quoque L. VI. Argon. v. 69. Priscian. in Perieg. p. 372. Aldescum vocat. H.

p. *Infra Olbiam)* Siue Olbiopolim, hoc est Borysthenitarum oppidum, de quo paulo ante diximus. Herodotum sugillat, qui L. IV. Melpom. n. 53. et 54. Panticapen et Hypanin influere in Borysthenem prodidit. H.

q. *Mare subit)* Euxini Ponti sinus, qui Carcinites mox appellatur. Καρκινίτης κόλπος, Straboni L. VII. p. 308. ad mille porrectus stadia, hoc est, ad CXXV. M. P. Hodie *Golfe di Negropoli.* H.

pellatur, flumen Pacyris. r. Oppida: s. Naubarum[1], Carcine: A tergo lacus t. Buges fossa emissus in mare. Ipse Buges a Coreto, Maeotis lacus sinu, petroso discluditur dorso. Recipit u. amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diuerso venientes tractu. Nam Gerrhus Basilidas x., et Nomadas separat. Hypanis per Nomadas et Hylaeos fluit manu facto alueo in Bugen, naturali in Coretum. Regio, y. Scythia[3] Sendica nominatur. Sed[4] a Carcinite Taurica z. incipit, L. 5 quon-

1. *Nauarum. V. M.* 2. *A tergo lacus Buges a Coreto Moeotae lacus sinu petroso, etc. Tol.* 3. *Scythiae Gr.* 4. *sic et M. sed in Car. Gr.*

r. *Pacyris)* Herod. l. c. p. 240. n. 47. Ὑπάκυρις. Ptol. L. III. c. 5. ab oppido quod praeterlabitur, Καρκινίτης. H.

s. *Naubarum*, etc.) MSS. *Nauarum*, Ptol. l. c. Ναύβαρον, et Κάρκινα, πόλεις. Carcina hodie nomen retinet, situm mutauit. H.

t. *Lacus Buges)* Βύκη λίμνη Ptolemaeo, L. III. c. 5. nec semel Pomponio Melae, *Buces*. Flacco L. VI. Argon. *Byce*. H.

u. *Recipit)* Nempe Buges lacus Mela, L. II. c. 1. *Duo flumina, Gerrhos et Hypacaris, vno ostio effluentia: verum diuersis fontibus, et aliunde delapsi. Nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas: Hypacaris per Nomadas euoluitur.* Vnde liquet amnem eum qui Plinio nunc Hypanis dicitur, et a superiori Hypani diuersum esse, qui non alio, quam quo Borysthenes ostio in Pontum influit, et Hypacarim Melae esse. Alter Γέῤῥος Stephano. H.

x. *Basilidas)* Qui Βασίλειοι Σαυρομάται, Appiano in Mithrid. p. 217. et Straboni, L. VII. p. 306. Haec Plinius tum a Mela, tum ab Herod. ll. cc. H.

y. *Scythia Sendica)* Quod Sindi, Sindonesue, gens Scythica illum tenuere. Nam Pomponio L. 1. c. vlt. *Sindones*, iidem Σινδοί, regio Σινδική Straboni, L. XI. p. 492. H.

z. *Taurica)* Aliis Taurica, Pontica aliis, aliis Scythica Chersonesus dicta, Incolae Ταῦροι Straboni, L. VII. p. 308. et mox ipsi Plinio. Et ipsa hodie Tartariae minoris pars est, l' *Isle de Caffa*, a primario oppido, quod Theodosiam veteres dixere. H.

quondam mari circumfusa et ipsa, quaqua [1] nunc iacent campi. Deinde vastis attollitur iugis. Triginta sunt eorum populi. Ex iis mediterranei a. XXIV. [2] Sex b. oppida: Orgocyni, Characeni [3], Lagyrani, Tractari [4], Archilachitae, Caliordi. Iugum c. ipsum Scythotauri tenent. Clauduntur d. ab occidente Cherroneso, ab ortu Scythis Satarchis. e. In [5] ora a Carcinite oppida: Taphrae f., in

1. *quaque.* *Ch.* 2. XXVII. *Vet.* 3. *Sic quoque V. Carafeni, Astyrani Gr. et Al.* 4. *Stactari. Ch.* 5. *In ore Carcine oppidum. Tagre, etc. M.*

a. XXIV.) MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. XXVII. H.

b. *Sex oppida Charaseni, Assyrani*) Scribe, *Characeni, Lagyrani*, a Charace et Lagyra oppidis, quae Ptolemaeus simul memorat in ora Tauricae Chersonesi. *Pint.* — *Sex oppida*) Vide Not. et Em. N. XCVIII. (hic adi.) *Sex oppida: Orgocyni, Characeni, Lagyrani, Tractari, Archilachitae, etc.*) In ed. Parmensi et MSS. *Caraceni, Asyrani.* Nos ex Ptol. L. III. c. 6. *Characeni* et *Lagyrani* rescripsimus: quoniam in Taurica oppida sunt apud eum ista, Χάραξ et Λαγύρα. Pro *Orgocyni*, forte *Argodeni* rectius, ab Ἀργώδα eiusdem Tauricae mediterraneo oppido. Pro *Tractari*, MSS. *Stactari* habent. In libris hactenus vulgatis, *Carafeni, Assyrani.* H.

c. *Iugum ipsum*) Montes, qui in Taurica Chersoneso eminent. H.

d. *Clauduntur ab occidente Cherroneso, ab ortu Scythis Satarchis*) Vtrumque exemplar, *Clauduntur ab occidente Cherroneso nec ab ortu Scythis Sataucis.* Lego, *Cluduntur ab occidente Cherroneso. Ea habitatur Scythis Satarchis.* Quo de loco plura diximus in Pomponium. *Pint.*

e. *Satarchis*) Quorum oppidum in Taurica Chersoneso mediterraneum Σατάρχη, apud Ptol. L. III. c. 6. incolae Pomponio *Satarchae* dicti. De his Solinus c. 15. p. 35. *Satarchae vsu auri argentique damnato, in aeternum se a publica auaritia vindicarunt.* Hi sunt quos Plinius, L. VI. f. 7. Satarcheos vocat. H.

f. *Taphiae*) Mela L. III. c. 1. *Quod inter paludem Maeotim, et sinum Carciniten est, Taphrae nominatur.* Ptol. l. c. Τάφρος Hodie *Precops*, seu *Przecop.* H.

in ipsis angustiis peninsulae: mox Heraclea g. Cherronesos, libertate a h. Romanis donatum. Megarice vocabatur antea: praecipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Graeciae moribus, quinque millia pass. ambiente muro. Inde Parthenium i. promontorium, Taurorum ciuitas, k. Placia [1]. Symbolon l. portus. Promontorium Criumetopon m., aduersum Carambi [2] Asiae promontorio, per medium Euxinum procurrens CLXX. M. pass. interuallo, quae maxime ratio Scythici n. arcus formam efficit. Ab eo Taurorum o. portus multi, et lacus. Oppi-

1. *Palacia. V.* 2. *Carambico. V. Charambi. Gr.*

g. *Heraclea Cherronesos*) Sunt enim ista coniunctim legenda: vnde superius s. 24. dicitur Cherronesus Heracleotarum oppidum. Strabo, L. VII. p. 308. πόλις Ἡρακλεωτῶν καλουμένη Χεῤῥόνησος. Mela, l. c. *Oppidum adiacet Chersonesus, a Diana creditur, conditum, et Nymphaeo specu, quod in arce ei sacratum est, maxime illustre.* H.

h. *A Romanis*) Cum debellato Mithridate tota regio in Romanorum potestatem venit. H.

i. *Parthenium*) In Taurica Chersoneso, *sinus portuosus,* inquit Mela, L. II. c. 1. *et ideo* Καλὸς λιμὴν *appellatus, promontoriis duobus includitur: Alterum,* Κριοῦ μέτωπον *vocant, Carambico quod in Asia diximus, par et aduersum: Parthenion vocant.* Vnde manifestum est Καλὸν λιμένα eumdem esse, qui mox Symbolon portus appellatur. Et Παρθενίου ἄκρας meminit Ptol. L. III. c. 6. Hodie *Rosaphar.* H.

k. *Placia*) Ita libri omnes. Sed ipsum est Strabonis Παλάκιον in Cherroneso, L. VII p. 312. H.

l. *Symbolon*) Συμβόλων λιμὴν, Ptol. l. c. Συμβόλου λιμὴν, auctori Peripli Ponti Euxini, p. 6. Nunc *Sibula.* H.

m. *Criumetopon*) Κριοῦ μέτωπον, hoc est, Frons arietis: hodie *Famar.* De Carambi dicemus L. VI. s. 2. H.

n. *Scythici arcus*) De eo egimus, s. 2. H.

o. *Taurorum portus*) Tauricae ora maritima a Symbolorum portu, mille fere stadiis, hoc est CXXV. M. P. ad

Oppidum Theodosia p. a Criumetopo cxxv. [1] M. pass. A Cherroneso cxlv. [2] M. pass. Vltra fuere oppida: r. Cytae [3]. Zephyrium, Acrae s., Nymphaeum t. Dia u. Restat longe validissimum in ipso Bosphori introitu, Panticapaeum x. Milesiorum, a Theodosia lxxxvii. y. M. pass. a z. Cim- merio

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Ch.* cxxv. *Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. V.* clvi. *Gr. et Al.* 3. *Cyte, Zephyrium, Acre Gr. et Al.* 4. *sic et M.* lxxxvi. *M. D. p. Ch. a Theodosia M.* xxxv. *Gr. et Al.*

ad Theodosiam vsque porrecta, vt auctor est Strabo, L. VII. p. 309. H.

p. *Theodosia)* Θεοδοσία, Ταυρικὴ πόλις, Stephano et Scylaci p. 28. Hodie *Caffa* MSS. quoque *Theudosia.* H.

q. *A Cherroneso)* Oppido Heracleotarum, de quo supra. H.

r. *Cytae, etc.)* Κύταιον, Ptol. L. III. c. 6. in oppidis Chersonesi Tauricae mediterraneis: Κύδαια Scylaci, p. 28. pro Κυταία, Κύτας πόλιν vocat auctor Peripli Ponti Euxini, p. 4. H.

s. *Acrae)* Ἄκρα κώμιον, exiguus Panticapaeorum vicus, apud Strab. L. XI. p. 494. In Notitia Eccl. Hieroclis p. 21. Prou. Scythiae, Ἄκραι, Steph. Ἄκρα Σκυθίας. H.

t. *Nymphaeum)* Νυμφαῖον, πόλις Ταυρικὴ, inter Panticapaeum et Theodosiam, Stephano ex Strabone. Meminit et Scylax, p. 28. et Harpocr. et ipse Ptol. l. c. H.

u. *Dia)* Longius Δίαν Stephanus ablegat, cum vrbem Scythiae ait esse circa Phasin: Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι. H.

x. *Panticapaeum Milesiorum a Theodosia,* m. xxxv.) Foeda numeri deprauatio. Nam Strabone auctore in vii. Panticapaeum circiter dxxx. stadia distat a Theodosia, quae colligunt lxvi. m. ccl. pass. Toletanum apographon, lxxxvii. d. *Pint.*

Milesiorum) Hoc est, a Milesiis Ioniae conditum, Παντικάπαιον — — κτίσμα δ' ἐστὶ Μιλησίων, inquit Strabo, L. VII. p. 310. H.

y. LXXXVII. *M. P.)* Vide Not. et Em. N. XCIX. (hic consp.) *A Theodosia* LXXXVII. M.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et Tolet. vbi foeda deprauatione vulgati libri habent tantummodo XXXV. M. At

merio vero oppido trans fretum sito [1] MM. a. D. (vt diximus) pass. Haec ibi latitudo Asiam ab Europa separat, eaque [2] ipsa pedibus plerumque peruia glaciato freto. Bosphori b. Cimmerii latitudo

1. Vet. et M. prius M. expungunt. MD. vt diximus Gr. et Al. 2. *eaque ipsa, in Cb. non leg.*

M. At Strabo, L. VII. p. 309. stadia numerat circiter DXXX. hoc est fere LXVII. M. P. H.

2. *A Cimmerio vero oppido trans fretum sito*, II. M. D. *vt diximus passuum)* Miretur quis magno iure, qua ratione hic Plinius opponat Panticapaeum Cimmerio, cum Panticapaeum sit in introitu ipso et initio Bosphori, vt paulo ante ex Strabone et Plinio probauimus, Cimmerium autem in parte Asiae, in summa ostii parte quod libro sexto, capite sexto Plinius docet his verbis: *Vltimoque in ostio Cimmerium, quod antea Cerberion vocabatur.* Nam Panticapaeum Hermonassae opponi debuit, secundum Plinium eodem libro et capite, et Ptolemaeum libro quinto: secundum Strabonem vero libro septimo, Phanagoriae. Deinde inter Panticapaeon et Phanagoriam LXX. stadia esse prodit idem Strabo eodem libro: hoc est M. passuum VIII. DCCI. deambulariique id fretum plaustris nimio rigore, vsque adeo vt coenum fiat et via, quod Plinius statim etiam affirmat: *Haec ibi*, inquit, *latitudo Asiam ab Europa separat eaque ipsa pedibus plerumque peruia, glaciato freto.* Angustissimum autem Euripum esse Strabo ait, XX. stadiorum inter Parthenium Europae vicum, et Achilleum Asiae etiam vicum. Quare verba haec Plinii magna et audaci curatione indigent. Nam et permutanda sunt verba, et corrigenda. Non omnino itaque male legi ad hunc modum posset, *Ab Hermonassa vero oppido, vt dicemus, trans fretum Cimmerium sito*, IX. M. *pass.* vt verba illa, *vt dicemus*, referantur ad librum sextum, et caput item sextum, vbi de Hermonassa Asiae oppido trans fretum sito fit mentio. *Pint.*

a. MM. D. *vt diximus)* Sect. nimirum 24. vbi Cimmerium Bosphorum MM. D. pass. latitudine esse dixit. H.

b. *Bosphori Cimmerii latitudo*, XII. M. D. *passuum)* Scribendum videtur, *Bosphori Cimmerii longitudo*, XII. M. D. *pass.* Sic enim lego, non *latitudo*. De qua cum statim

do [1] XII. M. pass. Oppida habet, Hermisium c., Myrmecium: intus insulam Alopecen [2]. Per Maeotin autem ab extremo Isthmo, qui locus Taphrae vocatur, ad os Bosphori CCLX. M. pass. longitudo colligitur. A Taphris per d. continentem introrsus

1. *lat. longitudo vero* XXVII. *Pint. latitudo* XII. *M. D. pass. Gr.* 2. *Aloperiam. V.*

statim ante dictum sit: consequens erat vt longitudinem indicaret. Sed adhuc longitudinis numerum non puto vacare errore. Nam teste Strabone vndecimo, et Ptolemaeo quinto, itemque Stephano, alterum Bosphori aditum, hoc est septemtrionalem vicus obtinet Achilleum nomine, alterum vero a meridie Coricondame vicus. Porro ab Achilleo (ex eodem Strabone) vsque ad Satyri monumentum, stadia sunt XC. cui proximus est vicus Patreus, a quo ad Coricondamen stadia sunt CXXX. Colliguntur igitur stadia omnia ab Achilleo ad Coricondamen circiter CCXXX. quae ad passus redacta fiunt XXVII. M. D. longitudo videlicet Bosphori Cimmerii. Ex supputatione autem Ptolemaei colliguntur stadia CCCLXXV. nam inter parellelas vtriusque loci lineas, intersunt partis vnius magni circuli quadrantes tres. *Pint.*

Bosphori Cimerii) Non id modo freti nomen est, vt visum est Pintiano, sed Cherronesi minoris, in ipsa Taurico Cherroneso positae, ad ripam Cimmerii freti, Europae latere, quo in tractu Panticapaeum et Myrmecium oppida collocantur a Ptol. L. III. c. 6. Quam ob rem non hunc modo tractum vniversum, sed et Panticapaeum ipsum ab aliquibus Bosphorum vocari superius animadversum est a Plinio. H.

c. *Hermisium, etc.)* Mela, L. II. c. 1. *In Bosphorum vergentia Cimmerica oppida, Myrmecion, Panticapaeum, Theodosia, Hermisium.* Stephano Μυρμήκιον πολίχνιον τῆς Ταυρικῆς. Denique Ἀλωπεκίαν insulam contra Tanais ostia collocat Ptol. L. III. c. 5. H.

d. *Per continentem)* Vbi nunc Vkrania est, Polonici regni pars ea quae maxime vergit in exortum Solis: ibi olim Auchetae, Αὐχάται Herodoto, L. IV. Melpom. p. 226. n. 6. citra Borysthenem: Νευροὶ quoque, quorum regio Νευρὶς appellata, latere amnis eius occidentali, p. 241. n. 51. quae nunc

ſus tenent Auchetae, apud quos Hypanis oritur, Neuri[1] apud quos Boryſthenes, Geloni e., Thuſſagetae, Budini, Baſilidae, et caeruleo capillo Agathyrſi. Super f. eos Nomades: dein Anthropophagi. A[2] Buge ſuper Maeotin Sauromatae et Eſſedones. g. At per oram ad Tanaim vſque Maeotae, a quibus lacus nomen accepit: vltimique a tergo eorum Arimaſpi. Mox Riphaei h. montes, et aſſiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine, Pterophoros i. appel-

1. *Neuroae. V.* 2. *A Bugo vero ſuper M.*

nunc pars maxime orientalis Lithuaniae eſt. H.

e. *Geloni)* Geloni arcu praeliari ſolebant. Statius in Achillem: *Quo Magetae ſua gaeſa citent, quo turbine caeſtum Sauromates falcemque Getae, arcumque Gelonus Tenderet.* Had. Iun. cap. 2. I. *Dalec.*

Geloni) Γελωνοὶ, quos Pictos Virgilius appellauit, nunc Lithuani ſunt. Θυσσαγέται, Βεδινοὶ, Βασίλειοι, eam quae nunc Moſcouia dicitur, tenuerunt, quae Boryſthenis orientale latus contingit: Ἀγάθυρσοι Maeotidis paludis flexum ambiunt, inquit Mela L. II. c. 1. Hos tamen longius ſubmouere Plinius videtur. Vnde nomen Baſilidae traxerint, diſces ab Herod. L. IV. Melpom. n. 20. H.

f. *Super eos)* Vbi nunc Lithuaniae pars borealis: ibi Νομάδες et Ἀνθρωποφάγοι, quos Ἀνδροφάγες vocat auctor Peripli Ponti Euxini, p. 3. et Herod. L. IV. Melpom. n. 18. p. 231. H.

g. *Et Eſſedones)* Moſcouitici meridionales. Ἰσσεδόνες Stephano dicti Ἀριμασποὶ ἔθνος Ὑπερβορέων, Hyperboreorum gens, tota in Moſcouiam orientalem ablegandа. H.

h. *Riphaei montes)* Moſchouitae hodie vocant *Semnoi Poyas*, id eſt, mundi cingulum. *Dalec.*

Riphaei) Vltra quos iacet ora, quae ſpectat Oceanum ſeptemtrionalem, inquit Mela in fine libri I. et initio libri II. Totidem verbis a Plinio ea transſcripſere Solinus, c. 15. p. 35. et Capella, L. VI. de quarto Europae ſinu. p. 214 H.

i. *Pterophoros)* Πτεροφόρος, quaſi pennarum ferax, ſeu niuis pennarum inſtar decidentis. Hinc fabulae data occaſio, quam refert Ouid. Metam. L. XV. v. 356. *Eſſe viros*

appellata regio: pars mundi damnata a rerum natura [1], et densa mersa caligine: neque [2] in alio quam rigoris opere, gelidisque Aquilonis conceptaculis. k. Pone [3] eos montes, vltraque Aquilonem, gens felix (si credimus) quos Hyperboreos l. appellauere, annoso degit aeuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi m. creduntur esse cardines mundi, extremique

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. a natura rerum Gr. et Al.* 2. *neque in aliud quam in rigoris opera, gelidique Aquilonis conceptacula. alii in rigore operta.* 3. *Post eos. M.*

viros fama est in Hyperborea Pallene, Qui soleant leuibus velari corpora plumis, cum Tritoniacam nouies subiere paludem. H.

k. *Pone eos montes)* Haec a Plinio Solinus exscripsit, c. 16. p. 36. Plinius ex Hecataeo, vt ipse innuit L. VI. sect. 10. Hecataeus ex Aristea Proconnesio, vt Herodotus docet, L. IV. Melpom. p. 229. n. 13. qui ab isto conficta omnia arbitratur, licentia poetica. H.

l. *Hyperboreos)* Inugros et Vogolicos hodie vocari multi credunt. Permiis, Pecerris, Pinnagis ii contermini sunt. Annosum degunt aevum, hoc est, ex Strabonis sententia, mille annos vivunt. Antimachos Hyperboreos eosdem esse putat cum Arimaspis monoculis Herodoti. Strabo credit ex historia Scythica. Homerum Cyclopas induxisse. Damastes libro de Gentibus, vltra Scythas Isedonas esse tradit: post hos Arimaspos: ac deinde Riphaeos montes, vltra quos, Hyperboreos, quae mari vicina sunt tenere, et ab eorum tractu flare Boream. Matth. a Michavv omnia haec fabulosa esse testatur, ipse oculatus testis. *Dalec.*

m. *Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus)* Hic locus ita distinguendus: *Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, semestri luce, et vna die Solis aduersi, non vt imperiti dixere, ab aequinoctio verno in autumnum: semel in anno solstitio oriuntur in his Soles, brumaque semel occidunt.* Semestris lux illis vna dies est, solemque adversum habebant, vt Pomponius scribit, quem Plinius reprehendit, ab aequinoctio verno in autumnum: vt ipse Plinius mauult, ab solstitio in

mique ſiderum ambitus, ſemeſtri [1] luce, et vna die n. Solis auerſi: non o., vt imperiti dixere, ab aequinoctio

1. *et vna die ab aequinoctio verno in autumnum: non vt imperiti dixere, ſolis auerſi. Rhodig.* XVI. *cap.* 22. *Vide Bud.* 1. *de Aſſ. aliis, ſemeſtri luce et vna nocte, non vt etc.*

in brumam. Vide *Salmaſ.* Plin. exercit. pag. 207.

n. *Solis auerſi)* Semeſtri illa luce, inquit, illa tantummodo continua conſtituitur, efficiturque dies: Sole, dum occidit, per exiguum temporis ſpatium auerſo, ſiue abdito: nihil vt tenebrarum inter exortum et occaſum Solis ſenis illis menſibus intercedat. Auctor libri de menſura orbis terrae: *Trigeſimus nunc annus eſt, a quo nunciauerunt mihi Clerici, qui a Kal. Februarii vsque ad Kal. Auguſti, in illa inſula* (Thule) *manſerunt: quod non ſolum in aeſtiuo ſolſtitio, ſed in diebus circa illud in veſpertina hora occidens ſol abſcondit ſe quaſi trans paruulum tumulum: ita vt nihil tenebrarum in minimo ſpatio ipſo fiat: ſed quidquid homo operari voluerit, vel pedunculos de camiſia abſtrahere, tanquam in praeſentia Solis poteſt: Et ſi in altitudine montium eius fuiſſent, forſitan numquam Sol abſconderetur ab illis. In medio illius minimi temporis medium noctis fit in medio orbis terrae. Et idcirco mentientes falluntur, qui circum eam concretum fore mare ſcripſerunt: et qui a vernali aequinoctio vsque ad autumnale continuum diem ſine nocte, atque ab autumnali verſa vice vsque ad vernale aequinoctium, aſſiduam quidem noctem,* etc. Auerſum pariter vna luce Solem Solinus dixit, l. c. nec viſus tamen quid diceret intellexiſſe. H.

o. *Non vt imperiti)* Tamen certiſſima ſphaerae probatione conſtat, non ſolſtitio illic Soles oriri, brumaque ſemel occidere: ſed ab aequinoctio verno ad autumnale, ſemeſtrem illam lucem, vtique ſi ſemeſtris eſſet, adeſſe. Peritiſſime certe de iis gentibus Mela, L. III. c. 5. p. 53. *In Aſiatico litore,* inquit, *Hyperborei ſuper Aquilonem Riphaeosque montes, ſub ipſo ſiderum cardine iacent, vbi Sol non quotidie vt nobis, ſed primum verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit: et ideo ſex menſibus dies, et totidem aliis nox vsque continua eſt. Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis, etc.* Vide Not. et Em. N. C. (hic conſp.) *Non vt imperiti dixere)* Vt ea eſſe vera exiſtimem, quae in hunc locum ſunt a me prolata, in priori-

noctio verno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis Soles, brumaque semel occidunt. Regio p. aprica, felici temperie, omni[1] afflatu noxio carens. Domus q. iis nemora, lucique, et deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota et aegritudo omnis. Mors qq. non nisi satietate vitae, epulatis r. delibutoque[2] senio luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturae beatissimum.

1. *omni flatu.* *Ch.* 2. *sic et* *Ch.* *dilibutisque senibus* *Gr.* *et Al.*

prioribus Notis, alienum tamen a Plinii ingenio, ac modestia videtur, vt imperitum appellasset Pomponium Melam, virum omnis elegantiae atque eruditionis, vel hac maxime in parte, plenissimum: qui ab eo vix toto de Geographicis rebus opere latum vnguem discedit: quem denique hoc ipso in loco vulgo creditur transscripsisse. Venit igitur aliquando in mentem, leui traiectione voculae molliri, seu refingi eam commode sententiam posse: *Vt non imperiti dixere.* Moxque verborum sequentium, *semel in anno solstitio oriuntur iis Soles, brumaque semel occidunt*, hic erit intellectus semel in anno oriri iis Soles, atque id illis esse solstitium, Sole ab eorum oculis numquam abscedente: semel occidere, eamque brumam esse iis, sole abdito. Nec coniecturae tamen ipse meae plusquam par est, faueo: nisi eruditi viri faueant. H.

p. *Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens)* Lege: *Regio aprica, felici a se temperie, omni flatu noxio carens.* multae autem regiones per se, situque ipso satis temperatae, quae tamen noxiis afflatibus infestantur. Hyperboreorum vero regionem, tum a se felicis esse temperiae et fertilem; tum omni noxio flatu carere. *Salmas.*

q. *Domus iis, etc.)* Mela, L. III. c. 5. A Plinio Solinus, c. 16. p. 36. et 37. H.

qq. *Mors non nisi satietate vitae, epulatis, delibutisque, etc.)* Legend. *Mors non nisi satietate vitae, epulatis delibutisque, serio luxu, ex quadam rupe in mare, etc. serium luxum* quare appellet, vide *Salmas.* pag. 208. b.

r. *Delibutoque senio)* MSS. omnes: editi, *delibutisque senibus.* Mela id tantum, l. c. *hilares, redimiti sertis.* Solinus, *epulati delibutique.* H.

mum. Quidam s. eos in prima parte Asiae litorum posuere, non in Europa, t. quia [1] sunt ibi simili consuetudine, et situ, Attacorum nomine. Alii u. medios fecere eos inter vtrumque Solem, Antipodum x. occasum exorientemque nostrum: quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interueniente. Qui y. non [2] alibi quam in semestri luce constituere eos, serere z. matutinis, meridie metere, occidente Sole fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. Nec a. libet [3] dubitare de

1. *Sic quoque M. qui sunt ibi similitudine et situs Atacorum nomine Gr. et Al.* 2. *non, in M. Ch. et V. delet. omnib.* 3. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Nec licet Gr. et Al.*

s. *Quidam eos in prima parte Asiae littorum posuere, non in Europa, qui sunt ibi similitudine et situs, Atacorum nomine)* Quae sunt turpiter inquinata, scribe: *quia sunt ibi simili habitudine et situ gens, Attacorum nomine.* quidam leg. *simili consuetudine.Salmas.*

Quidam) Sic Mela Pomp. l. c. H.

t. *Quia sunt ibi)* Ita recte vet. Dal. cod. et Paris. cum Pintiano. Ratio, inquit, Plinius, cur quidam Hyperboreos in prima parte Asiae litorum posuerint, ea est, quoniam Attacori ibi degentes, similem viuendi moriendique consuetudinem, cum haud absimili quoque situ, teneant. De Attacoris dicemus, L. VI. f. 20. H.

u. *Alii medios)* Solinus, c. 16. p. 36. H.

x. *Antipodum)* Vnde a nobis Sol occidens pergit ad Antipodas. H.

y. *Qui alibi quam in semestri luce constituere eos)* Sic legend. tollendo *non. Salmas. Pintian.*

Qui non alibi) locus est: serunt matutinis, cum primo mense vnicae diei illius semestris id agunt: metunt meridie, cum exacto iam tertio: occidente Sole, decerpunt fetus, cum sexto. H.

z. *Serere matutinis, meridie metere)* Per iocum hoc dictum est. Nam cum semestris eis lux fit vnica dies, matutinum primos duos menses intelligimus, Meridiem, extremam partem sequentium duorum: vesperam autem vltimos reliquos. *Dalec.*

a. *Nec libet)* Mela haec quoque L. III. c. 5. Ex Plinio

de gente ea, cum tot auctores prodant frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem praecipue colunt. Virgines ferebant eas, hospitiis gentium per annos aliquot venerabiles: donec violata b. fide, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique [1] ad conterminos deferre, atque ita Delon vsque. Mox et hoc ipsum exoleuit. Sarmatiae c., Scythiae, Tauricae, omnisque a Borysthene amne tractus longitudo DCCCCLXXX. [2] M. latitudo DCCXVII. d. M. a M. Agrippa tradita est. Ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror.

XXVII. Verum instituto ordine, reliqua [3] huius sinus dicantur, et maria quidem eius e. nuncupauimus [4]. (XIII.) Hellespontus insulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duae, M. D. pass. ab Europa, XIV. M. ab ostio, Cyaneae f., ab aliis Symplega-

1. *Indeque. M. V.* 2. DCCCLXXX. *Ch.* 3. *reliquiae M.* 4. *nuncupabimus. M. et V.*

nio Solinus accepit, c. 16. p. 37. Omnes ex Herodoto, in Melpomene, seu L. IV. p. 235. De cultu Apollinis apud Hyperboreos, Diod. Bibl. L. II. p. 130. H.

b. *Violata fide)* Solini paraphrasis: *Quoniam hae virgines perfidia hospitum non illibatae reuenissent.* H.

c. *Sarmatiae, etc.)* Martianus iisdem fere verbis, L. VI. cap. de quarto Europae sinu, p. 214. H.

d. DCCXVII.) Martianus, *septingenta decem:* lege ex Plinio *septingenta et septemdecim.* H.

e. *Nuncupauimus)* Maria ante, inquit, ea indicauimus, quae hoc sinu comprehenduntur: nunc insulas per singulas sparsas persequemur. H.

f. *Cyaneae)* Κυανέαι, Diod. L. V. Bibl. p. 322. et Straboni L. VII. p. 319. A colore sic appellatas auctor est Schol. Apollonii ad L. II. Argon. Eaedem συμπλήγαδες et συνδρομάδες πέτραι, a concursu appellatae: vnde a Iuuenali *Concurrentia saxa.* De ea fabula vide Apollodorum, L. I. de Diis, p. 61. et auctorem Peripli Ponti Euxini, p. 15. et Melam, L. II. c. 7. H.

plegades appellatae, traditaeque fabulis inter se concurrisse: quoniam paruo discretae interuallo, ex aduerso intrantibus geminae cernebantur, paulumque deflexa acie, coeuntium speciem praebebant. Citra g. Istrum, Apolloniatarum vna, LXXX. M. a Bosphoro Thracio, ex h. qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. Inter ostia Istri quae essent, diximus. i. Ante Borysthenem Achillea est supra k. dicta, eadem Leuce, et l. Macaron appellata. Hanc temporum horum demonstratio a Borysthene CXL. M. ponit, a Tyra CXX. M. a Peuce insula quinquaginta M. Cingitur m. circiter decem M. pass. Reliquae in Carcinite sinu, n. Cephalonnesos,

g. *Citra Istrum Apolloniatarum vna* LXXX. M. *a Bosphoro Thracio ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit)* Ita loquitur quasi plures sint insulae Apolloniatarum. Ex Apollonia Ponti vrbe simulacrum illud siue colossum Apollinis Capitolini a Lucullo translatum fuisse, idem Plin. alio loco memorat. *Salmas.*

Apolloniatarum vna) In Ponto, inquit, infra Danubii ostia, insula est, Apolloniatarum dicta, quoniam in ea vrbs ipsa Apollonia est, vt docet Strabo, l. c. Haec illa est Apollonia, de qua egimus, sect. 18. H.

h. *Ex qua M. Lucullus)* Solinus, c. 19. p. 38. ac Plinius ipse, L. XXXIV. s. 18. Apollo Capitolinus dictus est, quoniam in Capitolio dedicatus a Lucullo. P. Victor in descr. Romae, regione octaua: *Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitûm.* H.

i. *Diximus)* Sect. 24. H.

k. *Supra dicta)* Sect. 26. H.

l. *Et Macaron)* Μακάρων, hoc est, Beatorum: quod fama esset Achillis ibi heroumque animas vagari per montium caua: quamobrem et Ἡρώων quoque νῆσος appellata. Ita Eustath. ad Dion. Perieg. v. 545. H.

m. *Cingitur)* Ambitus eius insulae complectitur X. M. P. H.

n. *Cephalonesus, Rhosphodusa)* Scribendum cum duplici *n*, *Cephalonnesus*, vt notatum est: et *Rhodussa* lego potius quam *Rosphodusa*, ex Stephano in dictione *Schinussa*

sos, Rhosphodusa [1], Macra. Non o. est omittentenda multorum opinio. priusquam digrediamur a Ponto, qui maria p. omnia interiora [2] illo capite nasci, non Gaditano freto, existimauere, haud improbabili argumento: quoniam aestus semper e Ponto profluens, numquam q. reciprocetur. r. Exeundum

1. Rhodussa. Stephano. 2. inferiora apud Senecam, qui hunc locum explicat.

sa. Est etiam eodem nomine insula prope Caunum vrbem Cariae Plinio, vt postea constabit, et item vrbs Argiuae regionis Stephano. *Pintian.*

Rosphodusa) Ita libri omnes, etiam MSS. Libentius tamen *Rhodussa* agnouerim cum Pintiano. Macrae autem haud dubie nomen ipsa longitudo fecit. H.

o. *Non est omittenda)* Transscribit haec de more Solinus, c. 18. p. 38. H.

p. *Maria omnia interiora)* Mediterranea, inquit Solinus. Vide Not. et Em. N. CI. (hic pos.) *Maria omnia interiora)* Solinus recte interpretatur mediterranea maria: nam Internum mare Latini, Pliniusque ipse, L. III. s. 1. τὴν ἐντὸς θάλασσαν Graeci, mediterraneum vocauere: vt frustra sint, qui *inferiora* hic nobis inculcant, reclamantibus omnibus libris. Macrobius in hoc ipse argumento accurate versatus, quamquam a Plinio diuersus abit quadam ex parte, *nostra maria* reddidit L. VII. Saturn. c. 12. p. 622. *Quod si in Pontum*, inquit, *vel paleas, vel ligna, seu quaecumque alia natantia proieceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque ita in mare, quod alluit Asiae oram: cum constet in Pontum effluere maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim qui solus de Oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamque interiacet: Et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum litora in Tyrrhenum prodit: inde Adriaticum mare facit, ex quo in Aegeum pergit, atque ita ingreditur in Pontum.* H.

q. *Numquam reciprocetur)* Ita Solinus: hoc est, numquam ex interno mari vicissim aqua in Pontum refluat. Vide quae diximus, L. II. s. 100. H.

r. *Exeundum)* Exire interiore hoc e mari oportet, inquit, vt quae ambitur oceano,

dum [1] deinde est, vt extera [2] Europae dicantur, transgressisque Riphaeos montes, litus Oceani septemtrionalis in laeua, donec perueniatur Gades, legendum. Insulae complures sine nominibus eo situ traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quae s. appellatur Raunonia, vnam [3] abesse a Scythia diei cursu, in quam veris tempore [4] fluctibus electrum eiiciatur, Timaeus prodidit. Reliqua litora incerta signata fama. Septemtrionalis t. Oceanus: Amalchium u. eum Hecataeus appellat, a Paropamiso x. amne, qua

M 4

1. *Ad eundem.* V. 2. *cetera.* M. 3. *Baunomanna, abesse a Sc. d. c. Gr. et Al. Infra lib.* XXXVII. *cap.* 2. *eandem hanc insulam ex eiusdem Timaei sententia Baltiam nominat. Baunonia vnam abesse. Ch. M. Vet.* 4. *sic et M. Ch. veris temperie Gr. et Al.*

ceano, Europa orae lustretur, et insulae. H.

s. *Quae appellatur Raunonia)* Id Scythicae illius plagae nomen, cui obiacet insula, non insulae ipsius, quam ex eodem Timaeo Baltiam appellari Plinius prodit, L. XXXVII. f. 11. vbi de eius situ dicemus. Vide Not. et Em. N. CII. (hic pos.) *Ante Scythiam, quae appellatur Raunonia, vnam abesse diei cursu)* Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. et ferme Parm. ed. In libris ceteris hactenus editis, quae appellatur *Bannomanna abesse a Scythia, diei cursu.* Miror viris doctis, Pelicerioque in primis, in Notis MSS. facile persuasum ibi insulae nomen latere, non continentis Scythiae, quae ex aduerso est: neque animaduersum illud *a Scythia*, glossema esse, quo carent MSS. H.

t. *Septemtrionalis oceanus, Amalchium eum Hecataeus appellat)* Vacillat haec sententia ob inuersum, ni fallor, verborum ordinem. Puto sic scribendum, *Septemtrionalis oceanus a Paropamiso amne, qua Scythiam alluit. Amalchium eum Hecataeus appellat, quod nomen eius gentis lingua, etc.* Pintian.

Septemtrionalis Oceanus) Frustra has voces suis sedibus mouent Pintianus et Pelicerius in notis MSS. H.

u. *Amalchium)* Haec denique Solinus iisdem verbis, c. 19. p. 38. et auctor libri de mensura orbis terrae. H.

x. *Paropamiso)* Obium, credo, amnem Hecataeus intelle-

qua Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua significat congelatum. Philemon Morimarusam a y. Cimbris vocari, hoc est, mortuum z. mare, vsque [1] ad promontorium Rubeas: vltra deinde Cronium. a. Xenophon b. Lampsacenus, a litore Scytha-

1. *Inde vsque. M.*

intellexit, *Oby*, in Tartariae Moscouiticae finibus. H.

y. *A Cimbris)* Hoc est, a Cimbrorum peninsula, et a faucibus Codani sinus, vsque ad promontorium Rubeas, quod nunc vulgo dicitur, *Noart Kyn*, vel *Nort Cap*, in extrema Noruegia versus septemtrionem positum, Morimarusam Philemon ait id mare vocari: quod vltra Rubeas est, Cronium nominari. Id fere Solinus, l. c. Promontorio huic ab amne Rhubone forte nomen est, in Oceanum influente, cuius meminit Ptolemaeus in Sarmatia, L. III. c. 5. H.

z. *Mortuum mare)* Apud Senecam epistola 68. Demetrius Stoicus vitam securam, et sine vllis fortunae incursionibus festiue et eleganter mare mortuum vocat. *Dalecamp.*

a. *Cronium)* Cronii maris meminit Eustathius. *Post Scythas, inquit, qui mari Cronio vicini Caspium accolunt, Vnni sunt quos Sinocatus historiographus Turcos a Persis vocari tradit, ad orientem versum spectantes.* Cronium dictum putat Rhodiginus cap. 6. XII. a frigoris immanitate, cui praeest Κρόνος, id est, Saturnus. Ego vero a Cronlandia, prouinciarum vltima in eo tractu, voce illis nationibus vsitata, sed a Graecis deprauata. Cronium mare dictum etiam Hadriaticum. vel a Saturno, qui in Italia regnauit, vel a Chrono insula, Apollonius 4. Argon. ostendit. Lycophronis interpres Ionium sinum, et Cronicum vocatum fuisse, id est, Saturnium, tradit. *Dalec.*

a. *Cronium)* Quid si Cronium, ab ea orbis parte, quae septemtrioni proxima est, quam *Groenland* vocant? Certe non ἀπὸ τοῦ Κρόνου, vt nugantur veteres, hoc est, a Saturni frigido sidere. Sed potius ἀπὸ τοῦ Κρόνου ποταμοῦ, cuius in Sarmatia meminit Ptolem. L. III. c. 5. deducta haec appellatio est: nam is in eum Oceanum irrumpit. H.

b. *Xenophon, etc.)* Solinus, c. 19. p. 39. Auctor libri de mensura orbis terrae, toti-

Scytharum tridui c. nauigatione, insulam esse immensae magnitudinis, Baltiam tradit. Eamdem Pytheas Basiliam nominat. Feruntur d. et Oonae, in quibus ouis auium [1] et auenis incolae viuant. Aliae e., in quibus equinis pedibus homines nascantur, Hippopodes appellati: f. Fanesiorum [2] aliae, in

M 5 quibus

1. *auium aduenae et incolae. V. aduenis. M.* 2. *Panotiorum. Tut.*

totidem verbis ac syllabis: *Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum tridui nauigatione insulam esse immensae magnitudinis Baltiam tradit: eamdem Pytheas Basiliam nominat. Non longe feruntur et Oeocenae*, (lege *Oonaeae*) *insulae quarum ouis auium marinarum et auenis vulgo nascentibus incolae viuunt. Plinius Secundus, in libro de septemtrionali Oceano Scythiae insulisque illius.* H.

c. *Tridui)* Quam diei tantum vnius cursu distare a continenti Timaeus superius paulo prodidit. H.

d. *Feruntur)* Incerta haec fama signari innuit, incerta haec insularum nomina, incertumque situm. Oonae, siue mauis *Oonae* vel *Oaeonaeae*, Plinio insulae sunt, Solinoque Plinium secuto. At Pomponio Melae, L. III. c. 6. *ob alternos accessus, recursusque pelagi, et quod spatia queis distant, modo operiuntur vndis, modo nuda sunt, alias insulae videntur, Sarmatis aduersae, alias vna et continens terra.* H.

e. *Aliae in quibus)* Mela et Solinus, l. c. De Hippopodibus vide August. de ciuit. Dei, L. XVI. c. 8. H.

f. *Fanesiorum aliae)* Fanesios et Sarmalos Pomponius vocat: Strabo: ἐνωτοκοίτες, quod dormituri auribus, vt lecto, incubent. *Panotii* (inquit Isidorus) *apud Scythas esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, vt eorum totum corpus contegant.* Panotii dicti sunt a πᾶν καὶ οὖς. Turn. c. 19. lib. VI. aduers. Vide de his Rhod. c. 29. III. Horum etiam mentio fit postea cap. 2. lib. VII. *Dalec.*

Fanesiorum) Vide Not. et Em. N. CIII. (paulo post) Fanesios eiusmodi visos esse versus Californiam Americae regionem, monet Euseb. Niersemb. Hist. Nat. L. VIII. c. 1. Iconem exhibet Aldrovand. L. de monstris, p. 10.

Fanesianorum) Ita MSS. quoque ipsi, et sic in Solino etiam legitur: sed rectius vtrobi-

quibus nuda alioquin corpora praegrandes ipſorum aures tota contegant. Incipit g. inde clarior aperiri fama ab gente h. Ingaeuonum[1], quae eſt prima[2] inde

1. *Vigaeuonum. Rhen.* 2. *prima. Inde Germania. Mons Seuo, etc. Rhenanus. M.*

trobique, cum Pintiano, *Panotiorum* legas. Sicuti enim ſuperiores Oonae, ab ouis quibus aluntur, ſunt appellati: Hippopodes mox ab equinis pedibus: ita hos, quoniam auribus toti fere conſtare viderentur, Graeca voce Πανωτίȣς dictos, a πᾶν et ὦτα credere libet; Iſidoro praeſertim adſtipulante, qui non aliunde hauſiſſe quam ex Plinio videtur, L. XI. Etymol. c. 3. *Panotii*, inquit, „apud Scythiam eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, vt eis omne corpus contegant. Πᾶν enim Graeco ſermone omne, ὠτία aures dicuntur." Ἐνωτικοίτȣς appellauit Strabo, L. XV. p. 711. Ὠτοκλίνȣς non ſemel appellat Tzetzes, chil. 7. v. 633. ſq. Μεγάλα δ' οἱ Ὠτοκλίνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι. Ὁμοίως σκέπεσιν αὐτȣ̀ς τρόπῳ τῶν σκιαδείων. In priore verſu ὠτοκλίνοι legimus. Quo minus tamen in Pliniano contextu quidquam immutem, facit Ptol. L. II. c. 11. qui Scandiae in Germanico oceano gentem quandam Φιρσαίσȣς appellat, forte pro Φανήσȣς. H.

g. *Incipit deinde*) Iam certiore, inquit, fama produntur gentes deinceps appellandae. Solinus, c. 20. p. 40. *Seuonem montem*, inquit, *Ingaeuones tenent, a quibus primis poſt Scythas nomen Germanicum conſurgit.* Auctor libri de menſura orbis terrae hunc locum paulo aliter ex ſuis codicibus legit: *Plinius Secundus de inſulis Germaniae: Incipit deinde clariore aperiri fama ab gente Ingaeuonum, quae eſt prima in Germania, mons Seuo ibi immenſus: nec Riphaeis iugis minor, immanem ad Cimbrorum vſque promontorium efficit ſinum, qui Codanus vocatur, refertus inſulis, etc.* H.

h. *Ingaeuonum*) Lege: *Ingaeones.* Vide *Salmaſ.* p. 229. b. *Ab gente Ingaeuonum, quae eſt prima inde Germaniae, Seuo mons*) Et hic rurſus idem erratum eſſe puto, praepoſteri verborum ſitus. Scribendum arbitror, *Ab gente Ingaevonum, quae eſt prima Germaniae. Inde Seuo mons.* De Ingaeuonibus, capite ſequente. *Pintian. Ingaeuonum*) Beatus Rhenanus hanc vocem interpretatur dicens, *Wic*, aut

inde Germaniae. Seuo i. mons ibi immensus, nec Riphaeis iugis minor, immanem ad Cimbrorum [1] vsque promontorium efficit sinum, qui k. Codanus vocatur, refertus insulis: quarum clarissima Scandinauia l. est, incompertae magnitudinis, portionem tantum eius, quod sit notum, Hilleuionum m. gente D. incolente pagis, quae alterum orbem terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Eningia. n. Quidam haec [2] habitari ad Vistulam [3] vsque fluuium,

1. *Cimbros vsque promontorium sin. Ch.* 2. *hanc.* 3. *Visulam. Ch. Istulam. Pomp.*

aut *Vig*, Saxonum lingua, et eorum qui mare accolunt sonare maris aut fluuii sinum: *Wonen* seu *Wohnen* vero (vt et germanica communi lingua) habitare. Vnde *Wigwoner*, seu vt Belgae enunciant *Wigwoners*, Wigaeuones maris accolae, quos Ingaeuones Latini vocauerunt. Hanc opinionem quoque Beuther. in sua commentat. super Tacit. de mor. German. transtulit. Sed erroneam esse iudicat doctiss. Hadr. Iun. hist. Bat. pag. 337. dictosque fuisse Istaeuones ab Germanico *Ost* seu *Estwoners*, hoc est, ad ortum incolentes. Sed et de seq. cap. mendo quodam, quod nos sustulimus, commonuit. *Dalec.*

i. *Seuo mons*) Is a mari Albo et extremis Lappiae finibus lunato cursu ad fauces vsque sinus Codani, versus Cimbrorum promontorium, CCC. circiter passuum mill. praecurrit, variis nominibus. H.

k. *Qui Codanus*) Ac deinde Balticus, ab insula Baltia, est cognominatus. H.

l. *Scandinauia*) Quae hodie Suecia Noruegiaque dicitur. Insulam veteres credidere: sinum Codanum rati cum Oceano septemtrionali, siue Hyperboreo connecti, ad finem Sueuonis montis, qua Russis nunc accolis Album mare, et alio nomine Granwicus sinus appellatur: qua ratione insulae duae efficiebantur, praecipua magnitudine, Scandinauia atque Finningia. H.

m. *Hilleuionum*) Proximam hanc fuisse Scandinauiae partem vel ex eo liquet, quod primam eam Romani nosse potuerunt. Ii Λευωνοὶ voce, vt apparet, capite diminuta, pro Ἰλλευωνοὶ a Ptolemaeo nominantur, in Scandiae media regione, L. II. c. 11. H.

n. *Eningia*) In MSS. *Epigia:* atque ita similiter Auctor

fluuium, a o. Sarmatis, Venedis [1], Sciris, Hirris tradunt. Sinum p. Cylipenum [2] vocari: et in ostio eius insulam Latrin. Mox alternm sinum Lagnum q., conterminum Cimbris. Promontorium r. Cimbrorum excurrens in maria longe peninsulam efficit, quae s. Cartris [3] appellatur. XXIII. inde insulae Romano-

1. *Venetis, Sciris Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. Clylipenum Gr. et Al.* 3. *Cartris appellatur* XXIII. *M. p. Inde, etc. V.*

ctor libri de Mensura orbis terrae. *Nec minor est opinione Epigia.* Sed vt vt est, Finningiam intelligit, inter Scandinauiam et Venedos sitam: ingens hodie peninsula, *la Finlande:* vnde sinui proximo nomen, qui Sueciam a Liuonia disterminat: *le Golfe de Finnes, ou de Finlande.* H.

o. *A Sarmatis*) A Sarmatarum gentibus, quarum haec sunt nomina: Venedae, Sciri, Hirri. Οὐενέδαι Ptol. L. III. c. 5. a quibus Venedicus sinus, *le Golfe de Danzic,* nomen olim habuit, Liuoniam tenuere: ac Lithuaniae partem occidentalem: Sciri, quos Sidonius Apollinaris Carm. 7. *Seros*, vel *Sceros* appellat, Hirrique, Curiam *le Duché de Curland*, Samogitiamque, *Venedorum nationes*, inquit Tacit. L. de morib. Germ. p. 139 *Germanis an Sarmatis adscribam, dubito,* etc. Auctor libri de Mensura orbis terrae hunc Plinii locum exscribens, Hirros non agnoscit. *Quidam*, inquit, *haec habitari ad insulae vsque ad fluuium* (lege, *ad Vistulam vsque fluuium*, siue *Visulam*) *a Sarmatis, Venedis, Scirisque tradunt.* Ac valde metuo ne Hirri a repetitis temere Sciris accreuerint. H.

p. *Cylipenum*) Ita MSS. at editi, *Clylipenum.* Nunc sinus Liuonicus dicitur a celebri eius regionis emporio, *le Golfe de Riga:* quo in sinu antiquo vocabulo Latris insula, nunc *Oesel* vocatur. H.

q. *Lagnum*) Is est qui Iutlandiam Holsatiam, Ducatumque Mecheloburgensem alluit. H.

r. *Promontorium*) Hodie *Scagen Cap*, in Iuttia septemtrionali Danici regni prouincia, ad fauces eas, vnde sinus Codanus erumpit ex Oceano. H.

s. *Cartris*) Aliis Cimbrica Chersonesus: in tres praecipue regiones nunc diuisa: Holsatiam, Dithmarsiam, Iuttiamque, siue Iutlandiam. Daniae regi paret. H.

manorum t. armis cognitae. Earum nobilissimae, Burchana u., Fabaria [1] nostris dicta, a frugis similitudine [2] sponte prouenientis. Item x. Glessaria, a succino militiae appellata: a Barbaris Austrania [3], praeterque Actania.

XXVIII. Toto y. autem hoc mari ad Scaldim vsque fluuium, Germanicae accolunt gentes haud explicabili mensura, tam immodica prodentium [4] discordia est, Graeci et quidam nostri, xxv. z. M. pass. oram Germaniae tradiderunt. Agrippa cum Rhaetia et Norico longitudinem DCLXXXXVI. millia passuum, latitudinem a. CXLVIII. [5] Millium. (XIV.) Rhetiae aa. prope vnius maiore latitudine, sane circa

1. *Fabaria a nostris Gr.* 2. *multitudine sponte prouenienre. M.* 3. *Austrauia. Austerauia. Ch.* 4. *tradentium. Rhenanus.* 5. *sic etiam Tol.* CCLXVIII. *Gr. et Al.*

t. *Romanorum*) Druso Germanico in Germania bellum administrante. Strabo, L. VII. p. 291. H.

u. *Burchana*) Βυρχανὶς Straboni, l. c. Stephano Βέρχανις in Celtica. Existimant eruditi esse insulam *Borcum*, in ostiis Amasii *Ems* amnis positam: aiuntque turrim etiamnum ibi exstare, quam *Het boon huys* incolae vocent: quae vox Germanica lingua *Fabarum domum* sonet. Vide quae dicenda sunt L. XVIII. f. 30. H.

x. *Item Glessaria, a succino militiae appellata, Austrania*) Legend. *item Glesaria a succino militi appellata, barbaris Austrauia.* Genus loquendi Plinianum, *militi appellata*, id est, appellata a milite. *Salmas.* p. 234. a.

Militiae) Non Romae, denique, sed foris ab exercitu, militibusque Romanis. Nam a domesticis vernaculisque, castrensia distingui vocabula, in praef. ad Vesp. iam dictum est. In MSS. *Austerauia.* De Glessariis dicemus f. 30. H.

y. *Toto autem hoc mari*) Septemtrionali, quod Europam alluit. H.

z. XXV. *mill. P.*) Lineota superposita vicies quinquies centena milia passuum significari admonet. H.

a. CXLVIII.) Ita MSS. omnes Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. H.

aa. *Rhetiae*) Rhenanus dicit

b. circa [1] excessum eius subactae. Nam Germania multis postea annis, nec tota, percognita est. Si c. con-

1. citra. Rhen.

cit haec non esse a superioribus distrahenda: siquidem cum iis necessario cohaereant vsque ad haec verba: Germanorum genera quinque. Atque his verbis incipit c. 14. *Dalecamp.*

Rhaetiae prope) Agrippam reprehendit, qui Germaniae Rhaetiaeque, et Norici latitudinem tam angustis definierit spatiis: cum Rhaetiae vnius prope maior sit, quam quantam tergeminae illi regioni assignauerit: saltem qualis quantaque Rhaetia cognita est, cum citra Agrippae obitum Romanorum armis est domita. Nam Germania, ne multis quidem post annis, nec tota etiam lustrari noscique potuit. Vide Not. et Em. N. CIV. (hic adi.) *Rhaetiae prope*) Auulsa male haec fuisse hactenus a praecedentibus, ante nos intellexit Rhenanus: euidens inscitiae eorum argumentum, qui Plinii libros in capita distinxere: cum sine illis constare antecedentia minime possint. Ridenda quoque hic, vt multis aliis in locis. Gallici interpretis hallucinatio, qui verba haec paulo post sequentia, *circa excessum eius,* non ad Agrippae obitum, sed ad exitum Germaniae nescio quem retulit. H.

b. *Circa excessum eius*) Excessit e viuis Agrippa, Valerio Messala Barbato, P. Sulpicio Quirinio CoSS. A. V. C. DCCXLII. vt auctor est Dio, L. LIV. p. 541. Subacta per Drusum Tiberiumque, quos exercitui Augustus praefecerat, Rhaetia, M. Druso Libone, L. Calpurnio Pisone CoSS. anno DCCXXXIX. vt idem refert, p. 335. H.

c. *Si coniectare*) Si coniecturae locus datur, inquit, minor paulo erit, quam opinati sunt Graeci, Germaniae ora, vicies quinquies centena M. pass. vt paulo ante diximus, colligere ab his credita: nec multo etiam breuior, quam Agrippa prodidit, qua DCLXXXVI. millibus passuum omnino definiit, Germaniae cum Rhaetia et Norico longitudo. Insignis autem ideo est vtriusque mensurae discrimen, quoniam per anfractus sinusque Germanici Oceani prior illa Graecorum excurrit: sequens vero Agrippae, cuncta Germania nondum explorata, mediterraneam tantum eius cognitae partem, tractu diuerso metitur. H.

conieċtare permittitur, haud multum orae deerit Graecorum opinione [1], et longitudini [2] ab Agrippa proditae [3]. Germanorum genera v. d. Vindili [4]: quorum pars Burgundiones e., f. Varini [5], Carini g., Gutto-

1. Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. opinioni Gr. et Al. 2. sic ex MSS. em. Hard. conf. M. longitudinis Gr. et Al. 3. traditae. M. 4. Vandili. Rhen. Vandilici. Ch. 5. Avarini. Io. Go.

d. *Vindili*) Siue Vandali, a vocabulo Germanico *Wandeln*, quod peregrinari, Inde Vandali aduenae, peregrini homines. Eorum sedes in Polonia ad caput Viſtulae Megalburgenſes, Pomerani, Pruteni, Marchia, Saxoniae pars. *Dalec.*

Vindili) Ita R. 1. At Reg. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. et Pariſ. *Vandili.* Tacitus *Vandalios* vocat, L. de mor. Germ. p. 123. In Notit. Dignit. Imp. Rom. ſect. 18. Ala *Vandilorum.* Ex Vandalicis montibus Albion amnem effluere, et in Oceanum effundi, auctor eſt Dio, L. LV. p. 548. Vandali, inquit Mariana, L. V. hiſt. Hiſp. c. 1. p. 185. quibus ferme locis nunc Meckelburgenſes ſunt et Pomerani. H.

e. *Burgundiones*) Burgundiones pars Vandalorum, a burgis, hoc eſt, pagis, in quos diſſipati erant, appellationem ſortiti ſunt: et cum in Heduis conſediſſent, vt creditur, ei Galliae prouinciae, Burgundiae nomen fecerunt. Partem Poloniae tenuere, vbi nunc Gneſna. H.

f. *Varini*). Varini Tacito, L. de mor. Germ. p. 136. Ptolemaeo ſunt Auarini, L. III. c. 5. in Sarmatia Europaea, ad Viſtulae fontes, vbi nunc Craccouia Poloniae caput. Φρȣγȣνδίωνες, inquit, (pro Φȣρȣγȣνδίωνες) εἶτα Ἀυαρηνοὶ, (forte pro Οὐαρηνοὶ) παρὰ τὴν κεφαλὴν τȣ̃ Οὐιςȣ́λα ποταμȣ̃. Non hoc viderunt Cluuerius, aliique, qui aliter ſtatuunt: a quibus diffidere me ſaepiſſime, ſed certis adductum argumentis, profiteor. H.

g. *Carini*) Καρῖνοι hi Ptolemaei eſſe viſi ſunt Hermolao: fruſtra, cum ii Heluetiorum genti confines eſſe a Ptolemaeo dicantur, L. III. c. 11. in Germania. Niſi ex incauta ſuperioris vocis *Varini* repetitione nata, conflataque iſta ſit, Viſtulae accolas neceſſe eſt fuiſſe Carinos, perinde ac ceteras Vandalorum gentes, Burgundiones, Varinos, Guttones. H.

h. Guttones [1]. Alterum genus i. Ingaeuones [2]: quorum pars Cimbri k., Teutoni, ac Chaucorum [3] gentes. Proximi autem Rheno Istaeuones l., quorum

1. *Gottones.* 2. *Vuigaeuones. Rh.* 3. *Baugorum. Ch. Cauchorum. Gr. et Al.*

h. *Guttones)* *Gotones* vocat Tacit. Annal. L. II. p. 61. *Gothones*, L. de mor. Germ. p. 13. Ptol. L. III. c. 5. Γότωνες ad Vistulam positi sub Venedis: quo ex situ colligimus ibi fuisse, vbi Mazoviae Palatinatus, vt appellant, Polonici regni, Varsoviaque est, et vtraque Prussia, quam Regalem, et quam Ducalem vocant. Fuit horum oppidum primarium Gytonium primo, mox a Getis Danisque Gedanum, a situ Codanium, *Danzig*. Inde Gothones, siue Gothi profecti, qui totam Europam exagitarunt armis, ac ditione diu tenuerunt. Vide Aegid. Laccary, e societate nostra, L. I. de coloniis Gallorum, c. 9. p. 69. H.

i. *Ingaeuones)* Indigenae, aborigenes, autochthones, *Innwohners.* Hodie Frisii, Dani, Holsati, Ditmarsi, Westvali, Saxoniae pars maxima. Vide cap. praeced. *Dalec.*

Ingaeuones) Ab extremo septemtrionalis Oceani litore, ad amnis Amisii ostia, quidquid terrarum interiacet, Ingaeuones dicti tenuere Norvegiam, Sueciam, Daniam, Finlandiam, Saxoniam, Frisiamque orientalem. H.

k. *Cimbri)* Holsatiam illi, vt diximus, Iuttiamque tenuere. Mox Teutoni inferiorem Saxoniam: Brema ciuitate primaria: denique gentes Chaucorum duae, maiores atque minores, Καῦκοι οἱ μείζες, καὶ οἱ μικροὶ, Osnabrugensem ditionem isti ad Visurgim fluuium: illi Luneburgensem Ducatum, ad Albim: ex Ptol. L. II. c. 11. Tacit. L. de mor. Germ. p. 135. de Chaucorum situ: *Ac primo*, inquit, *statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis, ac partem litoris occupet, omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos vsque sinuetur*, etc. H.

l. *Istaeuones)* Qui ad Istrum habitant. *Westwoners*, occidentales. Ii sunt Sicambri, Bataui, Mattiaci, Tencteri, Bructeri, Vsipetes, Chamani, Angriuatii, Tubantes, Bosactori, Vangiones, Nemetes, Vbii pars Saxoniae, Franci, Sueui, Danubii, et Rheni accolae. *Dalec.*

Istaeuones) A Rheni ostiis ad

rum pars m. Cimbri [1] mediterranei: Hermiones n.: quorum o. Sueui, Hermunduri, Chatti p., Cherusci.

Quin-

1 *pars Cimbri, et Mediterranei. Herm.*

ad Coloniam Vbiorum amnis eius accolae, cum Frisiis occidentalibus, Istaeuones appellati. H.

m. *Cimbri)* Vide Not. et Em. N. CV. (paulo post) Horum regio ibi fuit, vbi nunc Comitatus Marchiae, Bergensis Ducatus, et Cliuiensis pars transrhenana. *Istaevones, quorum pars Cimbri Mediterranei, Hermiones: quorum Sueui, etc.)* Est ita legendum: non, *Istaeuones, quorum pars Cimbri mediterranei. Hermiones, quorum etc.* Erunt enim etiam Hermiones Rheno proximi? Erunt mediterranei Cimbri, quorum nullum vsquam vestigium est? Quanto commodius cadunt omnia emendatione nostra, cum apposite Hermiones mediterranei, hoc est, in media Germania positi, et Ingaeuonibus, qui oceano, et Istaeuonibus qui Rheno sunt proximi, opponentur? Sic enim Tacit. L. de mor. Germ. p. 123. *Proximi oceano Ingaeuones: medii Hermiones: ceteri Istaeuones vocantur.* Sic igitur manifeste hic locus interpungendus est. At non propterea inferendi huc sunt Sicambri, inuitis ac repugnantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis; cum sententia huius loci sit, tam inter Istaevones, quam inter Ingaeuones, habitasse Cimbros, qui tractus vtriusque partem occuparint. Nihil planius. H.

n. *Hermiones)* Bellatores. Horum sedes incolunt Turingi, Misnenses, Boiemi, Lusatii, Silesii, Morauí, pars Polonorum. Hermiones, olim Hertwoners, ab *hert* seu *Erdt*, terra, propinqui Danubio. Had. Iun. supra a nobis adducto in loco dictos putat *ther-mitd-woners*, hoc est, in medio incolentes seu *Hertdmitwoners*, hoc est, telluris meditullium insidentes. *Dalec.*

Hermiones) In media Germania positi, vltra Rheni Oceanique ripas. In Germaniae populis medii a Tacito appellati, L. de mor. Germ. p. 123. H.

o. *Quorum Sueui)* Hermionum gentes ex ordine perquam accurate describit, ab iis exorsus, qui sunt ortui Solis propiores, mox cursu inde versus occasum instituto. Horum igitur Sueui ii sunt, quos hodie Morauos appellamus, *la Morauie*, vt iam superius monuimus, s.

Quinta pars Peucini q., Baſternae r.; ſupra dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus s., Viſtillus [1] ſiue Viſtula t., Albis,

1. *Viſtillus*, *Sueuus*, *Albis*. *Rhen.*

25. Neque enim Sueuos ab iſtis alios Plinius agnouit, aut Ptolem. qui L. II. c. 11. vltra Albim Sueuos ſummouet, verſus ortum. Poſtea ad Danubii caput commigrarunt. Hermonduri fuere, qui nunc Bohemi, populique ab his fuſi vsque ad Danubii ripam. *In Hermunduris*, inquit Tac. l. c. p. 137. *Albis oritur flumen inclytum: Iuxta Hermunduros Marcomanni et Quadi agunt* — — *Eaque Germaniae veluti frons eſt, quatenus Danubio praetexitur.* Sentio conuelli a me recentiorum Geographorum placita: ſed hos nihil in praeſenti moror. H.

p. *Chatti*) Ad hos addendi ſunt ex ſententia Melanchton. Nariſci, Marcomanni, Ligii, Arii, Eliſii, Quadi. *Dalec.*

Chatti, etc.) Chattis Franconiam, Brunſuicenſem Ducatum, circumiacentemque late regionem a Franconia ad Chaucorum fines, Cheruſcis adſcribimus: hi enim inter Chattos Chaucosque medii, Tacito teſte L. de mor. Germ. p. 135. H.

q. *Peucini*, *Baſternae*) Peucini, quos quidam Baſtarnas vocant, inquit Tacitus, l. c. p. 138. Strabo tamen Baſtarnarum partem eſſe Peucinos putat, L. VII. p. 306. De horum ſitu diximus, ſect. 25. Gallos Liuius ſemper appellat L. XLIV. Gruteri inſcript. p. 453. BASTARNAE. H.

r. *Baſternae*) Baſtarnarum et Iazygum nomine comprehenduntur Walachi, Lituani, Ruteni, Weſtarnae occidentales aratores, coloni, agricolae. Peucini, ii dicti ſunt quia Peucen inſulam ad oſtia Danubii poſitam occupaſſent. Melanch. 4. Chronicorum. *Dalec.*

s. *Guttalus*) Guttalus Ptolemaeo Viadrus, Odera *die Oder*. Viſurgis, *Weſer*. Alluit is ciuitatem Saxoniae Hamelen. Labitur in *Aller* fluuium, ad oppidum *Verden*, ſupra *Bremen*. Dalec. Quod Dalech. Guttalum ait Viadrum dici, erroneum aſſerit Ortel. Viadumque, ſeu Ἰιάδον dici.

Guttalus) Hunc eumdem eſſe, qui Ptol. L. II. c. 11. Οὐιάδρος, aliis *Odera*, *l' Oder*, erudite probat Cluuerius, aduerſus Iunium, L. III. Germ. antiq. c. 49. Solino c. 20. p. 40. *Gothalus* eſt. H.

t. *Viſtula*, *etc.*) Οὐίςκλα, Ἄλβις, Οὐίσσεργις, Ἀμάσιος.

bis, Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa. Introrsus vero, nullo [1] inferius nobilitate, Hercynium u. iugum praetenditur.

XXIX. (XV.) In Rheno ipso, prope centum M. pass. in longitudinem, nobilissima Batauorum insula, et x. Cannenufatum [2]: et y. aliae Frisiorum, Chau-

1. *nullo. Rhen.* 2. *Caninefatum. Canenfacium. M. particula copulatiua et omissa est in Gr. et Al.*

σιος. Ptol. l. c. Nostris, *le Veissel, ou la Vistule, l' Elbe, le Vesel, l' Ems.* H.

u. *Hercynium iugum)* Quem Hercynium saltum appellauit, f. 25. Ὀρκύνιον δρυμὸν, Ptol. L. II. c. 11. Liuius, L. IX. p. 165. Germanicos saltus Dion. Perieg. v. 286. Ἑρκύνιον δρυμὸν. H.

x. *Et Cannenufatum)* Ea insula a Batauis et Canenufatibus colebatur: illi quoniam maiorem insulae partem tenuere, nomen ei suum dederunt, dictaque insula Batauorum, siue Batauia est. In Tab. Peutingeri *Patauia.* Isti apud Gruter. p. 385. CANNANEFATES, apud Tacit. L. IV. hist. p. 103. et apud Vellei. L. II. n. 105. *Caninefates* appellati. Hodie *le Betuve.* Vide Not. et Em. N. CVI. (hic consp.) *Batavorum insula et Cannenufatum)* Voculam *et*, quam Dalecampius expunxerat, tum ex MSS. librorum, tum ex priorum editionum fide restituimus: ne Batauorum insulam, et Cannenufatum, geminam esse ac diuersam, quisquam existimaret. Vide Cluuer. L. II. Germ. ant. c. 33. H.

y. *Et aliae)* Quas cum sterni Plinius asseuerat inter Helium ac Fleuum, mari quod *Zuyderzee* nuncupant, ab ortu, ab occasu Zelandia claudi omnes necesse est: Eo ordine a Plinio eae recensentur, vt ab ortu et septemtrione auspicatus, progrediatur in occasum. A populis in eas a continente progressis, nomen habent ex iis aliquae: a Frisiis certe, Chaucisque duae priores, quos vltra Rhenum sedes habuisse constat. Frisios in hoc tractu Tacitus quoque agnoscit, quos cum Caninefatibus copulat, L. IV. hist. p. 103. Chaucos e patriis sedibus commigrantes, ac ducem natione Caninefaten secutos, inferiorem Germaniam incursauisse Claudii Imp. temporibus, idem auctor est, L. XI. Annal. p. 160. De Frisiorum et Chaucorum

z. Chaucorum [1], Frisiabonum a., Sturiorum b., c. Marsaciorum [2], quae sternuntur inter d. Helium ac Fleuum. Ita appellantur ostia e., in f. quae effusus Rhenus, ab septemtrione in g. lacus, ab occidente

1. *Cauchorum Gr. et Al.* corum insulis, quae recedente maris aestu continenti nectenterur, Dio, L. LIV. p. 544. Nunc esse videtur *Nord-Hollandia.* Atque hunc quidem situm Chaucis praesertim adiudicant ea quae Plinius de iisdem affert, L. XVI. s. 1. H.

z. *Cauchorum)* C a u c h i, aliis *Cadsant:* aliis *Walcheren,* prope Meydelburgum. Melancht. Cauchos minores esse tradit ad Bremam et Wisurgim: maiores, ad Luneburgum et veterem Marchiam. *Dalec.*

a. *Frisiabonum)* In MSS. *Frisiauonum.* Hos illic consedisse arbitror, vbi nunc *le Veluve,* pars Geldrensis Ducatus, e Belgica Gallia huc transgressos. H.

b. *Sturiorum, etc.)* His vero meridionalem Hollandiam, *la Sud-Hollande,* Marsacis insulam assignamus, quam Mosa cum Rheno efficit, vbi Dordracum est in Zelandiae confinio: Marsacios pro Mosatiis credas appellatos. Marsacos Tacitus vocat, iungitque Caninefatibus, L. IV. hist. p. 103. Μαυρσοίες, vt puto, Dio, L. LX. p. 670:

2. *Mattiacorum.* pro Μαρσατίες. In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. *Tusiorum, Marsaciorumque.* H.

c. *Marsatiorum)* Seelandos vocant, quasi maritimos homines. Sturii, *Staueren.* aliis *Snitbewt.* Frisiabones, *Fredeborchland.* *Dalec.*

d. *Inter Helium, etc.)* Helium Zelandiae vicinum, vbi nunc castellum *Briel.* Flevum vero Frisiae, vbi nunc insula est, quae priscum nomen retinet, *het Vlie,* siue *Flie.* H.

e. *Ostia)* Et castella quoque ostiis imposita. Tac. Anal. L. IV. p. 125. H.

f. *In quae effusus)* Per fossam a Druso in Salam *l' Issel:* alteramque ex parte laeua a Ciuili, in Leccam, *le Leck,* Mosamque, deductum olim esse Rhenum sciunt eruditi. Vahalem hunc Rheni alueum accolae nominant, qui mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, cuius immenso ore in Oceanum effunditur. H.

g. *In lacus)* Hi frequenti eluuione aquarum, in vnum maris sinum abierunt, ea magnitudine, quae Maris Australis, *Zuyderzee,* nomen hodie

dente in amnem Mosam se spargit; medio h. inter haec ore, modicum i. nomini suo custodiens alveum.

XXX. (XVI.*) Ex aduerso huius situs [1] Britannia insula, clara k. Graecis nostrisque monumentis, inter septemtrionem et occidentem iacet: Germaniae l., Galliae, Hispaniae, multo maximis Europae partibus m. magno [2] interuallo aduersa. Albion n. ipsi nomen fuit, cum Britanniae vocarentur

1. *sita est. Pint.* 2. *haud magno. V.*

hodie sustineat. Lacui nomen olim Fleuo fuit, vt auctor est Mela, L. III. c. 2. H.

h. *Medio)* Quod a Schenckii, vt vocant, munimento, Arenacum delapsus, Vltraiectum et Lugdunum alluit. H.

i. *Modicum nomini suo custodiens alueum)* Mallem scriberes, *nominis sui*, Sciendum tamen in Apographo Toletano omnia supra scripta verba minime legi. *Pint.*

* *Britannia)* A *Brith*, vetusta gentis lingua quicquid depictum coloratumque est, significante: et *tania* regio. Ita vt sint Brithtania Βριττανία, seu vt Graeci perperam Βρεττανία, Brithonum, hoc est, pictorum regio. Notus autem eruditis ex Caes. Mela, auctore nostro aliisque scriptoribus mos veteribus huius vicinarumque insularum cultoribus receptus corpora glasto depingendi, vt multis inculcetur non est necesse, videatur tamen Camdem. Britan. p. 7. Tribuni cohortis III. Britonum mentio fit sub Duce Rhaetiae in notit. Imp. vti Panciról. restituit. *Dalec.* v. Ind. LL.

k. *Clara Graecis)* Hanc ceteris orbis totius insulis Graeci praetulere: Dion. Perieg. v. 568. de Britannicis insulis: Τάων τοι μέγεθος περιώσιον· οὐδέ τις ἄλλη Νήσοις ἐν πάσῃσι Βρεττανίσιν ἰσοφαρίζει. H.

l. *Germaniae, etc.)* Verius Strabo, L. IV. p. 199. soli Galliae praetendi dixit. Plinio tamen Tacitus subscribit, in vita Agricolae, p. 142. H.

m. *Magno interuallo)* Spatium intelligit, quo ab oriente in occasum porrigitur: Maximam spatio ac coelo Tacitus dixit, l. c. H.

n. *Albion)* Ἀλουΐων, Ptol. L. II. c. 3. Angliam, Scotiamque complectitur; Scotorum etiam tunc cum Britannia

tur omnes: de quibus mox paulo dicemus. Haec abest a Gessoriaco o. Morinorum gentis litore, proximo traiectu quinquaginta M. [1] circuitu p. vero patere tricies octies centena viginti quinque M. Pytheas et Isidorus tradunt: triginta prope iam annis notitiam eius Romanis armis non vltra vicinitatem siluae Caledoniae q. propagantibus. [2] Agrippa

1. *millia minimum: circuitu Gr. et Al. passuum. Nam minimum, neque est in Vet. neque in Cb. legitur.* 2. *Agrippa longitudinem* DCCC. *M. p. credit: latitudinem* CCC. *Eamdem credidit. Hyber. Pintian. Cb. ex. legit, credidit. Eamdem Hiberniae, sed longitudinem, etc.*

tannia diceretur, aeque atque Anglorum ignoto nomine. Britanniae dicebantur, Hibernia adiuncta, cum ceteris adiacentibus insulis. H.

o. *Gessoriaco)* Ptol. L. II. c. 9. Γησοῤῥίακον ἐπίνειον Μορίνων, Morinorum nauale. Plinio ipsi, sect. 37. huius libri, *Portus Morinorum* Britannicus, quod ex eo Gallis Romanisque visitatus erat in Britannos traiectus. Tab. Peuting. *Gesoriaco, quod nunc Bononia.* Nostris *Boulogne sur mer.* Ager circumiectus, *le Boulenois*, vel vt alii, *le Boulonois.* Vide Not. et Em. N. CVII. (hic pos.) *Gessoriaco — — traiectu quinquaginta millium)* In Parm. editione, *quinquaginta millia millium.* Hermolaus *millia minimum* rescripsit. Nos hanc posteriorem vocem, ceu spuriam, expunximus: abest enim a MSS. omnibus, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. etc. atque ex praecedenti vocula *millium* ea prodiit. Straboni porro, L. IV. p. 199. ab Icio Morinorum, vnde soluit in Britanniam Caesar, traiectus est CCCXX. stad. hoc est, LX. mill. pass. non L. H.

p. *Circuitu vero)* Sic Martianus, a Plinio mutuatus, L. VI. c. *Alia dimensio Europae*, p. 215. H.

q. *Caledoniae)* Floro Saltus Caledonius appellatus: Grampio monte, *Grantzbaine*, diuiditur: in Scotia, vbi et Caledonia regio, quam Iulius Agricola Domitiani temporibus primum subegit. Καληδόνιος δρυμός est Ptol. L. II. c. 3. At significare Plinius videtur, haud longe progressa fuisse arma Romana, si spectetur spatium annorum triginta, ex quo bella ibi geri coepta sunt. Quamobrem annon Caledonia silva

pa r. longitudinem dccc. M. pass. esse: latitudinem ccc. M. credit. Eamdem Hiberniae latitudinem; sed longitudinem cc. mill. pass. minorem. Super eam haec sita abest breuissimo transitu a s. Silurum gente xxx. [1] M. pass. Reliquarum nulla cxxv. mill. circuitu amplior proditur. Sunt t. autem xl.[2] Orcades, modicis inter se discretae spatiis. Septem u. Acmodae [3], et xxx. x. Haebudes [4]: et inter Hi-

N 4 ber-

1. *Sic et M. et Ch.* xx. *Gr. et Al.* 2. xl. *M. p. Orc. V.* 3. *Haemodes.* 4. *Hebrides. V.*

va verius fuerit in Comitatu quem vocant Essexiae, quinque aut sex Leucis supra Tamesim, ab amne Laea vsque ad mare, amplius considerandum. H.

r. *Agrippa, etc.)* Sic quoque Martianus, l. c. et Solin. c. 22. p. 41. et 42. H.

s. *A Silurum gente)* Silurorum oppidum Ptolemaeo, Bulaeum: nunc *Wirksam.* Fuit et Siluriae pars Caricta, nunc Gallonidiae pars. Boet. idem Coil et Gunigamam Siluriae partes fuisse tradit. *Dalec.*

A Silurum gente) Σίλυρες a Ptol. appellantur, L. II. c. 3. Silurum Tacitus meminit, Annal. L. XII. p. 181. et 183. Vide Not. et Em. N. CVIII. (paulo post) Oram hi occiduam tenuere Valliae principatus, cum Demetis, qui Silurum pars fuere. *A Silurum gente,* XXX. *mill. pass.)* Solinus, c. 22. p. 42. Silurum gentem sitam in Britanniae ora, contra Hiberniam, dum hunc Plinii locum transscripsit, insulam male credidit. Nec freti, quod interiacet, spatium summa fide retulit, cum latitudinem eius scripsit in CXX. M. spatium diffundi, pro XXX. sic enim MSS. omnes habent R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. libri editi perperam XX. H.

t. *Sunt autem* XL.) Totidem Martiano, l. c. Pomponio, L. III. c. 6. triginta, Iornandi XXXV. Ptol. L. II. c. 3. περὶ τριάκοντα. Sunt eae supra Scotiam positae, modico ab ea freto disiunctae. Earum maxima Pomona, *Mainland.* H.

u. *Acmodae)* MSS. *Haecmodae.* Vulgo *Hetland* et *Schetland,* in commune appellantur: Orcadibus proximae, sed in boream longius submotae. H.

x. *Haebudes)* Solino, c. 22. p. 42. et Ptol. L. II. c. 2. quinque tantum Ἔβεδαι numerantur: Martiano quoque in

berniam ac Britanniam, Mona y., Monapia, Ricina [1], Vectis, Limnus [2], Andros [3]. Infra vero z. Siambis [4], et Axantos. Et a. ab aduerso in Germanicum mare sparsae Glessariae, quas Electridas Graeci recentiores appellauere, quod ibi electrum nasceretur. Vltima b. omnium, quae memorantur,

1. *Sic V. Ricnea Gr. et Al.* 2. *sic quoque V. Silimnus Gr. et Al.* 3. *Edros. V.* 4. *Samnis. V. M.*

in Periplo, apud Steph. Αἰβȣ̃δαι νῆσοι πέντε τῆς Βρεταννικῆς. Omnium verissime Plinius, sunt enim eae paene innumerae haud procul Orcadibus supra Hiberniam, Scotiamque, vt docet Cluuer. L. III. Germ. antiq. c. 40. H.

y. *Mona, etc.)* Mona Valliae litori adiacet: Μόνα νῆσος Ptol. l. c. nunc *Anglesey*. Monapia, Ptol. Μονάοιδα, l. c. Bedae *Menauia*, nunc *Man* et *Moneitha*, contra Cumberlandiam. Ricina, Ptol. Ῥικίνα, l. c. Vectim hanc, quae in freto est quod inter Hiberniam Britanniamque interfluit, caue cum altera confundas, quae contra id Angliae latus est, quod Galliae obuertitur. Limnus, Ptol. Λίμνος, Andros Ἔδρος dicitur. H.

z. *Siambis)* MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Amnis*, non *Siambis*. H.

a. *Et ab aduerso)* Superius memoratae insulae contra occidentale Britanniae latus sunt positae: hae ex aduerso, nempe versus ortum, nec iam in eo mari, in quo Britannia est, sed in Germanico, seu parte illa sinus Baltici, quae Germaniam alluit, supra Dantiscum vbi insulae sunt *Oeland*, et *Gotland*, Glessariae dictae a succino, quod Germanis *Gless* diceretur: id enim tum in iis insulis, tum in opposito Gutonum litore, vbi Dantiscum est, legebatur, vt Plinius docet L. XXXVII. s. 11. Hae duae Glessariae superius sect. 27. Austrania, Actaniaque appellatae. H.

b. *Vltima)* Haec iisdem verbis Martianus, l. c. et Solinus, c. 22. p. 42. Thule Islandia nunc appellatur, vt recte Cluuerius animaduertit, L. III. Germ. antiq. c. 39. Schetlandiam vult esse Cambdenus, p. 850. at haec non quinque dierum nauigatione a Britannia, vt vult Solinus, imo vix vnius abest: nec senis mensibus dies ibi, vt in Islandia, et nox vices habent. Neque eos audimus qui ante annum Christi 874. vlli cognitam Islandiam negant: Fuerit sane hactenus incul-

tur, Thule: in qua solstitio nullas esse noctes indicauimus c., Cancri [1] signum Sole transeunte, nullosque contra per brumam dies. d. Hoc [2] quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timaeus e. historicus a Britannia introrsus sex dierum nauigatione abesse dicit insulam Mictim f., in qua candidum plumbum proueniat. Ad eam Britannos g. vitilibus [3] nauigiis corio circumsutis nauigare. Sunt h. qui et alias prodant, Scandiam, Dumnam i., Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen nauigetur. A k. Thule vnius diei nauigatione

1. *ad Cancri signum.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Haec siquidem Rhod. cap.* 22. XVI. *haec quidam Gr. et Al.* 3. *vilibus. M.*

inculta: incognitam fuisse negamus. Partibus 63. seu Gradibus ab Aequatore distare Thulen ait Agathemerus, L. III. Geogr. c. 5. H.

c. *Indicauimus)* L. II. f. 77. H.

d. *Hoc quidam)* Quos inter Pompon. Mela, vt diximus, f. 26. H.

e. *Timaeus historicus)* Hoc loco non *Timaeus*, sed *Pytheas*, legit auctor libri de Mensura orbis terrae: *Plinius Secundus*, inquit, *in quarto libro edocet, quod Pytheas Massiliensis sex dierum nauigatione in septemtrionem a Britannia Thulen, distantem narrat.* Sic Plinius ipse L. II. f. 77. p. 229. H.

f. *Mictim)* Quae sit haec Timaei Mictis in Germanico mari sex dierum nauigatione a Britannia dissita, statui certo non potest. H.

g. *Vitilibus)* Vide quae de iis dicturi sumus, L. VII. f. 57. H.

h. *Sunt qui)* Aliorum sententiam prodit, non suam. Scandia certe a Scandinauia, de qua supra, nihil differt. Δȣμναν insulam iuxta Orcadas habet Ptol. L. II. c. 3. Si Nerigon, et Bergos, insulas esse, aut a Noruegiae, celebrique eius orae emporio quod *Berghen* vocamus, differre arbitrati sunt, quod ii voluerint, adhuc obscurum est. H.

i. *Dumnam)* Quibusdam Dumna, Dumo, Nerigon, Nordera, Istandiae vicinae insulae. Est autem Nordera maxima ex aliquot insulis, quas Patras vocant, proxime Islandiam sitas. *Dalec.*

k. *A Thule)* Solinus, c. 22. p. 43. et Martianus, l. c. H.

tione mare concretum, a nonnullis Cronium appellatur.

XXXI. (XVII.) Gallia 1. omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur,

1. *Gallia omnis Comata)* Gallia omnis Italis vel Cisalpina est, quam togatam ideo vocarunt, quod vt scribit Dion lib. XLVI. placidior esset, ac Romano vestitu vteretur: vel Transalpina: ac rursum Cisalpina, vel Cispadana est, vel Transpadana: incipit haec ab Ancone, terminatur Alpibus. Ad mare superum finis Rubico, ad inferum Arnus. Transalpina circumscribitur Oceano, Rheno, Alpibus, mari mediterraneo, montibus Pyrenaeis. Diuiditur haec in Comatam, sic appellatam, quod incolae studiosius comam alerent et summitterent; ac in Brachatam siue Narbonensem, a brachis nuncupatam, nempe tunica, quae sago imponebatur, et qua in curia deposita latum clauum Gallos sumpsisse, Suetonius in Caio Caesare tradit, nimirum senatoriam tunicam. Prouincia Romana priuatim quoque dicta haec est, quod prius a Romanis superata, et in prouinciam redacta leges Romanas, moresque accepisset. Comata siue capillata in Celticam, quam et Lugdunensem nominarunt; diuiditur in Belgicam et Aremoricam seu Aquitaniam. De Comata Catullus: *Quis hoc potest videre, quis potest pati? Mamurram habere quod comata Gallia Habebat omnis, vltima et Britannia?* Pomp. Melae Carni et Veneti Galliam togatam incolunt. Vide Comment. Caesar. initio lib. I. de bello Gal. vbi eamdem Galliae diuisionem cum nostro auctore tradit. *Dalec.* Imo vero confundit hic Plin. quae erant discernenda. Iulius namque in tres partes diuisit Galliam: Comatam, Celticam, Belgium et Aquitaniam: at vero Augustus in IV. adiecta prioribus Lugdunensi, finibusque nonnihil mutatis: quam diuisionem secutus est Strabo et Aethic. pag. 42. vtramque viua delineatione expressit in suo theatro elegantiss. aeui nostri Geographus Abraham Ortel. Videatur et Carol. Sigon. de ant. iur. It. lib. I. c. 24. et de ant. iur. prou. lib. I. cap. 6. et Onuph. Panuin. Imp. Rom. pag. 791. De posterioribus autem diuisionibus Onuph. d. lib. pag. 885. etc. Panciról. super notit. lib. II. cap. 3. et 68. et 90.

Gallia

tur, amnibus maxime distincta. A Scalde [1] ad Sequanam Belgica. Ab eo ad m. Garunnam [2] Celtica, eademque Lugdunensis. Inde ad Pyrenaei mon-

1. *Sic et Ch. a Scaldi Gr. et Al.* 2. *Garumnam Gr. et Al.*

Gallia omnis) Extra Prouinciam Narbonensem Galbae nummus, TRES GALLIAE. H.

m. *Ad Garunnam)* Eamdem Galliae diuisionem seruat Mela, sed *Garumnam* vocat, L. III. c. 2. *Regio*, inquit, *quam incolunt omnis Comata Gallia, populorum tria summa nomina sunt; terminanturque fluuiis ingentibus. Nam a Pyrenaeo ad Garumnam, Aquitania: ab eo ad Sequanam, Celtae: inde ad Rhenum pertinent Belgae.* Ammianus Marcellinus expressius adhuc, atque eo audacius. L. XV. p. 53. *Temporibus priscis cum laterent hae partes vt barbarae, tripartitae fuisse creduntur; in Celtas eosdemque Gallos diuisae, et Aquitanos et Belgas — — et Gallos quidem, qui Celtae sunt, et ab Aquitanis Garumna disterminat flumen, a Pyrenaeis oriens collibus, postque oppida multa transcursa in Oceano delitescens. A Belgis vero eamdem gentem Matrona discernit et Sequana, amnes magnitudinis geminae.* Tamen ex nominibus et situ Aquitaniae populorum, quos Plinius paulo postea enumerat, f. 33. Garunnam (sic enim habent MSS. quos vidimus, et alius e Bibliotheca Diuio-Beniginiana, et veteres editiones omnes a Romana anni 1470. vsque ad Frobenianam: quae prima *Garumnam* edidit:) *Garunnam*, inquam, appellasse Plinius videtur ipsum amnem Ligerim, ab Andegauensi regione: vbi iam multis auctus magnisque fluminibus, deinceps solus in mare deuoluitur, nullo alicuius nominis amne recepto. Nouerat is haud dubie, Garumnam similiter, qui Garumna est in decursu, eumdem per leucas quindeciem, antequam se in mare exoneret, Garumnam desinere appellari, et Girundam vocari, ex quo Dordoniam non imparem sibi amnem recepit, et vno decurrere alueo ambo coeperunt. Non hunc igitur intellexit, cum Garunnam dixit; siquidem Girunda esset accolis, vt etiamnum est, non Garumna. Sic Danubius longe ante ostia, non Danubius, sed Ister fuit. Sic igitur recte Plinius innuit, Ligerim circa ostia sua Garunnam fuisse olim ab accolis vocitatum. Nam ab vnius fluminis ostio ad

montis excursum n. Aquitanica [1], o. Aremorica [2] antea [3] dicta. p. Vniuersam [4] oram XVIII. M. pass. Agrippa: Galliarum inter Rhenum et Pyrenaeum, atque Oceanum, ac montes Gebennam et Iuram, quibus q. Narbonensem Galliam excludit, longitudinem

1. Sic et Ch. sic initium c. 19. Aquitania Gr. et Al. 2. Arecomica. V. sed perperam. Veteribus namque Gallis Ar-emor ad mare significat teste Camdeno Britan. pag. 20. Vide et Pancirol. super notit. lib. II. cap. 86. 3. sic et Ch. ante Gr. et Al. 4. Agrippa vniuersarum Galliarum Gr. et Al. Agrippa in Ch. non leg. Tol. leg. vniuersam oram Gall. etc.

ad aliud ducit mensuras, et fines populorum disterminat. H.

n. *Aquitanica)* Ita MSS. omnes: vt Belgica, Celtica. Sic paulo ante, *A Scalde,* non *a Scaldi:* mox tamen etiam *a Scaldi.* H.

o. *Aremorica)* Vox ea veterum Celtarum idiomate maritimam plagam sonat. Est enim hodieque Britonibus Galliae populis *ar mor,* mare. Vide Cambdenum, p. 14. H.

p. *Vniuersam oram* XVIII.) Hoc est, decies octies centena millia passuum patere. Vide Not. et Em. N. CIX. (hic pos.) *Vniuersam oram* XVIII. *M. P. Agrippa, Galliarum inter Rhenum, etc.)* Libri hactenus editi hoc tantum, *Agrippa vniuersarum Galliarum inter,* etc. Verum ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Tolet. lectione, quam secuti sumus tres omnino apposite reddi mensurae videntur, ex commentariis Agrippae decerptae: adnavigationis primum Gallicae orae totius, per Oceanum a Scalde fluuio vsque ad Pyrenaeum, quae colligat XVIII. hoc est, decies octies centena millia pass. Mediterraneae deinde longitudinis: et latitudinis denique earumdem Galliarum. Sic paulo post, vbi Gebennam et Iuram libri impressi habent, *Iuras* multitudinis numero MSS. iidem repraesentant: quemadmodum L. III. s. 5. *montibus Gebenna et Iaribus* dixit. H.

q. *Quibus Narbonensem Galliam excludit)* Excludit, tanquam iam antea in prouinciae formam redactam, quam reliquam vicissent aut subegissent Romani, ac ideo seiunctam. *Dalec.*

dinem r. ccccxx.[1] M. pass., latitudinem cccxviii.[2] computauit. A Scaldi incolunt s. extera[3] Toxandri t. pluribus tt. nominibus. Deinde u. Menapii, Morini x., Oromansaci y. iuncti pago, qui Gesso-riacus

1. *ccccxxx. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard.* cccxiv. *Ch.* cccxiii. *Gr.* ccxiii. *Al.* 3. *Externi. M. Vet.*

r. CCCCXX.) MSS. omnes, CCCXX. Missi Theodosii: *Gallia Comata — — iuxta Plinium Secundum in quarto libro, in longitudinem* DCCCCXX. *in latitudinem* CCCVIII. H.

s. *Incolunt extera)* Hoc est, regionem vltra Scaldim, extraque Gallias positam, ad Mosam vsque, vbi Antuerpia, Brabantiaque vniuersa: vbi oppida Breda, et S. Gertrudis, vt recte vidit P. Aegid. Laccary, Soc. Iesu, L. V. de colon. Gallor. c. 5. p. 259. H.

t. *Toxandri)* In Eburonibus Tasandrum ciuitas nunc etiam celebris est, quam vulgus appellat *Saint Truden*, quam Toxandrorum caput fuisse volunt. De Toxandria Marcellinus lib. XII. *Quibus paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi praelicenter figere.* Dalec.

tt. *Pluribus nom.)* Hoc est, gens vna illa Toxandrica plures populos complexa est. H.

u. *Deinde Menapii)* Iam hi deinceps citra Scaldim. Et Menapii quidem Morinis confines, iuxta mare, non Plinio modo, sed etiam Straboni, L. IV. p. 194. τοῖς Μεναπίοις δ᾽ εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορῖνοι. Tacitus quoque, L. IV. hist. p. 94. *A Rheno venientes transire Mosam iubet, vt Menapios, et Morinos, et extrema Galliarum quaterent.* Menapii igitur ibi fuere (etsi aliter alios sentire scio) vbi nunc Flandria est, oppida Brugae, Gandauum, Iprae. H.

x. *Morini) Extremique hominum Morini.* Virgilio appellati. Vt Armorici, ita et Morini a voce Celtica *Mor*, quae mare significat, quasi Maritimi, nomen habuere. Menapiis, vt vidimus, ab ortu confines: Ambianis, ab occasu, apud Ptol. L. II. c. 9. qui Morinorum ciuitatem mediterraneam ait fuisse Ταρϐάννα, olim *Teroüanne*: nauale, Gesoriacum, vt vidimus sup. sect. *Bologne.* H.

y. *Oromansaci)* Ex oratione eiusmodi colligi potest aut Oromansacos clientes, par-tenique

riacus yy. vocatur: z. Britanni [1], Ambiani a., Bellovaci b., (c. Hassi [2].) Introrsus d. Castologi e., Atre-

1. *quidam legunt Brinanni.* 2. *Bassi. Ch. Hassi et Bassi non leguntur in edit. Hard. vnde a nobis vncinis inclusa sunt.*

temque Morinorum, proximos fuisse pago Gesoriaco: aut certe potius eos ac Gesoriacenses vnum eumdemque pagum, nimirum Gesoriacensem, constituisse: *le Boulenois.* In MSS. *Oromarsaci.* Audax coniectura illius qui legendum suspicabatur, *Prom. Iccii, iunctum pago*, etc.

yy. *Gessoriacus)* Scaliger in Ausonium, pagis olim habitatam fuisse totam Galliam putat, vt Vellaunio, Gebalo, etc. fuisseque illas totas praepositures prouinciarum, et amplos tractus, etiam oppidis frequentes, vt nunc apud Heluetios, qua ratione Galli etiam nunc vocant *pays.* Itaque Gessoriacum pagum fuisse tractum, qui porrigitur a Northmannis Belgis vsque ad Boroniam, in quo oppidum Gisors vetustam adhuc appellationem seruat. *Dalec.*

z. *Britanni)* Ita libri omnes. Hi inter Gessoriacenses Ambianosque medii, in ora similiter positi, ea loca tenuere certe, vbi nunc oppida Stapulae, Monstrolium, Hesdinium, et adiacentem agrum Ponticum, *le Ponthieu*, ad Somonam amnem. Quamobrem et hi pars Morinorum fuerint sane, si fides habenda Auctori libelli Prouinciarum Romanarum, apud quem legitur, *Ciuitas Morinûm, id est, Ponticum.* Sed recentem fetum esse nugatoris alicuius, qui vetustum scriptorem inepte insimulet, egregie docuit P. Philib. Monetus in Geogr. Gall. p. 421. Cluuerius, L. II. Germ. ant. c. 27. hic *Briannos* legi mauult. H.

a. *Ambiani)* Aquis Somonae clari amnis abluuntur: habent oppida, Ambianum et Abbatis-villam. H.

b. *Bellouaci)* Horum late quondam regio patuit, ab oppido vsque mediterraneo Beluaco, *Beauvais*, ad oceani litus, vbi Auoun, *Eu*, et Deppae, *Diepe.* Vide Not. et Em. N. CX. (hic pos.) *Bellouaci)* In Edit. Parmensi, *Bellouaci, Bassi.* Frobenius, *Bellouaci, Hassi.* MSS. R. 1. *Bellouasi* tantum. R. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Bellobasi.* Ex quibus *Bellouaci* solum exscripsimus, expuncta voce *Bassi*, vel *Hassi*, quos in hoc terrarum tractu nullus agnoscit. H.

c. *Hassi)* Hem, oppidum et arx S. Quintino vicina: aliis

Atrebates f., Neruii g. liberi, Veromandui h. Sueconi i., Suessiones k. liberi, l. Vlmanetes [1] liberi; Tun-

1. *Vlbanectes Gr. et Al.*

aliis *Henaut.* Vide Turn. c. 21. VIII. Aduers. *Dalec.*

d. *Introrsus)* Hactenus igitur recensiti populi oram tenuere: mediterranea, qui deinceps appellandi sunt. H.

e. *Castologi)* MSS. omnes *Catuslugi:* Libentius *Catalauni* agnouerim, *Chaalons sur Marne:* quos in Belgica merito collocat Antoninus, et Durocatelaunos vocat. H.

f. *Atrebates)* *L' Artois.* H.

g. *Neruii)* Caesari B. G. L. II. p. 25. Neruii dicuntur Atrebatibus Veromanduisque finitimi. Vnde colligas pagi Neruiorum locum praecipuum fuisse, non Tornacum, vt vulgus putat, sed Cameracum, quod ab Atrebatum Nemetaco, XIV. M. P. ab Augusta Veromanduorum abest XVIII. M. Liberi porro dicuntur, hoc est, non, vt ceteri, vectigales: et suis, non Romanis vtentes legibus. H.

h. *Veromandui)* Quorum sedes Augusta Veromanduorum, apud Ptol. L. II. c. 9. nunc Fanum S. Quintini, vti ex Sigeberti aliorumque indubitatis testimoniis colligit Cl. Hemeraeus in libro, cui titulus, Augusta Veromanduorum, L. I. c. 12. etsi aliter Cluuerio visum est. Nomen tamen retinet circumiectus ager, *le Vermandois.* H.

i. *Sueconi)* Ita libri quidem omnes: at sequentis vocis corrupta quaedam repetitio ea esse videtur, cum de Sueconis ceteri sileant. H.

k. *Suessiones)* *Le Soissonois.* H.

l. *Vlmanetes)* Eorum vrbs praecipua Siluanectum, *Senlis.* Vide Not. et Em. N. CXI. (hic adi.) *Vlmanetes)* Ita MSS. omnes, et libri editi ante Hermolaum, qui *Vlbanectes* ex Antonino rescripsit. Σαμάνεκτοι Ptolemaeo dicuntur, in Codice MS. Collegii nostri Parisiensis, atque eorum oppidum Ratomagus, in Belgica, vltra Sequanam, ad ortum. Eosdem esse sane arbitror, qui Antonino Vlbanectes, Siluanectesque postea sunt appellati: quo plane modo qui Suessiones dicuntur, iidem sibilo demto Οὐέσσονες, et Senones Ἔννονες in cod. MS Collegii Parisiensis a Ptolemaeo vocantur: In libris quibusdam editis, ante Vlmanetes adduntur *Veruni liberi,* quos nec MSS. codicum, nec scriptorum veterum vllus agnoscit. Virodunos noui, quorum ager, *le Verdunois,* oppidum *Verdun:* Verunos non noui. H.

Tungri m., n Sunuci [1], Frisiabones, Betasi, Leuci o. liberi, Treueri p. liberi antea, et Lingones q. foederati, Remi r. foederati, s. Mediomatrici [2], Sequani,

1. *Runici. male apud Tacitum. Sunici. Rinuci Gr. et Al.*
2. *Mediomatrices.*

m. *Tungri)* Vbi nunc Leodium, Namurcum, Limburgum, et ipsa quae nomen hodieque retinet, Tungrorum ciuitas. H.

n. *Sunuci, etc.)* Ita MSS. omnes, non *Runici* Qui porro Sunucorum, Frisiabonum, Betasorumque sedes vltra Rhenum quaerunt, ii qui Belgicae Galliae fines fuerint, quibus hi omnes continebantur, ignorant. Neruios Petasiosque Tacitus simul iungit, L. IV. hist. p. 103. et 108. *Occupatis*, inquit, *Sunicis, Claudius Labeo Betasiorum, Tungrorumque, et Neruiorum tumultuaria manu resistit, fretus loco, quia pontem fluminis anteceperat.* Quo ex loco Sunucis, Luciliburgensem, seu Lucemburgensem: Betasis, Iuliacensem: Frisiabonibus, qui medii interiacent, Limburgensem Ducatum fideliter adscribimus. Apud Grut. p. 520. reperta Moguntiae inscriptio, BETASII CIVES. H.

n. *Rinuci)* Melanchthon lib. IV. Chronicon legit, *Runici*, Belgis, *Das Runckerland*, et apud Tacitum male scribi, *Sunici*, putat. Siti sunt inter Batauos et Phrisios. Rinuci aliis dicti *Roermonde*, aliis *Ravenstein*. *Dalec.*

o. *Leuci)* Oppidum habuere Tullum, Τοῦλλον Ptol. L. II. c. 9. hodie *Toul*. Est apud Tristanum, T. III. p. 143. Postumi Augusti nummus, in quo Hercules stans clauam demissam dextra tenet, sinistra, oleam elatam, brachio eodem gestat leonis exuuias. Inscriptio: HERCVLEM. Nulli dubitamus, quin sententia sit: HERculi *Consecratam Voluit Leucorum Esse Metropolim:* nempe Postumus Augustus in priore nummi area pictus. Vnde intelligitur, quam Galliae Belgicae partem in primis administrandam Postumus a Senatu acceperit. H.

p. *Treueri liberi antea)* Qui liberi antea, inquit, iidem nunc sunt, vt et Lingones foederati. A Diocletiani principatu crebra sunt Augustorum nominibus percussa Treueris numismata. H.

q. *Lingones)* Tacit. L. I. hist. p. 27. *Otho Caesar Lingonibus vniuersis ciuitatem Romanam dedit. Les Langrois. Oppidum Langres.* H.

r. *Remi) Les Remois.* Oppidum, *Reims.* Foederatorum

quani t., Raurici u., Heluetii. x. Coloniae: Equestris y., et Rauriaca. z. Rhenum autem accolentes, Ger-

rum porro populorum potior, quam liberorum conditio fuit: neque enim qui liberi erant, iidem continuo foederati. H.

s. *Mediomatrici)* Ptol. L. II. c. 9. Μεδιομάτρικες. Tacito, L. I. hist. p. 23. et L.IV. p. 108. *Mediomatrici. Le pais Messin.* Oppidum, *Mets.* H.

t. *Sequani)* Quorum oppidum apud Ptol. c. 9. L. II. Οὐισόντιον, *Besançon:* ditio ad Basileam vsque appositam Rheno pertinuit. H.

u. *Raurici)* Quorum mox dicenda Colonia Rauriaca: iidem Raurici alias appellati. Inscriptio Gruteri, p. 339. L. MVNATIVS. L. F. PLANCVS. COS. —— IN GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET RAVRICAM. Nunc vicus ignobilis, *Augst*, a Basilea VI. M. P. non ipsa Basilea, vt quibusdam visum. Ciuitatem Basileensium a Castro Rauracensi distinguit Libellus Prouinciarum Galliarum. H.

x. *Heluetii)* Qui Caesari, Plinio, ceterisque vetustioris aeui scriptoribus Heluetii vocitantur, hos posterior aetas Sequanos appellauit. Tenuere ii quidquid fere a Dola Lugdunum vsque, inter Ararim Rhodanumque terrarum interiacet. Quos Galli *Suisses* appellitant, vltra Iuram montem, Belgicaeque Galliae limites positos, ii sibi quidem Heluetiorum nomen adsciscunt: veterum sedes non habent. Eutropius, L. VI. p. 392. de Caesare: *Is primo vicit Helvetios, qui nunc Sequani appellantur.* Vid. Nic. Chorier, L. I. hist. Delphin. p. 10. H.

y. *Equestris)* Alii dicunt esse Lausannensem, alii vero Neocommensem. *Dal.*

Equestris) Ptolemaeo quoque Ἐκεςρὶς in Sequanis collocatur, L. II. c. 9. Id nomen habet fortassis ab Equitibus Limitaneis eo deductis. Apud Gruter. p. 468. reperta inscriptio in pago *Versoye* agri Geneuatis, COL. EQ. In libello Prouinc. Gall. *Ciuitas Equestrium, id est, Nouiduno.* Vnde *Nion* esse colligunt, Guillimannus, Cluuerius, Monetus, ad Lemannum lacum. Nummus argenteus apud *D. de Broze* hanc habet epigraphen: † SEDES LAVSANE. Templum .)(. CIVITAS EQVESTRI. Crux aream implet. Cusus hic nummus est post annum 1536. et pulsos e ciuitate Lausana Catholicos. H.

z. *Rauriaca)* Hanc Caesar in Commentariis suis vocat Sequaniam, vt est Basilea, Por-

Germaniae gentium in a. eadem prouincia, Nemetes b., c. Tribochi [1], Vangiones d.: hinc e. Vbii, Colonia Agrippinensis, Guberni f., Bataui, et g. quos in insulis diximus Rheni.

XXXII. (XVIII.) Lugdunensis Gallia h. habet Lexouios i., k. Vellocasses [2], l. Galletos [3], Venetos m., Abrin-

1. *Tribocci. Elsatia hodie.* 2. *Bellocassios.* 3. *Calletes.*

Porrentraucum, Mompelgardum, etc *Dalec.*

a. *In eadem)* Galliae Belgicae contributi. H.

b. *Nemetes)* Νέμητες Ptolemaeo L. II. c. 9. In libello Prou. Ciuitas Nemetum Spira, *Spire.* H.

c. *Tribochi)* Τρίβοκχοι Straboni L. IV. p. 194. Ptol. l. c. Τρίβοκκοι. Tacito, L. IV. hist. p. 108. *Triboci.* Inter Vangiones et Rauracos a Ptolemaeo positi, atque adeo in superiori Alsatia, vbi nunc Colmaria est: non ad Moguntiam, vt aliis visum: quod oppidum longe ab hoc tractu summouet Ptolemaeus. H.

d. *Vangiones)* Quorum vrbs praecipua apud Ptol. l. c. Argentoratum. De his Lucanus, L. I. v. 430. *Et qui te laxis imitantur, Sarmata, braccis Vangiones.* H.

e. *Hinc Vbii)* Rheni fontibus, inquit, superius memorati: hi deinceps ostiis propiores, quorum primi Vbii, et in iis colonia Agrippinensis: de qua Tacit. Annal. L. XII. p. 179. *Agrippina* coniux Claudii, Neronis mater, *quo vim suam sociis quoque rationibus ostentaret, in quo genita erat, Veteranos, coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius.* Verius arbitramur ab Agrippina priore, Germanici Caesaris coniuge, datum id ei coloniae nomen esse; quoniam veluti Mater Castrorum, procurabat ex eo tractu annonam militibus, qui merebant in exercitu mariti sui: quamobrem et laureato capite pingitur in Achate Tiberiano. Vetus inscriptio in Orthogr. Aldi: COL. CLAVD. AVG. AGRIPPINENSIVM. Falsa. H.

f. *Guberni)* Inter Vbios, Batauosque: igitur ii sunt, qui Cliuienses hodie appellantur. Tacitus hos Cugernos vocat, L. V. hist. p. 119. et 120. quos pariter cum Batauis iungit. H.

g. *Et quos — — diximus)* Sect. 29. H.

h. *Gallia habet)* In ora primum positas gentes enumerat: mox mediterraneas. H.

i. *Lexouios)* Λεξόβιοι Ptol. L. II.

n. Abrincatuos [1], o. Osismios [2]: flumen clarum Ligerim. Sed p. peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum a q. fine Osismiorum [3] circuitu DCXXV. M. pass. ceruice r. in latitudinem CXXV. M.

O 2 Vltra

1. *Ambilades. Caes.* 2. *Ossismos. Ch.* 3. *Ossismiorum. Ch.*

L. II. c. 8. *Lisieux*, in Neustria. H.

k. *Vellocasses)* Ptol. l. c. Οὐενελοκάσιοι μέχρι τῆ Σηκοάνα, vsque ad Sequanam, quorum oppidum Ῥωτόμαγος, vel vt in MS. nostri Paris. Collegii, Ῥατόμαγος, *Rouen* Neustriae nunc caput. Frustra sunt Pithoeus, Scaliger, aliique qui Baiocasses hic signari putant. Caletos iungit cum Velocassibus Caesar, L. II. Bell. Gall. p. 21. H.

l. *Galletos)* Ita libri omnes. Καλεταὶ a Ptolemaeo appellantur, l. c. cum oppido Ἰελιόβονα, citra Sequanam, ad oram oceani positi. Oppidum tamen ipsum in vlteriore Sequanae ripa situm est, vnde et Caletensium nomen vltra eum amnem posterior aetas transtulit. Nam Sigebertus ad annum 1163. *Iuliabona*, inquit, *in Caletensi pago, iuxta Sequanam est, L'Islebonne.* H.

m. *Venetos) Les Vannois.* Oppidum, *Vannes*, in minore Britannia. Ab his profectos, qui Venetias in Italia condiderunt, Strabo existimat, L. IV. p. 195. H.

n. *Abrincatuos)* Hos a Britonum finibus amnis Coetnus, *Coësnon*, disterminat. Oppidum Abrincae, *Avranches.* H.

o. *Osismios)* MSS. *Ossismos.* A Ptol. l. c. Ὀσίσμιοι. Oram omnem Aremoricae septemtrionalem ii tenuere. Post arctioribus clausi limitibus: vbi S. Pauli Leonensis oppidum. In Parlamento Alani Ducis, anno 1088. *Osismii, siue Leonia.* H.

p. *Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum a fine Osismiorum circuitu* DCXXV. *etc.)* Lege: *Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in Oceanum a fine Osismiorum circuitu* DCXX. M. *pass. ceruice in lat. etc. Ceruicem* vocat Isthmon, quae insula, seu caput, continenti seu corpori adhaeret. *Gelen.* *Sed peninsulam, etc.)* Peninsula ea continet ciuitates indigenarum dictas *Brest, le Conquet, Saint Mahe, le Four, Saint Paul.* Dalec.

q. *A fine)* Vbi nunc S. Maclouii oppidum: inde enim circuitus initium ducitur: hic finis Osismiorum fuit. H.

r. *Ceruice)* Sic isthmum vocat, quae capitis instar reliquae continenti Galliae, ceu

Vltra eam Nannetes. s. Intus t. autem u. Hedui [1] foede-

i. Esui. V.

ceu corpori, adhaeret, atque annectitur. Ita sect. 5. *Angusta ceruice Peloponnesum continet Hellas.* H.

s. *Nannetes) Les Nantois,* Oppidum, *Nantes.* H.

t. *Intus autem)* Iam hi Galliae Lugdunensis mediterranea obtinent, quorum alii aliis longius a mari secedunt. H.

u. *Hedui foederati)* Sic in nummo argenteo saeculi XII. apud Paulum Petauium: † HEDVA XPI CIVITAS. *Hedua Christi ciuitas.* In auersa parte: † MONETA SCI NAZARII. *Moneta Sancti Nazarii.* Ex ea causa in nummis antiquioribus sub Principibus Christianis THEVP et ΘΥΠΟΛ: hoc est, *Theopolis, Θεȣ̃ πόλις* scribitur. In nummis priorum temporum id nomen semper scribitur per E. In nummo aureo e Cimelio Serenissimae Ducissa Aurelianensis; DIVI IVLI F. PER IIIVIR RPC. caput Octauii Caesaris laureatum cum Solis sidere. In alio similiter aureo, Romae, e cimelio Cardinalis Dauia, DIVI IVLI F. TER IIIVIR. RPC. In auersa vtriusque area, mediam traiiciente titulo, M. AGRIPPA COS. DESIG. In priore lege, *Diui Iulii* filius *Protector Eduae Restitutae, Triumuir reipublicae constituendae.* In altero, *Tutator Eduae Restitutae.* In argenteo nummo Carausii Augusti, VICT. CEA VICTori *Carausio Edua Augusta,* subintellige trophaeum erexit, quod pictum in area nummi est. Caue credas D. Bandurio, ex falsa alterius relatione aienti, scriptum esse in hoc numismate, VICTORIA CEA, Oxonii asseruatur, in Bibliotheca Bodleiana. In nummo singulari e cimmelio quondam Reginae Christinae: D. N. PLA. VALENTINIANVS SPE AVG. *Dominus noster Placidus Valentinianus Senator perpetuus Eduae* AVG*ustae.* Caput tectum pileo, cum veste Senatoria .)(. PLACEAS PETRI. Hydraulus, ex quo aquae effluunt, apposita iuxta statua Apollinis, PLA*cidus Caesar Eduensi Apollini Sonorum Posuit Effluuium, Tutatori Romani Imperii.* De templo Apollinis in ciuitate Edua, vide Eumenium in oratione pro scholis instaurandis, et in Panegyrico. Non est hic Valentinianus Constantii et Placidiae filius: Sed ab eo alius, quae in Opere de Numismatibus Saeculi

foederati, x. Carnuti[1] foederati, Boii y., Senones z., Aulerci, qui[2] cognominantur Eburouices, et qui Cenomanni, Meldi liberi, Parisii, Trecasses, Andegaui, Viducasses, a. Bodiocasses[3], Vnelli b., Ca-

O 3 riosue-

1. *Carnutes. V.* 2. *et qui nominantur. V.* 3. *Vadiocasses. Cb. Vadicasses Gr. et Al.*

culi Theodosiani nondum edito indicamus. Nummi sunt alii Eduae percussi, plusquam trecenti. In vetere codice Dalecampius se legisse dicit: *Esui*, haud dubie pro *Edui.* Ptol. L. II. c. 8. Αἴδʋι. Et inscriptio apud Grut. p. 371. AEDVI. Straboni tamen, L. IV. p. 192. Ἔδʋι. Hedui Caesari, L. VII. p. 103. Tacitus, Annal. L. XI. p. 164. *Primi Edui Senatorum in vrbe ius adepti sunt. Datum id foederi antiquo: et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. vsurpant.* Postea fuit Augustodunum, nunc *Autun.* H.

x. *Carnuti)* *Carnuteni*, MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. *le pais Chartrain.* H.

y. *Boii)* Boii hodie Borbonienses, a Borbonio Archembaldi castello. Sunt et Molinae Borboniensium, *Moulins.* H.

z. *Senones etc.)* Nota horum deinceps oppida: Senonum, *Sens*: Eburouicum *Evreux*: Cenomanorum, Κενομανῶν Αὐλιρκίων, Ptol. L. II. c. 8. *le Mans.* Aulerci Eburouices apud Caesarem, L. III. Bell. Gall. p. 36. et in nummo Gallorum vetere, tum in Museo nostro, tum apud D. de Bouteroue, Lib. de Monet. Gall. p. 41. AVLERCO EBVROVICES. Deinde Meldorum ciuitas, *Meaux.* Parisiorum ea aetate *oppidum Lutetia*, vt Caesar loquitur, L. VII. Bell. Gall. p. 96. *positum in insula fluminis Sequanae:* nunc Gallici imperii caput Trecassium, seu Tricassinorum, Trecae, *Troyes en Champagne.* Andegauorum, *Angers.* Viducassium, Βιδʋκασσίων, quos inter Vnellos et Osismios Ptol. collocat, (si tamen iidem sunt,) Dinantum in minore Britannia. H.

a. *Bodiocasses)* Ptol. L. II. c. 8. Οὐαδικάσσιοι, post Meldas, versus Belgicam, πρὸς τῇ Βελγικῇ, vbi nunc Theodorici castrum, *Chateau Thierry.* Vide Not. et Em. N. CXII. (hic consp.) *Viducasses, Bodiocasses)* Ita quidem MSS. omnes: sed vox ea prior inepta quaedam posterioris repetitio nobis videtur: quam qui confidenter

riosuelides c., Diablindi d., Rhedones, Turones, e. Atesui [1], Secusiani f. liberi, in quorum agro colonia g. Lugdunum.

XXXIII.

1. *Itesui. Gr.*

ter expunxerit, etsi de Viducassibus antea statuerim, quod timide feci, non ei dicam impingam. In libris post Hermolaum editis, pro *Bodiocasses*, *Vadicasses* legitur, Ptolemaei Βιδουκέσιοι, qui cum Viducassibus Plinii habere nominis affinitatem videantur, in inferiorem Britanniam prope Osismios, fanumque S. Brioci ablegandi sunt. H.

b. *Vnelli)* Ptol. l. c. Οὐένελλοι, haud procul Osismiis collocantur. Caes. L. II. Bell. Gall. p. 30. *Crassum*, inquit, *miserat ad Venetos*; *Vnellos*, *Osismios*, *Curiosolitas*. Quibus ex verbis minori Britanniae Vnellos esse accensendos liquet. H.

c. *Cariosvelites)* Caesari l. c. *Curiosolites*: quorum oppidum, vnde nos sumus, Corisopitum *Quimper*: quae vox Britannica lingua oppidum muris cinctum significat. Dioecesis, *Cornouaille*: hoc est, Cornu Galliae. H.

d. *Diablindi)* Libellus Provinc. *Ciuitas Osismiorum. Ciuitas Diablintum*, in Prou. Lugd. tertia. Διαυλῖται Ptolemaeo dicuntur, L. II. c. 8. in mediterraneo Galliae Lugd. multo Venetis orientaliores, vt habet codex Palatinus, at vetustissimus codex Collegii nostri Paris. δυσμικώτεροι *occidentaliores*, habet, vt et vulgati libri. Quare de eorum sede ampliandum censeo. Rhedones, Turonesque sat cogniti. H.

e. *Atesui)* Sic MSS. habent omnes, non *Itesui*: Sed neutram vocem, nusquam reperiens, probo. Quid si scribatur, *Item Secusiani liberi*, quasi reuocans orationem ad Secusianos nunc commemorandos, quos suo loco et ordine praetermiserat? Segusianos hodie *Foresiens*, vulgo appellitant: oppidum, Forum Segusianorum, *Feurs*: agrum circumiectum, *le pais de Forest*, *le Lyonnois*. H.

f. *Secusiani)* Secusiani *Forests*. In ea regione est arx dominorum de Cuzieu, quae vetustatem nominis et originis testatur. Forum Setusianorum *Fours*. In eius oppidulo legitur inscript. DEO. SYLEIANO. FABRI. TIGNVARII. QVI FOR. SEC. CONSISTVNT. D. S. P. R. (id est, de sua pecunia restituerunt.) Alii sunt Sebusiani,

XXXIII. (XIX.) Aquitanicae sunt h. Ambilatri [1], Anagnutes [2], Pictones i., Santones k. liberi [3], Bituri-

O 4

2. Lege Ambilates. putoque vocem hanc tractam e superiori capite huic insertam imprudentia. 2. Aginnates 3. liberi, Beturi cognomine, etc. Ch. Santones liberi, cognomine Vbisci Gr. et Al.

ni, Buzei, et Bressae. Forum Sebusianorum *Bourg en bresse.* Sebusianorum caput, *Beley. Dalec.*

g. *Colonia Lugdunum)* Officina monetaria Romanorum Imperatorum, celebre et clarum. Alex. ab Alexand. cap. 23. IV. Sed et olim hac eadem in vrbe ad communem aram Caesaris sexaginta quotannis populi, ingenti coacta manu conueniebant, et peracto sacro, de maximis rebus publico concilio decernebant. Idem cap. 2. lib. V. In auersa parte antiqui denarii cusi a quodam ex Antoniorum stirpe Leo signatus est, eius coloniae insigne, cum his literis infra supraque scriptis: LVGVDVNI, et hisce ad latera, A. XL. quae annos significant deductae coloniae post aedificatam ciuitatem Dion. lib. XLVI. scribit Λȣγȣδȣνον postea Λȣγδȣνον vocatam fuisse. De quibus omnibus Fulv. Vrsin. fam. Rom. pag. 23. At omnes antiquitus inscripti lapides, qui inuenti sunt et quotidie inueniuntur, habent LVGVDVNVM. III. GALL. PROVINCIA. *Dal.* Non omnes habere disces ex d. Fulv. lib. pag. 168. et inscript. ant. Lipsii et Goltzii Thes. ant.

Lugdunum) *Lion.* Nic. Chorrier, L. II. hist. Delphin. p. 96. a *Lut.* quod populum Celtarum lingua sonat, et *Dun* montem, vocis Lugduni originem repetit: quasi montis incolas ea vox significet. Aliam eius nominis originationem ridet, quam apud Plutarchum. Clitophon affert. Neutra nobis placet. Verius arbitramur *Lugdunum* emollitam vocem esse pro *Lucudunum:* quod lucum montis significat. Propterea enim in nummo vetere Rodulphi regis LVCVDVNVS scribitur. Nam quod in nummo M. Antonii legitur LVGDVNI, non ibi vrbs Lugdunum est, sed primae sunt literae totidem vocum, a nobis superius explicatae, L. III. f. 23. H.

h. *Ambilatri)* Ambilates iungit cum Nannetibus Caesar L. III. Bell. Gall. p. 34. Anagnutes ii esse videntur, qui Artemidoro apud Stepha-

turiges l. liberi cognomine Vbisci: Aquitani m., vnde nomen prouinciae, Sediboniades. Mox in oppidum contributi Conuenae n., Begerri o., p. Tarbelli

phanum dicuntur Ἀγνῶτες ἔθνος Κελτικῆς παρὰ Ὠκεανόν. Ambo inter Nannetes, et Pictones, sedes habuere. Notabile interim est, quod cum in Belgica f. 31. tres sint populi foederati, Lingones, Remi, Treueri: in Lugdunensi duo, f. 32. Carnuti, et Hedui: in Aquitanica, nulli sint. H.

i. *Pictones, etc.)* *les Poitevins*, oppidum *Poitiers*. Santonum, *Saintes*: incolae, *les Saintongeois*. Priores pariter liberos fuisse Lucanus innuit, L. IV. v. 436. *Pictones immunes subigunt sua rura.* H.

k. *Santones liberi cognomine Vbisci)* Lego, *Santones, Bituriges cognomine Vibisci, seu Viuisci, seu Bibisci*: tot enim modis olim scripserunt. Porro sic Burdegalenses vocati sunt ad aliorum differentiam. Burdegalae nunc exstat inscriptio haec: AVGVSTO SACRVM, ET GENIO CIVITATIS BIT. VIV. *Dalec.* Cum nullis in exemplaribus τὸ *liberi* omissum notetur, vtique retinendum, ac si omnino cum Dalecampio quippiam mutandum fuerit, hoc modo legendum censuerim; *Santones liberi, Beturi*, (seu Bituriges) *cognomine, etc.* Notare namque solere auctorem, quinam liberi fuerint, ex superioribus notum est. Ceterum de mutua functione lit. *b* et *v* possemus innumera loca exemplaque adducere, sed sufficiant quae apud elegantissimum Merulam exstant super Ennium pagina 60. et 187.

l. *Bituriges, etc.)* *Les Bourdelois*: oppidum *Bourdeaux*. Ptol. L. II. c. 7. Βιτούριγες οἱ Οὐΐβισκοι. Gruteri inscriptio p. 227. AVGVSTO SACRVM. ET GENIO. CIVITATIS. BIT. VIV. Falsa. H.

m. *Aquitani)* Ab aquis sa-salubribus, quibus ea regio scatet, vbi vbi eae fuerint, vnde haec primum appellatio coepit, et Aquitanorum istorum cognomen. Fuere ii vbi nunc est Vasconia peculiaris dicta, *la Gascogne particuliere*, vbi Aturensium ciuitas, *Arie en Gascogne.* H.

n. *Conuenae)* Ex eorum oppidi ruinis excitatum, S. Bertrandi fanum, *S. Bertrand de Cominges.* H.

o. *Begerri)* Bigerriones Caesar L. III. Bell. Gall. p. 38. *Les Bigarrats.* Oppidum, *Tarbe*: quod Tarbellorum esse, de quibus mox dicemus, caue existimes. H.

belli [1] Quatuorſignani, Cocoſſates [2] Sexſignani, Venami, Onobriſates [3], Belendi q., ſaltus Pyrenaeus. Infraque Moneſi r., Oſquidates s. montani, t. Sibyllates [4], Camponi u., Bercorcates x., Bipedimni [5], Saſſumini [6], Vellates y., Tornates, Conſoranni, Auſci,

1. *Tarbeli.* *Gr.* 2. *Cocoſſates, Sexſignani, diſtinctim Gr.* 3. *Olobriſates. V.* 4. *Sibuſates. Caeſar.* 5. *Pinpedunni. Ch.* 6. *Laſſunni. Ch.*

p. *Tarbelli)* Videntur hi a Romanis Quotuorſignani cognominati, vt et Cocoſſates Sexſignani, quod hi ſex ſigna militum apud ſe haberent in praeſidio, illi quatuor. Horum oppidum Aquae Tarbellicae, *Acqs*, ſiue *Dax*. Vide inferius L. XXXI. ſ. 2. Cocoſatum apud Caeſarem mentio, l. c. Venamorum, Onobriſatumque nusquam: omnium perinde ſitus incertus. H.

q. *Belendi)* Supereſt eius nominis veſtigium in pago *Belin*, ad amnem Leriam in agro Boiorum, cui agro nomen eſt hodie *le Buch*. Ita Valeſ. in Notit. Gall. p. 524. H.

r. *Moneſi)* *Moneins*, inquit idem Valeſius, locus eſt hodieque non ignobilis in Benearnenſi agro: cuius forte incolae Moneſi dicti. H.

s. *Oſquidates)* Hi montani, mox etiam alii dicti campeſtres, a ſitu diſpari. Forte ſunt Δάτιοι Ptol. L. II. c. 7. inter Gabalos, et Auſcitanos. In MSS. Reg. et Colb. *Oſcidates.* H.

t. *Sibyllates)* Ita libri omnes, Caeſar L. III. Bell. Gall. p. 38. inter Garumnos et Cocoſates, Sibutzates locat: quos Valeſius in Notit. Gall. p. 514. inter Aquas Tarbellicas, et Baionam, ait ſedes olim habuiſſe, vbi nunc locus retinet nomen *Saubuſe*, ad Aturum amnem. H.

u. *Camponi)* Locus *Campan* in Bigerrionibus quod a Papirio Maſſono deſcribitur, in Geogr. Franc. p. 513. vt ſimilitudinem vocis, ſic veterum incolarum ſedem forte refert. H.

x. *Bercorcates, etc.)* Prorſus ignotae gentes. In MSS. R. Colb. et Chiffl. *Pimpedunni, Laſſunni.* H.

y. *Vellates)* Ptol. L. II. c. 7. Οὐέλαυνοι, inter Auſcios et Ruthenos. Tornates eius loci incolas ait fuiſſe Valeſius, cui loco nomen hodieque *Tournay*, in Bigerrionibus. Conſorannorum oppidum,

Aufci, Elufates, Sottiates z., Ofquidates campeftres, Succaffes a., b. Tarufates [1], Bafabocates c., Vaffei d., Sennates, Camboleĉtri e. Agefinates [2] Piĉtoni-

1. *Latufates. Gr. et Al.* 2. *Camboleĉtri, Agefinates. diftinĉtim Gr.*

dum, *Conferans.* Aufcorum vt Caefar, fiue Aufciorum, vt Ptolemaeus maluit, Auguftae, *Aufch.* Elufatium, Elufa, *Eufe*, vel *Eaufe*, in Comitatu Armoniacenfi. Infcriptio apud Gruter. p. 708. CIVI. ELVSENSI. Apud Caefarem, L. III. Bell. Gall. p. 38. *Fluftates*, pro *Elufates*, vt alii ante nos viderunt. In concilio Arelatenfi I. *Mamertinus Epifcopus, de ciuitate Elofatium.* In Agathenfi *Clarus Epifcopus de ciuitate Elufa.* H.

z. *Sottiates)* Ita libri omnes. Caefari, L. III. p. 37. *Sontiates.* Nunc eft *Soz* in Nouempopulania, et Aufcorum dioecefi. Oihenart in Notit. Vafcon. p. 446. H.

a. *Succaffes, etc.)* Succaffium appellationem feruat pagus *Secas*, inter Garumnam Leriamque amnes, leucis ab vrbe Burdigalenfi tribus. Auĉtor Valefius, p. 524. H.

b. *Tarufates)* Vide Not. et Em. N. CXIII. (hic confp.) *Tarufates, Bafabocates)* Prius *Latufates* corrupte legebatur. Tarufatium meminit Caefar, L. III. Bell. Gall. p. 38. *Vocates*, inquit, *Tarufates, Elufates.* Pagum hi tenuere, cui nomen hodieque prifcum, *le Turfan*, vt quidem exiftimat Mariana, L. III. hift. Hifp. c. 18. p. 118. Qui mox pro *Bafabocates*, *Bafatae*, *Boates* legi putant oportere, Boatiumque ciuitatem olim Boium fuiffe ex libello Prouinciarum Rom. afferunt, tefte vtuntur dubiae admodum fidei, fua fomnia faepe pro vero obtrudente, cuius mendacium hac in parte detegit Valefius in Notit. Gall. p. 329. H.

c. *Bafabocates)* Ita libri omnes. Hi Caefari L. III. p. 38. *Vocates* diĉti. *Vocates*, inquit, *Tarufates, Elufates.* Mox Vafatae, Bafataeque, iidem appellati, *Bazas.* Vide Not. et Em. Num. cit. H.

d. *Vaffei, Senates)* Forte Vaffarii, Οὐασσάριοι, Ptolemaei, L. III. c. 7. Gabalis proximi. H.

e. *Camboleĉtri)* Hi cognomine Agefinatum, ab aliis Camboleĉtris diftinguuntur, qui Atlantici cognominantur, in Narbonenfi, vt diximus, L. III. f. 5. Hos effe Incolismenfes credimus, *les Angoumoifins.* H.

Pictonibus iuncti. Hinc f. Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein ff. Lemouices, Aruerni g. liberi, h. Gabales [1]. Rursus Narbonensi prouinciae contermini i. Ruteni [2], k. Cadurci [3], Antobroges l., Tarneque m. amni discreti a Tolosanis Petrocori.

Maria

1. *Gabali. vide cap. 42. lib.* XI. 2. *Rutheni Gr.* 3. *Cadurci: Ninobriges Tarne amne discreti a Tolosanis. Patrocorii Ios. Scalig. Cathurci - Petrogori Gr. et Al.*

f. *Hinc Bituriges)* Nam et gentes eae quae Ligeri amne et Garumna, oceanoque clauduntur, debent Aquitanicae accenseri. Horum nobilissimi Bituriges, *les Berruyers:* Βιτȣ́ριγες οἱ Κȣ̃βοι. Ptol. L. III. c. 7. Ager *le Berri:* oppidum Auaricum, *Bourges.* H.

ff. *Dein Lemouices)* *Les Limosins:* oppidum, *Limoges.* H.

g. *Aruerni liberi)* Lucanus, L. I. v. 427. *Aruernique ausi Latio se dicere fratres.* Hodie *les Auvergnats.* Oppidum *Clermont en Auvergne.* Clarus mons, qui prius Nemossus appellabatur. Vide Sirmond. in Not. ad Goffrid. H.

h. *Gabales)* Sic libri omnes. *Le Givaudan.* In nummo Iustini Augusti apud Paul. Petauium, GABALORVM. Ciuitas Gabalorum in eo stetit loco, vbi nunc oppidum *Iaveux*, a Mimate, *Mande*, leucis quatuor dissitum. Ita G. de Catel, L. II. hist. p. 306. H.

i. *Ruteni)* De his egimus L. III. f. 5. Strabo, L. IV. p. 191. Ῥȣτηνοὶ δὲ καὶ Γαβάλεις τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζȣσι. H.

k. *Cadurci)* *Les Quercinois.* Ager, *le Quercy.* Oppidum *Cahors.* H.

l. *Antobroges)* Sic libri omnes, a quibus discedere mihi religio est: Nitiobriges signari puto, quorum oppidum apud Ptol. L. III. c. 7. Aginnum est, *Agen:* regio circumiacens, *l' Agennois.* H.

m. *Tarneque)* Tarnis *le Tar.* Celebres in ea prouincia fluuii, Tarnis Duranius, *la Dordonne*, Olda, *Loda*, Aturrus, vel Atyr, Tarbellam praeterfluens, *l' Ador*; Lucanus: — — *et ripas Atyri, quem littore curuo. Molliter admissum claudit Tarbellicus Ancon.* Dalec.

Tarneque) Tolosanos, inquit, a Petrocoris, Tarnis amnis disterminat, Petrocoris Cadurcos, Agennenses, et Albienses, vsque ad Tarnem amnem, armis et vi sibi subiicientibus. Nomen amni, *le Tarn.* Petrocoris, *Peri-*

Maria n. circa oram: ad Rhenum septemtrionalis Oceanus, inter Rhenum et Sequanam Britannicus, inter eum et Pyrenaeum Gallicus. Insulae o. complures Venetorum, quae et Veneticae appellantur, et in Aquitanico sinu p. Vliarus [1].

XXXIV. (XX.*) A Pyrenaei promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modo, verum q. etiam semetipsa, vt diximus, immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. Ipsa r. Pyrenaei iuga ab exortu aequinoctiali fusa in occa-

1. *Vlarus.* *M. et Fuxense exemp.* *l' Isle d' Oleron.*

Perigourdins. Agro, *Perigort.* Oppido, *Perigueux.* H.

n. *Maria circa)* Maria quibus ora Galliarum alluitur. H.

o. *Insulae complures)* Sunt ferme ducentae, desertae et incultae. Praestantissima in alto Calonesus, Καλόνησος, *Belle-Isle.* Describitur a Papirio Massono, p. 139. H.

p. *Vliarus)* A Sidonio, L. VIII. ep. 6. ad Nammac. *Olarionensis insula. Oleron.* H.

* *Citerior Hispania)* De Hisp. Sigon. de ant. iur. prou. libro I. c. 5. Onuphr. Imp. Rom. p. 768. et 884. et 891. Pancirol. lib. II. cap. 3. notit. *Dalec.*

q. *Verum etiam semetipsa vt diximus, immensum quantum)* Dispiciat hic curiosus lector, an scribi debeat non *quantum* (vt omnia praeferunt exemplaria) sed *cuneatur*, vt libro tertio capite tertio, *E radicibus Pyrenaei, vbi cuneatur angustiis inter duo maria. Pint.*

Semetipsa) Nempe vbi cuneatur angustiis inter duo maria, vnde deinde paulatim se pandit versus vlteriorem Hispaniam, vt dictum est L. III. f. 3. Adeo vt dimidio minor sit, qua Galliam tangit, quam vbi ad occidentem litus exporrigit, vt recte Mela, L. III. c. 1. p. 49. H.

r. *Ipsa Pyrenaei iuga ab exortu aequinoctiali fusa in occasum brumalem, breuiores latere septemtrionali quam meridiano Hispanias faciunt)* Lectio ridicula, secum pugnans, falsissima, contra Strabonem, Ptolemaeum, Pomponium, Plinium: ex qua etiam multa consequerentur absurda: denique contra vulgatum experimentum, cotidianamque et oculatam fidem. Ante omnia illud mihi dari peto, si Pyrenaei iuga

occasum brumalem, breuiores latere septemtrionali

ga ab oriente aequinoctiali in occasum brumalem porrigantur, vt hic verborum ostendit contextus, orientalem Pyrenaeorum extremitatem magis ad septemtrionem accessuram quam occiduam. Nam exortus aequinoctialis magis in septemtrionem inclinat, quam occasus brumalis. Hoc concesso, quod nemo diffiteri potest, sequeretur Oeasonem promontorium in septemtrionali Pyrenaeorum extremitate situm, cum illa sit etiam ex hypothesi orientalis, maiorem habiturum longitudinem, quam templum Veneris situm in extremitate occidua: magis enim distabit ab occidente, et meridiano per insulas fortunatas. Quod est manifeste aduersus Ptolemaeum, tradentem libro secundo, Oeasonis longitudinem esse partium XV. templi autem Veneris XX. et amplius. Cuius veridicum documentum incolis eius tractus, assiduis itineribus, crebrisque nauigationibus vltro citroque commeantibus, exploratissimum est, Strabo praeterea libro tertio, Pyrenaeos ab Austro in Boream protendi tradit, hoc est, a meridie in septemtrionem, non ab ortu in occasum. Pomponius quoque libro secundo, Pyrenaeos a templo Veneris et Ceruaria fine Gallicae orae, qua interno mari alluitur, ad oceanum Britannicum porrigi scribit. Ad haec si templum Veneris minoris esset longitudinis quam Oeaso, quis non videt, quum templum ipsum finis sit Galliae et initium Hispaniae, meridianum Hispaniae latus breuius futurum quam septemtrionale? quod est contra Plinium, qui statim subiungit, *Breuiores latere septemtrionali quam meridiano Hispanias faciunt.* Sed ne in re comperta amplius tundam, opinor oscitantem somniculosum librarium, verborum ordine mutato, vitiatisque syllabis scripsisse, *Ab exortu aequinoctiali in occasum brumalem;* cum e contrario scribendum esset, *Ab exortu brumali in occasum aequinoctialem.* Quam lectionem, si forte Pliniana non est, ad veram saltem propius accedere, rationique et experimento magis consentaneam, nemo puto inficiabitur. *Pint.*

Ab exortu) A Ruscinone vsque Gades. Vide Not. et Em. N. CXIV. (hic adi.) *Ipsa Pyrenaei iuga ab exortu aequinoctiali fusa in occasum brumalem)* Ipsa, inquit, Pyrenaei iuga Hispaniam sic irrum-

nali s. quam meridiano Hispanias faciunt. Proxima

rumpunt, vt ab ortu aequinoctiali quasi coepto cursu, per totam prouinciam longa serie immissa, perueniant demum in occasum brumalem, et ad ea Baeticae prouinciae litora, quae occidenti sunt aduersa: atque ita Hispaniae partem quae a Ruscinone Gades euntibus dextera est, ac septemtrionalis, faciunt breuiorem, ac angustiorem, quam meridiana est. Hanc esse scriptoris sententiam prodit apertissime tum ipsa oratio, tum Mela Pomponius, L. II. c. 6. p. 40. *Pyrenaeus primo hinc* (ab Eliberi et Ruscinone) *in Britannicum procurrit oceanum: tum in terras fronte conuersus, Hispaniam irrumpit, et minore eius parte* (nempe quae septemtrionem respicit) *ad dexteram exclusa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem prouinciam longo limite immissus, in ea litora, quae occidenti sunt aduersa, perueniat.* Hactenus Mela: cuius ex oratione intelligitur non de tota ista montis Pyrenaei latitudine ac serie nunc agi, quae ab Oceano Cantabrisque, ad Ibericum mare pertinet, qua in Gallias ab Hispania iter est: sed de eorumdem montium per mediam Hispaniam ductu ac veluti cursu in oceanum vsque Gaditanum. Hoc vero cum minime peruiderint viri alias eruditi Pintianus et Sepulueda, mirum quantas inter se lites de vero huius loci intellectu mouerint: quem aliter assequi se non posse ambo confessi sunt, quam Plinii verbis immutatis, atque in contrariam plane sententiam detortis: dum ille in Plinianis obseruationibus, *ab exortu brumali in occasum aequinoctialem:* iste L. III. ep. 46. p. 184. *ab exortu aequinoctiali in occasum aestiuum.* censet legi oportere, reclamantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis: atque adeo ipso reclamante Plinio, cuius mentem Mela planam facit. H.

s. *Latere septemtrionali)* Perpetuo montium tractu a Ruscinone ducto vsque Gades bifariam diuisa Hispania, latere septemtrionali, quod oceano alluitur, angustior ea est, quam meridiano, quae Iberico mari. Vide Not. et Em. N. CXV. (hic adi.) *Breuiores latere septemtrionali, quam meridiano)* abest ea vox *septemtrionali* a Reg. codd. Sed incuria amanuensium, vt arbitror, praetermissa: nam et orationis series id postulat signari, quod meridiano aduersum sit: et ipse

ma ora citerioris t. est, eiusdemque [1] Tarraconensis situs [2]: a Pyrenaeo per [3] oceanum u., Vasconum saltus: Olarso x.: Vardulorum y. oppida: Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum portus, vbi nunc Flauiobriga z. colonia. Ciuitatum a. IX. regio

1. *eius quoque. M.* 2. *situs consistit a.* 3. *prope. M-*

ipse Mela, a quo creditur haec Plinius mutuatus, loco proxime citato, geminum illud latus agnoscit: *Tarraconensis*, inquit, *altero capite Gallias, altero Baeticam Lusitaniamque contingens, mari latera obiicit nostro, qua meridiem, qua septemtrionem oceano.* H.

t. *Citerioris)* Nunc incipit Hispania citerior, eademque Tarraconensis, vbi Aquitanica Gallia definit, ad proximam Aquitaniae oram oceani. H.

u. *Per oceanum)* Per oceani oram ducto itinere, occurrunt Vasconum saltus, quae hodie regio *Guipuscoa* nominatur. H.

x. *Olarso)* Οἰασσὼ πόλις est Ptol. L. II. c. 6. in Vasconum oppidis maritimis: nunc pago *Oiarço*, leucis a Fontarabia duabus. Martiano *Iarso* dicitur. Et promontorii nomen est Olarso in oceanum profecti, quo finitur Hispania, inquit Mariana, L. I. hist. c. 2. p. 3. H.

y. *Vardulorum)* Οὐάρδουλοι Ptol. l. c. His hodie *Ipuscoates* dicti respondent. Morosgi, quantum ex situ coniicimus, fanum S. Sebastiani est. Μηνόσκα (sic enim scribit Ptol. in Vardulis) *Orio*: vtrumque in Guipuscoa. Vesperies, *Deua*, ad ostium amnis cognominis Δηούα ποταμοῦ, apud Ptolem. in Caristis, qui Alauenses hodie nuncupantur. H.

z. *Flauiobriga)* A Flauio Vespasiano Imp. cognominatam putant. Vide Garibay, L. VII. c. 10. Φλαουιόβριγα. Ptol. L. II. c. 6. in confinio Autrigonum, Caristorumque. Nunc *Vermeo* est, non *Bilbao*: ad oceani oram, leucis quatuor a *Leyquetio*. Sic Mariana, L. IV. hist. Hisp. c. 4. p. 143. et Oihenart. in Notit. Vascon. p. 153. H.

a. *Ciuitatum* IX.) Ait esse in Cantabris ciuitates nouem. Vide Not. et Em. N. CXVI. (paulo post.) Regioni hodie nomen *Asturias de Santillana*. *Flauiobriga colonia. Ciuitatum IX. regio Cantabrorum.* Praepostera interpunctio prius omnia miscebat. *Flauiobriga, colonia IX. ciuitatum,*

gio [1] Cantabrorum, flumen b. Sanda [2], portus c. Victoriae Iuliobrigensium. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta millia passuum. Portus d. Blendium [3], Orgenomesci [4] e Cantabris. e. Portus f. eorum Verasue-

1. *Flauiobriga, colonia ciuitatum* IX. *Regio Cantabrorum Gr. et Al.* 2. *Sanga. V. M.* 3. *Biendium. Gr.* 4. *Origeni, Corisci, Cantabri. ex Strab. l.* III. *Origeni mixtis Cantabris Gr. et Al.*

tum, Regio Cantabrorum. Quis coloniam nouem ciuitatum vnquam inaudiuit? Ipsam regionem Cantabrorum ciuitatibus nouem constare ait: Sic L. III. s. 3. *In Autrigonum decem ciuitatibus: Carietes et Vennenses quinque ciuitatibus: etc. In Vaccaeorum XVIII. ciuitatibus, etc.* Et libri huius sect. 7. similiter, *Regio Messenia duodeuiginti montium.* H.

b. *Sanda)* In MSS. R. *Sauga.* Colb. 1. 2. et Parm. ed. *Sanga.* Nunc est *Neruio:* Ptol. L. III. c. 6. Νεῤῥα in finibus Cantabrorum. Bilbaum alluit. Eum esse, qui Melae *Salia,* nunc *Rio de Sella* dicitur, male Pintianus existimauit. H.

c. *Portus Victoriae)* Recte Oihenartus in Notit. vtriusque Vasconiae p. 11. ait esse *Santandero:* quem S. Emederii portum appellat Mariana. H.

d. *Blendium)* Sic MSS. non *Biendium.* Nauale fuit eius vrbis, quam nunc Santillanam vocant. H.

e. *Orgenomesci e Cantabris)* E Cantabrorum populis. Oram ii tenuere a Santillana ad amnem Astario, qui Ouetum alluit. Vide Not. et Em. N. CXVII. (hic consp.) *Orgenomesci e Cantabris)* In MSS. R. 1. *Orgenonensci e Cantabris.* Colb. 1. *Orgenomisci.* Colb. 2. *Origenomisci.* Plinii editores inde nobis Origenos commenti sunt, *Origenis mistis Cantabris,* quos nec libri, nec auctores vlli agnoscunt. Fuit aliquando, cum scribendum putarem, *Curgionii mistis Cantabris:* quoniam Curgionios a Cantabris fatigatos crebros incursionibus scribit Florus, L. IV. c. 12. p. 198. Sed indubitata deinde visa est emendatio, *Orgenomesci e Cantabris,* quam totidem paene apicibus libri omnes conditiui exhibent, firmatque egregie Ptol. L. II. c. 6. vbi in oppidis Cantabrorum mediterraneis prope Astures, Ἀργενόμεσκον appellat, haud dubie pro Ὀργενόμεσκον. H.

f. *Portus eorum Vesci, Veca)*

rasueca.[1] ee. Regio f. Asturum, Noëga g. oppidum: In h. peninsula, Paesici [2]. Et i. deinde [3] conuentus Lucensis, a flumine Nauilubione, Cibarci, Egovarri [4] cognomine Namarini, Iadoni, Arrotrebae k., pro-

1. *Vesci, Veca Gr. et Al.* 2. *Pesici, Gr.* 3. *Et inde. V.* 4. *Aeguiarri. Ch.*

ca) Scribe coniunctim, *Vesciuesca*, tum ex antiquis codicibus, tum etiam quod celebretur in Hispania *Viruesca* Ptolemaeo secundo, aut *Vitrouesca* Plinio tertio. *Pint.*

ee. *Vcrea)sueca)* Ita MSS. non *Vesci, Veca.* Hodie *Villa viciosa:* ad confluentem amnis *Astario*, alteriusque ignobilis, in ora Asturum. H.

f. *Regio Asturum) Asturias de Ouiedo.* H.

g. *Nocga)* Νοίγα in Cantabris, apud Ptol. L. II. c. 6. Noega Melae, L. III. c. 1. in Asturum litore. Hodie *Nauia.* H.

h. *In peninsula)* Cui nomen est *Coruna*, in ora septemtrionali Gallaeciae. Παισικοὶ incolae Ptol. appellati. l. c. H.

i. *Et deinde)* Deinde, inquit, ad conuentum Lucensem, cuius oppidum praecipuum *Lugo*, paulo a mari recedit, pertinent populi in ea ora fusi vsque ad promontorium Celticum, a flumine Nauilubione: Ptol. Ναυιλλοίων est, L. II. c. 6. in Callaicis, siue Gallaecis Lucensibus, hodie *Rio de Mironda:* ad oppidum *Ribadeo* in mare deuoluitur. Vide Not. et Em. N. CXVIII. (hic pos.) *Et deinde — — a flumine Nauilubione)* Ita quidem Barbarus reposuit, ex Ptol. L. II. c. 6. apud quem Ναυιλλοιώνος amnis mentio. At idem et Ναβίε quoque ποτάμε meminit iuxta Nauilubionem: vnde forte defendenda vetus lectio codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Parm. ed. *A flumine Nauia, Albiones:* vnde vnde tandem Albiones ii appellationem sortiantur. Ceterorum quoque populorum obscura nomina, situs incertus. Id vnum liquet, a flumine mox appellato, ad promontorium Celticum, *Cap de Fineterre*, oram omnem tenuisse. In MSS. mox appellatis, legi, *Aeguiarri cognomine Narini, Iadoni, Arroni, Arrotrebae.* H.

k. *Arrotrebae)* Quos et Ἀρτάβρες et Ἀροτρέβας appellatos aetate sua Strabo prodidit, L. III. p. 154. Habet iuxta Nerium promontorium Ἀρταβρῶν λιμένα, Ptol. L. II. c. 6. H.

promontorium 1. Celticum. Amnes: Florius m., Nelo,

1. *Promontorium Celticum. Amnes Florius)* Barathrum hic occurrit ingens, et librariorum altiſſimus ſomnus, vel lethargus potius, illo Epimenidis multo monſtroſior. Nam quae hic ſubiicienda erant, in proximum et tertium ab hoc caput reiecerunt, permiſtis omnibus et confuſis in vnum veluti cyceona. Sequatur igitur diligens lector tractatus ſeriem, contextumque verborum ſequent. *Promontorium Celticum, quod alii Artabrum appellauere, terras, maria, caelum diſterminans. Illo finitur Hiſpaniae latus, et a circuitu eius incipit frons: Septemtrio hinc Oceanusque Gallicus, Occaſus illinc et oceanus Atlanticus. Promontorii excurſum* LX. M. *prodidere: alii* XC. *Ad Pyrenaeum inde non pauci* XII. L. *et ibi gentem Artabrum, quae numquam fuit manifeſto errore. Arotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco poſuere, literis permutatis. Amnes Florius, Nelo, Celtici cognomine Neriae, ſuperque Tamarici, quorum in peninſula tres arae Seſtianae Auguſto dicatae, Cepori, oppidum Nocla, Celtici cognomine Praeſamarci, Cileni. Ex inſulis nominandae, Corticata, et Aunios. A Cilenis conuentus Bracarum, Heleni, Grauii, Caſtellum Tyde, Graecorum ſobolis omnia. Inſulae Cicae. Inſigne oppidum Abobrica. Minius amnis* IV. M. *paſſ. ore ſpatioſus, Leuni, Seurbi, Bracarum oppidum Auguſta: quos ſupra Gallaecia, flumen Limia. Durius amnis ex maximis Hiſpaniae, ortus in Pelendonibus et iuxta Numantiam, lapſus deinde per Areuacos, Vaccaeos, diſterminatis ab Aſturia Vectonibus, a Luſitania Gallaecis, ibi quoque Turdulos a Bracaris arcens. Erratum et in amnibus inclytis. Ab Minio quem ſupra diximus* CC. M. *paſſuum, vt auctor eſt Varro, abeſt Aeminius, quem alibi quidam intelligunt, et Limeam vocant, Obliuionis antiquis dictus. Omnisque dicta regio a Pyrenae metallis referta auri, argenti, ferri, plumbi, nigri albique. A Durio Luſitania incipit. Turduli veteres, Peſuri, flumen Vacca, Oppidum Vacca, Oppidum Talabrica. Oppidum et flumen Minium. Oppida Conimbrica, Collippo, Eburo, Britius. Excurrit deinde in aliud vaſto cornu promontorium, quod alii magnum appellauere, multi Oliſipponenſe ab oppido. Ab Durio Tagus* CC. M. *paſſuum interueniente Munda,* et reliqua vſque ad finem capitis XXII. Et hic quidem ordo eſt,

Nelo. Celtici cognomine Neriae n., ſuperque o. Tamarici, quorum in peninſula tres arae Seſtianae p. Auguſto dicatae: q. Capori [1], oppidum Noëla. r.

P 2 Celti-

1. *Caepori. Gr.*

eſt, conceptusque verborum Plinii, vt res ipſa ſitusque locorum veluti intento digito monſtrare videtur. Nunc quaedam ex antedictis quae cenſura indigent, repetemus. *Pint.*

Amnes Florius, etc.) Multa ex hoc loco in proximum et tertium caput perperam videntur traiecta, ex rerum ſerie, locorumque ipſorum ſitu municipiis ſuis reſtituenda. *Dalec.*

Celticum) *Cap de Finetèrre*, ſiue S. Mariae in finibus terrae. Νέριον ἄκρον Ptol. L. II. c. 6. a quo Neriae mox appellandi. H.

m. *Florius)* Hic modo *Rio Lezaro*: Nelo, *Vlla* dicitur. H.

n. *Neriae)* Ii apud Melam, in eo tractu pariter vltimi: accolae nempe promontorii, quod diximus, *Cabo de Finis terrae.* H.

o. *Superque)* Et ſupra Nerias in mediterraneo poſiti Tamarici, per quos Tamaris fluuius labitur, qui inter *Lezaro*, et *Vlla* in mare ſe demittit. Ταμαρᾶς Ptol. vnde hodieque regioni nomen eſt, *Traſtamara*: amni, *Tambre*. De Tamaricis, Mela, L. III. c. 1. H.

p. *Arae Seſtianae)* Mariana, L. III. hiſt. Hiſp. c. 25. p. 133. vbi de Auguſti Caeſaris in Hiſpaniam aduerſus Cantabros expeditione verba facit: Arae Sextianae, inquit, Melae, Plinii, ac Ptolemaei literis celebratae, atque in honorem Auguſti conſtitutae in peninſula, pyramidum forma, cochlea ab imo ad ſummum pertinente, creditae ſunt a nonnullis, huius belli monumenta fuiſſe, (veſtigia earum ad oppidum Gegionem, ab Oueto XX. mill. paſſ. exſtare affirmant:) coniectura neque contemnenda prorſus, neque prorſus conſtanti: cum alii Aras Sextianas a Sexto Apuleio excitatas malint, eo quem per hoſce annos, de Hiſpania triumphaſſe Tabulae Capitolinae docent. Ita vir ille ſane pereruditus: cui quidem de Ararum cauſa aſſentior, de ſitu non item: cum ex Pliniana ſerie haud procul Celtico Nerione promontorio ſtatutae videantur. H.

q. *Capori)* Ptol. L. II. c. 6. Κάποροι, quorum oppidum mediterraneum *Iria Flauia*, hodie vt a nonnullis, *Compoſtella*, quae vox conflata e duabus,

Celtici cognomine Praesamarci, Cileni. s. Ex insulis nominandae, t. Corticata, et Aunios. A u. Cilenis, conuentus Bracarum, Heleni, x. Grauii [1], castellum Tyde, Graecorum sobolis omnia. Insulae y. Cicae. Insigne oppidum Abobrica. z. Minius a. amnis

1. *Gronii. Vet.*

duabus, *Iacomo Apostolo*, S. Iacobi Apostoli fanum sonat. H.

r. *Noela)* In MSS. Reg. et Colb. *Noela*, *Noya*, ad amnem Tamarim *Tambre*, cuius vtramque ripam tenuere Celtici Praesammarci: sic enim habet Mela L. III. c. 1. librique Pliniani vulgo editi: at MSS. et Parm. editio *Praestamartii*. H.

s. *Cileni)* Ptol. L. II. c. 6. Κιλινοί, quorum oppidum Ὕδατα θερμά, *Aquae calidae*, quae Antonino *Aquae Celinae* appellantur. In Conc. Tolet. I. apud Loaisam, p. 38. *Exuperantius Ep. de Gallicia*, *Lucensis conuentus, municipii Celenis*. Tenuisse Cileni videntur ab amne Tamari, ad amnem seu *Rio Loriz*, qui vrbem *Pontevedra* alluit, inter Compostellam et Tyden. H.

t. *Corticata*, etc.) Quantum ex situ coniectamus, ambarum haec hodie nomina, *Salicora et Blydones*: illa ad amnis Vllae, haec ad *Rio Loriz* ostia posita. H.

u. *A Cilenis)* Post Cilenos, inquit, pertinent iam ad conventum Bracarensem, de quo diximus L. III. s. 4. Helleni: quorum oppidum in Gallaecia apud Strabonem, L. III. p. 157. Ἕλληνες appellatum esse, quoniam a Graecis conditum erat, auctor est Asclepiades Myrleanus. Hodie *Pontevedra*, teste Mariana, in hist. Hisp. hoc est, Pons vetus. H.

x. *Grauii)* Quasi Graii dicti. Sil. Ital. L. III. *Et quos nunc Grauios violato numine Graiûm Oeneae misere domus, Aetolaque Tyde*. Ptolemaeo sunt Γρούϊοι, L. III. c. 6. quorum oppidum Τοῦδαι. Melae, ceterisque Tyde, hodie *Tuy*. In MSS. Reg. et Colb. *Grouii*. H.

y. *Insulae Cicae)* Abest id nomen *Cicae* a codd. Reg. In quibusdam *Siccae* legas. Deorum insulae alias a nonnullis appellatae: hodie *les Isles de Baionne*. H.

z. *Abobrica)* Nunc *Baiona*, supra ostia Minii, oppidum munitissimum. H.

a. *Minius)* Accolis *Minho*: nomen si Iustino credimus, a minio, quod in ripa profert. At minium amnis Sil, qui

amnis, IV. M. paſſ. ore ſpatioſus. b. Leuni [1], Seurbi. Bracarum c. oppidum Auguſta, quos ſupra Gallaecia. Flumen, Limia d.: Durius e. amnis ex maximis Hiſpaniae, ortus in [2] Pelendonibus, et iuxta Numantiam lapſus, dein per Areuacos Vaccaeosque, diſterminatis ab Aſturia Vettonibus [3], a Luſitania Gallaecis, ibi quoque Turdulos a Bracaris arcens. Omnisque dicta regio a Pyrenaeo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi nigri albique.

XXXV. (XXI.) A f. Durio Luſitania incipit: Turduli g. veteres, h. Paeſuri [4]: flumen i. Vacca [5]. Oppidum

1. *Lebuni. Vet.* 2. *Pelondonibus. V. et Ch.* 3. *Vectonib. V.* 4. *Peſuri Gr.* 5. *Baccia. Ort. Vagia. M. Ch.*

qui in Minium labitur, aquarum copia eo maior, ſolus edit. H.

b. *Leuni, Seurbi)* Ita libri omnes. Tractum eum tenuere ii cum Btaccaribus, qui inter Durium, Miniumque patet: quem ab vtroque amne quo ea regio clauditur, *Antredoraminho* appellant. H.

c. *Bracarum)* Et Bracares, inquit, ad oram vsque pertinent: oppidum a mari ſemotum Auguſtam habent: hodie *Brague*, ad *Cavado* fl. Apud Gruter. Inſc. p. 324. BRACARAVGVSTANI. H.

d. *Limia)* Λιμίας Ptol. L. II. c. 6. iuxta Minii amnis oſtia. Mela, L. III. c. I. *Et cui obliuionis cognomen eſt Minia.* Sed falli Melam, quod ad obliuionis cognomen attinet, infra diſcemus ex Plinio. Hodie *Lima.* H.

e. *Durius)* Accolis *Douro*, De his qui mox appellantur, populis, quos Durius alluit, ac diſterminat, egimus ſuperiore libro. Praeter Numantiam labi auctor eſt etiam Strabo, L. III. p. 153. H.

f. *A Durio Luſitania incipit)* Vbi ſe in mare Durius *Douro* exonerat, ad oppidum *Porto*: ex quo cum aduerſo ei ad Auſtrum *Cale*, factum eſt Portucalliae nomen: quod recentiores euphoniae cauſa in Portugalliam mutavere: non a Gallis, ex Terrae ſanctae peregrinatione appellentibus, vt fabula refert: nam neque illac ad nos ex oriente reditur: neque tunc Galli appellabantur, ſed Franci. H.

g. *Turduli veteres)* Ab his prodiiſſe ſignificat eos qui eodem nomine in vlteriore Hiſpa-

pidum Talabrica. Oppidum, et flumen k. Aeminium [1]. Oppida: l. Conimbrica [2], m. Collippo [3], n. Eburobritium [4]. Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium o. quod alii Artabrum appellauere,

1. *Eumenium. Tol. M. Minium. Gr. et Al. Aeminium. V.* 2. *Cinumbriga. M. Tol.* 3. *Olisippo. V.* 4. *sic etiam vno vocabulo. Ortel. Eburo, Britium, Gr. et Al. Britoleum. V. Britticum. M.*

Hispania superius sunt appellati, L. III. c. 3. H.

h. *Paesuri*) Gruteri inscriptio p. 162. PAESVRES. Hi cum Turdulis a Durio ad Vaccam tenuere, vbi nunc oppida *Lamego et Arouca.* H.

i. *Vacca*) MSS. Reg. et Colb. *Vagia.* Marcianus Heracl. p. 74. Οὐακὰ ποταμὸς. Nunc Lusitanis *Vouga et Couga.* Ad Alueirum oppidum, *Aveiro*, e Talabricae ruderibus excitatum, in mare deuoluitur. Τὰ Ταλάβριγα Appiano, in Iber. p. 295. et Ptol. L. II. c. 5. H.

k. *Aeminium*) Hodie *Agueda* nomen est oppido amnique commune. Vide Not. et Em. N. CXIX. (hic exst.) *Oppidum et flumen Aeminium*) Prius *Minium* legebatur. At et Αἰμίνιον oppidum Lusitaniae Ptolemaeo, L. II. c. 5. item Antonino. Et in Conc. Tolet. III. apud Loaisam, p. 228. Possidonius Eminiensis ecclesiae episcopus subscripsit. In MSS. Reg. et Colb. et in ed. Parmensi *Eumenium.* H.

l. *Conimbrica*) MSS. Reg. et Colb. *Cinumbriga.* Oppidum fuit, nunc dirutum; *Condeja la Veja*, Condexa vetus. Tribus ab ea leucis, ex illius ruderibus excitata noua Conimbrica, *Coimbra*: vel *Conimbre.* H.

m. *Colippo*) Ex eius ruinis creuit ciuitas Leirinensis *Leiria*, quae Colippo noua dici potest, inter Olisiponem, et Conimbricam, in ea Lusitaniae parte, quam Estremaduram vocant. Inscriptio Gruteri, p. 323. COLLIPONENSIVM. Et p. 1155. EX. LVSITANIA. MVNICIPI. COLLIPPONENSI. H.

n. *Eburobritium*) Hodie *Ebora de Alcobaça*, haud procul Leiria, super Olisiponem. H.

o. *Promontorium*) Hodie *Capo di Rocca Sintra.* Vide Not. et Em. N. CXX. (hic pos.) *Promontorium, quod alii Artabrum*) Pelicerius in not. MSS. cum Pintiano, Casaubono, Resendio, Salmasioque in Solinum, p. 276. insigni

lauere, alii Magnum, multi Olisipponense [1], ab oppido, terras p., maria, caelum disterminans.

P 4 Illo

1. *Olyssiponense Gr. et Al.*

signi nunc errore Plinium, et illum secutos Solinum Martianumque, Magnum promontorium, siue Olisiponense, idem cum Artabro existimasse aiunt: quamquam si error est, non in Plinium ipsum; sed in eos coniici potius oportuit, quos eius sententiae appellat auctores. Est tamen simile veri, etsi id nullus veterum prodat, esse Artabrum promontorium, sumto ab incolis Artabris, aut dato his nomine, illud quod Celticum sect. sup. Plinius, Pomponiusque: Nerium Strabo, ac Ptolemaeus vocarunt. Verum isto disterminari, caelum, terras, maria, non Olisipponensi, atque adeo defendi a culpa Plinium minime posse, vt Pelicerius aliique contendunt, tam falsum est, quam quod falsissimum. Quid Hispaniae latus esset, quid frons nesciisse ii videntur: Nos suo loco aperuimus, interpretationemque hanc nostram Plinii Pomponiique loca egregie constabiliunt. Ille enim de hoc ipso promontorio Olisipponensi, L. II. s. 112. *Promontorium Artabrum,* inquit, *quo longissime frons procurrit Hispaniae.* Et hac ipsa libri huius sectione, *Promontorium Sacrum e media prope Hispaniae fronte prosilit.* Quibus verbis prodit apertissime tribus omnino frontem eam effici promontoriis: A Iunonio: quod est circa Gaditanum fretum, incipere: in Sacro, quod S. Vincentii vocant, esse mediam, vbi caput Europae statuitur a Dionys. Perieg. v. 562. ad Artabrum denique longissime procurrere, in quo desinat. Inde versus Gallaeciam facto circuitu, latus incipere septemtrionale Hispaniae Lusitaniaeque. Namque vt Pomponius tradit, L. II. c. 6. *Lusitania oceano tantummodo obiecta est: sed latere ad septemtrionem, fronte ad occasum.* H.

p. *Terras,* etc.) Ad terras certe quod pertinet, citra id promontorium est pars Lusitaniae hactenus descripta, quod est Hispaniae latus, et Lusitaniae, septemtrionale: vltra, occidentalis ora. Ad caelum, hinc ipse septemtrio, inde occasus. Ad maria, Gallicus, vel si mauis, Callaicus ab eo latere oceanus: ab illo Atlanticus. H.

Illo q. finitur Hispaniae latus, et a circuitu eius incipit qq. frons[1]: (XXII.) Septemtrio r. hinc, oceanusque s. Gallicus[2], occasus illinc, et oceanus Atlanticus. Promontorii excursum LX.[3] M. prodidere, alii XC. M. pass. Ad Pyrenaeum inde non pauci XII. t. quinquaginta millia, et ibi gentem Artabrum,

1. *frons septemtrionis. Hinc Oceanus, etc. M. ita vt septemtrionis vox ad c. praecedens pertineat.* 2. *Calaicus. Ch.* 3. XL. *V.*

q. *Illo finitur Hispaniae latus, etc.*) Lege: *Illo finitur Hispaniae latus et a circuitu eius incipit frons.* Sequitur deinde aliud caput cum hoc titulo: *Insulae in Oceano*, caput ita incipit: *Septemtrio hinc, etc.* quae ita disiecta sunt ac dissipata, vt integri corporis vmbra vix appareat: sic ergo reconcinnanda sunt: *Illo finitur Hispaniae latus, et circuitu eius hinc incipit frons Septemtrionis, Oceanusque Gallicus: occasus illinc et Oceanus Atlanticus.* Titulus autem supra scriptus: *Insulae in Oceano Atlantico.* ita enim integre legi debet, reponendus est infra ante illa verba: *Ex aduerso Celtiberiae complures sunt insulae.* inde nouum caput auspicandum est. Vide *Salmas.* pag. 275. b.

Hispaniae latus) A promontorio Celtico ad Artabrum, siue Olisiponense. H.

qq. *Incip. fr.*) Ab Olisiponensi promontorio ad Gaditanum fretum. H.

r. *Septemtrio hinc oceanusque Gallicus*) Gallicus oceanus, vt superius ostensum est, inter Sequanam Galliae fluuium, et Pyrenaeum statuitur. Quapropter non *Gallicus* scribendum contenderim. De quo inter alios Martialis poëta libro X. ad Maternum Iurisconsultum. *Municipi, Materne, tuo, veterique sodali, Calaicum mandas si quid ad Oceanum. Pintian.*

s. *Oceanusque Gallicus*) Vide Not. et Em. N. CXXI. (hic consp.) *Oceanusque Gall.*) In Chiffl. cod. *Calaicus*, seu potius *Callaicus*, a gente Callaica, hoc est, Gallaecis. At vulgatam scripturam defendunt codd. R. et Colb. Martianus quoque L. VI. cap. de Hispania, p. 202. Quin ipse Plinius L. IX. s. 3. oceanum hunc Gallicum vocat, vt suo loco monebimus. H.

t. XII. *quinquag.*) Hoc est, duodecies centena et quinquaginta millia pass. Mensura enim haec est adnauigationis per sinus, recessusque sinuum, a promontorio isto ad Pyrenaeum. H.

tabrum, quae numquam fuit, manifesto u. errore. Arrotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco posuere literis permutatis. Erratum et in amnibus inclytis. Ab Minio, quem x. supra diximus, cc. M. pass. (vt auctor est Varro) abest Aeminius y., quem z. alibi quidam intelligunt, et a. Limaeam [1] vocant, Obliuionis antiquis dictus, multumque fabulosus. b. Ab Durio Tagus cc. M.

 pas-

1. *Lethaeum vocant ab obliuione antiquis dictum, multumque fabulosum.*

u. *Manifesto errore)* Qui tamen aeuo Strabonis inualuerat, vt diximus sup. sect. H.

x. *Quem supra)* Sect. sup. H.

y. *Aeminius)* De quo hac sect. diximus: ad ea verba: *Oppidum, et flumen Aeminium.* H.

z. *Quem alibi quidam)* In his est Mela, vt indicauimus, sect. sup. ad ea verba, *Flumen, Limia.* Is enim Limiam cum Aeminio, qui Obliuionis amnis est appellatus, confundit: recte distinguit Appian. in Iber. p. 295. H.

a. *Limaeam)* Limia Melae l. c. Straboni, L. III. p. 153. ὁ τῆς Λήθης, ὃν τινες Λιμαίαν καλοῦσιν. *Obliuionis fluuius, quem quidam Limaeam vocant.* H.

b. *Fabulosus)* Origo ea fabulae fuit. Lusitani Celtici, qui Anam seu Guadianam fluuium accolebant, inita cum antiquis Turdulis amicitia, copias iunxere paribus in eamdem expeditionem armis. Transvecti amnem, siue Limiam, siue Aeminium, orta ibi seditione, communem amisere ducem. Tum vero et simultatum obliti, et soli amoenitati illecti, suas ibidem sedes posuere. Imperitum vulgus deinde credidit, insita aquis illis ea virtute, et expeditionis susceptae, et patriae obliuionem potasse. Ea vero fama in posteros sic inualuit, vt annis postea voluentibus, cum Decius Iunius Brutus, Romani exercitus Imperator, ad eum amnem venisset, nullo posset imperio milites Romanos adigere, vt fluuium transmitterent: cum id esset animis omnium persuasum: se patriae suae aeterna statim obliuia subituros. Vide Flor. L. II. c. 17. p. 91. Strabon. L. III. p. 153. Plutarch. in Quu. Rom. p. 272. Appian. in Iberic. p. 294. A. V. C. DCXVIII.

passuum, interueniente Munda. c. Tagus d. auriferis arenis celebratur. Ab eo CLX. M. pass. promontorium. Sacrum e. e media prope Hispaniae fronte prosilit: XIV. f. M. pass. Inde ad [1] Pyrenaeum, medium colligi Varro tradit. g. Ad [2] Anam vero, quo Lusitaniam a Baetica discreuimus h., CXXVI. [3] M. pass. a Gadibus CII. i. M. pass. additis. Gentes k.: Celtici, Turduli [4], et circa Tagum l. Vetto-

1. *et ad Pyrenaeum medium colligit, vt Varro tradit. V.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Tol. Ab Ana vero* — CCXXVI. *Gr. et Al.* 3. CXXI. *Tol. Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. V. Varduli Gr. et Al.*

DCXVIII. Brutus ibi Proconsul fuit. H.

c. *Munda)* Inter Durium et Tagum fluens amnis, *Mondego*, Conimbricam alluit: aurifer ipse perinde ac *Tagus*. Ptol. L. II. c. 5. Μόνδα. H.

d. *Tagus auriferis)* Vide quae dicemus, L. XXXIII. s. 21. H.

e. *Sacrum)* Nunc S. Vincentii, *Cabo de S. Vincente*. De fronte Hispaniae superius egimus, hac sect. H.

f. XIV. *M. pass.)* Hoc est, quatuordecies centena mill. pass. per mediam Hispaniam facto itinere, a promontorio Sacro ad medium Pyrenaeum. H.

g. *Ad Anam)* Ab Ana fluvio, inquit, distat Sacrum promontorium CXXVI. M. pass. Sic MSS. Reg. et Colb. etc. non CCXXVI. H.

h. *Discreuimus)* L. III. s. 3. H.

i. CII. *M. pass.)* Sic erunt omnino a promontorio Sacro ad Gades, CCXXVIII. M. P. H.

k. *Gentes)* Vltra Tagum positae, versus Austrum, supra Algarbiae, vt vocant, regnum: Celtici, Turdulique: de quibus egimus L. III. s. 3. cognomines, fintimi, affines. Turdulorum ciuitas Emerita fuit, de qua inferius, teste Strabone, L. III. p. 151. Vnde colligas Vettonum Turdulos clientes fuisse. Celticorum, Pax Iulia fuit, aliaeque, vt mox dicemus. H.

l. *Circa Tagum)* Nam vtramque Tagi ripam, omnemque circum regionem late Vettones, siue Vectones tenuere: oppida habuere insignia, citra Tagum Salmanticam, apud Ptol. L. II. c. 5. vltra, Augustam Emeritam, quam *claram Vettoniae coloniam* Prudentius vocat, hymno

Vettones. Ab Ana ad Sacrum, Lusitani. m. Oppida memorabilia a Tago in ora, n. Olisipo [1] equarum o. e Fauonio vento conceptu nobile: Salacia p. cognominata vrbs Imperatoria: Merobrica q.: Promontorium Sacrum: et alterum r. Cuneus [2]. Oppida:

1. *Olysippo. Gr. et Al.* 2. *Caeneus. M. Ch.*

mno 9. in Eulaliam, v. 186. *Nunc locus Emerita est tumulo Clara colonia Vettoniae, Quam memorabilis amnis Ana, Praeterit etc.* Supra Anam Vettones habitasse etiam auctor est Strabo, L. III. p. 139. Inscriptio Gruteri, p. 591. PROVINC. VETTONIAE. H.

m. *Lusitani)* Vbi fere Algarbia est, *les Algarbes.* H.

n. *Olisipo)* Vlyssem venisse in Hispaniam, atque in Lusitaniae litore vrbem Vlyssiponem condidisse, Strabo, Solinus, Martianusque censent, ipsoque ex nomine coniectura ducta confirmant. Refellunt quidam tum nominis argumento: nam Olisipo ex antiquis monumentis, et lapidum inscriptionibus nominari, scribique debet: et quoniam Vlyssis arae supra mare Armoricum in Belgis non vno loco exstabant. Nempe ex Graeca vanitate, quem in Deorum numero habebant, ei templa atque oppida consecrabant: quod Hispanis contigisse etiam non inepte prorsus arbitrantur. Ita fere Mariana, L. I. c. 12. sub finem p. 22. Apud Gruter. inscriptio p. 252. 261. et 273. FELICITAS. IVLIA. OLISIPO. Ptol. L. II. c. 5. Ὀλισσίπων. Nunc *Lisbonne.* Altitudine Poli grad. 38. 45'. 25". ex D. Couplet, in Historia Acad. anni 1700, p. 127. H.

o. *Equarum)* Dicemus ea de re L. VIII. s. 67. H.

p. *Salacia)* Hodie *Alcacer do Sal*, inter Eboram et oceanum, medio ferme intervallo. Inscriptio Gruteri, p. 13. MVNICIPI. SALACIEN. H.

q. *Merobrica)* Gruteri inscriptio, p. 242. ORDO. MEROBRIC. sed suspecta mihi. Oppidum interiit, e ruderibus proxime excitatum alterum, cui nomen est, *Santiago de Caçem*: medio ferme itinere inter Olisiponem, et promontorium Sacrum, *Cabo S. Vincente.* H.

r. *Cuneus)* Hodie *Cabo di S. Maria.* Ager inter Anam et Sacrum promontorium, Cuneus a Mela vocatur, L. III. c. 1. interiacente eo promontorio, quod a Plinio, de agri

pida s.; Offonoba, Balfa, Myrtilis. Vniuerfa prouincia diuiditur in conuentus tres, Emeritenfem, Pacenfem, Scalabitanum. Tota populorum XLVI.[1] in quibus coloniae funt quinque, municipium ciuium Rom. vnum: Latii antiqui tria: ftipendiaria, XXXVI. Coloniae: Augufta t. Emerita, Anae fluuio appofita: Metallinenfis u., Pacenfis x., Norbenfis y., Caefa-

1. XLV. *Gr. et Al.*

agri nomine, Cuneus fimiliter appellatur. H.

s. *Oppida)* Pomp. Mela, l. c. *in Cuneo agro*, inquit, *funt Myrtilis, Balfa, Offonoba.* Eodem ordine Marcianus Heracl. p. 73. ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τȣ̃ Ἄνα ἐπὶ Βάλσα — ἀπὸ δὲ Βάλσων εἰς Ὀσσόνοβα — ἀπὸ δὲ Ὀσσόνοβα ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον. Sic enim hic locus legendus, Offonoba *Eftombar*, Roderico Caro, L. III. Antiq. Lufit. c. 75. Balfa, Refendio auctore, L. IV. Ant. Lufitan. *Tavira* eft: vtraque Algarbicae ditionis: ifta metropolis, Myrtilis, Ptolemaeo, L. II. c. 5. ex MS. noftro Ἰουλία Μυρτιλὶς, hodie *Mertola*, ad Anam, in confinio Algarbiae, Lufitaniaeque. H.

t. *Augufta Emerita)* Veftigia tantum fuperfunt: loco nomen eft *Merida*, ad Anam. Veteranos milites eo deductos Augufti iuffu, auctor eft Dio, L. LIII. p. 514. Nummos duos profert Patinus in familia Carifia, p. 65. huius deductae coloniae indices ac teftes. Gruterus, infcriptionem, p. 13. COLONIAE EMERITENSIS H.

u. *Metallinenfis)* Metallinum, hodie *Medelin*, in Eftremadura ad Anam fluuium, vbi falfo creditus, poft leucarum aliquot occultationem, amnis emergere. Antonino in itinere a Corduba Emeritam, Metellinum ab Emerita, M. P. XXIV. diftare prodidit. H.

x. *Pacenfis)* Ciuitas olim Pax Iulia, Παξιȣλία Ptol. L. II. c. 5. in Turdulis, fiue Turdetanis: eadem Augufta cognominata: Παξαυγȣ̃στα Straboni, L. III. p. 151. in Celticis Lufitanis, Nunc *Beja*: in cuius oppidi foro cippum effe Gruterus ait, p. 261. cum infcript. COL. PAX. IVL. Pacis Auguftae deinde nomen ad Badiocenfes tranfiit, quorum oppidum in Turdulis fuit. Vide Refendium in Epift. de Colonia Pacenfi. Vlpian. L. L. Digeft. tit. 15. de cenfibus: *In Lufitania Pacenfes, fed Emeritenfes iuris Italici funt.* H.

Caesariana [1] cognomine. Contributa z. sunt in eam Castra Iulia, Castra Caecilia. Quinta est a. Scalabis [2], quae Praesidium Iulium vocatur. Municipium ciuium Rom. Olisipo, Felicitas b. Iulia cognominatum. Oppida veteris Latii: Ebora c., quod item Liberalitas Iulia: et Myrtilis ac Salacia, quae cc. diximus. Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, d. praeter [3] iam dictos in Baeticae cognominibus,

1. *Caesarina. Ch.* 2. *Sallabis. Ch.* 3. *praeter iam dictos in Baetica cognomines. supra lib.* III. *cap. 1.*

y. *Norbensis)* Νῶρβα Καισάρεια. Ptol. L. II. c. 5. Hodie *Alcantara*, Lusitaniae quondam, nunc Castellae veteris oppidum ad Tagum, ponte ibi Traiani nobile: aut certe ex Norbensis ruderibus haud procul id conditum. H.

z. *Contributa)* Norbensi iurisdictioni obnoxia, seu iura Norbam petere coacta. Castra Iulia, nunc *Truxillo*, quasi *Turris Iulia*: in dioecesi Placentina, Castellae nouae, inter Emeritam, Placentiamque, medio ferme interuallo: haud procul a castris Caeciliis, quibus nomen est *Caceres*: non vt quibusdam visum est, *S. Maria de Guadalupe*. Pro *Castra Iulia*, MSS. Reg. et Colb. *Castra Seruilia.* Caecilia Ptolemaeo memorantur, L. II. c. 5. Antonino Caeciliana dicta, in Lusitania, itinere ab Olisippone Emeritam, quod per viarum anfractus plurimos agebatur. H.

a. *Scalabis)* A Diua Irene virgine, nomen habet hodie *Santarena*: apud Ptol. L. II. c. 5. Σκαλάβισκος, Τακούβις, etc. forte pro Σκαλαβὶς κολ. hoc est κολωνία. H.

b. *Felicitas)* De eo cognomine paulo ante egimus. H.

c. *Ebora) Euora*, inter Anam et Tagum. Apud Resend. de Antiq. Eborae, inscript. quam Gruter. refert p. 489. LIB. IVL. EBORA. Hoc est, *Liberalitas Iulia Ebora:* non *Libertas*, vt Scaligero visum in Indice Gruteri. H.

cc. *Quae diximus)* Plane modo, hac sect. H.

d. *Praeter iam dictos)* Praeter eorum oppidorum ciues, quos in Baetica Lusitanis esse cognomines diximus, L. III. s. 3. iis verbis: *Celticos a Celtiberis ex Lusitania aduenisse manifestum est: sacris, lingua, oppidorum vocabulis: quae cognominibus in Baetica distinguuntur.* H.

finibus, Augustobrigenses e., f. Ammienses [1], g. Aranditani [2], h. Arabricenses [3], i. Balsenses [4], Caesarobricenses [5], Caperenses, Caurenses k., Colarni, Cibilitani l., Concordienses m., Elbocorii n., Interannien-

1. *Eminienses. M.* 2. *Aranitani. V. Pranitani. M. Araditani Gr. et Al.* 3. *Taxabricenses. Axabricenses Gr. et Al.* 4. *Blacenses. V.* 5. *Caesarobrienses. M. Ch.*

e. *Augustobrigenses)* Augustobriga Antonini, ab aliis hodie *Villar del Pedroso*, ad Tagum: ab aliis *Ponte del Arçobispo* esse existimatur. H.

f. *Ammienses)* Ptol. L. II. c. 5. in Lusitania, Ἀμαία. MSS. Ἀμμαία. Nunc *Portalegre*, in Lusitaniae finibus inter Heluas et Tagum amnem: quo in oppido reperta inscriptio, MVNICIP. AMMAI. hoc est Ammaitanum, quod refert Gruterus, p. 257. ex Schotti schedis. H.

g. *Aranditani)* Ἀρανδὶς Ptolemaeo, L. II. c. 5. in Celticis Lusitanis, Arannin Antoninus, in itinere de Esuri Pacem Iuliam, pro Arandi habet. Situs horum incertus, vt et proxime sequentium. H.

h. *Arabricenses)* Ab Arabriga Ptolemaei, L. II. c. 5. iuxta Scalabim sita. Apud Gruter. inscriptio, p. 162. ARABRICENSIS. H.

i. *Balsenses, etc.)* Hi ab oppido Balsa supra dicto: *Caesarobricenses*, ab oppido, vt patet, cognomine, sed incerti admodum situs: *Caperenses*, a Cappara cuius meminit in Lusitania Antoninus, itinere ab Emerita Caesaraugustam. Ptolemaeo L. II. c. 5. Κάππαρα: nunc *Las ventas de Capara*, inter Alcantara et Coriam. H.

k. *Caurenses, etc.)* Horum oppidum Καύριον, Ptol. L. II. c. 5. in mediterraneis Lusitaniae ciuitatibus: nunc *Coria*, in Castella noua: Colarnorum, Κόλαρνον, Apud Gruter. p. 162. COLARNI. H.

l. *Cibilitani)* Apud Gruter. p. 362. MVNICIPI. CIVILITAN. ad hunc locum non pertinet. H.

m. *Concordienses)* Horum oppidum Κονκορδία, apud Ptol. l. c. Nunc *Tomar*, aiunt appellari. H.

n. *Elbocorii)* Ab oppido Elbocori. Vide Not. et Em. N. CXXII. (hic adi.) *Concordienses, Elbocori, Interannienses)* In MSS. Reg. Colb. etc. et in ed. Parm. *Concordienses, et Boccori.* Ipso elementorum ordine admonitus Hermolaus repo-

nienſes [1] o. p. Lancienſes, Mirobrigenſes, qui q. Celtici cognominantur: r. Medubrigenſes [2], qui Plumbarii: Ocelenſes s., qui [3] et Lancienſes: Turduli qui t. Barduli, et Tapori. u. Luſitaniam cum Aſtu-

1. Interanſenſes. M. Ch Concordienſes, qui et Boccori, Interanſenſes Gr. et Al. 2. *Medubricenſes. Gr. et Al.* 3. *haec duo vocabula, qui et, in M. non habentur.*

repoſuit, *Concordienſes qui et Boccori*: ratus hoc loco Boccoros per ſe non poſſe nominari. Ego vero ſinceram loci huius arbitror lectionem, quam attuli. Nam apud Ptol. in oppidis Luſitaniae mediterraneis, L. II. c. 5. Ἐλκοβορὶς recenſetur, literis permutatis haud dubie pro Ἐλβοκορίς. H.

o. *Interrannienſes)* Oppidum Ἰντεραννησια. Vide Not. et Em. N. CXXIII. (hic adi) *Interannienſes)* In MSS. Reg. Colb. Chiffl. Pariſ. etc. *Interanſenſes.* Editi libri *Interanſenſes.* Noſtram interpretationem defendit Gruteri vetus inſcriptio, p. 162. INTERANNIENSES. Et multo etiam magis Phlegon Trallianus, L. de Longaeuis, c. 1. p. 113. ſcribens, Ἰντερρανησία πόλις Λεσιτανίας. H.

p. *Lancienſes)* LANCIENSES, apud Gruter. p. 160. et 199. apud Ptol. L. II. c. 5. Λαγκία ὀπίδανα. H.

q. *Qui Celtici)* Vt eo cognomine a Mirobricenſibus Turdulis, de quibus dictum eſt L. III. ſ. 3. Celtici ſecernantur. Alii *Ciudad Rodrigo* eſſe volunt, vrbem Caſtellae veteris, in Portugalliae confinio. Ambroſius Morales locum eſſe ait, cui hodieque nomen eſt *Malabriga*, prope eam Rodericopolim. H.

r. *Medubrigenſes)* Medobregam in Luſitania oppidum, prope montem Herminium, quo Medobregenſes confugerant, habet Hirtius in comm. de bello Alex. p. 217. Olim oppido nomen *Aramenha*: nunc iacet: rudera teſte Reſendio, L. Antiq. apud Maruanum caſtrum viſuntur, prope Amaeam, quae Portus alacer, vt diximus, appellatur. Plumbarii a plumbo, quod ibi effoditur, cognominati. H.

s. *Ocelenſes)* Ὤκελλον Ptol. L. II. c. 3. iuxta Capara. H.

t. *Qui Barduli)* Turduli Tarraconenſem attingunt, vt dictum eſt L. III. ſ. 3. qua in prouincia et Vardulos ſiue Bardulos Ptol. agnoſcit L. II. c. 6. H.

u. *Tapori)* Gens eſt a Turdulis diuerſa. In libris omnibus *Tapori*. At in inſcriptione

Aſturia et Gallaecia [1] patere longitudine DXL. M. paſſ. latitudine x. DXXXVI. M. Agrippa prodidit. Omnes autem Hiſpaniae, a duobus Pyrenaei promontoriis per maria, totius orae circuitu paſſ. y. XXIX. [2] XXII. [3] M. colligere exiſtimantur, ab z. aliis XXVI. [4] mill.

XXXVI. Ex a. aduerſo Celtiberiae complures ſunt inſulae, Caſſiterides b. dictae Graecis, a fertilita-

1. *Gallicia. Ch.* 2. XXXIX. *M. duodecies colligere. V.* XXIX. *M.* XXII. *colligere. et Ch.* 3. XXII. *deeſt ap. Gr. et Al.* 4. *ſic et V.* XXVII. *Gr. et Al.*

ne Gruteri p. 162. niſi vitium marmorarii ſit, cum Medubricenſibus TALORI junguntur. H.

x. *Latitudine* DXXXVI.) Latitudinis haec menſura iuſto ſane amplior videtur, atque longitudini ipſi fere par. H.

y. XXIX. XXII. M.) Ita MSS. Reg. Colb. Chiffl. etc. Hoc eſt, vigeſies nouies centena, et viginti duo millia paſſuum. H.

z. *Ab aliis* XXVI.) Vigeſies ſexies centena millia. H.

a. *Ex aduerſo Celtiberiae complures ſunt inſulae Caſſiterides dictae, etc.*) Caſſiterides inſulae in oceano occiduo ſtatuuntur a Ptolemaeo ſecundo, et Strabone tertio, et reliquis geographis. Non intelligo igitur quo pacto eſſe poſſint ex aduerſo Celtiberiae, quae in continenti ſit introrſus, longe ab ora in mediterraneo Hiſpaniae. Proinde re diligenter animaduerſa, venio in eam coniecturam, vt putem, non *Celtiberiae* legendum hic, ſed *Celticorum Neriarum.* Etenim ſciolus quiſpiam, quantum aſſequi poſſum, neſciens quinam eſſent *Celtici Neriae,* oblitusque ſupra a Plinio indicatos capite XX. pro *Celticorum Neriarum*, *Celtiberiae*, quod ad manum habebat, ſubſtituit: et praecipue, ſi per compendium, vt fieri conſueuit; *Celti, Neri.* ſcriptum inuenit. Sunt autem *Caſſiterides* Ptolemaeo, e regione extimi Hiſpaniae promontorii, a quo initium ſumunt duo eius latera, ſeptemtrionale, et occiduum. Promontorium Ptolemaeus Nerium appellat, item Strabo tertio. Plinius tum Celticum, tum Artabrum, Pomponius Celticum: qui etiam Caſſiteridas inſulas in Celticis locat. *Pintian.*

tilitate plumbi: et e regione Arrotrebarum c. promontorii, Deorum d. sex, quas aliqui Fortunatas appellauere. In ipso vero capite Baeticae [1], ab e. ostio freti pass. xxv. [2] mill. Gadir, longa (vt Polybius scribit) XII. mill. lata III. mill. passuum. Abest f. a continente proxima parte minus pedes [3] DCC.

1. *Baeticae, mox ab, etc. Vet.* 2. *sic ex MSS. em. Hard.* LXXV. *M. Gadis Gr. et Al.* 3. *sic et Ch. passus Gr. et Al.*

b. *Cassiterides*) E regione Celtiberorum, siue Celticorum Lusitaniae, positas esse Cassiteridas insulas decem, vnde stannum, quod κασσίτερον Graeci vocant, ad nos adueheretur, communis veterum error fuit: quem et Ptol. sequitur L. II. c. 6. Strabo L. II. c. 3. aliique. Caute admodum Herodotus, cuius verba recitat Eustathius in Dion. v. 563. p. 81. negat sibi Cassiteridas esse notas: et merito sane: quod eae nusquam fuere. Fabulis Plinius ipse eas accenset, L. XXXV. s. 47. H.

c. *Arrotrebarum prom.*) Quod Celticum promontorium appellauit, s. 34. H.

d. *Deorum sex*) Duae Ptolemaeo, L. II. c. 6. si tamen eaedem. H.

e. *Ab ostio freti*) Gaditani. H.

f. *Abest a continente proxima parte minus passus DCC.*) Legend. *abest a continente proxima parte minus pedes septingentos.* ibid. paulo post: *Erythea dicta est, quoniam Tyrii aborigenes earum orti ab Erythraeo mari ferebantur.* Tyrii auctores ac conditores tam Gadium quam Erytheae. Ideo *Erytheam* nominatam dicit, quod earum insularum aborigines ab Erythraeo mari orti: vocem *aborigines* heic vsurpauit pro conditoribus et originis auctoribus, πρωτόγονοι sunt vel γενάρχαι. *Salmas.* pag. 284. Et ibidem paulo ante lege, *oppidum ciuium Romanorum, appellatum Augustam siue Iuliam Gaditanam.* Quod Iulius Caesar et Augustus coloniam eam diuersis temporibus deduxissent, ab aliis Iulia Gaditana, ab aliis Augusta Gaditana vocabatur. *Pintian.*

Abest a continente) Vide Not. et Em. N. CXXIV. (hic adi.) *Abest a continente — — minus pedes* DCC.) Sincera haec omnium codicum lectio est, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et Parm. ed. Frobenius

DCC. reliqua g. plus septem M. passuum [1]. Ipsius h. spatium [2] XV. M. pass. est. Habet oppidum ciuium i. Romanorum, quod k. appellatur Augusta [3] vrbs Iulia Gaditana. Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera l. insula est longa m. III. M. pass. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide, Erythia [4]: a Timaeo et Sileno, Aphrodisias n.: ab indige-

1. *Passuum deest ap. Gr. et Al.* 2. XXV. *Pint.* 3. *Augustana. V.* 4. *Erythria. V.*

benius prior, quem secuti deinde sunt ceteri, *passus* DCC. reposuit. Verum a continente angusto spatio, et veluti flumine abscissam Gadium insulam auctor est Mela: Polybius, et Solinus, c. 23. p. 44. cum Plinio, pedibus septingentis: Strabo, L. III. p. 167. stadio definit, hoc est, CXXV. passibus, pedibus vero DCCXX. H.

g. *Reliqua plus septem)* Nempe septem millibus, et D. pass. vt dictum est L. II. s. 112. H.

h. *Ipsius spatium* XV.) Vide Not. et Em. N. CXXV. (hic adi.) *Ipsius Sp. XV. m. p.)* Ita quidem libri omnes: at longitudine insulae Gadium, et latitudine iam signata, reliquus tantum videtur esse ambitus: qui, si longitudo est XII. M. pass. fieri non potest, quin fere XXX. passuum millia colligat. H.

i. *Ciuium Romanorum)* Gaditanum oppidum ciuitatis iure donatum a Iulio Caesare, tum Hispaniam subegit, auctor est Dio, L. XLI. p. 164. Inscriptio Gruteri, p. 258. Gadibus reperta, MVN. AVG. GAD. H.

k. *Quod appellatur)* MSS. Reg. et Colb. sincerius, *qui appellantur Augustani vrbe Iulia Gaditana.* H.

l. *Altera insula)* Ἐρύθεια Straboni, L. III. p. 167. a Gadium insula vnius stadii, seu passuum CXXV. freto diuulsa: nunc hausta mari, vt ne vestigium exstet, vt Mariana prodit, L. I. hist. Hisp. c. 21. p. 39. Salazar tamen, L. I. de Antiq. Gadit. c. 4. vocari etiamnum *Isla de Leon*, affeuerat, ipse patria Gaditanus. H.

m. *Longa III. M.)* Sincerius codd. Reg. *in longum mille passibus lata:* vt latitudo paene par longitudini intelligatur: aut latitudinis certe mensura deest. H.

n. *Aphrodisias)* Ceu Veneri sacra. Stephanus: Ἀφροδισιάς, νῆσος, πρότερον Ἐρύθεια,

digenis, Iunonis. Maiorem o. Timaeus p. Cotinussam [1]

Q 2 apud

1. *Potinussam.* Ch. *alii Putinussam a puteis vocatam.*

θεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων, *inter Hispaniam et Gades.* H.

o. *Maiorem Timaeus Cotinussam apud eos vocatam ait)* Prior lectio, *a puteis vocatam ait.* Hermolaus, *apud eos,* correxit, emendatione, vt mihi videtur, parum apta. Concinniorem lectionem putarem, si *ab oleis*, pro *a puteis* scriberetur, dictamque esse Cotinusam accipiamus a cotinis, hoc est oleastris, vt ex Eustathio, Dionysii Byzantii interprete, Hermolaus ipse ostendit. Et vt colligi posse video ex eodem Dionysio et Ruffo Festo, crediderim antiquo nomine Continusam in vniuersum dictam, deinde a Tyriis Tartesson, postea a Poenis Gadir appellatam. Quare etsi videri possim audacter facere, pro illa dictione quae sequitur, *nostri,* legerem libenter, *mox Tyrii,* seu *post Tyrii.* Nam Hermolai castigatio *Tarteron* non *Tartesson* legentis, iam pridem confutata est a Baptista Egnatio, viro in omni disciplinarum genere eminentissimo, et nunc in his studiis primi nominis. *Pintian.*

Maiorem) Hoc est, Gadium insulam, cui Erythia proxima fuit. H.

p. *Cotinussam)* Ab oleastris quos Graeci κοτίνους vocant. Vide Not. et Em. N. CXXVI. (hic coll.) *Cotinussam apud eos vocatam)* Vereor vt illud *apud eos* Plinianum sit. Certe in libris manu exaratis Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et Parm. ed. legitur *Potinussam a puteis.* Et de puteis quidem in Gadium insula frequentibus, prolixam concertationem Strabo instituit, ex Polybio, L. III. p. 173. Quamobrem a vetere scriptura discedere Hermolaum fortasse non oportuit: quamquam ei scriptores nec pauci fauent, nec ignobiles: Nam Festus Auienus in descriptione orbis, v. 611. *Gadir prima fretum solida supereminet arce: Haec Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco; Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni: Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat. Poenus quippe locum Gadir vocat vndique septum Aggere praeducto.* Dionysium Festus expressit, qui v. 456. Κληϊζομένην Κοτινοῦσαν, ἐφημίξαντο Γάδειρα. Apud Tzetzen, Chil. 8. hist. 216. v. 687. Ἡ νῦν νῆσος ἡ Γάδειρα τὴν κλῆσιν καλουμένη· Τὸ πρώην ὠνομάζετο τὴν κλῆσιν Κοτινοῦσα. H.

apud eos vocatam ait: nostri [1] Tardesson q. appellant, r. Poeni [2] Gadir, ita Punica lingua sepem significante. s. Erythia [3] dicta est, quoniam Tyrii t. Aborigines [4] eorum orti ab u. Erythraeo mari ferebantur. In x. hac Geryones [5] habitasse a quibusdam

1. *Post Tyrii Tartesson appellauere. V.* 2. *Poeni Gadiram. Nam Gadir Punica lingua sepem significat. Baptista Egnatius c. 15. Racem.* 3. *Erythria. V.* 4. *sic et Pint. Tyrii ab origine eorum Gr. et Al.* 5. *Geryones habitasse — existimatur, cuius armenta, Gr. et Al.*

q. *Tartesson)* Sic Arrianus, L. II. de expeditione Alexandri, p. 126. H.

r. *Poeni Gadir, etc.)* Leg. *Poeni Gadir ita Punica lingua sepe significante* et fortasse, *hoc sepe* veteres dixerint, vt hoc *praesepe* quod inde compositum est. *Salmas.* pag. 284. b.

Poeni Gadir) Quod vt Hispaniae sepes, septumue, (id enim Hebraeis etiam גדר *Gheder* est:) obiecta marinis fluctibus esset. Haec Solinus iisdem verbis, c. 23. p. 44. Hesych. p. 207. Γάδειρα, τὰ περιφράγματα, Φοίνικες. H.

s. *Erythia)* De maiore hactenus: nunc de altera insula, quae minor est. H.

t. *Aborigines eorum)* Hoc est, Poenorum conditores, ac velut parentes: sic enim Dion. Halic. Aborigines interpretatur γενάρχας ἢ πρωτογόνους. Aborigines, vt Festus indicat, sunt proprie qui ab origine, seu patriis sedibus profecti, exteras regiones occupauerunt. Origines eos appellare Sallustius videtur in bello Iugurth. p. 67. vbi de Phoenicibus: *Vrbes,* inquit, *in ora maritima condidere: haeque breui multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere.* Aborigines hoc Plinii loco, pro *ab origine,* primus restituit Pintianus. A Tyria classe Gadium oppidum conditum fuisse auctor est Velleius, L. I. p. 3. H.

u. *Ab Erythraeo mari ferebantur)* Vide Strabonem lib. XVI. Dionysium in Periplo. *Dalec.*

x. *In hac Geryones)* Multitudinis numero protulit Geryones, ob tres fratres: vnde tricorporis Geryonis fabula apud poetas. Vide Not. et Em. N. CXXVII. (paulo post.) De ipsa re Pausanias consulendus, L. I. Attic. p. 67. et Mythologi omnes.

busdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Sunt y. qui aliam esse eam, et contra Lusitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.

XXXVII. (XXIII.) Peracto ambitu Europae, reddenda consummatio est, ne quid non in expedito sit, noscere volentibus. Longitudinem eius Artemidorus atque Isidorus a Tanai vsque Gades z. LXXXII. [1] XIV. M. prodiderunt. Polybius a. latitu-

Q 3

1. *Sic et Ch.* LXXIV. *Gr. et Al.*

omnes. *In hac Geryones habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit)* Sic libri omnes incredibili consensu, tum manu exarati, tum etiam editi ante Frobenium, qui numero singulari legit *existimatur, cuius armenta etc.* Satis audacter id quidem, libris refragantibus. Nec tamen sum nescius a Graecis dici promiscue Γηρυὼν Γηρυόνος, et Γηρυόνης Γηρυόνȣ. Et Tzetz. Chil. 4. v. 351. Ὁ Γηρυόνης βασιλεὺς ὑπῆρχεν Ἐρυθείας, etc. H.

y. *Sunt qui aliam)* Solinus iisdem verbis l. c. Pomponium Plinius modo signat, qui insulam in qua Geryones habitarint, contra Lusitaniam posuit, Erythiamque item vocauit, L. III. c. 6. H.

z. LXXXII. XIV.) Hoc est, bis et octuagies centena et quatuordecim millia pass. Vide Not. et Em. CXXVIII. (hic app.) *A Tanai vsque Gades* LXXXII. XIV. M.) Ita libri omnes. At si octuagies quinquies centena et sexaginta octo millia pass. auctore Artemidoro patet longitudo ipsa totius terrae, ab ortu ad occasum, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, vt L. II. s. 112. Plinius prodidit: quo pacto Europae vnius longitudini octuagies et bis centena et quatuordecim millia idem assignare potuerit Artemidorus, non sane video: nisi si haec adnauigationis per sinus omnes, intimosque sinuum recessus a Tanai Gades vsque instituta mensura est. H.

a. *Polybius latitudinem Europae ab Italia ad oceanum scribit* XI. M. L. *esse)* Scribendum videtur non XI. sed XX. Quia si ab alpibus ad portum Morinorum sunt XIII. centum XVIII. M. siculi ex auctoritate Polybii lique-

titudinem Europae ab Italia ad Oceanum scripsit b. xi M. quinquaginta millia esse, etiam c. tum incomperta magnitudine eius. Est d. autem ipsius Italiae (vt e. diximus) xi. [1] xx. M. ad Alpes. Vnde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, qua videtur mensuram agere Polybius xiii. ee. M. xviii. [2] Sed certior mensura [3] ac longior ad occa-

1. xi. c. lxviii. *V.* xxii. xx. *M. Gr. et Al.* 2. xi. *M.* lxviii. *Gr. et Al.* 3. *mensura* ccc. *long. Salm.*

liquebit statim, quo pacto potuit Polybius latitudinem Europae ab Italia ad oceanum facere xi. l. quasi Italia nihil adiiceret latitudini Europae, vel detraheret potius? *Pintian.*

b. *Scripsit XI. L. mill.)* Ita libri omnes: hoc est, vndecies centena et quinquaginta millia. H.

c. *Etiam tum incomperta)* Nunc autem cum est comperta diligentius, inquit, magnitudo terrarum, est ipsius Italiae longitudo XI. XX. mox Galliae. XI. L. H.

d. *Est autem ipsius Italiae vt diximus, XII. M. ad Alpes)* Vetus lectio partim xi. partim xii. sed vitiose; scribendum enim x. ex Plinio supra libro iii. cap. 5. item Martiano ac Solino. *Pint.*

e. *Vt diximus XI. XX.)* Hoc est, vndecies centena et viginti millia pass. Vide Not. et Em. N. CXXIX. (hic consp.) *Est autem ipsius Italiae vt diximus, XI. XX.)* Ita libri omnes manu exarati, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. Vulgati XII. XX. Pelicerius in Not. MSS. et Pintianus X. XX. quoniam Plinius ipse eo loco quem nunc spectat, L. III. s. 6. *Patet Italia,* inquit, *longitudine ab Alpino fine Praetoriae Augustae per Vrbem Capuamque cursu meante Rhegium oppidum, in humero eius situm, a quo veluti ceruicis incipit flexus, decies centena et viginti millia passuum.* Verum cum idem his verbis statim ista subiungat: *multoque amplior mensura fieret, Lacinium vsque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur:* hanc ipsam mensuram ampliorem superiori adiici modo perspicuum est, quam centum millium passuum esse, tum ex sect. 10. tum ex 15. eiusdem libri colligimus. H.

ee. *XIII. M. XVIII.)* Ita libri omnes MSS. editique ante

occasum Solis aestiui ostiumque Rheni per castra legionum Germaniae ab f. iisdem dirigitur Alpibus xv. g. XLIII [1] M. passuum. Hinc deinde Africa atque Asia dicentur.

1. XII. XLIII. *M. Gr. et Al.*

ante Frobenium, qui XI. M. LXVIII. nullo auctore suffragante, reposuit. H.

f. *Ab iisdem dirigitur alpibus* XII. M. XLIII.) Scribendum reor XVI. M. XVIII. Nam si ad Polybii mensuram, quae erat, vt dictum est, XIII. M. XVIII. ab alpibus ad portum Morinorum, addantur CCC. qui certiorem effecerunt mensuram, conflabitur praedicta summa. *Dalec.*

g. XV. XLIII.) Quin decies centena, Prius XII. hoc est, *duodecies* legebatur. H.

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE

LIBER V.

Africam Graeci a. Libyam appellauere, qua[1] mare ante eam Libycum incipiens Aegyptio finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, b. longe [2] ab occidente litorum obliquo spatio. Populorum eius, oppidorumque nomina, vel maxime sunt ineffabilia praeterquam ipsorum linguis, et alias castella c. ferme inhabitant. (I.) Principio d. terrarum Mauritaniae appellantur, vsque ad e. C. Caesarem Germanici filium regna, saeuitia eius

1. *et mare ante eam Libycum: Aegypto (Aegyptio Ch.) finitur.* 2. *longe ab occid. haec videntur superuacua.*

a. *Graeci Libyam)* Ab Afro Libye Herculis filio, inquit Martianus, L. VI. c. de Africa, p. 215. vel a Libya femina, Epaphi filia, vt ait Dionys. in Eustath. H.

b. *Longe ab occidente)* Longo admodum spatio ab occasu fretoque Gaditano Aegyptum vsque incuruantibus sese molliter litoribus. H.

c. *Castella ferme)* Non cincta moenibus oppida. H.

d. *Principio)* Vel *Principia terrarum*, vt habet Pomponius: cuius haec verba, L. I. c. 4. *Nunc exactius oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, vnde terras* oceanus *ingreditur: et ab iis potissimum quae influenti dextrae sunt.* Et c. 5. *Hinc in nostrum mare pergentibus laeua Hispania, Mauritania dextra est:* Idcirco Melae Plinioque principia terrarum Hispaniae Mauritaniaeque appellantur. H.

e. *Ad C. Caesarem)* Cognomento Caligulam, qui Ptolemaeo Rege consobrino suo interemto Mauritaniam in prouinciae formam redegit, bipertitoque diuisit; quam hic auctor merito taxat saeuitiam. Ea de re autem adeatur Onuph. Panuin. Imp. Rom. pag. 820. De administratione vero sub posterioribus Impp. pag. 890. et 894. et Pancirol. super not. Imp. Rom. lib. II. c. 65 et 78. *Dal.*

Ad

eius in f. duas diuisae prouincias. Promontorium oceani g. extimum Ampelusia nominatur a Graecis.

Q 5 Oppi-

Ad C. Caesarem) Germanici filium. At Dio, L. LX. p. 671. Claudium Caesarem huius diuisionis auctorem facit: ὁ Κλαύδιος διχῇ τὰς Μαύρας τὰς ὑπηκόας ἔνειμεν, ἐς τε τὰ περὶ Τίγγιν, καὶ ἐς τὰ περὶ Καισάρειαν· ἀφ' ὧνπερ καὶ ὀνομάζονται. *Claudius Mauros dupliciter diuisit: in eos qui ad Tingin, et qui ad Caesaream: vnde et nomen habent.* A Caio forte constituta, ac deliberata: perfecta postmodum a Claudio est. Ptolemaeum enim Iubae filium Mauritaniae regem Caius interemit, quaere saeuitiam eius Plinius nunc incusat. Vide Dionem, L. LIX. p. 659. H.

f. *In duas)* Tingitanam, et Caesariensem. Tingitana pertinet a freto Gaditano, ad fines vsque Marocani regni. De Caesariensi inferius. In nummis semper MAVRETANIA est. H.

g. *Oceani extimum)* Vltimum, in ipso freti aditu positum, qua in mediterraneum sinum oceanus influit. *Cabo Desspartel* vulgo dicimus, inquit Mariana, L. I. hist. Hisp. c. 22. p. 41. Ptol. L. IV. c. 1. est Κώττης ἄκρον. Mela, L. I. c. 5. *Africae, inquit, caput atque exordium est promontorium, quod Graeci Ampelusiam, Afri aliter, sed idem significante vocabulo appellant.* Ἄμπελος Graecis vitem sonat: Vitium feracem hanc oram vtroque litore fuisse significat nummus Coloniae Iuliae Traductae, de quo dicetur in Not. et Em. N. I. (hic coll.) *Postea a Claudio Caesare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia)* Quot in hac vna sententia voces occurrunt, tot paene scopuli sunt, ad quos summa ingenia offenderunt. *A. C. I. Caesare,* non *a Claudio*, coloniam esse deductam inuitis libris omnibus legi, credique Vossius praecipit, L. I. Obseruat. in Melam, p. 168. quoniam Iuliae Iozae Strabo meminerit, qui Tiberio imperante, multo ante Claudii principatum, obiit. Obscure Plinium, ac fortassean false locutum esse Salmasius asseverat in Solin. p. 288. cum Traductam in Baetica, non in Mauritania fuisse constet. Patinus in Sueton. p. 115. ipsis Augusti temporibus Iuliae Traductae nomen Tingitanae ciuitati haesisse ex nummis probat: Pliniumque erroris insimulat. Ego vero sic censeo, huius mentem eorum neminem esse assecutum: neminem non ei culpae affinem, quam confert in

Oppida fuere, h. Lissa [1], et Cotta [2] vltra columnas Herculis: nunc est Tingi i., quondam ab k. Antaeo

1. *Lixa. Vet.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. Lissa, Cotes Gr. et Al.*

in Plinium. Fuit enim vero id primum quidem alteri concessum oppido nomen, in opposita Hispaniae Baeticae ripa posito, cui, vt Strabo narrat, Tingitanis eo Zelitanisque transductis ex Africa, Augusti temporibus, Iuliae quoque Transductae facta ex re appellatio est. Ea postmodum Claudio Caesare principe transductis iterum, seu reuocatis (incertum qua caussa) ex eo oppido Tingitanis in auitas sedes, vnde commigrarant, additisque nouis colonis, Traducta Iulia Tingis est nuncupata, prioris oppidi nomenclatione in Africam transuecta cum ciuibus. Argumento est, quod Iuliam Iozam, quam in Baetica Strabo agnoscit. L. III. p. 140. Ptolemaeus similiter in descriptione eius orae, et Martianus Heracleota p. 70. vetustos scil. secuti auctores, Τϱανσδȣκτα appellant, Plinius in recensendis alioqui Baeticae oppidis, ad fastidium prope diligens, praetermisit: quod nulla tunc istic, praeter tenue forte vestigium, omnis in Africam Transducta Iulia commeasset. De Baeticae Hispaniae Traducta Iulia accipiendi nummi illi, quos Patinus exhibet, loco mox cit. tum Augusti, tum C. Caesaris Augusti F. nomine ac vultu insigniti: quibus insculpta ex aduersa parte racemi vua est, cum epigraphe IVL. TRA. neque ad Tingin hi pertinent, vt Patinus putat. Oram vini feracem haec nota declarat: vnde et in opposito litore ea re factum promontorio nomen a Graecis Ἀμπελȣσία. H.

h. *Lissa et Cotta)* Fuere, inquit, haec olim oppida: nunc bellis attrita, nomen tantum et locum seruant. Idem Plinius, L. XXXII. s. 6. *In oceano*, inquit, *ad locum Mauritaniae, qui Cotta vocatur, non procul Lixo flumine.* H.

i. *Nunc est Tingi)* Ptol. L. IV. c. 1. Τίγγις ἡ Καισάϱεια. Hodie *Tanger.* H.

k. *Ab Antaeo)* Ita Solinus, c. 24. p. 45. Non ab Antaeo modo id conditum, sed et conditum ibi Antaeum auctor est Plutarchus in vita Sertorii, p. 572. a quo refossum tumulum scribit, corpus repertum LX. cubitorum, quam fabulam a Gabinio primum dissemi-

taeo conditum: postea a Claudio Caesare, cum l. coloniam faceret, appellatum Traducta m. Iulia. Abest a Belone oppido Baeticae, proximo traiectu [1] xxx. n. M. pass. Ab eo xxv. M. pass. in o. ora oceani, colonia Augusti Iulia Constantia oo. Zilis [2], regum ditioni exempta, et p. iura [3] Baeticam petere iussa: et ab ea xxxii. M. pass. colonia a Claudio Caesare facta Lixos q., vel fabulosissime antiquis [4] narra-

1. *in Ch. non legitur.* 2. *Zubil. V. Zulis. M. Iulia Constantia, Zilis, distinctim Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. iura in Baeticam Gr. et Al.* 4. *sic ex MSS. H. conf. Ch. fab. ab ant. Gr. et Al.*

disseminatam in vulgus, Romanarum rerum scriptore, admonet Strabo, L. XVII. p. 829. H.

l. *Cum coloniam faceret, appellatum Iulia Traducta)* Obscure haec Plinius, et fortassean falso; nec enim *Traducta* in Mauritania fuit, sed in Hispania Baetica. Vide *Salmas.* pag. 288. b.

Cum coloniam faceret) Tingitanis olim ab Augusto ciuitatis tantum iure donatis, vt auctor est Dio, L. XLVIII. p. 384. H.

m. *Traducta Iulia)* Vide Not. et Em. N. I. H. supra l. g.

n. *XXX. M. pass.)* Solinus c. 24. p. 45. et Martianus, L. VI. cap. *Alia diuisio Europae*, p. 215. XXXIII. M. pass. Spatium Strabo non definit, L. III. p. 140. sed a Belone Tingin proximum esse traiectum ait. H.

o. *In ora oceani)* Qua se a freti angustiis flectit in occasum oceanus, et vergit in meridiem. H.

oo. *Iulia Constantia Zilis)* Sunt enim haec coniunctim legenda, non diuisim, vt prius, *Iulia Constantia, Zilis*: ne duo diuersa existimentur oppida. Vt Tingis Traducta Iulia, ita Iulia Constantia Zilis est cognominata. Ζῆλις est Straboni, L. XVII p. 827. Antonino, *Zilis.* Ficta inscriptio in Thesauro Goltzii, COL. CONSTANTIA ZILI AVGVSTA. Vetustum retinet nomen, praefixo Arabum articulo, *Arzilla*, in regno *Fez.* H.

p. *Et iura)* Baeticae iurisdictioni adscripta et contributa Zilis est, ditioni Mauritaniae regum exemta. H.

q. *Lixos)* Hodie *Larache*, teste I. B. Gramaye, L. IV. Africae illustr. c. 1. p. 96. Λίξα

narrata. Ibi r. regia Antaei, certamenque s. cum Hercule: et t. Hesperidum horti. Affunditur u. aestuarium [1] e mari flexuoso meatu, in x. quo draconis [2] custodiae instar fuisse nunc interpretantur. Amplectitur intra se insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore, non y. tamen aestus maris

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Affunditur etiam aest. M. aff. autem huic aest. Gr. et Al.* 2. *dracones. Ch.*

Λίξα Ptol. L. IV. c. 1. Λίγξ Straboni, l. c. H.

r. *Ibi regia Antaei, certamenque cum Hercule, etc.)* Vide *Salmas.* Plinium falsi convincentem, pag. 373. a.

Ibi regia Antaei) Haec Martianus iisdem fere verbis, L. VI. de Africa, p. 215. et Solinus, c. 24. p. 45. Lixon Coloniam appellat etiam Antonini Itinerarium. Describitur ea regia a Lucano, L. IV. v. 590. *Inde petit tumulos, exesasque vndique rupes, Antaei quae regna vocat non vana vetustas. Haec illi spelunca domus: latuisse sub alta Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones, etc.* H.

s. *Certamenque)* De quo poetice multa Lucanus, l. c. et fabulosissime Apollodorus, L. de Diis, p. 129. seu quisquis alius huius libri auctor exsistit. H.

t. *Hesperidum horti)* De his dicemus, §. 5. Horum situm indicat expressius ipse, L. XIX. §. 21. H.

u. *Affunditur autem huic aestuarium e mari flexuoso meatu, etc.)* Legend. *Affunditur aestuarium e mari flexuoso meatu, in quo draconis custodis instar fuisse, etc.* in eo aestuario flexuosis meatibus recurrente draconis custodis instar fuisse interpretabantur. *Salmas.* p. 292. a.

Affunditur) Martianus, l. c. H.

x. *In quo draconis)* In flexuoso aestuarii huius meatu, inquit, species quaedam cernitur, et similitudo draconis: hinc locus fabulae datus, auriferi Hesperidum nemoris aurea mala a dracone peruigili custodiri. Solini paraphrasis, l. c. *Flexuoso meatu aestuarium e mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, vt visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur: idque quod hortos appellauere, circumdat: vnde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi.* H.

y. *Non tamen aestus)* Solinus, l. c. *Planities manet sicca,*

maris inundat [1]. Exſtat [2]. in ea et ara Herculis, nec praeter oleaſtros aliud, ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portentoſa Graeciae mendacia, de iis et amne a. Lixo prodita, qui cogitent noſtros b. nuper paulo minus monſtrifica quaedam de iisdem tradidiſſe. Praeualidam hanc vrbem maioremque Carthagine magna: praeterea ex aduerſo eius ſitam, et prope immenſo tractu ab Tingi: quaeque alia Cornelius Nepos auidiſſime [2] credidit. Ab Lixo XL. M. in mediterraneo altera Auguſti colonia eſt Babba c., Iulia Campeſtris appellata: et tertia Banaſa d., LXXV. M. Valentia cognominata. Ab ea XXXV. M. paſſ. Volubile e. oppidum,

1. *inundant. V. et M.* 2. *audaciſſime. V.*

ſicca, quamuis prona ſuperueniat aequora, etc. Fabulis id Strabo accenſet, L. XVII. p. 826. H.

2. *Exſtat in ea)* Solinus: *Sed haec inſula ſinubus aluei recurrentis, et in quibusdam aequoris ſpiris ſita, praeter arbores oleaſtri ſimiles, et aram ſacram Herculi, aliud nihil praefert, quo propaget vetuſtatis memoriam.* De ara Herculis, Strabo, l. c. H.

a. *Amne Lixo)* Hodie *Luccus*, cuius in oſtio ſitum Lixos oppidum. Ποταμὸς μέγα Λίξος, καὶ πόλις Φοινίκων Λίξος, Scylaci, p. 50. H.

b. *Noſtros nuper)* Gabinium, credo, ſugillat, Romanarum rerum ſcriptorem, quem annalibus ſuis, quos de Mauritania condidit, fabuloſa intexuiſſe, auctor eſt Strabo, L. XVII. p. 829. H.

c. *Babba)* Βάβα Ptol. L. IV. c. 1. Stephano, Βάβαι, πόλις Λιβύης, ex Martiano in Periplo; ciues Βαβαῖοι. In nummo Veſpaſiani, quem vidi C. I. C. B. hoc eſt, *Colonia Iulia Campeſtris Babba.* H.

d. *Banaſa)* Tertia Auguſti colonia ab Lixo LXXV. mill. paſſ. diſtans, ad amnem Subur. Βάνασσα Ptol. l. c. Panaſam corrupte vocat Antoninus, ſiue vt volunt, Aethicus in Itiner. H.

e. *Volubile)* Volubilim coloniam appellat Anton. in Itin. Οὐολόβιλις eſt Ptol. L. IV. c. 1. Nunc regni cognominis caput *Fez* eſſe Geographorum vulgus exiſtimat: cum tamen diſertis verbis Plinius aſſeueret ab vtroque mari, Atlantico et Interno, non amplius XXXV. paſſuum millibus

pidum, tantumdem a mari vtroque diſtans. At in ora a Lixo quinquaginta M. amnis f. Subur [1], praeter Banaſam coloniam defluens, magnificus [2] et nauigabilis. Ab eo totidem M. paſſ. oppidum g. Sala, eiusdem nominis fluuio impoſitum, iam ſolitudinibus vicinum, elephantorumque gregibus infeſtum; multo tamen magis Autololum h. gente, per quam iter eſt ad montem Africae vel fabuloſiſſimum Atlantem. E i. mediis hunc arenis in caelum attolli prodiderunt, aſperum, ſqualentem, qua vergat ad littora oceani, cui cognomen impoſuit: eumdem opacum, nemoroſumque, et ſcatebris fontium riguum, qua k. ſpectat [3] Africam, fructibus omnium generum ſponte ita ſubnaſcentibus, vt numquam ſatietas [4] voluptatibus deſit. Incolarum neminem interdiu cerni: ſilere omnia, haud alio, quam ſolitudinum horrore: ſubire tacitam religionem animos propius accedentium, l. praeterque [5] horrorem

1. *Sububa. V. et M. Sububus. Cb.* 2. *munificus. V.* 3. *ſpectet. Cb.* 4. *ſatias Cb.* 5. *praeterque terrorem. Cb.*

libus diſtare Volubilim: Feſſam amplius centum XX. diſſitam omnes conſentiant. H.

f. *Amnis Subur)* Σοῦβουρ ποταμὸς Ptol. L. IV. c. I. proxime poſt Lixum amnis occurrens, Mauritaniae oram legentibus: hodie *Subu*, teſte I. B. Gramaye, L. IV. Africae illuſtr. c. 1. p. 96. H.

g. *Oppidum Sala)* Quod nunc *Salé* eſſe credimus, inquit Mariana, L. I. hiſt. Hiſp. c. 20. p. 41. Σάλα πόλις Ptol. l. c. et Σάλα ποταμός. Σάληξ Philoſtrato, L. V. de vita Apollonii, c. 1. p. 209. At amni nunc nomen eſt *Buragrag*, teſte Marmolio, et Gramaye, l. c. H.

h. *Autololum)* De his inferius. Habet haec quoque Solinus, c. 24. p. 45. H.

i. *E mediis)* Haec pariter Martianus, L. VI. cap. de Africa, p. 215. et Solinus, l. c. p. 46. H.

k. *Qua ſpectat Africam)* Quae proprie nimirum Africa vocetur, de qua ſect. 3. H.

l. *Praeterque)* Praetereaque. Vox Plinio perquam familiaris. H.

rem elati ll. super nubila, atque in [1] viciniam lunaris circuli. m. Eumdem [2] noctibus micare crebris ignibus, Aegipanum Satyrorumque lasciuia impleri, tibiarum ac fistulae cantu, tympanorumque et cymbalorum sonitu strepere. Haec celebrati auctores prodidere, praeter n. Herculi [3] et Perseo laborata ibi. Spatium ad eum immensum incertumque. Fuere et Hannonis Carthaginiensium ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare ambitum Africae iussi: quem secuti plerique e Graecis nostrisque, et [4] alia quidam fabulosa, et vrbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria vlla, nec vestigium exstat. Scipione Aemiliano res in Africa gerente, Polybius Annalium conditor, ab eo accepta classe, scrutandi illius orbis gratia circumuectus, prodidit a monte eo ad occasum versus, saltus plenos feris, quas generat Africa, ad q. flumen Anatin CCCCLXXXV. [5] M. pass. Ab

1. *vicina. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. eumdemque Gr. et Al. que in Man. veteri et Ch. del. etiam.* 3. *Herculis et Persei. M.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. V. Ch. ad alia quaedam, Gr. et Al.* 5. CCCCLXVI. *Sal. M. Martianus. Ch.*

ll. *Elati)* Subintellige, montis, qui caput vltra nubila condat, atque ad ipsum Lunae circulum accedere videatur. *Quod altius quam conspici potest, vsque in nubila erigitur, caelum et sidera non modo tangere vertice, sed sustinere quoque dictus est,* inquit Mela, l. III. c. 10. H.

m. *Eumdem noctibus)* Solinus et Martianus, l. c. De Aegipanibus Satyrisque dicemus, l. 8. H.

n. *Herculi et Perseo)* Solinus, c. 24. p. 46. vbi de Atlante monte: *Apex,* inquit, *Perseo et Herculi peruius, ceteris inaccessus: ita fidem ararum inscriptio palam facit.* H.

o. *Hannonis)* Diximus de eo in Auctorum Indice. H.

p. *Ab eo conditus)* Quarum Hanno ipse meminit, statim Peripli initio, cuius fragmentum hodieque exstat. H.

q. *Ad flumen Anatin* CCCCLXXXV.

Ab eo Lixum ccv. r. M. pass. [1]: a Gaditano freto cxii. M. pass. abesse. Inde sinum qui s. vocetur Saguti [2]. Oppidum in promontorio Mulelacha. Flumina, Subur [3], et Salam. Portum t. Rutubis a Lixo u. ccxiii. [4] M. pass. Inde promontorium Solis x.: portum Risardir y.: Gaetulos z. Autololes [5]: flumen

1. *Lixum* ccv. *M. pass. Agrippa Lixum a Gadit. Gr. et Al. sed cum haec duo vocabula Agrippa Lixum in MSS. non legantur, Harduini lectio praeferenda.* 2. *Sagaci. M. Ch.* 3. *Sububum et Salat. Ch.* 4. *sic et Ch.* cccxiii. *Gr. et Al.* 5. *Autoteles. M.*

ccccLxxxv. *M. pass. Ab eo Lixum, etc.) Ad flumen Anatin* ccccLxxxv. *M. pass. Ab eo Lixum* ccv. *A Gaditano freto* cxii. *M. abesse.* Ita legimus expuncto *Agrippae* nomine, quod perperam insultum est. *Salmas.* pag. 304. a.

CCCCLXXXV.) Solinus, l. c. CCCCLXXXVI. *Qua spectat mons Atlas occasum,* inquit, *inter ipsum et flumen Anatim, per quadringenta nonaginta sex millia passuum infames bestiis siluae obsident.* Ita etiam Martianus, L. VI. cap. de Arica. p. 216. Tamen cum editis MSS. codices concinunt. H.

r. CCV. *mil. pass.)* Ita Solinus, l. c. Vide Not. et Em. N. II. (hic adi.) CCV. *mil. pass. a Gaditano freto, etc.)* Libri editi voces hoc loco duas inserunt, quas nulli MSS. agnoscunt: CCV. *mill. pass. Agrippa Lixum a Gaditano freto, etc.* H.

s. *Qui vocetur Saguti)* In Reg. 1. *Saguci.* Videtur esse Ptol. L. IV. cap. 1. et Strab. L. XVII. p. 825. Ἐμπορικὸς καλούμενος κόλπος, qui nauigantibus a Lixo in Austrum occurrit. H.

t. *Portus Rutubis)* Ῥούσιβις λιμὴν Ptol. L. IV. c. 1. post Salam oppidum, amnemque. H.

u. CCXXIII) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. Centenarii notam adiiciunt praeterea libri typis excusi. H.

x. *Solis)* Ἡλίου ὄρος, Solis mons, Ptol. L. IV. c. 1. H.

y. *Risardir)* Nomen id in hac terrarum plaga soli Polybio cognitum. Existimo esse Γανναρίαν ἄκραν Ptol. L. IV. c. 16. Nunc *Azaamurum,* in regno Marocchano. H.

z. *Gaetulos)* Gaetulicarum gentium populi numerosissimi:

flumen a. Cosenum [1]: gentes, Scelatitos [2], et Masatos. Flumen b. Masatat: flumen c. Darat, in quo crocodilos gigni. Deinde sinum DCXVI. M. pass. includi montis Barce promontorio excurrente in occasum, quod d. appellat [3] Surrentium. Postea flumen e. Palsum [4], vltra quod Aethiopas Perorsos f., quorum a tergo ff. Pharusios [5]. Iis iungi mediterraneos Gaetulos Daras. At in ora Aethiopas Daratitas g., flumen Bambotum h., crocodilis et i. hippopotami: Autololos, Darae, etc. H.

1. *Vosenum. V. Ch.* 2. *sic ex MSS. em Hard. Salatitos (a fluuio paulo ante memorato.) Pint. Gentem Scelatitos et Masatos Gr. et Al.* 3. *sic em. Hard. ex MSS. conf. Tol. (sub Polyb.) appellatur Gr. et Al.* 4. *Passum. Al.* 5. *sic et Ch. Pharusos Gr. et Al.*

a. *Cosenum)* MSS. omnes, *Voscnum.* Est Ptolemaeo Χουσάριος ποταμὸς iuxta Γανναρίαν promontorium. H.

b. *Flumen Masatat)* Μάσσα ποταμὸς Ptol. l. c. H.

c. *Flumen Darat)* Δάρατος ποταμοῦ Ptolemaeus quoque meminit, l. c. cui mox subiungit μέγαν λιμένα *Portum magnum*, quem sinus is videtur efficere, de quo statim Plinius. H.

d. *Quod appellat)* Subintellige, Polybius, ex superioribus. Hanc orae Libycae, qua spectat oceanum, Polybianam descriptionem haud se praestare velle, satis aperte significat. H.

e. *Palsum)* MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. *Salsum.* H.

f. *Perorsos)* Stephanus Πέτορσοι, inquit, Λιβύης ἔθνος μέγα καὶ πολυάνθρωπον. Agathemerus, L. II. Geogr. c. 5. Περόργους vocat. Vterque mendose, Περόρσους recte Ptol. L. IV. c. 6. H.

ff. *Pharusios)* Φαρούσιοι, ἔθνος Λιβυκόν, Steph. p. 691. De Perorsorum et Pharusiorum situ dicemus inferius sectione 8. H.

g. *Daratitas)* A flumine Darat, de quo superius dictum est, sic cognominatos. Δάραδας appellat Agathemerus, l. c. et Ptol. L. IV. c. 6. H.

h. *Bambotum)* Meminit huius amnis, tacito tamen nomine Hanno, in Periplo, p. 39. H.

i. *Hippopotamis)* Vide de hoc animali quod auctor tradit lib. VIII. c. 25. Dalec.

popotamis refertum. Ab eo montes k. perpetuos vſque ad eum, quem Theon l. ochema m. dicemus [1]. Inde ad promontorium Heſperium [2] nauigatione dierum ac noctium x., in medio eo ſpatio Atlantem locauit, a ceteris omnibus in extremis Mauritaniae proditum. Romana arma primum, Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemaeum regem a n. C. Caeſare interemptum vlciſcente liberto o. Aedemone, refugientibusque [3] barbaris, ventum conſtat ad montem Atlantem. Nec ſolum conſulatu perfunctis, atque e Senatu ducibus, qui tum res geſſere, ſed Equitibus quoque Rom. qui ex eo praefuere ibi, Atlantem penetraſſe in gloria fuit. Quinque p. ſunt (vt diximus) Rom. coloniae in ea prouincia, q. peruiumque [4] fama videri poteſt. Sed id plerumque fallaciſſimum experimento deprehenditur: quia dignitates r., cum indagare vera

1. *dicimus. Ch.* 2. *Heſperu. Pint.* 3. *profugientibus.*
4. *ſic quoque M. peruiumque famae Gr. et Al.*

k. *Montes perpetuos)* Quos Hiſpani *Sierra Liona* vocant. H.

l. *Theôn ochema)* Θεῶν ὄχημα. Deorum vehiculum, currus. *Dalec.*

m. *Dicemus)* L. VI. ſ. 35. vbi et de Heſperio dicturi ſumus. H.

n. *A C. Caeſare)* Germanici filio, quem Caligulam vocant, vt dictum eſt paulo ante. H.

o. *Liberto)* Ptolemaei Regis Mauritaniarum. H.

p. *Quinque ſunt vt diximus, Romanae coloniae in ea prouincia)* Haec verba ex alio domicilio in hunc locum importuniſſime translata ſunt. Propriam enim ſedem habent in initio capitis ſequentis, vt liquebit. *Pintian.*

Quinque ſunt) En quid Romana arma perfecerint: deductae ſcilicet coloniae quinque: Auguſti tres: Iulia Conſtantia Zilis: Iulia Campeſtris Babba: Iulia Valentia Banaſa. Claudii duae: Traducta Iulia Tingis, et Lixos. H.

q. *Peruiumque)* Subintellige Atlantem. Vltra montem, inquit, progredi fas eſt in interiora Libyae, videri iam poteſt fama ipſa et auctorum fide certum. H.

r. *Dignitates)* Magiſtratus, Con-

vera pigeat, ignorantiae pudore mentiri non piget: haud alio fidei proniore lapsu, quam vbi [1] falsae rei grauis auctor exsistit. Et s. quidem minus miror incomperta quaedam esse equestris ordinis viris, iam vero et Senatum t. inde intrantibus, quam luxuriae; cuius efficacissima vis sentitur atque maxima; cum ebori citroque siluae exquirantur, omnes scopuli Gaetuli muricibus ac purpuris. Indegenae tamen tradunt in ora ab Sala centum quinquaginta

R 2 mil.

1. ore. Ch. 2. *sic quoque Ch. senatorii, nil demirantibus quam luxuriam Gr. et Al.*

Consules, Praetores, quibus est administrandi belli, prouinciaeque simul lustrandae cura demandata. H.

s. *Et equidem minus miror incomperta quaedam esse equestris ordinis, etc.)* Legend. *Et quidem minus miror incomperta quaedam esse equestris ordinis viris, iam vero et senatum inde intrantibus, quam luxuriae cuius efficacissimae vis sentitur atque maxima, cum ebori citroque siluae exquirantur, etc.* Minus mirari se dicit incomperta quaedam esse equestris ordinis viris, iam et ex eo ordine senatum intrantibus, id est, senatoribus, quam luxuriae aliquid esse incompertum, cuius potissima vis et maxima in exquirendis siluis ebori et citro: littoribus murici et purpurae; multo magis mirandum esse aliquid inexploratum reliquisse luxuriam illam, cuius tanta vis est in scrutandis et indagandis quae ad rem suam faciunt. *Salmas.* p. 295. b.

t. *Et Senatum inde intrantibus)* Minus equidem miror, inquit, incomperta quaedam esse equestris ordinis viris, aut etiam iis qui ex equestri in senatorium ordinem cooptantur, quam luxuriae aliquid esse adhuc imperuium: cuius sagacitas est eximia, tum in exquirendis siluis, vnde et arbores citri et elephantorum ebur aduehitur: tum in litoribus obeundis, scopulisque maris Gaetuli, vnde purpurae et murices asportantur. Vide Not. et Em. N. III. (hic adi.) *Et Senatum inde intrantibus)* Locum hunc Plinii editores, contra omnium MSS. fidem, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. sic interpolarant: *Et senatorii, nil demirantibus quam luxuriam* etc. quibus verbis nec salis, nec rationis probabilisue sententiae, mica vlla subest. H.

mill. pass.: flumen u. Asanam [1] marino haustu, sed portu spectabile: mox amnem quem vocant x. Fut [2]: ab eo ad Dyrin (hoc y. enim Atlanti nomen esse eorum lingua conuenit) ducenta mill. pass. interueniente flumine, cui nomen est Vior. z. Ibi a. fama, exstare [3] circa [4] vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias. Suetonius b. Paulinus (quem Consulem vidimus) primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit de excelsitate quidem eius, quae ceteri: imas c. radices densis altisque reple-

1. *Asamam. V.* 2. *Phthut. Vet.* 3. *conf. Ch. fama existere Gr. et Al.* 4. *certa vestigia.*

u. *Asanam)* Ita libri omnes. Ἀσάμα ποταμὸς Ptol. L. IV. c. 1. Quantum licet ex situ et interuallo facere coniecturam, is est, quem Tabulae *Ommirabibus* vocant, cuius in ostio Risardir est, siue *Azaamarum*, sic enim Mauri dicunt; alludente etiamnum oppidi nomine ad vetustam amnis Ἀσάμα appellationem. Marocchanum is amnis a Fessano regno disterminat. H.

x. *Fut)* Siue Phuth. Ptol. l. c. Δȣτ, mendose, vt arbitror, pro Θȣτ, vel potius Φθȣτ. In ostio huius fluminis nunc Azafia oppidum. Marocchanum regnum fere medium permeat. H.

y. *Hoc enim Atlanti)* Martianus L. VI. c. de Africa, p. 215. *Adirin*, male cursimque lecto Plinii codice, scripsit. Strabo L. XVII. p. 825. Ἕλληνες Ἄτλαντα καλȣσιν· οἱ βάρβαροι δὲ Δύριν. H.

z. *Vior)* Δίȣρ Ptol. l. c. forte pro Βίȣρ. Nunc *Sus*, in finibus regni Marocchani. H.

a. *Ibi fama)* In Atlante monte. Solinus, c. 24. p. 46. *Habitatus ante mons Atlas, vt indicat loci facies, quondam cultu exercita, in qua vsque adhuc vitis et palmae exstat vestigium.* H.

b. *Suetonius)* De eo egimus in Auctorum syllabo. Habet haec Solinus iisdem fere verbis, L. XXIV. c. 46. et Dio Cass. L. LX. p. 670. qui haec ad annum primum Claudii Imp. refert V. C. DCCXCV. Gessit Consulatum XII. Neronis anno L. Pontio Telesino collega, vt quidem est auctor Tacit. Annal. L VI. p. 270. H.

c. *Imas radices*, etc.) Haec Martia-

repletas ſiluis incognito d. genere arborum, proceritatem ſpectabilem eſſe [1] enodi nitore, frondes cupreſſis ſimiles, praeterque grauitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus e. addita arte, poſſe, quales e bombyce, veſtes confici. Verticem f. altis etiam aeſtate operiri niuibus. Decumis g. ſe eo perueniſſe caſtris, et h. vltra ad fluuium, qui i. Ger

 voca-

1. *eſſe in M non legitur, nec in Ch.*

Martianus quoque, L. VI. cap. de Africa, p. 215. H.

d. *Incognito)* Incognitum ſibi genus illud arborum Paulinus Suetonius memorabat, qui citrum arborem numquam viderat, quam Maurae ſiluae filiam vocat Martialis, ex qua Atlantica munera, menſas citreas fieri idem docet, vt ſuo loco dicturi ſumus, L. XIII. ſ. 23. H.

e. *Quibus addita arte)* Frondibus ſcilicet obductis lanugine, vel ipſi potius per ſe lanugini arte addita: qua de arte rurſum L. VI. ſ. 20. et L. XII. ſ. 23. H.

f. *Verticem)* At ſi altior eſt eius vertex, quam vnde niues et imbres cadunt, quomodo idem niuibus obſitus dici poteſt? Virgilius humeros idcirco, non verticem, niuibus operiri cecinit: *Nix humeros infuſa tegit.* Sed piniferum quoque caput ventis et imbribus pulſari canit, poetica nimirum licentia. Non omnium altiſſimum verticem attigiſſe Suetonius videtur. H.

g. *Decumis ſe eo)* Decima locatione, ſeu metatione caſtrorum. Hinc ſubducto calculo, montis altitudo colligitur eſſe amplius quindecim milliarium, etiam computatis anfractibus. H.

h. *Et vltra ad fluuium qui Niger vocatur)* *Niger* Plinio dicitur, qui Ptolemaeo Νίγειρ, aliis Graecis Νίγρις, quibuſdam Νίγρης, a quo Νίγρητες qui aliis Νιγρῖται. Plin. lib. V. cap. 4. *tota Getulia ad flumen Nigrum*, ita libri, non *Nigrin. Salmaſ.* pag. 304. b.

i. *Qui Ger)* Γεὶρ Ptolemaeo maximus Libyae interioris fluuius, qui Garamantas alluit. Vide Not. et Em. N. IV. (hic poſ.) *Qui Ger vocaretur)* Iſtud amnis nomen tum ex codicibus MSS. Reg. 1. 2. et Pariſ. tum ex Ptolemaeo reſtituimus, cum prius perperam *qui Niger* legeretur. *Niger* tamen legiſſe in Plinianis libris Solinus videtur, qui fluuium ea appellatione donatum putauit, quod atri coloris aquas volveret,

vocaretur [1], per solitudines nigri pulueris eminentibus interdum velut exustis cautibus, loca inhabitabilia feruere, quamquam hiberno tempore, expertum [2]. Qui proximos inhabitent saltus, refertos elephantorum, ferarumque, et serpentium omni genere, Canarios appellari. Quippe victum eius k. animalis promiscuum his esse, et diuidua [3] ferarum viscera [4]. Iunctam Aethiopum gentem, quos Perorsos vocant, satis constat. Iuba Ptolemaei pater, qui primus [5] vtrique l. Mauritaniae imperauit, studiorum claritate memorabilior etiam, quam regno, similia prodidit de Atlante: praeterque m. gigni ibi herbam euphorbiam nomine ab inuentore medico suo appellatam. Cuius lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus, contraque serpentes, et venena omnia, priuatim dicato volumine. Et satis superque de Atlante. (II. *) Tingitaniae n. pro-

1. *Sic quoque Ch. qui Niger vocatur Gr. et Al.* 2. *sic quoque M. V. et ex MSS. sic em. Hard. experto Gr. et Al.* 3. *diuisa. Vet.* 4. *viscera iuncta Aethiopum gente. Ch.* 5. *prius. Gr.*

ueret, quo nihil esse aut dici absurdius potest. H.

k. *Eius animalis)* Nempe caninae carnis, vnde Canarii, siue Κυνοφάγοι appellati sunt. H.

l. *Vtrique Mauritaniae)* Mauritanias omnes obtinuit Iuba Ptolemaei pater, alterius Iubae filius Caesariensem, quae Bocchi, et Tingitanam, quae Bogudis fuerat: praeter Numidicam, quam haereditario a patrio iure obtinebat. Ita Strabo, L. XVII. p. 828. De Iuba diximus in Auctorum syllabo. H.

m. *Praeterque)* Praetereaque. Refert haec et Solinus, c. 24. p. 46. De euphorbia dicetur oportunius, L. XXV. s. 38. H.

* *Tingitania prouincia)* Vulgo et apud Ptol. *Tingitana.* Sed Plinio consentiunt ea quae in suo antiq. Thes. enotauit Goltz. pag. 146. et Iust. Lips. ant. inscript. sp. 161. num. 7. et not. Rom. de Comite Tingitaniae. et Onuph. Panuin. Imp. Rom. p. 894.

prouinciae longitudo CLXX. M. paſſ. eſt. Gentes [1] in ea, quondam praecipua Maurorum, vnde o. nomen [2], quos plerique Mauruſios p. dixerunt. Attenuata bellis ad paucas recidit [3] familias. Proxima illi q. Maſſaeſylorum [4] fuerat, ſed ſimili modo extin-

R 4

1. *et gens in ea quondam praecipua Maurorum. Ex antiq. Cod.* 2. *Vnde nomen prouinciae, quos Gr. et Al.* 3. *rediit. V.* 4. *Muſſiliorum. M. V.*

p. 894. prouincia Tingitania praeſid. ſub Vicario. Eam prius Sitifenſem dictam fuiſſe, ait Panciroł. ſuper notit. lib. II. c. 65. Vide et Onuph. d. lib. pag. 890. *Dalec.* Vide Indic. LL.

n. *Tingitaniae prouinciae longitudo, etc.*) Poſt haec verba, quantum coniicio, ſubſequi debent illa quae paulo ante notaui poſita eſſe in alieno loco: *Quinque ſunt, vt diximus, Romanae coloniae in ea prouincia.* Patet hoc a ſimili ordine, ac modo dicendi, quem obſeruat alias Plinius, vt infra capite IV. peracta Africa proprie dicta, quae procedit a fluuio Ampſaga vsque ad Cyrenaicam, ſubdit: *Ad hunc finem Africa a fluuio Ampſaga, populos* XXVI. *habet, qui Romano parent imperio. In his colonias habet* VI. *Pintian.*

Tingitaniae) Sic editiones vetuſtae. MSS. tamen R. 1. etc. *Tingitanae* Ptolemaeus quoque L. IV. c. 1. Τιγγιτάνην vocat. Eadem porro et inferior et citerior Mauritaniae appellata: non item Sitifenſis, vt quidam volunt. De Tingitanae longitudine concinit Plinio Martianus L. VI. c. de Africa, p. 216. H.

o. *Vnde nomen*) Vtrique prouinciae, Tingitaniae ac Caeſarienſi. Libri hactenus editi, *vnde nomen Prouinciae,* manifeſto gloſſemate, quod abeſt a MSS. codicibus octo ſaltem, quos vidimus. H.

p. *Mauruſios*) Μαυρούσιοι μὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγόμενοι, Μαῦροι δ' ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. *A Graecis Mauruſii, Mauri a Romanis vocati,* inquit Strabo, L. XVII. p. 825. H.

q. *Maſſaeſylorum*) Μασσαισυλίων Straboni p. 827. In ora interni ſeu mediterranei maris, vsque ad Mulucham amnem. Diuerſi a Maſſaeſylis Maſſyli, de quibus dicetur ſect. 4. Priſcianus in Periegeſi, p. 368. *Poſt hos immenſae Nomandum de ſemine gentes Atque Maſſaeſylii, nec non Maſſylia proles.* H.

extincta est. Gaetulae nunc r. tenent gentes, s. Baniurae [1], multoque validissimi Autololes t.: et horum pars quondam Vesuni u.: qui auulsi his propriam fecere gentem, versi x. ad Aethiopas. Ipsa y. prouincia ab oriente z. montuosa [2], fert elephantos. a. In [3] Abila

1. Banurri Gr. et Al. 2. *montosa Gr. et Al.* 3. *In Abila monte, et iis quoque septem. V.*

r. *Nunc tenent)* Prouinciam obtinent, habitantque, Tingitanam; e Caesariensi Mauritania huc profectae. Vide L. XXI. f. 45. H.

s. *Baniurae)* Βανίουροι. Vide Not. et Em. N. V. (hic pos.) *Baniurae)* Ita emendauimus ex R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Prius *Banurri* legebatur. Apud Ptol. L. IV. c. 1. BANIOTPBAI pro BANIOTPAI, vt quidem merito suspicamur. H.

t. *Autololes)* Αὐτολάται Ptol. L. IV. c. 6. *Autololes*, Lucano. L. IV. v. 677. H.

u. *Vesuni)* *Nesuni* R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. H.

x. *Versi ad)* Post Tingitanam positi, vergentesque ad Aethiopias. H.

y. *Ipsa prouincia)* Tingitana. H.

z. *Montosa, fert elephantos. In Abila quoque monte, etc.)* Lege: *montuosa, fert elephantos, in Abila quoque ex quo Septem fratres a simili altitudine appellati freto imminent.* Si qua ab Oriente montuosa est, fert elephantos: in illis nempe montibus qui ad Orientem sunt. Addit, *in Abila quoque etc.* id est, in Abila quoque et septem fratribus iunctis Abilae montuosam esse. Vide *Salmas.* pag. 305.

a. *Fert elephantos. In Abila quoque monte, etc.)* Lege: *Fert elephantos in Abila quoque monte, et quos septem fratres a simili altitudine appellant; freto imminent hi iuncti Abilae.* lectionem hanc oppugnat Salm. Vide *Is. Voss.* in Melam. p. 21.

a. *In Abyla)* Sunt in Abyla quoque, inquit, Tingitanae monte septemtrionali, et in iis montibus, quos septem fratres vocant, frequentes elephanti: vt in parte prouinciae quae ab oriente montuosa est. Solini paraphrasis c. 25. p. 46. de Tingitana: *Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellati, freto imminent: hi montes elephantis frequentissimi* etc. Habet eadem Martianus, L. VI. c. de Africa, p. 216. Quare hanc lectionem, quam codices omnes con-

Abila quoque monte, et b. quos Septem fratres a simili altitudine appellant: ii freto [1] imminent iuncti Abilae. Ab c. his ora interni maris. Flumen Tamuda d. nauigabile, quondam et oppidum. Flumen e. Laud [2], et ipsum nauigiorum capax. f. Rusadir [3] oppidum et portus, Maluana g. fluuius nauigabilis.

1. *freto imminenti iuncti Abylae. Cb.* 2. *Lauth. Tol. M.* 3. *Rusardir. Gr. et Al.*

constabiliunt, frustra impugnat Salmasius in Solin. p. 305. Abila altera Herculis laborum in Africa, meta, Calpae in Europa positae respondet: in extremis est freti angustiis, versus ortum, vnde aperiri se mare internum, seu mediterraneum incipit. Ἀβύληκα Strabo vocat L. III. p. 170. H.

b. *Et quos septem)* Ἑπτάδελφους Ptolemaeus pariter vocat L. IV. c. 1. Mela, L. 1. c. 5. *Montes sunt alti, qui continenter, et quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum, septem: ob similitudinem, fratres vocantur.* H.

c. *Ab his)* Post Septem fratres Abilamque montem, iam internum, seu mediterraneum, freti angustiis pone relictis, liberius exspatiatur aequor. Deinde excurrit in ipsa ora flumen Tamuda, etc. H.

d. *Tamuda)* Sic Mela l. c. a Vossio emendatus. Sic Pliniani codices. Ptolemaeus Ταλοῦδα corrupte, pro Ταμοῦδα. H.

e. *Laud)* Ex situ coniicimus esse amnem eum, quem *Gomera* Tabulae vocant. H.

f. *Rusardir oppidum et portus)* Lege: *Rhysadir oppidum et portus, Maluae fluuius nauigabilis, Siga oppidum ex aduerso Malacae, etc.* Vide reliqua apud *Isac. Vossium* in Melam. p. 21.

Rusadir) Ptol. L. IV. c. 1. Ῥυσσάδιρον, in Tingitana. Antonino in Itinerario *Rusadder colonia.* In Notitia Africae, inter Episcopos Mauritaniae Caesariensis, cuius in vicinio Rusadir est, *Idonius Rusaditanus* legitur. H.

g. *Maluana)* Ita libri omnes. Antonino tamen *flumen Malua.* Ptolemaeo L. IV. c. 1. Μαλοῦα. Hodie *Mulvya,* inquit Gramaye L. IV. Africae illustr. c. 1. p. 97. Regnum Algerianum a Fessano, hoc est, Caesariensem a Tingitana dirimit. Verius videtur esse *Rio Chersero.* H.

gabilis. Siga h. oppidum ex i. aduerso Malachae i in

i. *Maleae. Ch.*

h. *Siga oppidum ex aduerso Malachae in Hispania sitae, Syphacis regia, alterius iam Mauritaniae. Namque diu regum nomina obtinuere, vt Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quae nunc Caesariensis. Ab ea Portus magnus a spatio appellatus, ciuium Romanorum oppidum. Amnis Mulucha Bocchi Massaesylorumque finis)* Si oppidum Siga pertinet ad alteram Mauritaniam, hoc est Caesariensem, quae diu Bocchi dicta est, quod hic tradit Plinius, et Mulucha fluuius, vt mox sequitur, Bocchi est Massaesylorumque finis, quod Strabo etiam vltimo geographiae ostendit, hoc est terminus inter duas Mauritanias, quo pacto in ordine et serie locorum huius orae, quae orientem versus procedit, potest Siga oppidum esse ante Mulucha fluuium, seu, vt Strabo appellat, Molocath? Item cum sit officium huius coniunctionis, *namque*, causam reddere ante dictorum, qua ratione constare potest sensus illorum verborum, *Namque diu regum nomina obtinuere, vt Bogudiana appellaretur*, et reliqua cum nulla praeierit mentio Bogudis Bocchiue regum? Haec duae rationes, praetereaque Strabonis et Ptolemaei auctoritas, a quibus ordo Plinianus in hoc oppidorum amniumque situ descisсit, trahunt me in eam sententiam, vt mutato verborum situ legendum putem ad hunc modum: *Rusadir oppidum et portus. Amnis Mulucha, Bocchi, Massaesylorumque finis. Namque diu regum nomina obtinuere, vt Bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quae nunc Caesariensis. Malua fluuius nauigabilis. Siga oppidum ex aduerso Malacae in Hispania sitae, Syphacis regia, alterius iam Mauritaniae. Ab ea Portus magnus a spatio appellatus, ciuium Romanorum oppidum. Quiza Xenitana*, et reliqua. Nam Ptolemaeus post Magnum portum, Quizam statim locat, quamuis in Ptolemaei Graecis codicibus *Buyza* pro Quiza perperam scriptum sit. Nec ignoro Melam Pomponium libro primo post Sigam Mulucham fluuium statuere. Sed is auctor, vt digniora prius memoret, solet interdum locorum ordine abuti. Illud non praeterierim, ante verba illa, *amnis Mulucha*, praefigi debere lemma: *Caesariensis prouinciae. Pint.*

Siga) Hodie *Aresgol* esse putatur, inquit Mariana, L. II. hist. Hisp. c. 23. p. 80. colo-

in Hispania sitae, Syphacis k. regia, alterius l. iam Mauritaniae. Namque m. diu regum nomina obtinuere, vt Bogudiana appellaretur extima: itemque Bocchi, quae nunc Caesariensis. Ab ea portus mm. Magnus a spatio appellatus, ciuium Romanorum oppidum. Amnis n. Mulucha [1], Bocchi o. Massae-

1. *Molocath. Vet. Strab.*

coloniam vocat. Ptol. L. IV. c. 2. Mauritaniae Caesariensis caput. Potius hodie *Velez* est. H.

i. *Ex aduerso Malacha)* Ita Solinus c. 25. p. 48. et Martianus, L. VI. p. 216. Μάλακα Straboni, L. III. p. 156. Hispanis hodie *Malaga*, nostris *Malgues*, commercio celebris: cuius vina generositate superant reliqua omnium ferme regionum. In Chiffl. codice *Maleae*, inepte. H.

k. *Syphacis regia)* Σίγα βασίλειον Σύφακος, inquit Strabo, L. XVII. p. 829. in Mauritania scilicet, quae Syphaci paruit. In ea vero Numidiae parte, quam occupavit, Cirta eiusdem βασίλειον fuit. Liuius, L. XXX. *Cirta caput regni Syphacis erat.* Sic Iubae regia triplex fuit, Cirta, Siga, Caesarea. H.

l. *Alterius iam)* Caesariensis Mauritaniae, quae nunc Regnum Algerianum dicitur, *le Royaume d' Alger.* H.

m. *Namque diu)* Non alio, inquit, Mauritania vtraque nomine dudum est agnita, quam regum, quibus paruit: Extima quidem, seu propior oceano, hoc est Tingitana, Bogudis: Caesariensis, Bocchi. Tingitanae, Caesariensisque appellationes, Caio vel Claudio principe primum auditae. H.

mm. *Portus magnus)* Mela, L. I. c. 5. *Portus cui Magno est cognomen ob spatium.* Πόρτος Μάγνος Ptol. L. IV. c. 2. Nunc *Melilla.* H.

n. *Amnis Mulucha)* Muluchae meminit Sallust. in Iugurth. fol. 67. *Dalec.*

Amnis Mulucha) Quem Ptolemaeus Χυλημαθ ποταμὸν vocat, L. IV. c. 2. forte pro Μηλυχάθ, inter Portum Magnum, Quizamque coloniam, quo pariter ordine a Plinio ista collocantur. Hodie *Muluia* et *Mulubia.* H.

o. *Bocchi, etc.)* Mela L. I. c. 5. *Mulucha ille quem diximus amnis est, nunc gentium, olim regnorum quoque terminus, Bocchi, Iugurthaeque.* Ab Malua amne superius memorato, vsque ad Mulucham, Massaesyli, Maurique incolebant, Boccho rege, Iugur-

Massaesylorumque finis. Quiza p. Xenitana peregrinorum oppidum, Arsennaria q. Latinorum, tribus millibus passuum a mari. Cartenna [1] colonia Augusti, legio s. secunda. Item colonia eiusdem, deducta cohorte t. Praetoria, Gunugi. u. Promontorium Apollinis x.: Oppidumque ibi celeberrimum Caesarea y., antea vocitatum Iol, Iubae regia,

1. *Carcennă. V.*

gurthae genero. Hic igitur fluuius Massaesylorum finis: sed et idem initium regni Iubae, ad Ampsagam amnem versus ortum. H.

p. *Quiza Xenitana)* Nomen alterum habet a Mauris: a peregrinis, qui vrbem condiderunt, Graecum alterum. Ξένος enim hospitem et peregrinum sonat. Quiza castellum Melae, L. I. c. 6. Municipium Antonino, in Itiner. Colonia Ptolem. L. IV. c. 2. Hodie videtur esse *Aresgol:* aut in vicino certe tractu. H.

q. *Arsennaria)* Arsinna Melae, l. c. Ptol. L. IV. c. 2. Ἀρσενναρία κολωνία. Nunc *Marsalquibir*, aut non inde procul. H.

r. *Cartenna)* Καρτένναι Ptol. l. c. Cartennas coloniam vocat Antonin. in Itiner. In Notitia Africae inter Episcopos Mauritaniae Caesar. *Lucidus Cartennitanus.* Hodie, vt videtur, *Mesgraim.* H.

s. *Legio secunda)* Hoc est, legionis secundae colonia, vel colonia Secundanorum. Vide quae diximus L. III. s. 5. H.

t. *Cohorte Praetoria)* Festus: *Praetoria cohors est dicta, quae a Praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent, et cetero munere militiae vacarent, et sesquiplex stipendium acciperent.* Ex ea igitur colonia deducti Gunugin coloni. Cohors Praetoria Gallis vocatur, *le Regiment des Gardes.* H.

u. *Gunugi)* Gunugus Anton. in Itin. a Caesarea, de qua mox, XII. mill. pass. Nunc *Mestagan.* H.

x. *Apollinis)* Ἀπόλλωνος ἄκρον Ptol. L. IV. c. 2. H.

y. *Caesarea)* Ἰὼλ Καισάρεια, Ptol. l. c. *Caesarea colonia*, Antonino in Itin. Mela, L. I. c. 6. *Iol ad mare aliquando ignobilis, nunc quia Iubae regia fuit, et quod Caesarea vocitatur, illustris.* In nummo Claudii, teste Goltzio

gia, a Diuo Claudio coloniae iure donata: eiusdem z. iussu deductis veteranis, Oppidum nouum: et a. Latio [1] dato, Tipasa. b. Itemque a Vespasiano Imperatore eodem munere donatum Icosion. c. Colonia

1. *Latio donatum.*

tzio in Thesauro, COL. IOL. CAESAREA. IVBAE. REG. sed suspecta mihi viri est pariter ac nummi fides. Hodie vel ipsa ciuitas *Tenez* est, aut ex ruderibus Caesareae condita. H.

z. *Eiusdem iussu)* Augusti pariter iussu, inquit, deductis veteranis militibus instituta colonia Oppidum Nouum fuit. Ὀππιδόνεον κολωνία, Ptol. L. IV. c. 2. *Oppidum nouum coloniam*, Antoninus a Tigauis, de quibus inferius, XXXIII. M. pass. Vide Not. et Em. N. VI. (hic coll.) *Item Igilgili. Oppidum Tucca, etc.)* Prius legebatur, *Igilgili oppidum. Tucca* etc. Nos addita vocula *item* ex MSS. R. 1. 2. et ceterorum admonitu, ac mutata interpunctione, Igilgili coloniam fuisse indicamus, quod et Antoninus in Itinerario admonet. Sic paulo ante, vbi praepostera loci distinctio, e duobus oppidis vnum conflarat, in hunc modum: *Caesarea — — a Diuo Claudio coloniae iure donata, eiusdem iussu deductis veteranis: Oppidum nouum, et Latio dato Tipasa:* nos geminum latere agnouimus, locumque ita distinximus: *A Diuo Claudio coloniae iure donata: Eiusdem iussu deductis veteranis, Oppidum Nouum: et Latio data Tipasa.* Nam *Oppidum Nouum*, proprium loci, coloniaeque nomen esse, abunde ex Ptolemaeo et Antonino docuimus. H.

a. *Et Latio dato)* De iure Latii diximus, L. III. s. 4. H.

b. *Tipasa)* Inter Episcopos Mauritaniae Caesar in Notitia Africae, *Reparatus Tipasitanus.* Τίπασα quoque Ptol. l. c. *Tipasam coloniam* vocat Antoninus. Nunc *Sercelle.* H.

c. *Icosion)* Ἰκόσιον Ptol. L. IV. c. 2. *Icosium colonia*, Antonino et Martiano, L. VI. c. de Africa, p. 216. In Cod. Can. Eccl. Afric. subscribit *Laurentius Icositanus, legatus prouinciae Caesariensis.* In Notitia Africae, inter Episcopos Maurit. Caesar. *Victor Leositanus*: scribe *Icositanus.* De vocis originatione Solinus, c. 25. p. 48. *Nec ab Icosio*, inquit, *taciti recedamus. Herculi enim illuc transeunte, viginti qui a comitatu eius desciuerant, locum deligunt,*

lonia d. Augusti Rusconiae. e. Rusucurium [1] ciuitate honoratum a Claudio. f. Rusazus [2] colonia Augusti. Salde g. colonia eiusdem. Item h. Igilgili [3]. Oppidum Tucca i. impositum mari, et flumini Ampsagae. Intus colonia Augusta, quae item Succabar;

1. *Ruscurium.* Gr. 2. *Rusarus.* Vet. 3. *Item Ig.* Ch. *Gilgili.* M.

gunt, faciunt moenia, ac ne quis imposito a se nomine gloriaretur, condentium numero vrbi nomen datum. Εἴκοσι Graece viginti significat. Solinianum tamen id figmentum puto. Nunc est *Alger*, aut locus ei vicinus. H.

d. *Colonia Augusti Rusconiae*) Ita Martianus l. c. et MSS. omnes. Antonin. in Itin. *Rusgunias coloniam.* Parm. ed. *Rusguniae.* In Notit. Africae, inter Episcopos Mauritaniae Caesar. *Bonifacius Rusguniensis.* Ptol. L. IV. c. 2. mendose Ῥεςόνιον, pro Ῥεσκόνιον. Et in Conc. Carth. *Numerianus Rungoniensis,* pro *Rusguniensis.* Hodie *Tadeles.* H.

e. *Rusucurium*) Sic recte Parmensis editio. Ptol. L. IV. c. 2. Ῥεσεκόρραι. Antoninus, *Rusuccurum coloniam.* Inter Episcopos Mauritaniae Caesariensis, in Notit. Africae, *Metcur Rusuccuritanus.* Nunc est *Carbona,* haud procul Bugiensi sinu et oppido. H.

f. *Rusazus*) *Rusazis municipium*, Antonino. Ῥεζαῦς Ptol. l. c. H.

g. *Salde*) Vel forte potius *Saldae*, cum Martiano, L. VI. p. 216. Ptol. item Σάλδαι, κολωνία. Antoninus, *Saldas coloniam* vocat. Inter episcopos Mauritaniae Sitifensis, in Notitia Africae. *Paschasius Salditanus.* Hodie *Bugie*, in regno Algeriano, prouinciae cognominis caput: quae ab hoc oppido ad Ampsagam amnem pertinet, dicta olim Mauritania Sitifensis, vt creditur. H.

h. *Igilgili*) *Gigeri*, nupera Francorum expeditione nobile Ἰγιλγέλει Ptolemaeo. *Igilgili coloniam* vocat Antonin. Vide Not. et Em. N. VI. H. supra. l. 2.

i. *Tucca*) Nunc intercidit. Diuersa est Ptolemaei Τέκκα, L. IV. c. 2. Nam in mediterraneis Mauritaniae Caesariensis vrbibus censetur: Pliniana haec maritima est, in ipso Ampsagae fluminis ostio: Mauritaniae Sitifensis nouissima, quam proxime Numidia sequitur. H.

bar k.: item Tubusuptus. l. Ciuitates: Timici m., Tigauae. n. Flumina: o. Sardabal [1], Aues [2], Nabar: gens p. Macurebi [3]: flumen Vsar q.: gens Nabades

1. *Sardabala, Ancus, Nabar. Pint.* 2. *Aues d. ap. Gr.* 3. *Machurebi. Ptol.*

k. *Succabar*) Ita MSS. omnes: non vt editi *Succubar*. Inscriptio, in Thes. Goltzii, p. 238. COL. AVG. SVCCVBAR. Ammian. L. XXIX. p. 402. *Municipium Sugabaritanum, Transcellensi monti adcliue.* Mediterraneum oppidum fuit, quod ea vox Pliniana declarat, *Intus:* quae et sequentibus oppidis accommodanda est. Ptol. L. IV. c. 2. Ζεχάββαρι inter mediterranea Mauritaniae Caesariensis oppida. H.

l. *Tubusuptus*) Τεβέσεπτος Ptol. L. IV. c. 2. in mediterraneis Caesariensis Mauritaniae oppidis. *Tubusuptum* Antonino, a Saldis XVIII. mill. pass. Ammiano, L. XXIX. p. 400. *Tubusuptum oppidum Ferrato contiguum monti.* In Notit. Prou. inter limitaneos, recensetur Praepositus limitis Tubusubditani, sect. 20. p. 96. H.

m. *Timici*) Τιμίκη Ptol. L. IV. c. 2. inter mediterranea Mauritaniae Caesar. oppida. In Collat. Carthag. p. 138. *Victor Episcopus plebis Timicitensis.* Et in Notit. Africae, inter Episcopos Maurit. Caes. *Honoratus Timicitanus.* H.

n. *Tigauae*) *Tigauas Municipium*, vocat Anton. in Itiner. Τιγαῦα, Ptolemaeo, in mediterraneis ciuitatibus Maurit. Caes. Inter Episcopos Maurit. Caes. in Notitia Africae *Crescens Tigabitanus.* H.

o. *Sardabal*) Legitima serie haec flumina recensentur a Plinio: diuersis paulo nominibus a Ptol. L. IV. c. 2. Sardabal enim ἡ Χιναφάλ est, cuius ostia iuxta Caesaream sunt, siue *Tenez:* amni hodie nomen *Sefaja*, Aues, quo nomine a Mela agnoscitur, L. I. c. 6. a nobis hoc loco restitutus admonitu codicum Colb. 1. 2. etc. Σαύης Ptolem. est, iuxta Icosium. Nabar deinde Νασαύα, cuius in ostio Saldae colonia condita, hoc est *Bugia:* ei amni nunc nomen est, *Rio Major.* H.

p. *Macurebi*) Μαχεριβοὶ, Ptol. l. c. H.

q. *Vsar*) Σίσαρ est Ptol. l. c. inter Saldas, siue Bugiam et Igilgilin. H.

bades r. Flumen Ampſaga s., abeſt t. a Caeſarea u. ccxxii. [1] millibus paſſ. Vtriusque Mauritaniae longitudo x. decies [2] triginta nouem mill. Latitudo quadringentorum ſexaginta ſeptem mill. paſſ.

II.

1. cccxxxiii. *Gr. et Al. Ch. octingentorum tr. Gr.* 2. *decies m.* xxxvii. *Idem.* 3. ccclxxvii. *Tol. M. Ch.*

r. *Nabades*) Νάσαβοι, Ptol. l. c. H.

s. *Ampſaga*) Ptolemaeo Ἀμψάγας. *Amſagam fluvium Cirtenſem faeciloſum* vocat Victor Vitenſis, L. II. de perſecut. Afr. p. 21. Cirtentem quidem, a Cirta Iulia, Numidiae metropoli, de qua mox dicetur, prope ripas Ampſagae poſita. Hodie *Suffegmar*, aliquot millibus paſſ. a Gigeriano oppido verſus ortum. H.

t. *Abeſt a Caeſarea*) *Tenez.* H.

u. CCCXXII.) Ita Reg. Colb. 1. 2. Chiffl. et Martianus ipſe. In libris editis male, CCXXXIII. H.

x. *Decies*) Hoc eſt, decies centenûm, et triginta nouem millium paſſ. Vide Not. et Em. N. VII. (hic coll.) *Vtriusque Mauritaniae longitudo decies triginta nouem mill.*) Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. Denique ipſe Martianus, L. VI. c. de duabus Mauritaniis, p. 216. vt mirari ſubeat, cur Plinii editores, *octingentorum triginta nouem mill.* tantum ſcripſerint: cum vel ab Ampeluſia promontorio, ad amnem Mulucham, quem Maſſaeſylorum finem eſſe ſuperius diximus, ſtadiorum quinque millia intereſſe Strabo ſit auctor, L. XVII. p. 827. cum tamen nec Tingitanae fere partem vllam, nec Caeſarienſem totam eo ſpatio complectatur. Miſſi Theodoſii: *Gaulia* (lege *Gaetulia*) *et Mauritania finiuntur ab oriente flumine Ampſaga: ab occidente, oceano Atlantico; a ſeptemtrione, mari Africo: a meridie, mari oceano Aethiopico, in longitudinem M. paſſ.* CCCCLXII. *in latitudinem duodecies* XXX. *iuxta Plinium Secundum.* Vbi menſurae longitudinis latitudinisque exſcriptorum vitio, haud dubie ſunt permutatae. Quod vero ſtatim in eodem exemplari ſubditur: *Vtriusque Mauritaniae longitudo* CCCCLXXX. *latitudo*, CCCLXVIII. aut vitioſum eſſe, aut adiectum et ſpurium arbitror, certe falſum. H.

II. (III.) Ab Ampsaga Numidia y. est, Massinissae z. clara nomine, Metagonitis a. terra a Graecis appellata: Numidae b. vero Nomades c. a permutandis

y. *Numidia est)* Ita Solinus, c. 26. p. 48. Numidia scilicet noua, quam sub Africae proprie dictae nomine Mela describit, L. I. c. 7. cum Numidia, cuius Mela meminit, a Mulucha amne ad Ampsagam vsque pertineat: quam sub Mauritaniae Caesariensis nomine Plinius complexus est: Verba haec Pomponii sunt: *Regio quae sequitur a promontorio Metagonio ad aras Philaenorum, proprie nomen Africae vsurpat. In ea sunt oppida, Hippo Regius, et Rusicade, et Tabraca.* H.

z. *Massinissae)* Odio primum, mox amicitia populi Rom. et fide clarus fuit. Numidiam, ante sua tempora plane sterilem, omni frugum fructuumque genere fertilem cultu reddidit. Vide de eo plura apud Polyb. in Excerpt. p. 174. et Appian. in Punic p. 63. Graecis Μασσανίσσας dicitur. H.

a. *Metagonitis)* Μεταγωνῖτις a Metagonio promontorio, de quo Mela proxime laudatus, quantumlibet Vossius refragetur, Obs. in Melam, p. 27. Hipponi Regio finitimum illud est: geminumque illi nomen: nam Τρίτον vocatur a Strabone et Massiliae oppositum dicitur: hodie *Capo di Ferro.* Ptolem. L. IV. c. 3. Τρητὸν ἄκρον. Diuersum plane a Metagonio Ptolemaei et Strabonis, quod est in regno *Fez*, iuxta montem Abilam, eique nomen *Capo de tres Forcas.* H.

b. *Numidae vero Nomades)* Sallust. in Iugurth. de Medis, Persis, Armenis, Getulisque Africae populis: *Et quia saepe tentantes agros, alia atque alia loca petiuerant, semetipsi Numidas appellauere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant, oblonga incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinae sunt.* Vide Festum in voce Numidas. Solin. *Haec gens plaustris inuecta pabula passim sequitur.* Dalec.

Numidae) Solinus et Martianus, l. c. Sallustius in bello Iugurthino, p. 66. de Africae incolis: *Hi quia saepe tentantes agros alia deinde atque alia loca petiuerant, semetipsi Numidas appellauere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinae sunt.* H.

c. *Nomades)* Νομάδες. Sic dictos Festus existimat, quod id genus hominum pecoribus nego-

tandis pabulis [1], mapalia sua, hoc d. est, domus e., plaustris circumferentes. Oppida: Cullu f., g. Rusicade [2], et ab ea quadraginta octo M. pass. in mediterraneo colonia Cirta h., Sittianorum i. cognomine:

1. Papilionib. V. 2. *Rusicade. Ab ea Vet.*

negotiatur: siue quod herbis, vt pecora, aluntur. Dicti potius, quod permutant pabulum, Graece νομήν. Vide Not. et Em. N. VIII. (hic consp.) *Nomades, a permutandis pabulis)* Ita R. 1. 2. Colb 1. 2. Paris. librique recentius editi. At Parmensis editio, *a permutandis papilionibus*, legit: quae lectio etiam tolerabilis est. Sunt enim papiliones τὰ σκηνώματα castrensia tabernacula, siue tentoria, vt docet vetus Gloss. vnde vox Gallica *Pavillon.* Hac vsus Ael. Spartianus in Pescennio, p. 78. *In omni expeditione ante omnes militarem cibum sumsit, ante papilionem: nec sibi vmquam vel contra Solem, vel contra imbres quaesiuit tecta suffragium.* Sic Nomadum tabernacula papiliones rite vocaueris. H.

d. *Hoc est, domus)* Horat. L. III. Carm. ode 24. de Nomadibus Scythis: *Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* De Africis Lucan. L. IV. v. 684. *Et solitus vacuis errare mapalibus Afer Venator.* Idque etiamnum in vsu est apud interiores Mauros, qui in Atlante viuunt. Vbi pabulum gregibus deficit, mapalia plaustris imposita alio transferunt, ac statuminant, suffulciuntque palis. H.

e. *Domus plaustris circumferentes)* Hoc Scythis tribuit Strabo, ἁμαξοικοὺς ideo eos vocans. Horatius lib. III. Carminum od. 24. — *Campestres melius Scythae Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* Dal.

f. *Cullu)* Chulli Municipium, Antonino in Itin. ab Igilgili XLIX. M. P. Κοῦλλου Ptol. L. IV. c. 3. Hodieque vetusto nomine *Chollum* vocatur. In Collat. Carthag. p. 107. *Victor Cullitensis.* H.

g. *Rusicade)* Rusiccade Anton. a Chulli LX. pass. mill. Ῥουσίκαδα Ptol. l. c. In Collat. Carthag. *Iunior Rusiccadiensis.* H.

h. *Cirta)* Κίρτα Ἰουλία Ptolem. L. IV. c. 3. in mediterraneis oppidis, inter Ampsagam fluuium, et oppidum Tabracam. *Cirtam coloniam* pariter vocat Antonin. in Itiner. Ab ea Cirtensem Ampsagam dictum esse superius vidimus. Constantinam deinde appellatam, auctor est Aurelius

mine: et k. alia intus Sicca: liberumque oppidum Bulla l. Regia. At in ora Tacatua m., n. Hippo[1] Regius,

S 2

1. *Hippos.* Ch.

lius Victor, hodieque appellari aiunt, *Caçuntina.* Huius sedis Episcopus Petilianus Donatista, aduersus quem Augustinus librum inscripsit. H.

i. *Sittianorum)* Deductis eo militibus, qui cum P. Sittio in bello contra Iubam Caesari adfuerant. Potiorem enim regni Massinissae partem a Caesare Sittius beneficii et gratiae loco accepit. Is eam inter milites partitus est. Appian. L. IV. Bell. Ciu. p. 621. Dio, L. XLIII. p. 214. Mela, L. I. c. 6. *Cirta procul a mari, nunc Sittianorum colonia: quondam regum domus: sed cum Syphacis foret, opulentissima.* H.

k. *Et alia intus Sicca)* Alia colonia in mediterraneo Siccam Veneriam Antoninus appellat, et Ptol. L. IV. c. 3. inter mediterraneas Numidiae nouae ciuitates. *Paulus Siccensis,* in Coll. Carth. p. 181. H.

l. *Bulla Regia)* Βȣλλαρία Ptol. L. IV. c. 3 inter oppida Numidiae mediterranea. Bullam Regiam pariter in Numidia collocat Anton. in Collat. Carth. *Episcopus plebis Bullensium Regiorum,* num. 135. H.

m. *Tacatua)* Τακατύη Ptol. L. IV. c. 3. in ora, inter Rusicaden et Hipponem Regium. Hodie *Mabra.* H.

n. *Hippo Regius)* Sic appellatus, quia sub Numidiae regum ditione, quorum haec etiam regia fuit. Silius Italicus, L. III. *Tum vaga, et antiquis dilectus Regibus Hippo.* In Collat. Carth. n. 138. p. 141. *Augustinus Episcopus Eccl. Hipponensium Regiorum.* Hodie *Bonne en Afrique,* ad discrimen Coloniensis Bonnae in Vbiis. Nummus est singularis ex aere minimo, quem Seguinus edidit, p. 13. ed. 2. Pars anterior Deae effigiem exhibet, quae rosam sinistra tenet: deinde epigraphe, dextrorsum quidem HIPPO: sinistrorsum autem ad pedes, NE. Postica superficies vultum matronae exhibet, capite velato, quod est indicium libertatis. Epigraphe idcirco adiecta est ibi, LIBERA. Legendum itaque, vt iamdudum monuimus, HIPPO *ciuitas Neronis Edicto Libera.* Confer Nummum inscriptum PAVLLIN. de quo iam diximus ad L. III. s. 10. et alterum KALENI: de quo dicemus inferius. H.

Regius, flumen Armua. o. Oppidum p. Tabraca [1] ciuium Romanorum. Tusca q. fluuius, Numidiae finis: nec r. praeter marmoris Numidici, ferarumque prouentum aliud insigne.

III. (IV.) A Tusca, Zeugitana s. regio, et quae t. proprie vocetur Africa, est. Tria u. promontoria: Candidum x.: mox Apollinis, aduersum Sardiniae; Mercurii y., aduersum Siciliae, in altum procurrentia,

1. *Tacabracha.* *Tol.* *Tabracha.* *Ptol.* *Iuuen.* *Trabracha* *Gr.* *et Al.*

o. *Armua)* Ῥουβρίκατος ποταμὸς, Ptol. L. IV. c. 3. cuius ostia inter Hipponem Regium et Tabracam locat. *Ledog* hodie aiunt vocari. H.

p. *Trabracha)* Iuuenalis; *Quales vmbriferos vbi pandit Trabracha saltus.* *Dal.* *Tabraca)* Θάβρακα κολωνία Ptol. l. c. Nunc quoque *Tabraca.* In Collat. Carth. p. 171. *Clarentius Tabracensis.* H.

q *Tusca)* Hodie *Quadilbarbarus*, amnis Numidiam ab Africa proprie dicta disterminans: vnde nunc Tunetense regnum incipit: *le Royaume de Tunis.* H.

r. *Nec praeter)* Solinus haec quoque c. 26. p. 48. H.

s. *Zeugitana)* *Zeugis non vnius loci cognomentum*, inquit Aethicus in Cosmogr. *sed potius prouinciae fuit, vel vt in hodiernum diem ita a prudentibus accipitur.* Ac paulo post: *Zeugis est, vbi Carthago ciuitas constituta est.* Isidor. L. XIV. Orig. c. 5. *Zeugis, vbi Carthago magna est: ipsa est et vera Africa, inter Byzacium, et Numidiam sita.* H.

t. *Et quae proprie)* Hoc est, eademque proprie Africa vocitata: quamquam et eo nomine ipsa quoque Numidia comprehenditur, vt dicemus sect. seq. H.

u. *Tria promontoria etc.)* Haec quoque Solinus, c. 27. p. 49. et Martianus L. VI. c. de duabus Maurit. p. 216. Illi ex Plinio hausere. Habet eadem et Mela, L. I. c. 7. totidem fere verbis. H.

x. *Candidum)* In Tabulis Nauticis, *Capo Mabra*, quod cum altero Apollinis promontorio, quod *Capo Negro* nominant, efficit Hipponensem sinum, *Baia di Bona.* H.

y. *Mercurii)* Ἑρμαία ἄκρα, ἡ προτείνη ὡς πρὸς τὴν Σικελίαν, inquit Polyb. L. I. p. 42. Nunc *Capo Bona*, quod cum promontorio Apolli-

rentia, duos z. efficiunt sinus: Hipponensem a., proximum ab oppido, quod Hipponem b. dirutum

S 3

pollinis sinum efficit, *le Golfe de Tunis.* H.

z. *Duos efficiunt sinus: Hipponensem, proximum ab oppido quod Hipponem dirutum vocant, Diarrhython a Graecis dictum propter aquarum irrigua, cui finitimum Theudalis)* Videntur nonnulla hoc loco verba deesse, et rursus in sequentibus alia superfluere. Quapropter si fiat permutatio, et reuocetur huc, quod illic redundat, omnia bene habebunt. Proposuit Plinius, tria illa promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, duos efficere sinus. Ex quibus proximus dictus sit Hipponensis, ab Hippone diarrhyto. Quod autem orationis ordo deposcebat, subiungi videlicet sequentem sinum, hoc auctor omisit: idque est, quod coniecto hoc loco desiderari. Verba autem quae infra manifeste superuacanea sunt, videntur mihi illa, *Inter Africanum sequentem et reges.* Ea si prius castigata huc transferamus, omnia sarta tecta erunt, reddeturque sensus integer, nulla ex parte claudicans. Opinor autem legendum esse, non *inter Africanum sequentem et reges,* ex quibus verbis nullum sensum elicias: sed, *Item Africanum sequentem a regione,* vt continuato verborum contextu ordineque differendi, sic scribendum videatur: *duos efficiunt sinus, Hipponensem proximum ab oppido quod Hipponem vocant, Diarrhyton a Graecis dictum, propter aquarum irrigua. Item Africanum sequentem a regione.* Nec mihi persuadebit Hermolaus recipiendam esse dictionem, *dilutum,* quam ego adulterinam puto, et expositionem verbi Graeci διάῤῥυτος. Nam libro nono, capite octauo, de delphinis agens, non dilutum Hipponem, humectumue Latine, sed Graeco et a Latinis recepto nomine *Diarrhyton* appellat. *Alius,* inquit, *inter hos annos in Africo littore Hipponis Diarrhyti simili modo ex hominis manu vescens, etc.* Pint.

a. *Hipponensem proximum ab oppido, etc.)* Lege: *Hipponensem proximum ab oppido, quod Hipponem Diarrutum vocant,* διάῤῥυτον *Graecis dictum propter aquarum rigua.* Hipponem hunc *Diarrutum* Latini vocabant voce Graeca, ad discrimen Hipponis Regii. *Salmas.* p. 321. a. b

b. *Hipponem dirutum)* Describit hoc oppidum eleganter Plinius alter, L. IX. ep. 33. Vide Not. et Em. N. IX.

(pau-

tum [1] vocant, Diarrhytum c. a Graecis dictum, propter aquarum irrigua. Cui finitimum Theudalis d. immune oppidum, longius a litore. Dein promontorium Apollinis, et in altero e. sinu Vtica f. ciuium Romanorum, Catonis g. morte nobilis:

1. *Alii dilutum, sed Pintiano expungitur.*

(paulo post) Plane id oppidum intercidit. Ruderum locus nunc *Tamaclati*, vel vt alii efferunt, *Tamacrata* appellatur. *Hipponem dirutum vocant)* *Incolae*, inquit, cum Graece nesciant, *dirutum vocant*, pro *Diarrhytum*. Hanc vocem *dirutum* libri omnes miro consensu exhibent. *Zarytum* vocat Antoninus in Itinerar. Salmasius in Solin. p. 321. ineptam tautologiam affingit erudito scriptori, cum scripsisse autumat, *Quod Hipponem Diarrutum vocant, Diarrhytum a Graecis dictum.* Nec Surita felicior in coniiciendo, cum *dilutum* reponit. H.

c. *Diarrhytum)* Hipponis Diarrhyti meminit auctor infra capitibus 7. et 9. *Dal.*

Diarrhytum) Διαῤῥυτὸν, hoc est irriguum, propter aquarum irrigua. Paludem Hipponensem describit Plinius Iun. L. IX. ep. ad Caninium: vbi insignis historia, de Delphino incolas loci dorso gestare solito. H.

d. *Theudalis)* Θευδάλη Ptol. L. IV. c. 3. in mediterraneis Africae oppidis, inter Tabraçam ciuitatem et Bagradam fluuium. Vide Not. et Em. N. X. (hic consp.) *Theudalis* In Notitia Africae proxima laudata inter episcopos prouinciae Proconsularis, *Victor Eudalensis*, idem ibi ac *Theudalensis*. Inscriptio vetus apud Gruterum p. 512. *Teudalenses*. In Collat. Carth. p. 109. *Vrbanus episcopus plebis Theudalensis*. H.

e. *In altero sinu)* Cui nomen, vt diximus, a Tuneto oppido, *le Golfe de Tunis*. H.

f. *Vtica)* Nunc *Biserte* dicitur. De ea eleganter Mela, L. I. c. 7. „Vrbes, Vtica, et Carthago: ambae inclytae: ambae a Phoenicibus conditae: illa fato Catonis insignis: haec suo: etc.“ Datum porro Vticensibus ius ciuitatis ab Octauio Caesare A. V. C. DCCXVIII. L. Gellio, Cocceio Nerua CoSS. auctor est Dio, L. XLIX. p. 401. H.

g. *Catonis)* Vticensis ea re dicti. Vide Florum, L. IV. c. 2. p. 166. et Plutarch. in Catone minore, p. 792. H.

lis: flumen Bagrada. h. Locus i., Castra Cornelia: colo-

S 4

h. *Bagrada)* Βαγράδας, Ptol. reliquisque ferme scriptoribus. Hodie *Megarada:* vel vt alii scribunt, *Magerada.* H.

i. *Locus, Castra Cornelia)* Locus inquit, vbi castra Scipio maior Africanus, cui nomen Cornelio fuit, cum Africam petiit, primum metatus est. Κορνηλίε παρεμβολή, *Cornelii castrametatio,* Ptol. L. IV. c. 3. Melae, L. I. c. 7. *Castra Cornelia; Corneliana.* Caesari L. II. de Bello Ciu. Vide Not. et Em. N. XI. (hic pos.) *Locus, Castra Cornelia)* Praemissa hac voce, *locus,* oppidum, pagumve, aut castra, quibus de agitur, interiisse, vix superesse rudera, ac locum dumtaxat notari, tralatitium loquendi genus est, et familiare Plinio. Quamobrem in eam mentem venio haud aegre, vt suspicer, absorpta haec aliquando castra Cornelia fuisse, subito terrarum hiatu: atque adeo hanc Tertulliani mentem esse, L. de pallio c. 3. p. 113. cum ait: *Hactenus Sodoma, et nulla Gomorrha, et cinis omnia — Vtinam et Asia secura iam sit de soli ingluuie: Vtinam et Africa semel voraginem pauerit, vnicus* CASTRIS *fraudatis expiatu. Multa et alia huiusmodi detrimenta habitum orbis mutauere, situsque mouere.* Ita ille: quibus sane verbis CASTRA in Africa hiatu terrae absorpta haud obscure significat, cladem- que similem illius, qua duodecim in Asia ciuitates subversas esse diximus, L. II. f. 86. Plane vt Salmasii coniectura in eum Tertulliani locum nulla est videatur: dum confidenter pronunciat, non posse ambigi, quin ista sint accipienda de Cambysae exercitu in Libycis Syrtibus, immensis arenarum cumulis cooperto atque obruto. Perinde quasi exempla Tertullianus hoc loco aliunde repetat, quam ex Romanis annalibus: aut de hominum clade, non de terrarum iactura agat, et mutato situ: aut tam vetustam historiam, tamque a proposito suo alienam, cum tam recente componat; aut denique non lucrum fecisse Africam putet, sed dispendium esse passam, hostili Cambysae exercitu arenarum vi obruto. Porro castra Cornelia, quod mihi paene exciderat, describit eleganter Lucanus, L. IV. v. 585. vbi de Curione agens, in eum Africae locum appellente, sic canit: *Inter semirutas magnae Carthaginis arces, Et Clupeam, tenuit stationis litora notae: Primaque castra*

colonia k. Carthago [1] magnae in vestigiis Carthaginis:

1. *Carthago magna: et in vestigiis. Ch.*

castrae locat cano procul aequore, qua se Bagrada lentus agit siccae sulcator arenae. Et mox, v. 655. de Scipione: *Sed maiora dedit cognomina collibus istis, Poenum qui Latiis reuocauit ab arcibus hostem Scipio: nam sedes Libyco tellure potito Haec fuit: En veteris cernis vestigia* VALLI? *Romana hos primum tenuit victoria campos.* Appianus L. II. Belli Ciuil. v. 455. Χάρακα Σκιπίωνος vocat, Castra Scipionis. H.

k. *Colonia Carthago)* *Nunc populi Romani colonia,* inquit Mela, L. I. c. 7. *olim imperii eius pertinax aemula: iam quidem iterum opulenta: etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope praesentium clarior.* Deductam a Caesare Dictatore, altero suo Consulatu, auctor est Dio, L. XLIII. p. 239. Vide et Plutarch. in Caesare, p. 734. Appian. in Libyc. p. 85. et Strabo, L. XVII. p. 833. Etiam prius a C. Graccho deductos colonos, sed mox maiore fama a Caesare, scribit Solinus, c. 27. p. 49. Sumsit a Liuio, L. LX. Carthaginis portum etiam nunc *Marsa* vocant: ex vrbis ruderibus Tunetum iuxta conditum, Nummus est ex auro et argento in familia Fusia et Mucia ab Vrsino, Patino et aliis, sed male collocatus. Est idem argenteus in Museo nostro. Parte priore capita duo exhibet, alterum alteri applicitum: hinc HO. *Honos:* inde VIR. Virtus, infra, *KALENI. Stellula hic praefixa priorem hanc esse nummi aream et epigraphen admonet, posteriorem alteram. KALENI autem sic interpretare: *Karthago Africae Libera Edicto Neronis Imperatoris.* *Karthaginem Africae* scribi oportuit, vti a Plinio appellatur, L. XXXVI. s. 48. ne Carthago Hispaniae, vt ab eodem alibi vocatur, hic intelligeretur. Sic in nummo inscripto HIPPO NE LIBERA legendum esse proxime monuimus, HIPPO *Neronis Edicto* ciuitas LIBERA. Vide et nummum inscriptum PAVLLIN. de quo diximus ad L. III. s. 10. .)(. In huius vero nummi aduersa superficie, dextro latere stat Italia, quae sinistro brachio cornu copiae tenet: retro caduceus est: sinistro Roma stat, quae sinistra sceptrum gerit, dextro pede calcat orbem Romanum. Hanc IA- *Italia:* inde RO. *Roma.* Infra, CORDI: Hoc est, *Concordia Orbis*

ginis: colonia Maxulla. m. Oppida: Carpi n., Misua o., et liberum Clupea p. in promontorio Mercurii. q. Item libera Curubis r.. Neapolis. s. Mox

S 5 Afri-

bis Romani, *Decus Italiae.* Cusus hic nummus est temporibus Vitellii et Galbae, Est apud Plinium, L. XXVIII. s. 4. *Olenus Calenus:* at ex patria, non ex cognomine gentilitio nouimus sic esse appellatum. H.

m. *Maxulla)* Etiam Antonino colonia Maxulla, in Zeugitana. Ptol. L. IV. c. 3. Μαζῦλα, pro Μαξῦλα. In Notitia Africae inter Episcopos prouinciae Proconsularis, *Carcadius Maxulitanus.* Tuneto proxima fuit. H.

n. *Carpi)* Post Maxulam Καρπὶς sequitur apud Ptol. Hinc *Felix Carpitanus*, inter Episcopos Prouinciae proconsularis, in Notitia Africae. *Secundinus a Carpis*, in Conc. S. Cypriani. H.

o. *Misua)* In Graeco Ptolemaei codice, Καρπὶς, Νίσυα scribe Μίσυα. Apud Victorem Vitensem, inter Episcopos Prou. Proconsularis, *Hirundinus Misuensis.* Et in Conc. Carth. Bonifacii, *Seruus-Dei Missuensis.* H.

p. *Clupea)* Ciuitas Clypea, Floro, L. II. c. 1. Clupea Liuio, L. XXVII. p. 310. Inter episcopos prouinciae mox laudatae, *Aurelius Clypiensis*, Nunc *Zafaran*, vt recte Marmolius. Vide Not. et Em. N. XII. (hic pos.) *Clypeum)* Κλυπέαν Ptol. L. IV. c. 3. et Ἀσπίδα, ceu duo oppida separatim describit, insigni errore: nam quae Graecis Ἀσπὶς dicta est, vt Polybio, L. I. p. 42. et Appiano in Punic. p. 3. Agathemero L. I. Geogr. c. 5. aliisque, eadem Latinis Clypea fuit. Solinus, c. 27. p. 49. *Clypeam ciuitatem Siculi adstruunt, et Aspida primum nominant.* A forma scilicet nomen accepit: Silius Italicus, L. I. *Tam quae Sicanio praecinxit litora muro, In clypei speciem curuatis turribus Aspis.* H.

q. *Mercurii) Capo Bona*, vt supra monuimus. H.

r. *Curubis)* Ptol. L. IV. c. 3. Κουρόβις, inter Clypeam et Neapolim, exsilio S. Cypriani clara: cuius in Actis *ciuitas Curubitana* dicitur. Curubium Antoninus pariter in Zeugitana locat, a Clypea, XXX. mill. pass. a Neapoli XII. H.

s. *Neapolis)* Νεάπολις κολωνία, Ptol. l. c. iuxta Curubim. Inter Curubim et Clypeam, Antonino. Inter episcopos prouinciae Proconsularis, apud Victorem Vitensem, *Clementinus Neapolitanus.* H.

Africae ipsius alia distinctio. Libyphoenices t. vocantur, qui Byzacium u. incolunt. Ita appellatur regio CCL. x. M. pass. per [1] circuitum, fertilitatis eximiae, cum y. centesima fruge agricolis foenus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis z., Adrumetum a., Ruspina b., Thapsus. c. Inde d. Thenae,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. P. circuitu Gr. et Al.*

t. *Libyphoenices)* Λιβυφοίνικες, quasi ex Phoenicibus aduenis, indigenisque Afris mixti. Transscripsere haec totidem fere verbis, Solinus, L. XXVII. c. 49. et Martianus, L. VI. c. de secundo sinu Africae, p. 216. H.

u. *Byzacium)* Vnde Byzacena prouincia, Ecclesiasticis scriptoribus nota. Graece Βυζάντιον, et Βύζαντες populi. H.

x. CCL. *M. pass.)* Ita Martianus. Solinus CC. *amplius mill. pass.* H.

y. *Cum centesima)* Plinius ipse L. XVII. f. 3. *In Byzacio Africae, illum centena quinquagena fruge fertilem campum*, etc. H.

z. *Leptis)* Λεπτὶς μικρὰ, iuxta Adrumetum, Ptol. L. IV. c. 3. *Leptim minorem civitatem* in Byzacena locat Antoninus, ab Adrumeto, M. P. XVIII. Apud Victorem Vitensem, inter episcopos prouinciae Byzacenae, *Fortunatianus Leptimiensis*. H.

a. *Adrumetum)* Stephano, Ἀδρύμη. Martiano, *Adrumetus*. Nunc *Mahometa*. H.

b. *Ruspina)* Ῥέσπινα Dioni prope Adrumetum, L. XLII. p. 215. et Ptol. L. IV. c. 3. De ea Silius Italicus, L. III. *Quaeque procul cernit non aequos Ruspina fluctus.* De Ruspinensis agri fertilitate Plin. L. XV. f. 21. Nunc est Susa. Vide Not. et Em. N. XIII. (hic adi.) *Ruspina)* Martianus L. VI. c. de secundo sinu Africae, p. 216. *Ruspae, inquit, Thapsus*, etc. Ruspas a Ruspina haud diuersas esse non obscure significans. Fulgentium sane Ruspensem episcopum nouimus. In Notitia Africae inter episcopos prouinciae Byzacenae, *Stephanus Ruspensis*, Ruspinensis ecclesiae ibi nulla mentio. Nec vero magni est apud me auctoritas Ptolemaei vnius, qui L. IV. c. 3. Ruspinam a Ruspis in eadem prouincia, et nomine et situ disiungit: qui Ἀσπίδα et Κλυπέαν, vt proxime diximus, diuersas esse existimavit. Nam ceterorum scriptorum, qui Ruspas laudant, ii Ruspinam silent: qui hanc appellant, illam omittunt. H.

nae [1], Macomades e., Tacape. f. g. Sabrata [2] contingens Syrtim minorem, ad h. quam Numidiae et Africae ab Ampsaga longitudo DLXXX. mill. pass.: lati-

1. *Thene, Aues, Macomades. Ch.* 2. *Sabatra. Ch.*

c. *Thapsus)* Θάψος Ptol. l. c. Hinc inter episcopos Byzacenae, *Virgilius Tapsitanus*, qui et *Tapsensis*. Peninsulae similem ait fuisse Dio, L. XLIII. Incolis nunc, *Comingeros*, in peninsula, vt olim, sita. H.

d. *Inde Thenae)* Nunc alterius iuris, inquit, sequuntur oppida, Thenae etc. *Thenas coloniam* in Byzacena vocat Antoninus. Apud Gruter. p. 363. COL. AEL. AVG. MERCVRIAL. THAENIT. Inter episcopos prouinciae Byzacenae, apud Victorem Vitensem, *Paschasius Thenitanus*. Nunc, vt videtur, *Caesar*. H.

e. *Macomades)* Macomades Municipium Antonino, in Byzacena. Ptol. L. IV. c. 3. ad Syrtim minorem, iuxta Thenas, Μακόδαμα, pro Μακόμαδα. Fuit et altera Macomada in Numidia. Vnde in Notit. Africae, inter eius Prouinciae Episcopos, *Pardalius Macomadiensis*. Fuisse vero eo nomine et alteram in Byzacena praeter Antoninum, Ptolemaeum, Plinium docet Collat. Carth. n. 197. vbi *Proficentius Macomazensis* legitur: et mox rogatus idem, *De qua Macomedia? Rusticiana*, inquit. Nunc est oppidum in peninsula munitum, *Africa*. H.

f. *Tacape)* Τακάπη Ptol. l. c. prope Tritonis ostia. Tacapas coloniam in Tripolitana locat Antoninus. Et inter episcopos prou. Tripolitanae, in Notit. *Seruilius Tacapitanus*. Nunc est *Capulia*, in ostiis fluuii cognominis, iuxta Syrtim minorem. H.

g. *Sabrata)* Ptol. L. IV. c. 3. ad Syrtim minorem. Σαβάθρα. *Sabratam coloniam* Antoninus in Tripolitana. Et inter episcopos prouinciae Tripolitanae, *Leo Sabratensis*. Incolis nunc *Afacus* vocatur. H.

h. *Ad quam Numidiae etc.)* Hoc totidem verbis Martianus L. VI. cap. de secundo Africae sinu, p. 216. et Missi Theodosii: *Numidia et Africa Carthaginiensis finiuntur ab oriente, Syrti minore: ab occidente, flumine Ampsaga: a septemtrione, mari Africo: a meridie, oceano: Longitudo, DLXXX. latitudo CC. Iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.* H.

latitudo, qua cognitum est, cc. mill. Ea pars, quam i. Africam appellauimus, diuiditur in duas prouincias, veterem et nouam, discretas fossa inter [1] Africanum k. sequentem et l. reges, Thenas vsque perducta, quod oppidum a Carthagine abest m. ccxvi. [2] mill. pass.

IV. Tertius n. sinus diuiditur in geminos, duarum o. Syrtium vadoso ac reciproco mari diros. Ad proximam, quae p. minor est, a Carthagine ccc.

1. *inter Africanum sinum et regias Thenas.* 2. *sic et Ch.* CCXVII. *Gr. et Al.*

i. *Quam Africam)* Proprie dictam, seu Zeugitanam. H.

k. *Africanum sequentem)* Hoc est, posteriorem Africanum, qui Paulli Aemilii gener, ab Aemilia coniuge dictus est Aemilianus, vt Domitianus a Domitia. H.

l. *Et reges)* Massanissae filios, vt opinor, intelligit: in quos patris regnum Scipio Africanus diuisit, vt scribit Eutropius, L. IV. Obiit enim Massanissa, XLIV. filiis relictis: Micipsae natu maximo Scipio Cirtam Numidiamque assignauit. Ab amne Tusca, qui Numidiae finis, ad Thenas vsque veterem Africam, populi Rom. geminam prouinciam, Carthagine excisa, fecit: Proconsularem scilicet, et Byzacenam. Reges aut ceteros omnes, aut certe plerosque, Massanissae filios, vltra Thenas, fossa discretos a Byzacena dimouit. Nunc omnia haec obtinet a Tusca flumine ad Syrtim minorem, Tunetense regnum. H.

m. CCXVI.) Ita MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Antonin. in Itiner. *A Carthagine Thenas,* M. P. CCXVII. H.

n. *Tertius sinus)* Iisdem verbis haec Martianus, L. VI. c. de tertio sinu Africae, p. 217. H.

o. *Duarum Syrtium)* Sallust. in Iugurtha tradit oppidum a Sidoniis conditum, situm inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. *Nam duo sunt sinus,* inquit, *prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura: quorum proxima terrae praealtae sunt: cetera, vti fors tulit, alia: alia in tempestate vadosa, etc.* pag. 114. *Dalec.*

p. *Quae minor est)* Nunc vulgo, *le Golfes de Capes:* aliis *le petit Banc.* H.

CCC. M. pass. Polybius tradit: ipsam centum [1] mill. pass. aditu q., CCC. mill. ambitu. r. Et [2] terra autem, siderum obseruatione, ad [3] eam per deserta arenis, perque serpentes iter est. Excipiunt s. saltus repleti ferarum multitudine: et introrsus elephantorum solitudines, mox deserta vasta [4], vltraque Garamantes t., ab Augylis dierum XII. itinere distantes. Super u. illos fuere gens Psylli, super quos lacus Lycomedis x., desertis circumdatus. Augylae y. ipsi medio fere spatio locantur ab Aethiopia, quae ad occidentem vergit, et a z. regione quae duas Syrtes interiacet, pari vtrimque intervallo. Sed litore a. inter duas Syrtes, CCL. M. pass.

1. *fere centum. Mela. Strabo vero lib. vlt. aditu* LXXV. *ambitu* CC. *M. pass.* 2. *Est terra haec obseruatione siderum nobilis. V. lego, meabilis.* 3. *Ad eam per desertas harenas.* 4. *Vasta vtrimque. V.*

q. *Aditu)* Faucibus, qua mare in sinum influit. De eius aditu ambituque, vide Strabonem, L. XVII. p. 834. et Melam, L. I. c. 7. H.

r. *Et terra autem)* Ab interiore Africa, inquit, ad Syrtim terrestre iter est per deserta et arenarum cumulos, nullis viarum aut collium indiciis, turbante flatu vestigia: sed sola siderum, vt in mari, obseruatione. Haec Martianus, l. c. et Solinus, c. 27. p. 52. H.

s. *Excipiunt saltus)* Vbi nunc regio *Biledulgerid*, Tunetensi regno ad austrum subiecta. H.

t. *Garamantes)* Ad Bagradae, et Cyniphis fontes, Ptol. L. IV. c. 6. vbi nunc regiones *Guargala, Gademes,* et *Fessen.* H.

u. *Super illos)* Solinus c. 27. p. 52. *Supra Garamantas Psylli fuerunt,* etc. De Psyllis dicemus, L. VII. s. 2. H.

x. *Lycomedis)* Λυκομήδους λίμνη, Ptol. L. IV. c. 5. sed alieno, vt videtur, situ. H.

y. *Augylae)* Αὐγύλαι Ptol. L. IV. c. 5. Ibi nunc *Biledulgerid* desertum, qua regioni subiacet, quae est inter vtramque Syrtim. H.

z. *A regione quae duas Syrtes)* Nunc est regnum Tripolitanum, *le Royaume de Tripoli.* H.

a. *Sed litore)* Solini paraphrasis, c. 27. p. 52. *Vtraeque*

pass. Ibi [1] ciuitas Oeensis b., Cinyps c. fluuius [2] ac regio. Oppida: Neapolis d., e. Gaphara [3], Abrotonum f., Leptis g. altera, quae cognominatur

1. *Ibis ciuitas Ooassensis. Man. Ocensis.* 2. *Cynips Gr. et Al.* 3. *Taphra Gr. et Al.*

que Syrtes ducentis quinquaginta millibus passuum separantur. Litori nomen *la côte de Tripoli.* H.

b. *Oeensis)* Censeo legendum *Oasensis*, nempe vastis desertis circumdata. Oasena Theodosio, in Codice lib. IX. tit. de Nili aggeribus non rumpend. vide annotationes cap. 9. *Dalec.*

Oeensis) Ita Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. et Oceam coloniam in Tripolitana Prouincia, pro *Oeeam*, vocat Anton. Ptol. L. IV. c. 3. est Ἐῶα. In nummo Antonini Pii, e Cimelio nostro Paris. minoris formae ex aere: C. A. O. A. F. hoc est, *Colonia Antoniniana Oea Augusta Felix.* Vnum e tribus oppidis est, ex quibus omnibus conflata Vetus Tripolis: quae hodie, *Tripoli vecchio.* Solinus, c. 27. p. 49. *Achaei Tripolin lingua sua signant, de trium vrbium numero, Oeae, Sabratae, Leptis magnae.* H.

c. *Cinyps)* Κίνυψ et amnis, et circumiacientis regionis nomen est Herodoto, Lib. Melpom. p. 280. et 287. Κίνυφος ποταμὸς Ptol. l. c. nunc Tripolitanus amnis. Mela, L. I. c. 7. *Vltra est Oea oppidum, et Cinyps fluvius per vberrima arua decidens.* H.

d. *Neapolis)* Quae nunc Tripolis dicitur, *Tripoli de Barbarie*, regni cognominis caput. Caue hanc Neapolim cum altera confundas, de qua sup. sect. diximus in Prou. Proconsulari, seu Zeugitana. H.

e. *Gaphara)* Haec fortassis Γαράφα λιμὴν dicitur Ptol. inter Neapolim et Oeam, L. IV. c. 3. Vide Not. et Em. N. XIV. (paulo post) Nunc est *Tezura.* *Taphra)* In libris omnibus sic *Taphra* legitur: *Gaphara* habet Ptolem. Scylax, p. 46. situm huius orae describens: Ἀπὸ δὲ Νεαπόλεως τῆς Καρχηδονίων χώρας Γράφαρα πόλις. Ταύτῃ παράπλους ἡμέρας μιᾶς ἀπὸ Νέας πόλεως. Ἀπὸ δὲ Γραφάρων Ἀβρότονον πόλις καὶ λιμήν. Sed Γράφαρα Scylax pro Γάφαρα videtur scripsisse. H.

f. *Abrotonum)* Scylaci et Stephano, Ἀβρότονον. Sed ille cum Neapoli eamdem facit: diuersam ille, cum Plinio, Pomponioque. Nunc *Tesuta.* H.

g. *Leptis altera)* Hodie *Lebida.* Hanc Strabo L. XVII. p. 835.

tur magna. Inde Syrtis h. maior, circuitu DCXXV. i. aditu autem k. CCCXII.[1] mill. pass. Inde accolit gens Cisipadum. l. In m. intimo sinu fuit ora n. Lotopha-

i. CCCXIII. *Gr.*

p. 835. et Ptol. L. IV. c. 3. eamdem esse cum Neapoli arbitrantur. Rectius cum Pomponio, Plinius diuersam; quod et ipse situs comprobat. Inter episcopos Prou. Tripolitanae, apud Victorem, *Callipides Leptimagnensis.* H.

h. *Syrtis maior circuitu* DCXXV.) Confirmat hanc lectionem Martianus libro sexto. Cui tamen quantum fidei haberi debeat, haud sane mihi constat. Pomponius altero fere spatio qua dehiscit, quaque flexum agit, ampliorem maiorem Syrtim minore tradit. In Strabone numerus stadiorum aditus et circuitus insanabiliter depravatus est, consulto etiam a me frustra Lascari Rhyndaceno, Graece ac Latine doctissimo, quo tempore legatus Leonis Pontificis maximi venit in Hispaniam; ferebat enim secum inter alios codices Strabonem antiquum, et vt ipse iactabat, emendatissimum. Cuius tamen hac in parte conditio communis erat cum ceteris vulgatis codicib. *Pintian.*

Syrtis maior) Gallis, *les Seches de Barbarie*, Italis *Golfo de Sidra.* Nautis; *il Golfo di Zalocho.* H.

i. DCXXV. *mill.)* Ita Martianus, L. VI. de tertio Africae sinu, p. 227. H.

k. CCCXII. *mill.)* Vide Not. et Em. N. XV. (hic consp.) CCCXII. *mill.)* Ita sane libri omnes. Verum cum Mela L. VI. c. 7. de Syrti maiore agens, et qua dehiscit, et qua flexum agit, altero tanto spatio doceat esse ampliorem, quam sit Syrtis minor: haec autem qua mare accipit, centum fere millia passuum, auctore Plinio Pomponioque pateat: superfluere hoc loco centenarii notam, perspicuum est, scribique oportere CCXII. H.

l. *Cisipadum)* Hi Syrtium oram occidentalem accoluere olim: quae orienti obuertitur; Lotophagi, a promontorio Borio, vsque ad Phycunta, de quo sect. sq. Mela, L. I. c. 7. H.

m. *In intimo sinu fuit ora Lotophagôn, etc.)* Lege: *In intimo sinu fuit ora Lotophagôn, quos quidam Machryas dixere, etc.* Vide *Is. Voss.* in Melam. 31.

n. *Lotophagon)* Λωτοφάγοι Λίβυες Scylaci, p. 45. qui loto vescebantur: quo de cibo dicemus, L. XIII. s. 32. H.

tophagôn; quos quidam Alachroas o. dixere, ad Philaenorum p. aras: ex arena sunt eae. Ab his non procul a continente palus vasta amnem q. Tritonem nomenque ab eo accipit, r. Pallantias [1] appellata Callimacho, et citra minorem Syrtim esse dicta:

1. *Pallanteas. Ch.*

o. *Alachroas)* Alochroas a glauco maris colore. *Dalec.* *Alachroas dixere)* Quasi marini coloris viros. Vide Not. et Em. N. XVI. (hic post.) *Alachroas dixere)* Machryas forte rectius agnoueris: Sunt enim Μάχρυες Ptol. L. IV. c. 3. et Stephano, quos Herodotus, L. IV. Melpom. p. 231. n. 178. Μάχλυας appellat, ipseque Plinius L. VII. s. 2. supra Nasamonas locat. Hos ad mare vsque pertinere Herodotus asseuerat, Lotophagis esse confines, et loto pariter vesci, ac Tritonis amnis ripam accolere: Λωτοφάγων δὲ τὰ παρὰ θάλασσαν ἐχόντων Μάχλυες, λωτῷ μὲν καὶ οὗτοι χρεώμενοι — κατήκουσι δ' ἐπὶ ποταμὸν μέγαν, τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστίν. Sed libri omnes Alachroas exhibent, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. H.

p. *Philaenorum aras)* Vide Sallust. in Iugurth. p. 114. *Dalec.*

Ad Philaenorum) Vbi Philaeni fratres viui sponte obrui se passi sunt. Rem narrant eleganter Mela L. I. c. 7. Valerius Max. L. V. c. 6. p. 278. Sallustius, bello Iugurth. p. 116. H.

q. *Amnem Tritonem)* Λίμνην Τριτωνίδα, et ποταμὸν μέγαν Τρίτωνα hoc tractu agnoscunt Herodot. L. IV. Melp. n. 179. p. 281. et Ptol. L. IV. c. 3. Hodie nomen amni, *Melelus*, vltra regni Tripolitani fines, vnde regnum Barcae incipit. H.

r. *Pallantias)* Παλλαντιὰς Mineruae epitheton est in Epigram. Id paludi inditum nomen, quod in amne cognomine, inquit Solinus, c. 27. p. 52. *speculatam se artium Deam crediderunt.* Ab eo viciffim ipsa Tritoniae nomen recepit: Festus. *Tritonia Minerua, a ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.* Alia est Mineruae appellatio, qua Τριτογένεια, aliaque vocis originatio: qua de Eusebium consule, L. III. praep. p. 89. et Apologiam Homeri a nobis editam. Veremur etiam valde, vt a Pallade *Pallantias amnis* rite deducatur. Hic tamen genitam Mineruam Mela ait, L. I. c. 7. H.

dicta: a multis vero inter duas Syrtes. Promontorium, quod maiorem includit, Borion s. appellatur. Vltra Cyrenaica [1] prouincia. Ad hunc finem Africa t. a fluuio Ampsaga populos u. XXVI.[2] habet, qui Romano parent imperio. In his colonias x. VI. praeter iam supradictas, Vthinam y., Tuburbin. z. Oppida ciuium Romanorum XV. ex quibus in mediterraneo dicenda a. Azuritanum [3], b. Abutucense [4], Aboriense c., Canopicum d., Chilmanen-

1. *Cyren. promontoria prouincia. Ch.* 2. DXVI. *Sal. Ch.* 3. *Assuritanum. V.* 4. *Abitacense, Apariense (ab oppido Apari.) V.*

s. *Borion)* Borion quoque Melae, L. I. c. 7. Straboni, L. XVII. p. 836. μικρὸν ἀκρωτήριον Βόρειον, citra Berenicen. Nunc est *Capo di Teiones.* H.

t. *Africa)* Non ea iam quae proprie dicta, sed quae latius sumta, Numidiam quoque complectitur: quo plane modo Africae proprie appellatae nomen a Mela accipitur, L. I. c. 7 a promontorio Metagonio ad Philaenorum aras. H.

u. *Populos* XXVI.) At codices omnes MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. etc. habent *populos* DXVI. qui numerus fidem omnem superat. H.

x. *Colonias* VI.) In quibus sunt Vthina, et Tuburbis, inquit, praeter iam supra dictas quatuor, Cirtam, Siccam, Carthaginem, et Maxullam. H.

y. *Vthinam)* Οὔθινα Ptol. L. IV. c. 3. inter mediterraneas Africae ciuitates, inter Tabracam oppidum, et Bagradam amnem, Proconsularis prouinciae. In Collat. Carth. p. 119. *Isaac Episcopus plebis Vtinensis.* Et in concilio S. Cypriani de haeret. bapt. *Felix ab Vthina.* H.

z. *Tuburbin)* In eadem Zeugitana seu Proconsulari, *Tuburbo minus*, a Carthagine M. P. XLVI. Θουβουρβώ, Ptol. l. c. Inter episcopos Prou. Proconsularis, apud Victor. Vitens. *Benenatus Tuburbitensis.* H.

a. *Azuritanum)* In R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Absuritanum.* Est haec Ἄσσουρος Ptol. L. IV. c. 2. inter mediterraneas ciuitates Numidiae Nouae, prope Siccam Veneriam. H.

b. *Abutucense, Aboriense)* Scribo, *Apariense*, ab oppido

manenſe e., Simittuenſe f., Thunuſidenſe g., Tuburnicenſe h., Tynidrumenſe i., k. Tibigenſe [1], Vcitana l. duo, maius, et minus [2]: Vagenſe m. Oppidum Latinum vnum Vſalitanum. n. Oppidum ſtipen-

1. *Tichicenſe. V.* 2. *minus. Vagenſe oppidum. V.*

do Apari, Ptolemaeo, quarto. Nec obſtat corrigi infra ab Hermolao *Aparitanum* pro *Acharitanum*, non aduertente indicari illic mediterranea, quae interiacent Caſtra Cornelia et Borion promontorium: Aparin vero ſtatui a Ptolemaeo inter Ampſagam fluuium et Tabracam, quae tanto ante praecedit Caſtra Cornelia. *Pintian.*

c. *Aborienſe)* In Collat. Carth. p. 121. *Trifolius epiſcopus plebis Aborenſis.* Huc forte Suidae illud pertinet. Ἄβωρα ὄνομα τόπε. H.

d. *Canopicum)* Καννώπισσα Ptol. L. IV. c. 3. oppidum eſt mediterraneum Africae proprie dictae, inter Tabracam ciuitatem, et Bagradam fluuium. Stephanus ἐςὶ καὶ Λιβύης τόπος Κάναβος. H.

e. *Chilmanenſe)* Κίλμα mediterraneum Africae propriae oppidum, poſt Bagradam amnem, ſub Carthagine, auctore Ptolemaeo, L. IV. c. 3. H.

f. *Simittuenſe)* Σιμίσθε oppidum mediterraneum Numidiae nouae, inter Ampſagam fl. et Tabracam oppidum, Ptolemaeo l. c. *Simittu colonia* eſt in Numidia Antonino, a Bulla Regia, de qua ſupra, VII. mill. paſſ. H.

g. *Thunuſidenſe)* Θενεσδα Ptol. l. c. prope Madauram. H.

h. *Tuburnicenſe)* Θεβερνικα κολωνία Ptol. l. c. Sed idem Tuburſicam ab ea diverſam facit, quod vereor, vt iure faciat. H.

i. *Tynidrumenſe)* Ptolemaeo rurſum inter oppida Numidiae nouae mediterranea, Θενέδρομον κολωνία, L. IV. c. 3. H.

k. *Tibigenſe)* Ita libri omnes, etiam MSS. ex quibus Ptol. eſt emendandus, qui l. c. permutatis ſyllabis, pro Τιβίγα, ſcribit Θιγίβα κολωνία. H.

l. *Vcitana duo)* Horum alterum Οὔκιβι Ptol. l. c. In Collat. Carth. p. 131. *Octavianus epiſcopus plebis Vcimaius.* H.

m. *Vagenſe)* Οὐάγα Ptol. L. IV. c. 3. prope Cirtam. H.

n. *Vſalitanum)* Diuerſa ab iſta Vzala eſt, vnde Euodius Vzalen-

ſtipendiarium vnum [1], Caſtris o. Corneliis. Oppida libera triginta: ex quibus dicenda intus p. Acolitanum, q. Acharitanum [2], Auinenſe r., Abziritanum s., Canopitanum t., u. Melzitanum [3], x. Materenſe [4],

T 2 Sala-

1. *vnum. A caſtris Corneliis opp. V.* 2. *Aparitanum. M. Auittenſe. V. Arrizitanum.* 3. *Melditanum. V. Melizitanum. Ch.* 4. *Madaurenſe Gr. et Al. Madurenſe. V.*

Vzalenſis Epiſcopus, Auguſtino perfamiliaris, Epiſt. 147. et Serm. 33. de diuerſis. Et inter epiſcopos Prouinciae Proconſularis in Notit. Africae *Sacconius Vzalenſis.* Coloniam Vticae vicinam vocat Auguſtin. L. XXII. de Ciuit. c. 8. H.

o. *Caſtris Corneliis)* Opinor addendam praepoſitionem *a*, vt legatur *a Caſtris Corneliis*, hoc ſenſu: Oppida ſuperius monſtrata, eſſe in mediterraneo ſita, ab Ampſaga fluuio ad Caſtra Cornel. quem locum poſt Bragadam flumen locat capite proximo in Africa proprie dicta, nunc vero indicari loca quae ſunt a Caſtris Corneliis ad Borion vsque promontorium maiorem claudens Syrtin. *Dalec.*

Caſtris Corneliis) Hoc eſt, iuxta caſtra Cornelia, vel appoſitum oppidum caſtris Corneliis, de quibus ſ. 3. Aduerſatur MSS. codicibus Pintianus, orationemque Plinianam labefactat, cum *A caſtris Corneliis*, legi putat oportere. H.

p. *Acolitanum)* In Notit. Africae, inter epiſcopos prou. Byzacenae, *Reſtitutus Acolitanus.* Straboni, L. XVII. p. 831. Ἀχόλλα ἐλευθέρα πόλις. In vet. inſcr. apud Grut. p. 512. AQVILITANI, cum Leptitanis, Vſallinatisque iunguntur Hirtio, L. de bello Afric. paſſim Acilla vocatur libera ciuitas. H.

q. *Acharitanum)* In R. 1. *Accharitanum* R. 2. *Accaritanum.* H.

r. *Auinenſe)* Ita libri omnes. Id oppidum eſſe arbitror, quod alii Vinenſe vocant. Nam *Vina Ciuitatem* in Zeugitana Antoninus agnoſcit. Hermolaus mauult *Avittenſe* ab Ἀουίττα mediterraneo oppido, inter Tabracam oppidum, et Bagradam amnem, apud Ptol. L. IV. c. 3. H.

s. *Abziritanum)* In Coll. Carth. p. 112. *Fructuoſus Abziritenſis.* H.

t. *Canopitanum)* In Coll. Carth. n. 133. *Felix epiſcopus Canopitanorum.* H.

u. *Melzitanum)* In R. 1. 2. et Chiffl. *Melizitanum.* In Coll. Carth. p. 99. *Titus epiſco-*

Salaphitanum y., Tuſdritanum z., [1] Tiphicenſe a., Tuni-

1. *Tiricenſe inſeritur in ed. Gr. et Al. Thiſicenſe ap. Ch.*

epiſcopus plebis Melzitenſis. H.

x. *Materenſe*) Inter epiſcopos prouinciae Byzacenae, in Notit. Victoris, *Adelfius Mattaritanus.* Vide Not. et Em. N. XVII. (hic coll.) *Materenſe*) Hanc lectionem, quam ſumma fide, ac miro conſenſu codices omnes MSS. exhibent, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. ipſaque Parmenſis editio, primus induxit Hermolaus, vt *Madaurenſe* nobis oppidum obtruderet. Celebratum illud quidem, Apuleii Philoſophi natalibus, et D. Auguſtini palaeſtra: ſed non huius loci: quo Byzacenae fere mediterranea cenſentur oppida: cum Madaurenſe Numidiae fuerit, vt ipſe teſtatur Apuleius, Victorque Vitenſis, cuius in Notitia, inter epiſcopos Numidiae *Prudentius Madaurenſis* laudatur. H.

y. *Salaphitanum*) Vide Not. et Em. N. XVIII. (hic conſp.) *Salaphitanum*) Ita libri omnes huius tamen oppidi veſtigium vllum vſpiam deprehendere nondum licuit. Forte *Sataphitanum* ſcripſit: nam in Collat. Carth. p. 167. *Vrbanus Satafenſis* legitur. Forte *Salaritanum:* quod in eadem Collat. p. 139. *Proculus epiſcopus plebis Gineſitenſis Salariae.* Vel denique permutatis tantum ſyllabis, *Sufetulanum:* eſt enim inter epiſcopos prou. Byzacenae, in Notit. Victoris, *Praeſidius Sufetulenſis.* Sed in tam multiplicibus coniecturis ne mihi quidem ipſe ſatisfacio. H.

z. *Tuſdritanum*) Nomen oppido Θύσδρος apud Ptol. L IV. c. 3. ſub Adrumeto. Tuſdrum Antonino, in Byzacena. H.

a. *Tiphicenſe*) Vide Not. et Em. N. XIX. (hic adi.) *Tiphicenſe*) Libri editi ad hunc diem exhibent, *Tiricenſe*, *Tiphicenſe:* ſed prioris nomenclaturae oppidum, nulli MSS. codices Pliniani, nulla Notitia Africae agnoſcit. Neque vero exploratae ſatis fidei alterum quoque nomen *Tiphicenſe* eſt: vt venire in dubium iure videatur, an huc referri poſſit *Paſcaſius Tijucenſis*, ex Collat. Carth. p. 109. An *Solemnius Tigiſitenſis* e p. 140. ac denique *Tigicenſe* ſcribi oporteat, a Tigiſi oppido, quod a Procopio deſcribitur, L. II. Vandal. MSS. certe Reg. 2. et Chiffl. legunt *Thiſicenſe.* H.

Tunicenſe b., Theudenſe c., d. Tageſtenſe [1], Tigenſe e., Vluſubritanum f., Vagenſe g. aliud, Viſenſe h., i. Zamenſe [2]. Ex reliquo numero non ciuitates tantum, ſed pleraeque etiam nationes iure

 dici

1. *Tagaſtenſe. V.* 2. *Zyamenſe. Cb.*

b. *Tunicenſe)* In MSS. R. 1. etc. *Thunienſe.* Oppida modo mediterranea cenſentur: quamobrem Tunetum, litoralem ciuitatem, quam *Tunis* vocamus, caue hic a Plinio appellari putes. H.

c. *Theudenſe)* Inter epiſcopos prouinciae Byzacenae, in Notitia Victoris, *Decimus Theuzitanus,* ſiue *Theuditanus:* nam Theuza et Theuda promiſcue ſcribitur, vt Quiza et Quida, quod ante monuimus, literis D et Z in hiſce nominibus permutari inuicem ſolitis, vt vulgo creditur. H.

d. *Tageſtenſe)* In MSS. omnibus R. 1. 2. etc. *Tageſenſe.* Nec Tagaſta porro, nec Teueſte, locum habere hic poteſt: tribuitur enim vtraque Numidiae Prouinciae: neutra Byzacenae, cuius nunc luſtrantur oppida. H.

e. *Tigenſe)* In Collat. Carth. p. 98. *Aptus epiſcopus plebis Tigienſis,* fortaſſis huc pertinet. H.

f. *Vluſubritanum)* Οὐλυβζιῤῥα Ptol. L. IV. c. 3. inter oppida Africae mediterranea, in Byzacena, ſub Adrumeto. H.

g. *Vagenſe aliud)* Aliud nimirum a ſuperiori Vagenſi, quod in Numidia poſitum circa Cirtam diximus: iſtud, in Byzacena. Vnicum Collatio Carthaginienſis agnoſcit p. 211. *Accedente Ampelio Vagenſi,* inquit. Et mox *accedente Primulio epiſcopo Vagenſe.* H.

h. *Viſenſe)* In Collat. Carth. p. 178. *Datiuus epiſcopus Viſienſis.* Vide Not. et Em. N. XX. (hic adi.) *Viſenſe)* Libri MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. *Sienſe.* Ab V. litera duci vocis huius initium vidit Hermolaus. Frobenius *Vigenſe* commentus eſt. Nos *Viſenſe* reponimus, ex Collat. Carth. H.

i. *Zamenſe)* In Collat. Carth. p. 101. *Dialogus Zamenſis.* Hae Iubae regia fuit, Hirtio teſte, Vitruuioque. Arcem regni Salluſtius vocat, in bello Iugurth. p. 99. Liuius L. XXX. p. 362. *Zama quinque dierum iter a Carthagine abeſt.* H.

dici possunt, vt k. Natabudes [1], Capsitani l., m. Misulani [2], Sabarbares n., Massyli o., Nisiues p., Vamacures q., Ethini r., Mussini t.: t. Marchubii [3], et tota Gaetulia ad flumen Nigrin, qui Africam ab Aethiopia dirimit.

V.

1. *Natabutae. Caspitani. V.* 2. *Musulani, Sababares. Ch.* 3. *Macrobii.*

k. *Natabudes)* Ita libri omnes, etiam MSS. Ptolemaeo L. IV. c. 3. Νασάβυτες vocantur. H.

l. *Capsitani)* Sallustius, in bello Iugurth. p. 127. *Erat inter ingentes solitudines, oppidum magnum atque valens, nomine Capsa, cuius conditor Hercules Libys memoratur,* etc. Ibi de huius vrbis obsidione prolixe et eleganter. Κάψα Ptol. L. IV. c. 3. inter Bagradam et Tritonem amnes. Ciues Sallustio *Capsenses.* H.

m. *Misulani)* In R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Chiffl. *Musulani.* Ptol. L. IV. c. 3. Μισέλαμοι, Cirtae ad austrum subiecti: quibus vicini Nasabutes proxime appellati, Tacit. Annal. L. II. p. 57. *Musulanorum valida gens, et solitudinibus Africae propinqua.* H.

n. *Sabarbares)* Ita R. 1. 2. Chiffl. *Sababares.* Ptol. L. IV. c. 3. Σαβέβϐερες. H.

o. *Massyli)* Caue hos cum Massaesylis confundas, de quibus actum est superius, sect. 1. Massyla Numidiae gens altera a Liuio appellatur, L. XXIV. p. 26. H.

p. *Nisiues)* Νίσιβες Ptol. l. c. Iidem forte, qui *Nisuetae* Liuio, L. XXXIII. p. 396. H.

q. *Vamacures)* Ita libri omnes. Forte ii sunt qui Ptol. l. c. Ἀζάκυρες appellantur: vel ii potius, qui in orientali parte Mauritaniae Caesariensis positi, Μάκκυροι, vel ii qui in eodem fere tractu Μάχυρες vocantur, apud eumdem Ptol. L. IV. c. 3. H.

r. *Ethini)* Eos esse suspicor, qui Ptolem L. IV. c. 3. Κινίθιοι, *Cinithiorum haud spernenda natio,* Tacito dicitur, iuxta Musulanos, Annal. L. II. p. 57. H.

s. *Mussini)* Qui Ptolemaeo Μυσυνοί, l. c. H.

t. *Marchubii)* Qui in orientali Mauritaniae Caesariensis parte positi, iuxta Numidiam, Μαλχύβιοι a Ptol. appellantur, L. IV. 2. H.

V. Cyrenaica u., eadem Pentapolitana regio illuſtratur Hammonis x. oraculo, quod a Cyrenis abeſt cccc. M. paſſuum; fonte y. Solis: vrbibus maxime quinque, Berenice, Arſinoë, Ptolemaide, Apollonia, ipſa Cyrene. z. Berenice a., in b. Syr-

T 4 tis

u. *Cyrenaica)* Haec deinceps iiſdem verbis Martianus, L. VI. c. de tertio ſinu Africae, p. 217. et Solinus, c. 27. p. 52. A Cyrene vrbe prouinciae nomen: vrbi a Cyre fonte ἀπὸ Κυρῆς πηγῆς, vt Callimachus ait, in Hymno Apollinis: vel a Cyra monte, vnde fons oritur, vt Iuſtino viſum L. XIII. c. 7. p. 136. Hodie, *le Royaume de Barca.* H.

x. *Hammonis oraculo)* Deſcribitur a Curtio, L. IV. c. 28. et ſq. Iouis Hammonis porro ſimulacrum arietino vultu fuiſſe omnes ſciunt: confirmat Athanaſius, Λίβυες πρόβατον ὃ καλῦσιν Ἄμμωνα θεὸν ἔχυσι, καὶ τῦτο πολλοῖς παρ' ἑτέρων εἰς θυσίαν σφάζεται. Vide Plin. L. XXXVII. ſ. 60. n. 7. Ceterum Hammonem Aegyptii Iouem appellant, teſte Herod. L. II. n. 42. p. 206. Ἀμμῦν γὰρ Αἰγύπτιοι καλέυσι τὸν Δία. H.

y. *Fonte Solis)* Supra lib. II. cap. 103. Fontem Solis Troglodytis aſſignat, vt hic locus ex illo videatur emendandus; vel contra. *Dalec.*

Fonte Solis) De eo diximus, L. II. ſ. 6. Mela quoque de ſitu Plinio ſuffragatur: *Sunt*, inquit, L. I. c. 8. *in Cyrenaica Hammonis oraculum, fidei inclytae: et fons, quem Solis appellant*, etc. H.

z. *Cyrene)* Cyrene eſt colonia Thereon: ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis: deinde arae Philenῶn, quem locum Aegyptum verſus finem imperii habuere Carthaginenſes: Salluſt. pag. 67. Cyrenes, ſeu Zoës potius, quae Cyrene poſtea eſt nuncupata, Battus ἰσχνόφωνος καὶ τραυλὸς, conditor fuit, poſt diuturnos labores illic poſitis ſedibus. Ouid. in Ibin. *Conditor vt tarde blaeſus cognomine Cyrrhae Orbis in innumeris inueniare locis.* Leopardus cap. 11. III. *Dalec.*

a. *Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum, etc.)* Vide Salmaſ. Plinium conuincentem falſi, pag. 373. a.

b. *Syrtis)* De vtraque Syrti maiore et minore vide Strab. lib. XVII. fol. 792. *Dalecamp.*

In Syrtis extimo cornu) Circa extimum Syrtis cornu, inquit

tis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum c. supradictarum, vagantibus Graeciae fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius d. Lethon [1], lucus sacer, vbi Hesperidum horti memorantur. Abest a Lepti e. CCCLXXV.[2] M. passuum. Ab ea Arsinoë f., Teuchira [3] vocitata, XLIII. M. passuum. Et deinde

1. *Lethe. V.* 2. *sic et M. V. Marcian. et Ch.* CCCLXXXV. *Gr. et Al.* 3. *Tauchera. V.*

quit Solin. c. 27. p. 53. nempe Syrtis maioris. Borion, credo, promontorium intelligit, de quo sect. sup. quo Syrtium maior includitur, seu terminatur ab orientali parte. Oppido nunc vetusti nominis vestigia non obscura, *Bernichio.* H.

c. *Hesperidum)* Vt vagantur fabulae, inquit, alibi aliis Hesperidum hortos statuentibus, aliis quidem in Magnesia, aliis ad fretum Herculis: in oceano aliis: hic quoque nonnulli collocarunt Hesperidas, quas f. 1. ad Atlantem montem posuimus. Ptol. L. IV. c. 4. Βερενίκη, ἡ δὲ Ἑσπερίδες. Ammian. L. XXII. p. 233. *Berenice, quas Hesperidas appellant.* Hesperis prius dicta est, quae mox Berenice ab vxore Ptolemaei Euergetae. Stephanus: Ἑσπερίς, πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερενίκη. Mela, L. I. c. 8. p. 110. non alio nomine, quam Hesperidem vocat. H.

d. *Lethon)* Ita Solinus, et Martian. ll. cc. Λάθων est Ptol. l. c. iuxta Berenicen. Ληθαῖος Straboni, L. XIV. p. 647. ἐν Ἑσπερίταις Λίβυσι, vbi Casaubonus, qui sint Hesperidae Libyes, Berenices nimirum incolae, quae Hesperidum dicta est regio, videtur nesciisse. Ptolemaeus alter Aegypti rex, L. II. Comm. ap. Athen. L. II. p. 71. Λήθωνα cum Plinio vocat. Et hic quoque, ob similitudinem cum infernali Lethe, creditus obliuionem parere, teste Lucano, L. IX. v. 355. H.

e. CCCLXXV.) Sic rescripsimus ex MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Paris. atque ex Martiano, L. VI. p. 217. Prius legebatur CCCLXXXV. H.

f. *Arsinoe)* Ἀρσινόη, ἡ καὶ Τεύχειρα, Ptol. L. IV. c. 4. et Straboni, L. XVII. p. 837. Ταύχειρα, Stephano, p. 115. et Scylaci, p. 44. Nunc *Trochara.* H.

de Ptolemaeis g., antiquo nomine Barce, XXII. h. M. paſſuum. Mox i. XL.[1] M. paſſ. promontorium Phycus k. per Creticum mare excurrit, diſtans CCCL. l. M. paſſuum a Taenaro Laconicae promontorio. A Creta vero ipſa m. CXXV.[2] M. Poſt id Cyrene n., a mari vndecim M. paſſuum. A Phycunte o. Apol-

T 5 loniam

1. CCL. *Gr. et Al.* 2. CCXXV. *M. ipſo etiam Plinio teſte, ſupra lib.* IV. *cap.* 12.

g. *Ptolemais)* Strabo, l. c. ἡ Βάρκη πρότερον νῦν δὲ Πτολεμαΐς. Ita et Stephanus, verbo Βάρκη. Ptol. tamen L. IV. c. 4. Πτολεμαΐς et Βάρκη duae ſunt ciuitates: haec mediterranea, illa litoralis. Scylaci quoque l. c. Ptolemais igitur condita, non eo loco, quo Barce fuit, ſed quo Barcaeorum portus. Inter Poenorum hoſtes, a Marone, Aen. L. IV. cenſentur *lateque furentes Barcaei.* Nunc quoque interius oppidum retinet nomen et moenia, *Barca:* vnde regni appellatio: litorale, *Tolemeta,* nuncupatur. H.

h. XII. *mill. paſſ.)* A Teuchira Ptolemaidem, Anton. in Itin. XXVI. mill. paſſ. interuallum facit. H.

i. *Mox* XL. *mill. paſſ.)* Vide Not. et Em. N. XXI. (hic adi.) *Mox* XL. M.) Sic reſtituimus ex MSS. R. 1. 2. etc. cum prius perperam legeretur in editis, CCL. Sententia loci eſt, a Ptolemaide diſtare XL. millibus paſſ. promontorium, Phycuntem appellatum: quod interuallum tabulae omnes Geographicae approbant: alterum non ferunt. H.

k. *Phycus)* Φυκοῦς ἄκρον Ptol. L. IV. c. 4. Ibi regio Cyrenaica ab occaſu incipit flectere ſe in exortum Solis. Nautis dicitur *Capo Ruſato.* H.

l. CCCL. *M. paſſ.)* Siue bis mille et octingentis ſtadiis, vt ait Strabo, L. XVII. p. 837. quae menſura cum Pliniana congruit. H.

m. CXXV.) Ita libri omnes, etiam MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. tum hoc loco, tum L. IV. ſ. 20. H.

n. *Cyrene)* Κυρήνη, de qua multa vide ap. Strab. l. c. Nunc eſſe *Cairoan* a quibuſdam falſo creditur: cum ſit ab Arabibus conditum recens oppidum. Sed eſt *Ceyret,* nunc pagus. H.

o. *Apolloniam.)* Ἀπολλωνία Ptol. L. IV. c. 4. At Straboni, l. c. Ἀπολλωνίας Κυρηναίων ἐπίνειον, Cyrenenſium nauale. Hodie *Bonandré:* Geographo Nubienſi, *Bondarca.* H.

loniam XXIV. mill. paſſ. Ad p. Cherſoneſum [1] LXXXVIII. mill. paſſuum. Vnde [2] Catabathmum q. CCXVI. [3] mill. paſſuum. Accolunt r. Marmaridae, a Paraetonii ferme regione ad Syrtin vſque maiorem porrecti. Poſt eos Ararauceles s., et iam in ora Syrtis Naſamones t., quos antea Meſammones u. Graeci [4] appellauere, ab argumento loci, medios [5] inter

1. *a Cherroneſo.* 2. *Inde Catabathmus.* 3. CCVI. *Ch.* 4. *Grai. Ch.* 5. *medio. Ch.*

p. *Ad Cherſoneſum*) Χερσόνησος μεγάλη Ptol. L. IV. c. 5. inter Marmaricae nomos, ſiue Praefecturas. Vbi nunc *Capo di Roxatim*, ſinusque cognominis, *Golfo di Roxatim*: alii *Raxiltim* ſcribunt. Straboni, L. XVII. p. 838. Ἄκρα Χεῤῥόνησος λιμένα ἔχουσα. Promontorium cum portu. Stephano vrbs eſt, cui nomen et Κέῤῥεκα fuit: gentile, Κεῤῥέριος, vt a Ταυχείρα, de qua paulo ante, Ταυχείριος. H.

q. *Catabathmum*) Lege Salluſt. in Iugurtha pag. 65. in diuiſione orbis: *Ab ortu, ſoli decliuis latitudo, quem locum Catabathmon incolae appellant.* et pag. 67. *Vbi ad Catabathmum, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, etc.* Dalec.

Catabathmum) De Catabathmo, et Paraetonio ſect. ſeq. H.

r. *Accolunt Marmaridae*) Μαρμαρίδαι Straboni, l. c. H.

s. *Ararauceles*) Poſt Marmaridas, verſus occaſum Solis, Syrtimque maiorem. Ἀραυράκιδες Ptol. L. IV. c. 4. quorum magis ad ortum Solis regio vergit, quam Barcitarum. H.

t. *Naſamones*) Νασάμωνες, Syrti maiori confines, apud Strabonem, L. XVII. p. 838. Gentis mores ac ſitum Lucanus perelleganter deſcribit, L. IX. v. 439 *Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto Nudus rura tenet: quem mundi barbara damnis Syrtis alit: nam litoreis populator arenis Imminet, et nulla portus tangente carina Nouit opes. Sic cum toto commercia mundo Naufragiis Naſamones habent.* H.

u. *Meſammones*) Voce conflata ex μέσος, quod *medium*, et ἄμμος, quod *arenam* ſonat. Ex Hebraica originatione vocem deriuat Bochart. Geogr. P. I. L. IV. c. 30. p. 322. quaſi Viros Hammonis vox ea ſignificet. H.

inter x. arenas ſitos. Cyrenaicus y. ager XV. M. paſſuum latitudine a litore, et [1] arboribus fertilis z. habetur. Intus eodem ſpatio frugibus tantum: mox triginta mill. paſſuum latitudine, et CCL. mill. paſſuum longitudine, laſere a. modo. Poſt Naſamones, b. Aſbyſtae [2] et Macae c. viuunt. Vltra eos Hammanientes d. duodecim [3] dierum itinere a Syrtibus

1. *et, in Man. et V. et H. delet.* 2. *Abytae. V. Haſbitae Gr. et Al.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* XI. *dier. Gr. et Al.*

x. *Inter arenas)* Lucanus hanc oram deſcribens, l. c. v. 454. *Patet amne ſolum, liberque meatu Aeoliam rabiem totis exercet arenis.* Et mox: *Regna videt pauper Naſamon errantia vento.* H.

y. *Cyrenaicus ager)* Accepta haec ſunt ab Herodoto, L. IV. Melpom. N. 199. p. 287. H.

z. *Fertilis habetur. Intus eodem ſpatio, etc.)* Legend. *Fertilis habetur, etc. et* CCL. M. *paſſuum longitudine, laſere modo. Poſt Naſamonas Aſbytae et Macae viuunt.* Quae ergo laſere modo fertilis eſt. *Poſt Naſamonas Asbytae et Macae viuunt,* id eſt, degunt, non autem laſere viuunt, vt inepte accepit Solinus. *Salmaſ.* 381. b. 382. a.

a. *Laſere modo)* De laſere, L. XIX. ſ. 15. H.

b. *Aſbyſtae)* Ἀσβύϛαι. Vide Not. et Em. XXII. (hic poſ.) *Aſbyſtae)* In libris hactenus editis *Haſbytae* legitur, ſed mendoſe. Ἀσβύϛαι enim vocantur primo ab Herodoto, L. IV. Melpom. n. 170. p. 279. Ἀσβύϛαι, οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι· ἐπὶ θάλασσαν δ' οὐ κατήκουσιν Ἀσβύϛαι. *Hi ſupra Cyrenem habitant: ad mare autem non pertingunt Aſbyſtae:* Ἀσβύϛαι pariter Stephano, et Dionyſio, v. 211. quem laudat Tzetzes in Lycophr. p. 122. Ptol. L. IV. c. 4. perperam Ἀσβύται pro Ἀσβύϛαι. Hinc Ioui ipſi nomen, apud Nonnum, L. XIII. p. 372. Καὶ Διὸς Ἀσβύϛαο μεσημβρίζοντας ἐναύλους. H.

c. *Et Macae viuunt)* Hoc eſt, degunt, ſiue habitant. Μάκαροι Συρτῖται Ptol. L. IV. c. 3. Μάκαι Herodoto, L. IV. Melpom. n. 175. p. 280. et Scylaci, p. 45. et Diodoro, L. III. Bibl. p. 178. Solinus haec transſcribens Asbyſtas laſere pariter viuere inepte pronunciat. H.

d. *Hammanientes)* Vel Ammanientes, vt ab ἄμμῳ *arena,*

tibus maioribus ad occidentem, et ipſi quaqua verſus arenis circumdati: puteos tamen haud difficiles binûm ferme cubitorum inueniunt altitudine, ibi reſtagnantibus Mauritaniae aquis. Domos e. ſale montibus ſuis exciſo, ceu [1] lapide, conſtruunt. Ab his ad f. Troglodytas hiberni occaſus plaga dierum g. IV. [2] iter, cum quibus commercium gemmae tantum, quam carbunculum vocamus, ex Aethiopia inuectae [3]. Interuenit h. ad ſolitudines Africae, ſupra minorem Syrtin dictas [4], verſa [5] Phazania i. ubi

1. ſeu Gr. 2. VII. *itinere. M. Ch.* 3. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. vectae Gr. et Al.* 4. *dictam. Ch.* 5. *vrbs. V.*

na, traxiſſe et illi nomen videri poſſint. Ii plane ſunt, quos Solinus, c. 28. p. 54. Amantes vocat: quos cum Hammonis Iouis accolis Ortelius male confundit: et Bochartus eum ſecutus loco mox citato. Nam quod de domibus ſale ceu lapide ſtructis mox narratur a Plinio, id Amantibus a Solino arrogatur: ſitusque item inter Naſamonas et Troglodytas. Pars eſt deſerti, quod nunc *Biledulgerid* vocant. H.

e. *Domos ſale)* Accepta haec ab Herodoto L. IV. Melp. n. 185. p. 284. H.

f. *Ad Troglodytas)* Non vna modo in parte terrarum Troglodytae ſunt: nam praeter eos, qui ſinum Arabicum accolunt, ſunt et in Africae paene vmbilico, a Syrtibus maioribus ſedecim dierum itinere diſſiti, verſus occaſum: vbi nunc *Techortina regio*. Τρωγλοδύται Αἰθίοπες hi vocantur ab Herodoto, L. IV. Melpom. n. 185. p. 283. H.

g. *Dierum IV. iter)* MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. *Dierum* VII. *itinere.* De carbunculorum commercio eadem habet Solinus: de his dicemus, L. XXXVII. ſ. 25. H.

h. *Interuenit)* In ea via, inquit, quae eſt ab Hammanientibus ad Troglodytas occurrit Phazania regio, vergens ad eas ſolitudines, quas paulo ante diximus ſupra minorem Syrtin eſſe poſitas: initio nimirum ſuperioris ſectionis. H.

i. *Phazania)* Φαζανία regionis nomen eſt, apud Agathem. Geogr. L. II. c. 5. Pars eſt deſerti *Biledulgerid*, cum parte Tunetenſis regni, quae maxime in auſtrum vergit. H.

vbi gentem Phazaniorum, vrbesque Alelen et Cillabam ſubegimus. Item Cydamum e k. regione Sabratae. Ab his mons longo ſpatio in occaſum ab ortu tendit, Ater noſtris dictus a natura aduſto ſimilis, aut [1] Solis repercuſſu accenſo. Vltra l. eum deſerta: m. Matelgae [2] oppidum Garamantum: itemque Debris n., o. affuſo [3] fonte, a medio die ad mediam noctem aquis feruentibus, totidemque horis ad medium diem rigentibus: clariſſimumque oppidum p. Garama [4] caput Garamantum q.: omnia armis

1. *velut ſolis repercuſſu accenſus.* 2. *Mox Talgae.* Ch. 3. *effuſo.* 4. *Garamana.* V.

k. *E regione Sabratae)* Quam ſ. 3. ſitam eſſe diximus in ipſo Syrtis minoris cornu, qua ſpectat Africam proprie dictam. H.

l. *Vltra eum)* Verſus auſtrum, vbi deſertum vaſtiſſimum eſt, Biledulgerid. H.

m. *Matelgae)* Forte rectius, *Mox Talgae*, vt in Chiffl. cod. R. 1. Colb. 1. 2. etc. H.

n. *Debris)* Meminit huius oppidi Priſcianus in Periegeſi, p. 369. *Continuo poſt hos ſequitur Phauruſia tellus: Hanc habitant iuxta Garamantes Debride clari.* Βέδειρον eſt Ptolemaei, L. IV. c. 6. circa fontes Cinyphis amnis: nec procul a Garame metropoli. H.

o. *Affuſo fonte)* De hoc fonte eadem Auguſtinus, L. XXI. de ciuit. c. 5. Solinus, c. 29. p. 54. Breuiter Iſidorus, L. XIII. c. 13. ex Auguſt. *Apud Garamantes fontem eſſe aiunt ita algentem diu, vt non bibatur: ita ardentem nocte, vt non tangatur.* Cauſam huius miraculi Lucretius inueſtigat, L. VI. Ad ignes ſubterraneos nocturnumque frigus cauſam refert Licetus, L. V. de quaeſitis per epiſt. p. 256. quem vide, ſi tanti id eſſe putas. H.

p. *Garama)* Γαράμη μητρόπολις, Ptol. L. IV. c. 6. Videtur eſſe *Gademes* regionis hodieque cognominis caput. Ipſa Garamantum tellus regiones tres, vt diximus complectitur: *Feſſen,* quae nempe ortui propior, *Guargala,* quae occidenti Soli: *Gademes,* quae inter vtramque media. Hos Strabo, L. XVII. p. 835. ait eſſe confines iis gentibus, vnde Carchedonii lapilli afferuntur: Troglodytis ſcilicet, (quae Techortina nunc regio eſt,) cum

armis Rom. superata, et r. a Cornelio Balbo triumphata: s. vni [1] huic omnium externo curru et Quiritium iure donato: quippe Gadibus [2] genito [3] ciuitas Romana cum Balbo maiore patruo data est. Et hoc mirum, supradicta oppida ab eo capta, auctores nostros prodidisse: Ipsum in triumpho, praeter Cidamum et Garamam, omnium aliarum gentium vrbiumque nomina ac simulacra duxisse, quae iere hoc ordine. t. Tabidium [4] oppidum, Niteris u. natio, Negli-

1. vni omnium. V. aliis: vno omnium externorum. vnius Gr. et Al. 2. sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. 3. nato. Gr. et Al. 4. Thabudis. Ptol. Tabudium. Ch.

cum quibus commercium eius gemmae esse paulo ante diximus, quam carbunculum vocamus. H.

q. *Garamantum)* Strabo: *Vltra Getuliam est Garamantum regio, quae cum illa pariter progreditur, vnde Carchedonii lapilli afferuntur.* Dalec.

r. *Et a Cornelio Balbo triumphata, etc)* Lege: *et a Corn. Balbo triumphata, vnius omnium curru externi, et Quiritium iure donati.* Currus hic pro triumpho: dicit ergo triumphum Balbi externi hominis fuisse et ciuitate donati, vnius ex omnibus. Vide *Salmas.* p. 383. a. *Cornelio Balbo)* De isto Cornelio multa posthac cap. 43. lib. VII. *Dalec.*

Cornelio Balbo) De hoc Balbo altero, siue iuniore, Cicero L. XI. ad Atticum, ep. 12. p. 341. De maiore, qui alterius patruus fuit, idem L. VIII. ad Attic. ep. 9. p. 236. H.

s. *Vni huic omnium)* Vni illi omnium externorum et triumphi honos et ciuitas est donata. Triumphauit et P. Ventidius: at non externus ille, sed Italus. Solinus, c. 29. p. 54. de Balbo: *Primus sane de externis, vtpote Gadibus genitus, accessit ad gloriam nominis triumphalis.* Verum non modo primus is externi sanguinis eum honorem est adeptus, sed et priuatorum postremus: Nam Romae consequenti tempore de victis gentibus soli Imperatores triumpharunt. In libris hactenus editis perperam, *vnius omnium.* Salmas. p. 483. in Solin. spreta omnium librorum fide locum pro arbitrio mutat. H.

t. *Tabidium)* Θαβουδὶς Ptol. L. IV. c. 6. circa Bagradae fontes. H.

Negligemela oppidum, Bubeium natio, vel oppidum; Enipi natio, Thuben x. oppidum: mons nomine Niger: Nitibrum, Rapsa, oppida[1]: Discera[2] natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Thapsagum oppidum, y. Nannagi[3] natio, Boin oppidum, Pege oppidum, flumen Dasibari. Mox z. oppida continua, Baracum, Buluba[4], Alasi, Balsa[5], Galla[6], Maxala[7], Zizama[8]. Mons Gyri, in quo gemmas nasci a. titulus[9] praecessit. Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gentis eius puteos (qui sunt non alte fodiendi, si locorum notitia adsit) arenis operientibus. Proximo b. bello, quod[10] cum c. Oeensibus Romani gessere

1. *oppidum.* Ch. 2. *Viscera.* Ch. 3. *Dannagi.* Ch. 4. *Bulba.* Ch. 5. *Galsa.* 6. *Balla.* V. 7. *Mazalla.* 8. *Cyzama.* M. 9. *Titus prodidit.* V. M. 10. *quod cum Oeensibus Romani gessere initiis Vespasiani.* Gr. et Al.

u. *Niteris*) Colb. 1. 2. *Nitiebres.* Et mox *Viscera* pro *Discera.* Quibus et R. 1. et Chiffl. suffragatur. H.

x. *Thuben*) Huc, credo spectat Praepositus limitis Tubuniensis, inter Limitaneos, sub dispositione Comitis Africae, in Notit. Imp. Rom. f. 50. H.

y. *Nannagi*) Chiffl. *Dannagi.* R. 1. Colb. 1. 2. *Tamiagi.* H.

z. *Mox oppida*) Horum deinde oppidorum, inquit, in triumpho imagines secutae sunt. MSS. paulo aliter haec nomina repraesentant: *Baracum, Halasigalsa, Balla, Mazalla, Cizama.* H.

a. *Titulus praecessit*) Singulis triumphi simulacris titulus affigebatur, cui inscripta gentium oppidorumque deuictorum nomina. In MSS. R. 1. 2. et Colb. 2. *titulus praecessit.* In Colb. 2. *titulus prodidit.* H.

b. *Proximo bello quod cum Oeensensibus gessere initiis Vespasiani Imperatoris*) Circa initia Imperii Vespasiani, bellum illud gestum innuit a Romanis. Et *proximum bellum* vocat, quia proxime gestum, quum illa scriberet. *Salmas.* pag. 383. a.

c. *Cum Oeensibus*) Ab Oea oppido, de quo dictum est f. 4. Solini paraphrasis, c. 29. p. 54. *Sub Vespasiano principe, bello quod cum Oeensibus gestum est, difficultas haud dissoluta est compendio spatii*

ſere auſpiciis Veſpaſiani Imperatoris, compendium viae quatridui deprehenſum eſt. Hoc iter vocatur Praeter caput ſaxi. Finis Cyrenaicus Catabathmos d. appellatur, oppidum, et vallis repente conuexa. Ad e. eum terminum Cyrenaica Africa a f. Syrti minore decies centena LX. M. paſſ. in longitudine patet: in g. latitudine, qua cognitum eſt, DCCC.[1]

VI. Quae[2] ſequitur regio Mareotis h. Libya appellatur, Aegypto contermina. Tenent Marmaridae

1. DCCCX. *Ch.* 2. *ſic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Ea quae ſq. Gr. et Al.*

ſpatii breuioris inuento. Plinius *proximum bellum* dixit, quia proxime geſtum, cum haec ſcriberet. Proximum Solinus nec dixit, nec vero integra fide potuit dicere, tanto nimirum Plinio recentior, quantum vel vnus hic locus abunde declarat. H.

d. *Catabathmos)* Mela, L. I. c. 8. *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum, finit Africam.* Ita et Salluſt. bello Iuguth. p. 65. Καταβαθμὸς Graecis, deſcenſum, deuexitatem, accliuitatemque loci ſignificat. H.

e. *Ad eum terminum Cyrenaica Africa a Syrti minore decies* CLX. M. *paſſ.)* Scribo *a Syrti maiore:* non *a Syrti minore.* Nam a Syrtis maioris fine, hoc eſt a Boreo promontorio, incipit Africa Cyrenaica, cuius longitudinem ac latitudinem oſtendit hoc loco Plinius. Liquet id tum ex Plinio ſupra capite quarto, non longe a fine, cum dicit: *Promontorium quod maiorem includit, Boreum appellatur. Vltra, Cyrenaica provincia.* Tum ex Ptolemaeo, IV. his verbis: *Cyrenaica prouincia limites habet ab occaſu Syrtin magnam. Pintian.*

f. *A Syrti minore)* Ita libri omnes Cyrenaica prouincia a maiore quidem Syrti incipit. At Cyrenaica Africa latius patet: a minore enim Syrti, vbi Africa proprie dicta deſinit, ipſa initium ducit. H.

g. *In latitudine qua cognitum eſt,* DCCC.) Duo illa verba, *in latitudine*, non leguntur in antiquis codicibus. Quod ſi recipitur, permutandi, vt ſentio, erunt numeri, ſcribendumque, DCCC. M. *paſſ. in longitudine. Qua cognitum eſt, decies centena* LX. M. *Pintian.*

h. *Mareotis Libya)* Eius regionis vinum Mareoticum celebre

dae, Adyrmachidae i.: dein Mareotae. k. Mensura a Catabathmo ad Paraetonium kk. LXXXVI. M. pass. In l. eo tractu vicus Apis interest, nobilis m. religione Aegypti locus. Ab n. eo Paraetonium o. LXII. [1] M. pass. Inde Alexandriam, CC. [2] millia passuum: latitudo CLXIX. est. Eratosthenes a Cyrenis Alexandriam terrestri itinere DXXV. M. prodidit. Agrippa totius Africae a mari Atlantico cum infe-

1. *Sic quoque M. Ch. Paraetonium* XII. *mill. Gr. et Al.*
2. *sic ex vetust. cod. et Martian. Alexandriam* C. *M. Gr. et Al.*

celebre fuit. Plautus in Casina *Libycum florem* appellavit. *Nisi* (inquit) *haec miraculose vspiam percussit flore Libyco.* Turnebus cap. 12. libro VIII. Aduers. *Dalec.*

Mareotis Libya) Μαρεῶτις, quae, Ptol. L. IV. c. 5. Marmarica dicitur, inter Pentapolim, siue Cyrenaicam, et Alexandriam Aegypti. Pars maxime orientalis regni Barca. H.

i. *Adyrmachidae)* Ἀδυρμαχίδαι, ἔθνος Λιβύων, Scylaci p. 42. Πρῶτοι Λιβύων. Herod. L. IV. Melpom. n. 167. p. 279. Ἀδυρμαχῖται Ptol. l. c. Apud Stephanum, Ἀδαρχίδαι, mendose. H.

k. *Mareotae)* A quibus regioni nomen, Μαρεώτης νομὸς, Mareotis praefectura, apud Ptol. l. c. H.

kk. *Paraetonium)* Parthenio ciuitas ab Aethico (ni mendum sit) dicitur pag. 33. et pag. 46. Parthenium. *Dalec.*

l. *In eo tractu)* Libyae Mareotidis, Scylaci, p. 42. Ἄπις πόλις, et Ptol. quoque l. c. H.

m. *Nobilis religione)* De cultu bouis Apis dicemus, L. VIII. s. 71. H.

n. *Ab eo Paraetonium)* Παραιτόνιον inter oppida huius Libyae, apud Ptol. L. IV. c. 5. In Conc. Nic. I. *Titus Paraetonii*, in prouincia Libyae inferioris. Nunc *Raxa*. H.

o. LXII. *M. pass.)* Vide Not. et Em. N. XXIII. (hic adi.) LXII. *M. P. Inde Alexandriam* CC. *mill.)* Vterque numerus, in libris impressis corruptus, a nobis restitutus est, tum ope codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum ipsius Martiani admonitu, quem secuti, pro XIII. M. rescripsimus LXII. ac pro C. *mill.* restituta centenarii nota, quae facili lapsu amanuensibus excidit, CC. *mill.* H.

inferiore Aegypto XXX. p. XL.[1] mill. paff. longitudinem[2]. Polybius et Eratofthenes diligentiffimi exiftimati, ab oceano ad Carthaginem magnam q. XI.[3] mill. paffuum[4]: ab ea Canopicum Nili proximum oftium XV. r. XXVIII.[5] mill. paffuum fecerunt. Ifidorus a Tingi Canopum XXXV. s. XCIX. mill. paffuum. Artemidorus XL. t. minus quam Ifidorus.

VII. Infulas u. non ita multas complectuntur haec maria. Clariffima x. eft Meninx, y. longitudine

1. LXXX. *M. V. et Ch.* 2. *longitudinem pofuit. Vet. ad.* 3. *Vet. cod. quoque* XI. *M. paff. adftipulante Martiano.* XVI. *mill. p. Gr. et Al.* 4. *paffuum. Ab ea ad Canopicum, vel ab ea ad Canopicum Nili proximum oftio.* 5. LXXVIII. *V.* XVI. *mill. p.* XXX. *Gr. et Al.*

p. XXX. XL.) Hoc eft, tricies centena, et quadraginta millia paffuum, vt recte Martianus interpretatur, L. VI. c. de tertio Africae finu, p. 217. apud quem tamen *quadringenta* perperam, pro *quadraginta* fcribitur. Neque enim Latine dicimus tricies quadringenta: fed fi is numerus exprimi debet, *tricies quater*, fubintelligendo centena. H.

q. XI mill.) Hoc eft, vt Martianus ait, vndecies centena millia. Ita libri omnes. Editi vitiofe, XVI. H.

r. XV XXVIII.) Quindecies centena, et viginti octo mill. paff. Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Parif. etc. H.

s. XXXV. XCIX.) Tricies et quinquies centena, et quadraginta nouem millia paffuum. H.

t. XL. *minus*) Detrahit Artemidorus de Ifidori fumma, XL. millia. H.

u. *Infulas*) Vide Not. et Em. N. XXIV. (hic pof.) *Infulas*) Huic capiti lemma iftud Plinii editores ex Indice huius libri petitum praefixere: *Infulae circa Africam, et ex aduerfo Africae:* cum tamen nullae hoc loco memorentur infulae, quam quae contra Africam in mediterraneo mari funt pofitae. Verum, vt in Indice monuimus, non *ex aduerfo Africae* Plinius, fed *auerfa* fcripfit, Aethiopiam intelligens, quae auerfa, hoc eft, poft Africam retro pofita eft: de ea enim peracta infularum mentione ftatim feq. fectione agitur. H.

x. *Clariffima eft Meninx, longitudine* XXXV. M. *paffuum*

dine [1] xxv. mill. passuum, latitudine xxII. ab Eratosthene Lotophagitis z. appellata. Oppida habet duo, Meningem ab Africae latere: et a. altero Thoar [2]: ipsa b. a dextro Syrtis minoris promontorio passibus cc. [3] sita. Ab ea centum mill. pass. contra c. laeuum, Cercina, cum vrbe eiusdem nominis

1. *sic et Ch. Longitudine* xxxv. *M. latitudine* xxv. *Gr. et Al.* 2. *Thorar. M.* 3. *mille quingentis. Tol. Man. Strab. hanc continenti iunxit.*

suum, latitudine xxv.) Vetus lectio castissima, *longitudine* xxv. *latitudine* xxII. Nam Meninx insula, et altera e regione eius non longe dissita, Cercina nomine, aequali sunt magnitudine, auctore Strabone libro vltimo. Cercinae vero longitudinem esse xxv. mox paulo Plinius docet. *Ipsa a dextro Syrtis minoris promontorio p.* cc. *sita.* Vetus lectio, *mille quingentis.* Porro duas has insulas continenti adhaerescere, auctor est Strabo vltimo libro. *Pint.*

Meninx) Μῆνιγξ Graecis. Nunc *Gerbi* et *Zarbi.* Quae appellatio haud recens est: nam Antonino *Girba* vocatur. Et Sext. Aur. Vict. in Vita Vibii Galli Imp. *Creatus*, inquit, *in insula Meninge, quae nunc Girba dicitur.* Hinc in Africae notitia inter episcopos prou. Tripolitanae, cui ex aduerso haec insula obiacet, *Faustinus Girbitanus.* In ea vrbe C. Mario latebra fuit, inquit Solin. c. 27. p. 52. H.

y. *Longitudine* XXV.) Ita MSS. omnes: non, vt editi, XXXV. Et mox, XXII. non XXV. H.

z. *Lotophagitis*) Et Ptol. quoque Λοτοφαγῖτις, L. IV. c. 3. et Polyb. L. I. p. 55. Λωτοφάγων νῆσος, ἣ καλεῖται Μῆνιγξ. Quoniam in aduersa continentis ripa Lotophagi fuerunt. Vide Strabon. L. XVII. p. 834. H.

a. *Et altero*) Altero latere, quod septemtrionali obuertitur. Sed oppido nomen apud Ptol. L. IV. c. 3. Γέῤῥα. H.

b. *Ipsa a dextro*) Quod est austro propius, et Tripolitano regno: cui promontorio nomen est ab ipsa insula, *Capo di Zerbi.* H.

c. *Contra laeuum*) Subintellige promontorium, vbi Africa proprie dicta deficit, vbi Sabrata oppidum Syrtim contingit: contra id litus Cercina est, Κέρκινα νῆσος καὶ πόλις, Ptol. l. c. aliisque. Nunc *Gameleta.* H.

minis libera, longa xxv. mill. pass. lata dimidium eius, vbi plurimum: at [1] in extremo non d. plus quinque mill. pass. Huic perparua, Carthaginem versus, Cercinitis e. ponte iungitur. Ab his quinquaginta mill. fere passuum f. Lopadusa [2], longa VI. mill. passuum. Mox Gaulos et Galata, cuius terra scorpionem, dirum animal Africae, necat. Dicuntur et in Clupea emori: cuius ex aduerso g. Cosyra [3] cum oppido. At h. contra Carthaginis sinum duae [4] Aegimori i. arae, scopuli verius, quam insulae, inter

1. *sic et in Vet. M. ac Gr. et Al.* 2. *Lipadusa. Ch.* 3. *Cossyria. V. Cossoracum oppidum. Ch.* 4. *duo, Aegemo, Aerea. M. alii, Aerea, vel Arae. alii, Agatae et Torichiae. alii Egimori et Arae. Aegimori a re Gr. et Al.*

d. *Non plus quinque*) Sic Agathem. L. I. Geogr. c. 5. H.

e. *Cercinitis*) Κερκιννῖτις Straboni, L. XVII. p. 834. Nunc *Chercana.* H.

f. *Lopadusa*) Λοπαδȣ̃σα Ptol. l. c. Nunc *Lampedosa.* De Lopadusa, Gaulo et Galata, L. III. s. 14. H.

g. *Cosyra*) De ea Ouid. Fast. L III. v. 167. *Fertilis est Melitae sterili vicina Cosyrae Insula quum Libyci verberat vnda freti.* Vide quae de eadem diximus L. III. s. 14. H.

h. *At contra Carthaginis sinum duo Aegimori a re*) Archetypum Toletanum, *At contra Carthaginis sinum duae Aegimerae Caree.* vt fortasse scribi possit *duae Aegimurus et Arae.* De Aegimuro constat apud omnes. De Aris Virgilius intellexit noto versu: *Saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus Aras.* Nam quas Virgilius saxa, Plinius statim scopulos dicit. *Pint.* Vide Seruium in illum locum, et Obseruat Schott. p. 228. *Aegimori*) Ptolemaeo Aeginus vel Aegimonis hodie *Isola di Trabacha*, sita inter Galatam insulam, hodie Garitam, et Trabracham oppidum Africae. Ad Aegimurum M. Fab. Buteo cons. Rom. nauali praelio Carthaginenses vicit. *Dalec.*

i. *Aegimori arae*) Scopuli sunt, de quibus Virgil. Aen. L. I. v. 113. *Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus Aras.* Vbi Seruius: *In saxa latentia propter tempestatem: Haec*

ter Siciliam maxime et Sardiniam. Auctores sunt, et has quondam habitatas subsedisse.

VIII. Interiori k. autem ambitu Africae ad meridiem, versus superque Gaetulos, interuenientibus desertis, primi omnium l. Libyaegyptii, deinde m. Leucaethiopes [1] habitant. Super n. eos Aethiopum gentes Nigritae o., a p. quo [2] dictum est flumine:

V 3

1. *Leucae Aethiopes.* Ch. 2. *a quibus dictum est.* M. *supra c. 1. sub finem fluuium legit, non flumen.*

Haec saxa inter Africam et Sardiniam sunt: quae saxa ob hoc Itali Aras vocant, quod ibi et Afri et Romani foedus inierunt. Αἰγίμορος νῆσος dicitur Straboni, L. XVII. p. 834. Αἰγίμορος, νῆσος Λιβύης, Stephano: cuius saxi geminus vertex, intercurrente forte freto disiunctus, duarum ararum, ob caussam a Seruio allatam, nomen invenit. Sinum ab alto claudere, in quo sita Carthago est, a Liuio dicitur, L. XXX. p. 360. Prius in libris editis legebatur, *duo Aegimori a re:* quod plane absurdum. H.

k. *Interiori*) Qui intus, et in mediterraneo, Africae partem hactenus descriptam ambiunt, includuntque, post deserta, quae interueniunt, sunt Libyaegyptii, etc. Mela, L. I. c. 4. *Super ea, quae Libyco mari alluuntur, Libyaegyptii sunt, et Libyaethiopes, et natio frequens, multiplexque Gaetuli. Deinde late vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, etc.* Descripsit haec a Plinio Martianus L. VI. p. 217. H.

l. *Libyaegyptii*) Quasi mixti Aegytiis Libyes: ad occasum Thebaidis positi, vbi nunc deserta Barcae et Libyae. H.

m. *Leucaethiopes*) Λευκαιθίοπες, *albi Aethiopes*, Ptol. L. IV. c. 6. et Agathem. Geogr. L. I. c. 5. nempe quia ceteris candidiores sunt. Nunc est desertum *Saarra.* H.

n. *Super eos Aethiopum, etc.*) In vetustis Cod. hic incipit cap. 8. Vt et in manuscripto. *Dalec.*

o. *Nigritae*) Qui vtramque Nigris amnis ripam nunc accolunt. *Les païs des Negres.* H.

p. *A quo dictum*) Ita MSS. omnes. Nomen, inquit, Nigritae habent, ab eo amne, de quo iam diximus, in fine scilicet sectionis 4. et ab eo vsque, ad Leucaethiopas tractum ingentem terrarum occupant. H.

mine: Gymnetes q. r. Pharusii [1], iam oceanum attingentes, et quos in Mauritaniae fine diximus, Perorsi. s. Ab his omnibus vastae solitudines orientem versus, usque Garamantes, Augylasque et Troglodytas: verissima opinione eorum, qui desertis t. Africae duas Aethiopias superponunt, et ante omnes Homeri u., qui bipertitos [2] tradit Aethiopas x., ad orientem occasumque versos [3]. Nigri y. fluuio eadem

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. adstipulatur Pint. Pharusi, et iam oc. at. quos — diximus. Gr. et Al.* 2. *bipartitos.* 3. *versus. Tol.*

q. *Gymnetes,* etc.) Γυμνῆτες, a nuditate corporis nomen sortiti. Vbi nunc regna *Agades et Tombut,* cis Nigrim amnem. H.

r. *Pharusii)* Φαυρούσιοι Ptol. L. IV. c. 6. Nunc *Zenehora et Gualata,* in ora oceani Atlantici, a Nigris ostio septemtrionali. De his rursum in fine huius sect. H.

s. *Perorsi)* De quibus diximus, sect. I. Nunc sunt regna *Zanhada et Tesset,* inter Marocchi regnum a septemtrione, *Gualata* ab austro, oceanum Atlanticum ab occasu. H.

t. *Desertis Africae)* Vltra deserta, Africae, versus Austrum. H.

u. *Homeri)* Odyss. L. I. v. 23. Αἰθίοπας τοὶ δίχθα δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν, Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δὲ ἀνιόντος. *Extremos hominum Aethiopas, quorum altera Solem Nascentem hinc regio videt, altera et inde cadentem.* Non vidit Plinius Aethiopas illos, ad quos Homerus mari diuertisse fingit Vlyssem, fabulosos esse; nihil aliud ibi significante vate, quam Vlyssem eo nauigationis suae tempore inculpatam duxisse vitam, qualem agere negat homines, nisi extra hunc paene orbem, aut in extremo isto certe positos, quos Aethiopas orientales et occidentales vocat. H.

x. *Aethiopas)* De iis Aeschylus, χαλκοκέραυνόν τε παρ' ὠκεανῷ λίμναν παντοτρόφων Αἰθιόπων, ἵν' ὁ παντ' ἐπόπτας ἥλιος αἰεὶ χρῶτ', ἀθάνατον κάματόν θ' ἵππων θερμαῖς ὕδατος μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει. Leopardus cap. 17. lib. V. *Dal.*

y. *Nigri fluuio)* Haec totidem verbis Solinus c. 30. p. 55. et Martianus, L. VI. c. I. *de interiori Africa,* p. 217. H.

dem natura, quae Nilo: calamum, et papyrum, et easdem gignit animantes, iisdem temporibus augeſcit. Oritur inter Tareleos Aethiopas, et Oecalicas. z. Horum a. oppidum b. Mauin [1] quidam ſolitudinibus impoſuerunt [2], Atlantas c. iuxta [3] eos, Aegypanas ſemiferos, et Blemmyas, et Gamphaſantas, et Satyros, et Himantopodas. Atlantes d. degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus. Nam neque nominum e. vllorum inter eos appellatio eſt, et Solem f. orientem occidentemque dira imprecatione g. contuentur [4], vt exitialem ipſis agriſque: neque

V 4

1. *Magium.* *Ch.* 2. *interpoſuerunt.* *Pint.* 3. *iuxtaque eos.* *Ch.* 4. *intuentur.* *M.*

z. *Oecalicas)* Ἀκαλικκεῖς vocat Ptol. L. IV. c. 6. inter Aethiopas orientales, vbi nunc regna *Zanfara* et *Gangara*, Nigritarum regione: ibi Talerei olim et Oecalicae fuerunt: illi in vlteriore Nigris ripa poſiti, iſti in interiore. H.

a. *Horum oppidum)* Oecalicarum, inquit, oppidum nonnulli ſtatim poſt Africae ſolitudines, de quibus proxime dictum eſt, collocant. H.

b. *Mauin)* R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. *Magium.* H.

c. *Atlantas)* Herodotus in Melpomene. *Dalec.*

Atlantas iuxta eos) Subintellige, quidam poſuerunt. Neque enim fidem hic ipſe ſuam obligat, ſed ad eos reiicit auctores qui prodiderunt: apud Pomp. Melam, eadem haec ad verbum legas, L. I. c. 8. p. 10. et 11. Transſcripſerunt eadem a Plinio, Solinus, c. 31. p. 58. et Martianus, l. c. H.

d. *Atlantes)* Vltimos ad occaſum Atlantes vocat Mela, l. c. H.

e. *Nominum vllorum)* Solini paraphraſis: *Nulli proprium vocabulum, nulli ſpeciale nomen.* H.

f. *Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur)* Legend. *ſolem orientem occidentemque dira imprecatione comitantur*, id eſt, proſequuntur. *Salmaſ.* 411. b.

Solem) Solinus: *Diris Solis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur: vſtique vndique torrentis plagae ſidere, oderunt Deum lucis.* H.

g. *Contuentur)* Ita libri omnes, etiam MSS. quibus inuitis Salmaſ. p. 411. in Solinum legit, *comitantur.* H.

neque h. insomnia [1] visunt, qualia reliqui mortales. Troglodytae i. specus excauant. Hae illis domus,

mus,

1. *In somno.* M.

h. *Neque insomnia visunt)* Scribit Marcellinus, cum Romae delatorum pestis saevius grassaretur, ne somnia quidem citra vitae discrimen ausam quemquam patefacere: ideoque nonnullos moeruisse, quod apud Atlanteos nati non fuissent, vbi nulla videntur somnia. Rhodig. cap. 16. lib. XXVII. De Atlantibus idem etiam scribit Tertullianus libro de Anima. et Solin. Polyhist. c. 54. et Mela lib. I. cap. 8. *Dalec.*

Neque insomnia) Refert id quoque de Atlantibus Rhianus apud Steph. verbo Ἄτλαντες, praeter auctores proxime laudatos. Martianus, l. c. *Hi numquam somniare videntur.* Hoc est, nulla signa edunt, risus, pauoris, ceterorumque affectuum, quales reliqui mortales, quos signis eiusmodi somniare intelligimus. Vide quae de Cleone refert Plut. L. de def. oracul. H.

i. *Troglodytae specus excavant. Hae illis domus. Victus, serpentium carnes: stridorque, non vox, adeo sermonis commercio carent)* Ex Herodoti hoc Melpomene desumptum, vt quod praecessit de Atlantibus. Pomponius quoque primo, ex eodem bibens saliente. *Troglodytae*, inquit, *nullarum opum domini, strident magis quam loquuntur.* Idipsum et Solinus cap. XXXIII. Ceterum postrema illa verba, *Adeo sermonis commercio carent*, quid attinebat adiici, cum dixisset ante, stridorem eis esse, non vocem. Non sane magis quam si de muribus aut vespertilionibus locutus esset. Quapropter constanter affeuerarem, ad Gamphasantas, qui statim redduntur, ea, non ad Troglodytas attinere, et illinc librariorum negligentia in alienam sedem transuecta esse. Vt verba quae de Gamphasantibus confestim subtexuntur; ad hunc modum concipienda putem: *Gamphasantes nudi praeliorumque expertes. Ideo sermonis commercio carent. Nulli externo congregantur, etc. Ideo*, inquam lego, non *adeo*. Approbabit, puto, hoc nostrum commentum, qui diligentius expenderit contuleritque verba auctorum quos subiungam. Herodotus in Melpomene ita ait: *In tractu venenatis animalibus infesto Gamphasantes habitant, omnes mortales fugientes, omneque colloquium:* nullum-

mus, victus serpentium carnes, stridorque k., non vox: adeo [1] sermonis commercio carent: Garamantes l. matrimoniorum exsortes, passim cum feminis degunt. Augylae m. inferos tantum colunt. Gamphasantes nudi, praeliorumque expertes [2], nulli externo congregantur. Blemmyis n. traduntur

V 5 capita

1. *adeo commercio. etc. haec transposita infra reponenda.*
2. *expertes. Ideo sermonis commercio carent. Nullo externo. Pint. ex Herodoto, Pomponio, Solino.*

nullumque armorum genus, sive ad inferendam seu ad propulsandam iniuriam, norunt. Pomponius Mela libro primo: *Nudi sunt Gamphasantes, armorumque omnium ignari, nec vitare sciunt tela, nec iacere: ideoque obuios fugiunt, neque aliorum, quam quibus idem ingenium est, aut congressus aut colloquia patiuntur.* Viden' optime lector, Herodotum, et qui ab Herodoto hausit Pomponium, hanc colloquii auersationem non Troglodytis tribuere, sed Gamphasantibus? Solinus item, qui Plinium transscripsit, ob id a quibusdam paruus Plinius cognominatus, ordinem ipsum Plinianorum verborum, imo ipsummet verbum, quo Plinius vtitur, non modo sensum nobis repraesentat capite XXXIII. his verbis: *Gamphasantes abstinent praeliis, fugiunt commercia. Nulli se externo misceri sinunt.* Adhaec falsum esset Troglodytas, etsi strideant magis quam loquantur, ideo sermonis carere commercio, nullique externo se congregare, nam Plinio auctore libro quinto, capite 5. cum Troglodytis commercium est gemmae, quam appellant Carbunculum, ex Aethiopia aduectae: quod Solinus quoque repetit capite XXX. *Pintian.*

Specus excauant) Et inde nomen, a subeundis cauernis. Est enim τρώγλη cauerna, specus: δύνω subeo. H.

k. *Stridorque)* Solini paraphrasis: *Ignarique sermonis, strident potius, quam loquuntur.* H.

l. *Garamantes)* Mela, Solinus, Martianus, ll. cc. ea plane de Gharamantibus, Augylis, Gamphasantibusque commemorant. H.

m. *Augylae inferos)* Hoc est, Deos inferos, Melae, *Augylae manes tantum Deos putant.* H.

n. *Blemmyis traduntur) Traduntur*, inquit: neque enim

capita abesse, ore et oculis pectori affixis. Satyris o., praeter figuram, nihil moris humani, Aegipanum, qualis p. vulgo pingitur, forma. Himantopodes q. loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura est. r. Pharusii [1] quondam Persae, comi-

1. *Sic etiam Steph. Pharusi Gr. et Al.*

nim fidem obstringit suam. August. de Ciuit. Dei, L. XVI. c. 8. id esse verum putat posse: neque mirum videri oportere, si quemadmodum in singulis quibusque hominum gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in vniuerso genere humano quaedam monstra sint gentium. Aiunt hodieque genus id hominum conspici in occidentali India, rerum Indicarum scriptores. Breuissimo ii collo fortassis, vnde thoraci caput iungi creditum. Singulare quiddam sane in eorum hominum specie fuisse certum est ex Vopisco, in Probo, p. 239. *Blemmyas,* inquit, *etiam subegit, quorum captiuos Romam transmisit: qui mirabilem sui visum stupente populo Romano praebuerunt.* Fabulam alii volunt esse: dictosque sine capite, qui sine cerebro ac sensu forent. H.

o. *Satyris)* Mela l. c. *Intra, si credere libet, vix iam homines, magisque semiferi: Aegipanes, et Blemmyes, et Satyri,* etc. H.

p. *Qualis vulgo pingitur)* Vultu caprino, hircinis cruribus. Herod. Γράφȣσι καὶ γλύφȣσιν οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ τȣ̃ Πανὸς τὤγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. L. II. Euterpe, n. 46. p. 108. Vnde Ouid. Metam. L. XIV. v. 515. *Semicaper Pan.* H.

q. *Himantopodes)* De his auctores iam laudati, Ἱμαντόπȣς Graecis loripes dicitur, qui pedem in modum lori tortum habet. Ἵμας *lorum* est. H.

r. *Pharusi quondam Persae, comites fuisse dicuntur Herculis, etc.)* Lege: *Pharusii quondam per se comites fuere Herculis ad Hesperidas tendentis.* *Per se*, id est, sponte sua. *Salmas.* pag. 415. *Pharusi quondam Persae comites fuisse dicuntur Herculis)* Pharusios Martianus et Solinus comites fuisse Herculis scribunt, Persas fuisse non scribunt. Proinde nonnulli legendum hic autumant, nec omnino absurde, *Pharusii quondam pars a comitibus*, siue *comitatu fuisse dicuntur Herculis.* quibus neque omnino fidem habeo, neque omnino abro-go.

comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis. Nec de Africa plura quae memorentur, occurrunt.

IX. Adhaeret s. Aſia, quam patere a Canopico oſtio ad Ponti oſtium[1] Timoſthenes, t. XXVI. XXXIX. M. paſſuum tradidit. Ab ore[2] autem Ponti ad os Maeotis Eratoſthenes u. XVI.[3] XLV. M. paſſuum. Vni-

1. os. Pint. 2. *Sic legendum, non ora. ex V. M. et Ch. ora Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard.* XVI. *centum* LXXV. *M. paſſ. Martianus.* XV. XLV. *Gr. et Al.*

go. In cauſa Strabo eſt ſeptimo decimo volumine prodens, eſſe quoſdam qui putent Mauros Indos eſſe, qui cum Hercule in hunc locum deſcenderunt. Quod videtur antiquae lectioni patrocinari: vt ſicuti a principio Mauri fuere Indi, ſic Pharuſii fuerint. Scribendum item *Pharuſii* quatuor ſyllabarum, non *Pharuſi* trium. Sic Stephanus, ſic Dionyſius: ſic ceteri. *Pintian.*

Pharuſii) Solin. et Martian. ll. cc. Vide Not. et Em. N. XXV. (hic conſp.) *Pharuſii quondam Perſae)* Salmaſius in Solin. p. 415. legit, *quondam per ſe comites,* hoc eſt, ſponte ſua, refragrantibus MSS. omnibus R. 1. 2. Colb. 2. etc. in quibus *Perſae* diſerte ſcribitur: refragrante, quod maius eſt, veritate ipſa: nam Pharuſios a Perſis oriundos, et Salluſt. quoque prodidit, L. de bello Iugurth. p. 66. *Sed poſtquam in Hiſpania,* inquit, *Hercules (ſicuti Afri putant) interiit, exercitus eius compoſitus ex variis gentibus, amiſſo duce, ac paſſim multis ſibi imperium petentibus, breui dilabitur. Ex eo numero Medi, Perſae et Armenii, nauibus in Africam tranſuecti, proximos noſtro mari,* (mediterraneo ſcilicet) *locos occupauere: ſed Perſae intra oceanum magis;* vbi Plinius nimirum Pharuſios locat, quos hac ipſa ſectione oceanum dixit attingere. Refert eadem ex Salluſtio Iſidorus Orig. L. IX. c. 2. H.

s. *Adhaeret Aſia)* Aſiaeque prima pars Aegyptus, vt ait Mela. L. I. c. 9. H.

t. XXVI. XXIX.) Vicies ſexies centena et triginta nouem millia paſſuum. Ita MSS. omnes. Numerus poſterior apud Martianum corruptus, L. VI. c. *de Aegyto, quae eſt Aſiae caput,* p. 218. H.

u. XVI. XXLV.) Martianus: *Ab ore autem Ponti ad os*

Vniuersam vero cum Aegypto ad Tanain, Artemidorus et Isidorus x.lxiii.[1] lxxv. M. pass. Maria eius complura ab accolis traxere nomina: quare simul indicabun-

1. lxxxviii. dcc. l. m. *pass. V.* lxxxviii. *M. p. Gr. et Al.* lxiii. cccl. *M. Ch.* xiii. *M. pass. Tol. et Salm. Isidorus in Ch. non legitur.*

os Maeotis sedecies centena septuaginta quinque millia passuum. Legit igitur LXXV. non XXXXV. Sed insigni, vt videtur, errore, numerum interualli sequentis huc transtulit. H.

x. LXIII. LXXV.) Ter est sexagies centena, septuaginta quinque millia. Vide Not. et Em. N. XXVI. (hic adi.) LXXV. *M. pass.)* In MSS. omnibus, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum hoc loco, tum L. VI. s. 38. vbi haec rursum Asiae longitudo repetitur, miro consensu scriptum vidimus LXIII. DCCL. Et Parmensis editio ita fere vtrobique exhibet. Cum vero hunc numerum explicare et concoquere Frobenius non posset, expuncto posteriore, nempe DCC. minuit: nodumque, cum soluendo non esset par, abscidit. Sane sexagies ter centena et septingenta millia nemo Latine dixerit: cum enim ter centena et septingenta sint decies, breuius atque apertius septuagies dixeris. Sed haec nimirum erroris occasio, haec hallucinationis ansa oblata amanuensibus est. Cum scriptum viderent in Plinianis codicibus LXIII. *sept. quinq.* Martianum secuti, *septingenta quinquaginta*, pro *septuaginta quinque* posuere. Quid quod Agathemerus, qui Artemidori epitomen fecit, eius nimirum quem hoc loco Plinius laudat auctorem, L. I. Geogr. c. 3. multo breuiorem facit mensuram huius longitudinis, cum Asiam a Canopico Nili ostio ad Tanais ostia patere scribit stadiis XL. M. CXI. nec recta via, sed litoribus omnibus etiam, sinuumque anfractibus comprehensis? τῆς δὲ Ἀσίας ἀπὸ Κανώπȣ ἕως Ταναΐδος ποταμοῦ μετὰ τῶν Κόλπων, ὁ παράπλους σαδίων μυριάδων δ' καὶ ρια. Efficit haec summa quinquagies centena, et quatuordecim millia passuum. Cui spatio vt Aegypti etiam mensuram addas, tamen Pliniana summa LXIII. LXXXV. millibus amplius septingentis hanc superabit. Similem isti amanuensium errorem detegemus inferius, N. XXXV. et allibi passim. H.

cabuntur. Proxima y. Africae incolitur Aegyptus, introrſus ad meridiem recedens, donec z. a tergo praetendantur Aethiopes. Inferiorem eius partem Nilus, dextra laeuaque diuiſus, amplexu ſuo determinat[1], Canopico oſtio ab Africa, ab Aſia Peluſiaco, CLXX. a. M. paſſuum interuallo. Quam b. ob cauſam inter inſulas quidam Aegyptum retulere: ita ſe findente Nilo, vt triquetram terrae figuram efficiat. Ideo[2] multi Graecae literae vocabulo, Delta c. appellauere Aegyptum. Menſura d. ab vnitate aluei, vnde ſe primum findit[3] in latera, ad e. Canopicum oſtium, CXLVI. M. ad Peluſiacum CCLVI. M. eſt. Sum-

1. *diſterminat.* 2. *ideoque. M.* 3. *fundit. Ch.*

y. *Proxima Africae)* Mela, L. I. c. 9. *Aſiae prima pars Aegyptus, ab hoc litore penitus immiſſa, donec Aethiopiam dorſo contingat, ad meridiem refugit.* Martianus l. c. eadem hauſit a Plinio: et Miſſi Theodoſii, totidem verbis. H.

z. *Donec a tergo praetendantur Aethiopes)* Lege: *donec a tergo praetendant Aethiopes.* Eſt et verbum caſtrorum. *praetenta* caſtra dicuntur, homines vero ipſi *praetendere;* hinc et *praetenturae,* παρεμβολαί. *praetendere* et *praetendi* proprie de his dicitur, quae ad frontem obiecta ſunt, καὶ προβεβλημένα. *Salmaſius* pag. 415. b. a.

a. CLXX.) Diodorus, L. I. Bibl. p. 30. ſtadia aſſignat mille ac trecenta: quae ſunt paſſuum millia fere CLXIII. Miſſi Theodoſii, male CCLXX. H.

b. *Quam ob cauſam)* Haec totidem verbis Miſſi Theodoſii. H.

c. *Delta)* Eius meminit Theoph. c. 15. lib. hiſt. *Dal.*

c. *Delta appellauere)* Aegypti nomine Thebaidem, quae Nili ripam vtramque accolit, veterum nemo comprehendit: ſed ſolum Delta. Herod. L. II. Euterpe, n. 15. p. 95. H.

d. *Menſura)* Martianus, l. c. Menſura *a principio fiſſurae ipſius fluuialis,* etc. H.

e. *Ad Canopicum oſtium CXLVI.)* Similem et ad Canopicum et ad Peluſiacum oſtium menſuram ſtatuunt Miſſi Theodoſii, nempe CLXVI. ſed mendoſe. H.

Summa f. pars contermina Aethiopiae, Thebais vocatur. Diuiditur in praefecturas oppidorum, quas g. Nomos [1] vocant: h. Ombiten [2], Apollopoliten, Hermonthiten [3], Thiniten, i. Phaturiten [4], Copti- ten,

1. *Nomus. Graec. accusatiuo. Tol.* 2. *Ombiten, Phatniten, Apoll. Gr. et Al.* 3. *Hermothiten.* 4 *Phanturiten. Gr.*

f. *Summa pars)* Martianus l. c. Summam porro Aegypti partem vocat, ab Aethiopiae finibus, ad Libyae montes, qui Thebaïdem finiunt, vt dicetur f. 11. longe supra Deltam Aegyptium. H.

g. *Nomos)* Νομὲς. Id oppidis praecipuis nomen fuit, cum circumiacente et contributo agro. Cyrill. Alex. in Comm. ad Isai. c. 19. Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώραν, ἑκάστη πόλις, καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι. Herod. in Thalia νομὲς quoque Satrapias Persarum appellat. Has praefecturas Aegypti nunc *Cassifs* vocant. H.

h. *Ombitem)* In Itiner. Anton. *Contra Ombos*, quod oppidum ibi Arabiae latere a Syene M. P. XXIII. statuitur, vbi et a Ptolemaeo, L. IV. c. 5. Ὄμβροι corrupte pro Ὄμβοι scribitur. In Notit. Imp. Rom. f. 20. sub Dispositione Ducis Thebaidos, *Ambo* pro *Ombo* legitur, vt ante nos alii adnotarunt. Reliquarum Thebaidis praefecturarum in primis hae cognitae. Ἀπολλωπολίτης νομὸς, ab Apollinis ciuitate magna in latere Africae, quam Ptol. in nomo Hermonthite collocat. Ἑρμωνθίτης, cuius Ἕρμωνθις πόλις Αἰγύπτε Stephano: Ptol. Ἑρμὸνθις Africae latere. Θινίτης, cuius metropolis Πτολεμαΐς Ἑρμίε, Ptol. Steph. Θὶς, πόλις Αἰγυπτία, πλήσιον Ἀβύδε· ὁ πολίτης Θινίτης. H.

i. *Phaturiten)* Terra Phathures vel Phatures dicta, in sacris paginis, Ier. XLIV. v. 1. 15. Ez. XXIX. etc. Euseb. de locis Hebr. Φαθωρὶ, χώρα Αἰγύπτε, etc. Vide Not. et Em. N. XXVII. (hic coll.) *Phaturiten)* Ita restituimus, tum ope codicum R. 1. 2. C. 1. 2. Paris. et Chiffl. tum sacrarum literarum admonitu, in quibus terra Phatures, siue Phathures, portio Aegypti nominatur: etiam et Aegypti metropolis, ab Hieron. in Ez. XXIX. Eus. de loc. Hebr. Φαθωρὶ χώρα Αἰγύπτε, ὡς ἐν Ἰεζεχιὴλ, καὶ ἐν Ἰερεμίᾳ, ἔνθα κατῴκησαν οἱ Ἰεδαῖοι. *Phatori regio Aegypti, vt est in Ezechiele et Iere-*

ten k., l. Tentyriten [1], Diospoliten [2], m. Antaeopoliten, Aphroditopoliten, Lycopoliten. Quae n. iuxta Pelu-

1. *Temptyriten. M.* 2. *Diopoliten. M.*

Ieremia, vbi habitarunt Iudaei. In libris hactenus editis, quos Ortelius secutus est, *Phanturiten.* Eademque vox ab editoribus Pliniani operis rursum temere post Ombiten nomon in Parmensi editione repetita, negotium eruditis facessiuit, vt ex ea voce Phatniten, seu nouam aliam praefecturam excuderent, numerumque augerent. At post Ombiten in MSS. R. 1. 2. aliisque, Apollopolites sequitur: nec de Phatnite nomo in Thebaide iuxta Aethiopiam vel leuis apud ceteros scriptores suspicio est. Sic paulo inferius ex Hermopolite post Panopoliten repetito, Thermopoliten confinxerunt, cuius nullum vestigium aut in MSS. exstat, aut in aliis scriptoribus. H.

k. *Coptiten)* Κοπτίτης, cuius metropolis Coptos, de qua s. 11. *Kebth* et *Kibth*, et *Al-Kibth* Aegyptum Arabes appellant: Aegyptium hominem, *Kebthi*, *Kibthi*, et *Kobthi*, vnde Coptorum esse et linguae Copticae appellatio creditur: detrita, vt apparet, ex vetere appellatione, *Aegyptus*, priore syllaba. At Coptorum nomine soli intelliguntur indigenae, qui et Christiani. Natos enim in Aegypto Arabas Mahometanos, vel Iudaeos, *Misri* ac *Misraim* vocant. H.

l. *Tentyriten)* De Tentyra, et Diospoli, non illa centum portarum vrbe, sed altera, quae Iouis dicta est, s. 11, H.

m. *Antaeopoliten*, etc.) In Conc. Eph. I. act. 1. p. 500. *Macarius Antei episcopus.* His praefecturis sua quaeque ciuitates nomina dedere: Ἀνταίȣ *Antaei*, Ἀφροδίτης *Veneris*, Λύκων *Luporum*. In Thebaide Agatharcides apud Phot. cod. 250. p. 1340. collocat primo Λύκων πόλιν. Dein Ἀφροδίτης ἄλλην, Πανῶν, Διὸς πόλιν, ἣν καὶ καλȣ͂σι μικρὰν, Τεντυρίτην νομὸν, Ἀπόλλωνος πόλιν, ἧς ἐπάνω μὲν Κόπτος, ἔπειτα Ἐλεφαντίνη, εἶτα Αἰθιόπων χώρα. Plinius contrario ordine ab Aethiopum finibus exorsus, Nomos Thebaidis est prosecutos. H.

n. *Quae iuxta Pelusium)* Tum inter Nili ostia duo, quae magis versus orientem vergunt: tum extra ea, Arabiae latere: Φαρβαιθίτης a Φάρβαιθος metropoli: Βȣβαςίτης a Βȣ́βαςος: Τανίτης a Τάνις, nomen habent apud

Pelusium est regio, nomos habet, Pharbaetiten 1, Bubastiten, Sethroiten, Taniten. Reliqua o. autem Arabicum oo., Hammoniacum tendentem ad Hammonis Iouis oraculum, Oxyrynchiten p., Leontopoliten, Atharrhabiten q., Cynopoliten r., s. Hermopo-

1. *Barbethiten.* *V.*

apud Ptol. L. IV. c. 5. Σεθρωίτȣ νομȣ̃ metropolis est Heraclea minor, Ἡρακλέȣς μικρὰ πόλις. H.

o. *Reliqua*) Subintellige, reliqua pars Aegypti, tam quae Delta continetur, quam quae extra Thebaidem est. H.

oo. *Arabicum*) Qui maxime tendit in Arabiam: vt Ἀμμωνιακὸς ad Hammonem. Ptol. L. IV. c. 5. Ibi Arabes Antei, vt dicetur libro sq. s. 33. H.

p. *Oxyrynchiten*) Ὀξύρυγχος oppidum, latere Nili occidentali. In nummo vetere Antonini Pii ΟΞΥΡΥΓΧΙΤΩΝ. ΙΗ. Nummus *Oxyrinchitarum, anno* XVIII. Leontopolites, cuius metropolis Λεόντων πόλις, inter Nili ostia, et iam in ipso Delta. Leones ibi studiose ali, auctor est Aelianus, L. XII. hist. animal. c. 7. In Nummo Iuliae Domnae, ΛΕΟΝΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Prisci nominis vestigia retinet hodieque oppidulum, *Leonton.* H.

q. *Atharrhabiten*) Vel *Athribiten*, inter Nili ostia. Vide Not. et Em. N. XXVIII. (hic adi.) *Atharrabiten*) Cod. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. habent *Athribiten*, quemadmodum et Ptol. L. IV. c. 5. Ἀθριβίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις Ἄθριβις. Nihil tamen necesse est immutari: nam Stephanus: Ἀθάρραβις, inquit, πόλις Αἰγύπτȣ, ὡς καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ· Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ, etc. Addit ex Hecateo scribi etiam Ἀθαραμβίτης νομός. H.

r. *Cynopoliten*) Ab vrbe quae in ipso Delta est, cui Κυνῶν, seu *canum* nomen: quod ibi Anubis colebatur, cui caninum caput: vnde a Marone appellatur *Latrator Anubis*, Aen. L. VIII. In Notit. Hieroclis, p. 55. Prouinciae Aegypti secundae vrbs est et Κύνω, cuius prouinciae est et Σεβέννυτος, et Ξόις, et Βȣ́σιρις. H.

s. *Hermopoliten*) Νομὸς Ἑρμοπολίτης, ab Ἑρμȣπόλει μεγάλῃ; est enim et altera eiusdem nominis, sed parua, in Alexandrinorum nomo. Haec ab latere est occidentali Nili. Hodie *Benisuaif* vocari aiunt. Nummus anno

mopoliten, Xoiten t., Mendeſium u., Sebennyten, x. Cabaſiten [1], y. Latopoliten [2], Heliopoliten z., Proſopiten a., b. Panopoliten [3], Buſiriten c., Onuphi-

1. *Capaſtitem Gr. et Al.* 2. *Letopoliten.* 3. *Panopoliten, Thermopoliten, Buſ. Gr. et Al.*

anno Hadriani vndecimo cuſus, EPMO L. IA. hoc eſt, Ἑρμοπολιτῶν. Λυκάβαντος ια. *anno vndecimo.* H.

t. *Xoiten*) In ipſo quoque Delta Ξόις μητρόπολις, Ptol. l. c. Stephano, et Straboni. H.

u. *Mendeſium*) Dedit ei praefecturae nomen Μένδης πόλις Αἰγύπτου, περὶ τὴν Λύκων πόλιν, Straboni, L. XVII. p. 802. et Stephano, p. 457. De Sebennyto oppido, vnde nomo appellatio obtigit, dicemus ſ. 11. H.

x. *Cabaſiten*) Καβασίτης Ptol. L. IV. c. 5. in ipſo Delta, καὶ μητρόπολις Κάβασα. Vide Not. et Em. N. XXIX. (paulo poſt.) Nummus Hadriano Principe cuſus, KABAC. L. IA. Καβασιτῶν. Λυκάβαντος ια. *anno vndecimo. Cabaſiten*) Hactenus in libris editis legebatur, *Capaſtiten.* In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. *Cabaſtiten.* Mendum admonitu Ptolemaei ſuſtulimus, et Actorum Concilii Epheſ. I. in quibus act. I. p. 485. Theopemptus Cabaſorum epiſcopus interloquitur. H.

y. *Latopoliten*) Aut ſi mavis, *Letopoliten.* Eſt enim Λητοπολίτης νομὸς Ptol. l. c. et Λητοῦς πόλις, hoc eſt Latonae ciuitas, latere Nili occidentali, Ptolemaeo et Stephano. Alii ſunt Latopolitae dicti ab vrbe Latorum, πόλις Λάτων quam Ptolem. in Hermonthite nomo collocat: quod ibi Λάτον Nili piſcem colerent, ſic appellatam, vt docet Strabo, L. XVII. p. 812. H.

z. *Heliopoliten*) Ἡλιοπολίτης νομὸς, ipſaque adeo Heliopolis, quo Phoenix nidum ſuum deferre credebatur, a quibuſdam Aegypto, Arabiae a nonnullis attributa eſt. Hinc Stephani error, duas eſſe Heliopoles exiſtimantis: quoniam in Arabiae Aegyptique confinio fuit, vt docet Plinius, ſ. 11. Hodie *Belbeſa*, in Caſſifatu ſeu Praefectura *de Manſoura.* H.

a. *Proſopiten*) Orientali Nili latere, iuxta ipſum Delta, Προσωπίτης νομὸς, Ptol. L. IV. c. 5. Stephano, Προσωπὶς, πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν Προσωπίτης. In inſula cognomine ponitur ab Herodoto, L. II. Euterpe, n. 165. p. 154. H.

b. *Panopoliten*) Hinc Nonnus vates oriundus, paraphraſi

phiten d., Saiten e., f. Ptenethu [1], g. Phthemphu [2], Nau-

1. *Ptenethum. V. Prenethu Gr. et Al. aliis, Ptenethrum*
2. *Phthemphum. M. aliis, Phemphtu.*

phrasi in Iohannem, et Dionysiacis notus. Vrbs ipsa Ptol. l. c. Πάνοπολις, Antonino, *Panu*, a Thebis CXXXVIII. Copto CXIV. in Thebaide, latere Nili orientali. Venerem coluisse Aphroditenses, de quibus Plinius inferius, s. 11. nomen ipsum declarat: sed et Panopolitis eorum vicinis eamdem fuisse superstitionem docet ex aere nummus inscriptus: ΘΕΟΥ ΠΑΝΟΣ: picta feminei vultus effigie, pectore tenus, cum loto in vertice: in altera parte gammarus est tripodi impositus, et L. E. *Annus quintus*, scilicet Hadriani Augusti: nam cuius alterius potest esse? Ergo cum vultus femineus sit, hic Sabina Hadriani pingitur, et appellatur: et sententia sub istis literis latet ista ΘΕὰ ̓ΟΥρανία ΠΑΝΟπολιτῶν Σαβεῖνα: *Dea caelestis Panopolitarum Sabina*. Ea est quae *Venus Caelestis* apud Herodotum appellatur, Οὐρανίη ̓Αφροδίτη. Caeleste sidus Veneris est, de quo Plinius multa dicit L. II. s. 6. Itaque Sabinam Hadriani Venerem caelestem alteram beneficentia sua sibi esse Panopolitae praedicant. Ante Sabinam Hadriani Iuliam Augusti filiam in nummo Graeco appellatam nouimus ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ, *Iuliam Venerem*; sed eo nomine posito pro comitate et affabilitate. H.

c. *Busiriten)* In medio Aegypti Delta posita ciuitas, teste Herodoto, l. c. n. 29. p. 100. Βούσειρις πόλις ἐν τῷ Βουσειρίτῃ νομῷ, Straboni, L. XVII. p. 802. Hic arae Busiridis poëtarum fabulis decantatae. In nummo Hadriani ΒΟΥCΙ. L. ΙΑ. H.

d. *Onuphiten)* Ὄνουφις πόλις et Ὀνουφίτης νομὸς Ptolemaeo, L. IV. c. 5. inter Phthemphuti, et Athribiten: Herodoto quoque L. II. Euterpe, n. 166. p. 154. H.

e. *Saiten)* Prope Sebennyticam praefecturam Σάϊς a Strabone, L. XVII. p. 802. inter Cabasiticam et Prosopiticam a Ptol. l. c. collocatur in ipso Delta. Ibi Psammitichi regis tumulus fuit: Amasis cunae. In veteri nummo, CΑΙΤΩΝ. H.

f. *Phthenetu)* In Concilio Chalcedonensi *Heraclius Ptenethensis*. Is ipse nummus est, quem Ptolem. Φθενότην vocat, cuius metropolis Βοῦτος, de qua s. 11. dicetur: quamquam diuersos Ortelius facit. H.

Naucratiten h., i. Meteliten [1], k. Gynaecopoliten [2], Menelaiten l., Alexandriae regione. Item m. Libyae Mareotis: Heracleopolites n. est in insula Nili, longa passuum quinquaginta M. in qua et oppi-

X 2 dum

1. *Nitriten Gr. et Al.* 2. *Gymnopoliten.*

g. *Phthemphu)* Φθεμβεθὶ, siue Φθεμβεθὶ νομὸς Ptol. l. c. intra ipsum Delta. Metropolis Ταῦα. Stephano Ταῦα. Antonino *Tafa.* H.

h. *Naucratiten)* Naucratis Athenaei Dipnosophistae patria intra Delta fuit. Naucratico Nili ostio inde nomen, vti dicemus, §. 11. Saiticae praefecturae quidam adscribunt. Apud D. Sherard, nuper Consulem Anglum Smyrnae, nummus Traiani Imp. est, inscriptus ΝΑΥΚΡΑΤΙC. H.

i. *Meteliten)* Μετηλίτης νομὸς, et Μέτηλις μητρόπολις Ptol. l. c. in ipso Delta. Vide Not. et Em. N. XXX. (hic pos.) *Meteliten)* In R. 1. Colb. 1. 2. et Parm. ed. *Melentiten* R. 2. et Paris. *Metelliten.* Et in Concil. Ephes. I. act. 1. p. 488. *Macarius Metelitarum Aegypti* episcopus. Sed ingenti sane fiducia Frobenius *Nitriten* substituit, cuius fidem deinde ceteri editores secuti, neglecta vetustorum exemplarium auctoritate, in eumdem errorem impegerunt: cum Νιτριῶτις νομὸς, non Nitritis, auctore Strabone, L. XVII. p. 807. aliisque, scribi oportuisset. Nitria mons et vrbs fuit iuxta Alexandriam, ex Palladio in Lausiac. sacris Monachorum agminibus celebratissimus. A Nitri copia ei nomen, vt refert Sozom. L. VI. c. 30. H.

k. *Gynaecopoliten)* Γυναικόπολις, vrbs mulierum, et Γυναικοπολίτης νομὸς, Straboni, L. XVII. p. 803. et Stephano. Latere Africae extra Delta praefectura haec fuit. H.

l. *Menelaiten)* Eodem Africae latere, in regione Alexandrinorum, prope Nitriam vrbs est Μενέλαος, inquit Strabo, l. c. et post eum Steph. In nummo vet. ΜΕΝΕΛΑΙΤΩΝ. H.

m. *Item Libyae)* Libyae, inquit, regioni praefectura adiacet Mareotis dicta. Μαρεώτης νομὸς Ptol. L. IV. c. 5. H.

n. *Heracleopolites)* Oppidi ac praefecturae Strabo meminit L. XVII. p. 809. Hanc ille ceteris omnibus nomis anteponit. In insula est, quem Nilus ante efficit, quam ad Memphin et Delta perueniat. Oppidum Ptol. dicitur Ἡρακλέους πόλις μεγάλη. H.

dum Herculis appellatum. Arsinoitae o. duo sunt: hi et Memphites, vsque ad summum Delta perueniunt. Cui sunt contermini ex Africa duo p. Oasitae [1]. Quidam ex his aliqua nomina permutant, et substituunt q. alios [2] nomos, vt Heroopoliten r., Cro-

1. *Oacitae. V. Oeasitae Gr. et Al.* 2. *alias. Ch.*

o. *Arsinoitae duo)* Maior et minor, vt Oasitae, de quibus mox dicetur. Arsinoen ab occasu insulae Nili, de qua proxime dictum est, collocat Ptolemaeus. Arsinoen hoc loco caue credas esse eam quae Arabico sinu adiacet, de qua dicturi sumus, L. VI. s. 37. Haec qua de nunc agitur, Memphi multo propior fuit, et Africae latere. H.

p. *Oeasitae)* Ouasis siue Oasis, vnde Oasitae, Straboni lib. XVII. *οἰκεμένη χῶρα περιεχομένη κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡςὰν νῆσος τὶς πελάγια.* Historiae Eccles. Socratis cap. 28. lib. II. Georgius Arrianus quosdam catholicos relegauit in magnam Oasim cap. 7. lib. I. eiusdem historiae Eugarii, Nestorius haereticus edicto Theodosii in Oasim, quam et Ibim vocant, relegatus est. Apud Vlpianum cap. 4. De interdictis et relegatis in prouincia Aegypto *in Oasim relegare*, genus quoddam est quasi in insulam relegationis. Duar. c. 39. l. II. Anniuer. Vide et Ortel. Onomast. *Dalec.*

Duo Oasitae) Οἱ δύο Οασῖται. Ptol. l. c. Ὄασις μικρά, et Ὄασις μεγάλη. In Notit. Imp. s. 20. Oasis maior et minor. Tres Oases distinguit Olympiodorus ap. Phot. in Bibl. cod. 8. p. 192. Straboni L. II. p. 130. Αὐάσεις appellatur, quae vox, inquit, Aegyptiis incultam, siticulosam, desertamque regionem sonat. Oasis maior haud multum ab Alexandria dissita. Minor, iuxta Moeridis lacum. Vtrique nunc nomen est *Agazar.* H.

q. *Alios nomos)* In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *alias nomos.* Sic muliebri genere Νιτριώτιν νομὸν Strabo extulit L. XVII. p. 807. H.

r. *Heroopoliten*, etc.) Heroopoliten quidem Arabiae latere, ab Heroum vrbe, Ἡρώων πόλει, quae nunc *Suez* vel *Herou* potius esse existimatur: Crocodilopoliten, Africae latere, in ipsa Moeride palude, Κροκοδείλων πόλις, inquit Stephanus, ἐν τῇ Μοίριδι τῇ λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ. H.

Crocodilopoliten. Inter Arsinoiten autem ac Memphiten lacus fuit, circuitu CCL. M. pass. aut, vt Mucianus tradit, CCCCL. s. M. et altitudinis quinquaginta t. passuum, manu factus: a rege, qui fecerat, u. Moeridis [1] appellatus. Inde LXXII. M. passuum, abest Memphis x., quondam y. arx Aegypti regum: vnde ad Hammonis oraculum XII. dierum iter est. Ad scissuram autem Nili, quod appellauimus Delta, XV. z. M. passuum.

1. *Myridis. V.*

s. CCCCL.) Mela, L. I. c. 9. *quingenta ipsa millia*, Muciano tamen subscribit planissime Herodotus, L. II. Euterpe, n. 149. p. 148. cum lacus ambitum ait esse stadiorum ter mille, et LX. H.

t. *Quinquaginta pass.*) Sic Herodot. l. c. πεντηκοντόργυιον vocat. Orgyam pro passu accipi oportere, ex sequentibus Herodoti verbis liquet. Vide quae dicturi sumus in Not. et Em. ad L. VIII. N. XXXVII. Diodor. item, L. I. Bibl. p. 48. τὸ δὲ βάθος —— ὀργυιῶν πεντήκοντα. H.

u. *Moeridis*) Μοίριδος, siue Μύριδος: vtroque enim modo id nomen apud Herodot. scribitur, L. II. Euterpe, n. 13. et 68. Sic Mysiam et Moesiam dicimus. Vide quae dicturi sumus, L. XXXVI. s. 16. H.

x. *Memphis*) Cuius nunc ipsae periere ruinae: loco tamen superesse nomen *Menphis* Postellus ait. Nunc ex aduerso, in altera Nili ripa, hoc est, orientali, excitata Cairus est; vulgo *Alcairo*, *le Caire*, ex Bablionis ruinis: quam falso Babylonem, Βαβυλῶνα quidam vocarunt. *Bablion*, hoc est, parua Babel, vocabulo diminuentis formae, verum ei priscum nomen fuit. Hanc designabat Ludouicus XII. Francorum Neapoleosque Rex, in nummo alias a nobis explanato, inscripto scilicet, PERDAM BABILLONIS NOMEN. H.

y. *Quondam arx*) Vsque ad conditam Alexandriam, Diodor. L. I. Bibl. p. 47. H.

z. XV. *mill. pass.*) Strabo, L. XVII. p. 807. distare Memphim a Delta scribit, tribus schoenis. Schoenus porro Eratosthenis ratione, vt Plinius ait, L. XII. s. 31. patet stadia XL. hoc est, passuum quinque millia. Strabonis igitur mensura omnino cum Pliniana congruit. H.

X. Nilus a. incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia: et immenso longitudinis spatio ambulans, famaque [1] tantum inermi quaesitu cognitus, sine bellis, quae ceteras omnes terras inuenere. Originem (vt Iuba rex potuit exquirere) in b. monte

1. *famaque tantum quaesitus sine bellis. V. famaque tantum inermi quaesitus sine armis. M.*

a. *Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta et ardentia: et immenso longitudinis spatio ambulans, etc.)* Legendum: *Nilus incertis ortus fontibus, vt per deserta et ardentia, et immenso longitudinis spatio ambulans, et quia fama tantum inermi quaesitus sine bellis quae ceteras omnes terras inuenere, originem, vt Iuba, etc.* Rationes reddit, cur incerti sint fontes Nili: primum quia per deserta et ardentia, immenso longitudinis spatio ambulet, vt necesse sit longe submotos eius esse fontes, ideoque ignotos, deinde quia inermi tantum fama quaesitus, quum bellis ceterae omnes terrae inuentae sint. Et paulo post lege: *lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem, ibi pisces reperiuntur alabetae, coracini Siluri, crocodilus quoque, inde ob argumentum hoc Caesareae in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie.* Ait Nilidem lacum Caesareae in Iseo ab Iuba dedicatum fuisse, ob hoc argumentum quod Nili origo credatur esse, intelligit picturam illius lacus a Iuba fuisse dicatam in templo Isidis, apud Caesaream vrbem Mauritaniae. Statim quod sequitur ita legend. *prout Mauritaniam niues imbresue satiauerint*, id est, prout in Mauritania imbres niuesque abundauerint et eam impleuerint. *Salmas.* 415. b. 416.

Nilus incertus) At ii fontes nostra demum aetate feliciter deprehensi sunt. Nam testis αὐτόπτης P. Hieronym. Lobo, e Societate nostra, referente P. Balth. Tellez, in hist. Aethiopic. ait oriri in regno Goyam, Aethiopicae siue Abyssinorum ditionis, mundi parte, seu latitudinis, vt vocant, gradu duodecimo, cis Aequatorem: quod Geographicarum Tabularum concinnatores hactenus latuit, qui Nili fontes, tantum vltra Aequatorem promouent, quantum hi citra reuocant. H.

b. *In monte)* Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic pos.) *In monte inferioris Mauritaniae)* Ita Solinus, c. 32. p. 59. et Martian. l. VI. c. de Aegypto, p. 218. Ita etiam

te [1] inferioris Mauritaniae, non procul Oceano habet, lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem. Ibi c. piſces reperiuntur alabetae [2], coracini [3], ſiluri. Crocodilus d. quoque inde ob argu-

X 4 men-

1. *fonte. Ch.* 2. *alabetes ex Strabone et Athenaeo.* 3. *Coracini, ſiluri, crocodilus quoque: Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus. Caeſareae in Iſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie Gr. et Al.*

Reg. 1. cod. At R. 2. et Chiffl. *in fonte*, minus recte. Ammianus enim L. XXII. p. 229. *Rex autem Iuba, inquit, Punicorum confiſus textu librorum, a monte quodam oriri eum exponit, qui ſitus in Mauritania deſpectat oceanum: hisque indiciis hoc proditum ait, quod piſces et herbae, et belluae ſimiles, per eas paludes gignuntur.* Ita etiam Xiphilinus in Seuero, aliique, Nilum eliciunt ex Atlante monte. H.

c. *Ibi piſces)* De quibus ſuis locis dicturi ſumus, L. IX. et XXXII. De alabete priuatim, et coracino, Nili piſcibus, Strabo, L. XVII. p. 823. H.

d. *Crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus Caeſareae in Iſeo dicatus ſpectatur hodie)* Ante omnia non *Theſeo*, vt Hermolaus vocat in dubium, ſed *Iſeo* noſtra habent exemplaria, vt ambigendum amplius de Pliniana lectione non ſit. Deinde tria illa verba, *Nili ortus creditus*, ſuperfluunt ex eiſdem. Poſtremo in intellectu horum verborum diſſentimus longe ab Hermolao. Ipſe enim accipit lacum illum, vnde oritur Nilus, dicatum eſſe a Iuba in templo Iſidis. Nos non ita: ſed Crocodilum ex ipſo lacu, ob id argumentum, dicatum eſſe putamus. Quam obrem verbum *Crocodilus*, cum maiore litera ſcribendum cenſemus: et verbum *inde*, e contrario cum minore. *Pintianus.*

Crocodilus quoque inde) Crocodilus quoque idcirco, inquit, ad indicium huius rei praebendum, repertus in eo lacu, a Iuba rege dicatus eſt in Iſidis templo, et conſecratus, Caeſareae. Vide Not. et Em. N. XXXII. (hic adi.) *Crocodilus quoque, inde ob argumentum hoc Caeſareae in Iſeo dicatus eſt ab eo ſpectatur hodie)* Miras huic loco tenebras offudit, tum interpolatorum audacia, tum etiam interpretum nimia ſubtilitas. Sic enim in editis libris legitur, interpunctione etiam praepoſtere collocata: *Ibi piſces reperiuntur alabetae, coracini,*

mentum [1], e. Caesareae [2] in f. Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Praeterea obseruatum est, prout in Mauritania niues imbresue g. satiauerint [3], ita Nilum increscere. Ex hoc lacu profusus indignatur fluere per arenosa et squalentia, conditque se aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore, in Caesariensis Mauritaniae [4] gente Massaesylûm erumpit, et hominum coetus veluti circumspicit [5], iisdem h. anima-

1. *hic Gr. et alii verba: Nili ortus creditur; inserunt, quae in M. et V. non leguntur Tol. Salm. superuacua etiam esse censent.* 2. *Mauritaniae Theseo. V.* 3. *sauciauerint.* 4. *Mauretaniae per e, semper habet Ch.* 5. *circuit. M.*

racini, siluri, crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus, Caesareae in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie. Addidere interpolatores haec verba, *Nili ortus creditus*, atque e margine glossema importunum in perspicuam per se planissimamque orationis seriem transuexerunt; quod nusquam in MSS. comparet, nec R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. quos vidi, neque in Tolet. et Salmantic. quos Pintianus; neque in aliis quos Salmasius laudat in Solin. p. 415. Sed et interpretes haud sane feliciter in hoc loco versatos esse intelligo, cum ipsius lacus picturam Salmasius in eo templo dedicatam esse, Hermolaum secutus affirmat; quod de vero crocodilo ibidem reperto, ac postmodum in Isidis aede appenso, ad memoriam rei sempiternam accipi, dicique oportuit. H.

e. *Caesareae in Iseo dicatus)* Iuliam Caesaream quidam intelligunt, quam nunc Alger vocant. *Dalec. Caesareae in Iseo)* Hoc est, in Isidis fano, cuius numen initio ab Aegyptiis orto, tota Africa religiose colebat. *Gelen. Caesareae)* Quae nunc *Tenez*, vt diximus. H.

f. *In Iseo)* Ἰσεῖον Isidis fanum vocari ait Plutarchus, L. de Iside, p. 352. Fuit et Iseum Romae, et Serapeum, Vrbis regione nona, apud P. Victorem, in descriptione Romae. H.

g. *Satiauerint)* Hoc est, abundauerint. Ita libri omnes. Refert haec quoque Solinus, c. 32. p. 59. H.

h. *Iisdem animalium)* Eodem, inquit, argumento indicioque intelligimus, ipsum esse

animalium argumentis: iterum arenis receptus conditur rursus xx. dierum desertis ad proximos Aethiopas: atque vbi iterum senserit hominem [1], prosilit, fonte (vt verisimile est) illo, quem Nigrin [2] vocauere. Inde Africam ab Aethiopia dispescens, etiamsi non protinus populis, feris tamen et belluis frequens, siluarumque opifex, medios Aethiopas secat; cognominatus Astapus i.; quod illarum gentium lingua significat aquam k. e tenebris profluentem. Insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastae magnitudinis, vt quamquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non breuiore

X 5

1. *homines.* 2. *Nigrum. M.*

esse Nilum, qui has terras alluat, qui subinde se condat, emergatque, quod eadem animalia, quae superius censuimus, hic quoque reperiantur. Solinus, l. c. H.

i. *Astapus,* etc.) Transscribit haec quoque Solinus, l. c. Eamdem ob caussam huic amni, ex Atlante monte prorumpenti, nomen primum fuisse Dyrin, mox Melan, hoc est, Nigrum, Vitruvius scripsit: ratus nimirum Nigrin amnem, a quo Nigritae, Nilum ipsum esse. H.

k. *Aquam e tenebris profluentem)* Seruius Grammaticus eadem etymologia, μέλονα vocari tradit, quasi atrum, et Atlanta montem τελάμονα, quod laboris multum ferat in sustinendo caelo. Rhodig. cap. 4. lib. X. Nilum in Alexandria Lycophron Tritona vocauit, quod tribus nominibus appellatus fuisset. Primum enim dictus Oceanus, mox Aetos, postea Aegyptus, et postremo Nilus, a limo. Idem auctor c. 13. l. XX. διϊπετῆ Nilum vocari tanquam a Ioue fluentem, aut imbribus augescentem. Idem auctor scribit cap. 10. lib. I. quasi νεὸν ἰλὺν nouum limum dictum vult, quoniam quotannis limo nouo agros Aegypti oblinit. Festus in Alumento *Melo* pro Nilo vocatum fuisse scribit a priscis Romanis, nondum assuetis Graecae linguae, vt pleraque alia. Prope fontem a Barbaris Dara. Nuchul vero ab reliquis accolis vocari auctor est Ethic. cosmogr. pag. 37. *Dal.*

re transuolet: circa clarissimam earum Meroen l., Astabores m. laeuo alueo dictus; hoc est, ramus aquae venientis e tenebris: dextro vero Astusapes [1], quod n. latentis significationem adiicit; nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus iunxit: Sic quoque etiamnum o. Siris [2], vt ante, nominatus

1. *Astosabas Straboni.* 2. *Giris ante nominatus. M.*

l. *Meroen)* Quam insulam esse veteres credidere, peninsulam esse euincunt accuratissimae recentiorum Tabulae Geographicae, quarum exemplar excudi diligenter in Itinerario suo, V. Cl. Thevenotus curauit. Huius peninsulae latus orientale alluit Nilus amnis ipse, quem Astusapem, seu Nili ramum dexterum veteres appellarunt; occidentale alter amnis, *Rio Maleg*, qui circa mundi partem, seu latitudinis gradum XV. cis Aequatorem, Nilo committitur, et cum eo peninsulam facit longissimam a gradu fere decimo. Hunc Astaborem esse, seu laeuum Nili alueum, Plinius credidit, et Mela, L. I. c. 9. H.

m. *Astabores)* Permutat haec Nili ramorum nomina Eratosthenes apud Eustath. in Dion. p. 93. Ptolemaeo vero L. IV. c. 8. Astabores est, quem Nilum esse diximus, Plinii Astusapes: Astapus a Nilo et Astabore diuersus, et ipse in Nilum influens, circa orbis seu latitudinis gradum 20. quem *Rio Tacaze* appellant recentiores Tabulae. Vide praeterea Dissertationem D. Delisle in Historia Academiae Regiae Scientiarum, anni 1708. p. 365. de situ insulae Meroes. Ceterum pro *Astusapes*, libentius *Astasupes*, literis permutatis agnoverim: quoniam in similibus vocibus, *Astabores*, et *Astapus*: vox *Asta* iis gentibus aquam sonare videatur. H.

n. *Quod latentis)* In R. 1. 2. etc. *lateris*: quasi vox ea significet latus aquae venientis e tenebris. Id vero vix placet. H.

o. *Siris)* Festus Auienus, in Descr. orbis, v. 336. *Hic qua secretis incidit flexibus agros Aethiopum in lingua Syris ruit: vtque Syene Caerulus accedens diti loca flumine adulat, Nomine se clarum Nilum trahit* etc. Dionysii Periegetae carmen illud expressit, v. 223. Σῖρις ὑπ᾽ Αἰθιόπων κικλήσκεται· οἱ δὲ Συήνης Ἐνναέται στρεφοέντι μετ᾽ οὔνομα Νεῖλον ἔθεντο. Vbi Eustathius ait esse barbaram vocem

tus p per aliquot millia, et in totum Homero p. Aegyptus, aliisque q. Triton: subinde insulis impa-ctus, totidem incitatus irritamentis: postremo inclusus montibus, nec [1] aliunde torrentior, vectus aquis properantibus ad r. locum Aethiopum, qui s. Catadupi

1. *sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Tol. alibi Gr. et Al.*

cem Sirin, cuius proinde ἐ χρὴ ζητεῖν ἑλληνικὴν ἐτυμολογίαν. Vide etiam Steph. verbo Συήνη. H.

p. *Homero Aegyptus)* Odysseae, L. IV. v. 477. Hesychio pariter Αἴγυπτος, ὁ Νεῖλος ὁ ποταμὸς, ἀφ' ἧ καὶ ἡ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη. *Aegyptus, Nilus fluuius, a quo regio a recentioribus Aegyptus est appellata.* H.

q. *Aliisque Triton)* Lycophroni in Cassandra, p. 25. Τρίτωνος ἐκβολαῖσιν. Vbi Tzetzes: Τρίτων ὁ Νεῖλος, ὅτι τρὶς μετωνομάσθη, etc. propterea quia ter nomen mutauerit: primum enim Oceanus: deinde Aetus, siue Aquila, mox Aegyptus appellatus est. Nili nomenclationem recentissimam putat. H.

r. *Ad locum Aethiopum qui Catadupi vocantur)* Scribendum reor, *Ad locum Aethiopum qui Catadupa vocatur*, ex Cicerone, VI. de Republica, et Macrobio in eum, et Aristidis oratione Aegyptia, itemque Herodoto secundo historiarum, et Seneca quarto Naturalium quaestionum. Est autem *Catadupa*, extrema pars minoris, siue vt aliqui vocant, nouissimi Cataractae ad Syenem vrbem, et insulam Elephantinem praeceps quidam locus, vnde in inferiora praecipitatus Nilus ingenti fragore circumiacentia loca exsurdat, vnde nomen inuenit. Liquet hoc tam ex allegato Senecae loco quam ex Strabone nouissimo libro. Nam quae Seneca de Catadupis, eadem refert de nouissimo cataracte. Nec oblitus sum infra sexto volumine, capite XXIX. gentem prope Syenem monstrari nomine Catadupos, quorum mentio etiam fit a Philostrato in vita Apollonii: placet nihilominus legatur hic omnino, *Catadupa* pro loco. *Pintian.*

s. *Qui Catadupi)* Sic populi cataractarum accolae vocitantur. Ammianus, L. XXII. p. 228. *Aegyptia gens*, inquit, *qua orientem prospicit, Elephantinem, et Meroen, vrbes Aethiopum, et Catadupos, rubrumque pelagus*, etc. Ipsi etiam Nili cataractae, Κατάδουπα vocantur, quod ibi aqua

dupi vocantur [1], nouiſſimo cataracte inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Poſtea lenis et confractis aquis, domitaque [2] violentia, aliquid et ſpatio feſſus, multis t. quamuis faucibus in Aegyptium mare ſe euomit. Certis tamen diebus auctu magno per u. totam ſpatiatus Aegyptum, x. fecundus [3] innatat terrae. Cauſas y. huius incrementi varias prodidere: ſed maxime z. probabiles, Eteſiarum a. eo tempore ex aduer-

1. *vocatur. Ch.* 2. *domitaque alioqui violentia. Et quamvis ſpatio feſſus, multis faucibus, etc. Vint.* 3. *ſecundus. M.*

qua cum ſonitu cadat: a δȣπέω, *cado.* H.

t. *Multis quamuis)* Ita libri omnes. Senſus eſt: *Quamvis*, vt ait Mela, L. I. c. 9. *ſeptem in ora ſe ſcindat, ſingulis tamen grandis euoluitur.* Et vt Seneca, Nat. Quu. L. IV. c. 2. *quodcumque elegeris ex his, mare eſt.* H.

u. *Per totam ſpatiatus Aegyptum)* Inde Byzantio Parmenoni Αἰγύπτιος Ζεὺς *Nilus* dicitur, quod aquis ſuis Aegyptum riget ac fecundet, vt alias terras imbre Iupiter. Eadem ratione κρονίδην appellat Pindarus in Pythiis, et *Chryſorrhoan* alii. Rhod. cap. 6. lib. XXVII. Euripides in Prologo Helenae ὃς ἀντὶ διας ψεκάδος Αἰγύπτȣ πέδȣ λευκῆς τακείσης χίονος ὑγραίνει γύας. *Dalec.*

x. *Fecundus)* Atque idcirco Χρυσοῤῥόας ab Epiphanio, Cedrenoque vocatur, ob divitias, quas importat agris. H.

y. *Cauſas)* Quas Plinius nunc cauſas affert, has Mela habet, qui eleganter admodum breuiterque complexus, L. I. c. 9. *Siue quod per ea tempora, inquit, flantes Eteſiae, aut actas a ſeptemtrione in meridiem nubes ſuper principia eius imbre praecipitant; aut venienti obuii aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt: aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, oſtia obducunt: fitque maior, vel quod nihil ex ſemet amittit, vel quod plus quam ſolet accipit, vel quod minus quam debet emittit.* H.

z. *Maxime probabiles)* Pomponius Mela: *Aut Eteſiae per ea tempora flantes venienti obuii, aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt, aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, oſtia obducunt.* Vide Senecam Quaeſt. Nat. lib.

aduerso flantium repercussum, b. vltra [1] in ora acto mari: aut c. imbres Aethiopiae aestiuos, iisdem Etesiis nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Timaeus Mathematicus occultam protulit rationem: Phialam d. appellari fontem eius, mergique in cuniculos ipsum amnem, vapore e. anhelantem fumidis cautibus vbi conditur. Verum Sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, et f. suspensum abun-

1. *sic et M. Ch. aliis, flantium repercussu vltro.*

lib. IV. cap. 2. et Solin. c. 35. Iulian. apost. epist. p. 329. *Dalec.*

a. *Etesiarum eo tempore ex aduerso flantium repercussum vltro in ora acto mari)* Toletanum Archetypum, *vltra* legit, non *vltro.* Itaque commodius scribetur, *Etesiarum ex aduerso flantium repercussu vltra ora acto amne.* posset etiam legi, *oram.* Nec absurde mutato loco praepositionis, *in*, scriberes, *in interiora acto amne.* ex Seneca Naturalium quaestionum libro IV. et Aristide in oratione Aegyptia, et Diodoro in primo. *Pintian.*

Etesiarum) Thaletis haec sententia fuit, Laertio teste in eius vita, p. 9. quam refellit Seneca, L. IV. Quu. Nat. c. 2. p. 886. et Herod. L. II. Euterpe, n. 19. p. 97. H.

b. *Vltra in ora)* Ita libri omnes MSS. Hoc est, vlterius in ipsa Nili ostia reiecto mari, Etesiarum ventorum impellentium vi. Seneca, L. c. *acto contra ostia mari.* Legi tamen et *vltro* potest: quod et *procul* sonat. Plautus in Casin. *Vltro te amator: apage te a me.* In Capt. *Vltro istum a me.* H.

c. *Aut imbres Aethiopiae)* Haec Democriti Abderitae opinio, et Agatharcidae Cnidii, quam pluribus coarguit Diodor. Sicul. Bibl. L. I. p. 36. H.

d. *Phialam)* Sic et fontem Iordanis Φιάλην appellari Iosephus est auctor, L. III. Bell. Iud. c. 18. p. 860. idque ei nomen esse ex rotunditate, quod sinuatus in orbem eius ambitus visatur. H.

e. *Vapore)* Calore Solis, vt monuimus, L. II. f. 40. Refert quoque Solinus, c. 32. p. 59. H.

f. *Et suspensum abundare)* Exundare. Hanc eamdem ob caussam oceanum intumescere veterum nonnulli credidere: extractum nempe solaribus radiis, et erectum suspen-

abundare, ac g. ne [1] deuoretur, abscondi. Id euenire a Canis ortu, per introitum Solis in Leonem, contra perpendiculum fontis sidere stante, cum gg. in eo tractu absumantur vmbrae. Plerisque h. e [2] diuerso opinatis largiorem fluere, ad septemtrionem Sole discedente, quod in Cancro et Leone euenit; ideoque tunc minus siccari. Rursus in Capricornum et austrinum polum reuerso sorberi: et ob id parcius fluere. Sed i. Timaeo si quis extrahi posse credat, vmbrarum defectus iis diebus

1. *ac rursum ne.* 2. *e in Ch. deletur et M.*

spensumque vi caelestis ardoris terras inundare. Sic Lucanus cecinit, caussam vestigans marini aestus, L. I. v. 415. *Flammiger an Titan, vt alentes hauriat vndas, Erigat oceanum, fluctusque ad sidera tollat.* H.

g. *Ac ne deuoretur)* Nec Solis ardore absumatur, iterum terris se condere. H.

gg. *Cum in eo tractu)* Cum in eo tractu terrarum, Sole fonti ad perpendiculum, εἰς κάθετον, imminente, hora diei sexta, siue meridiana, vmbrae illi nullae sint. Nili fontem igitur Timaeus citra Aequatorem quintadecima fere mundi parte, siue gradu latitudinis collocauit. H.

h. *Plerisque e diuerso)* Quibus adstipulatur Herodotus, L. II. Euterpe, n. 24. p. 98. Id vero quomodo accipiendum sit, planissime Pomponius aperit L. I. c. 9. collatamque simul a Salmasio in Solin. Exerc. p. 426. criminationem omnem in Plinium eluit: *Siue quod Sol hieme,* inquit, in Capricornum scilicet austrinumque polum regressus, *terris propior, et ob id fontem eius* (Nili) *in aestate tunc altius abit,* discedens a fonte longissime, quod fit in Cancro et Leone, *finitque integrum fontem, et vt plenissimus est, surgere:* quem illi fontem Capricorni Tropico subiectum esse suspicabantur. H.

i. *Sed Timaeo)* Si quis Timaeo credat aienti extrahi sublimem suspensumque amnem ardoris vi, aduersatur ei defectus vmbrarum assiduus in eo tractu terrarum, iis diebus, quibus etiam austrinum polum lustrat: intumescere enim anno toto Nilum oporteret. H.

k. *Incipit crescere)* Ab incrementi caussa, quam assequi posse desperat, ad tempus modum-

diebus et locis sine fine abest. Incipit k. crescere Luna noua, quaecumque post solstitium est, sensim modiceque Cancrum Sole transeunte; abundantissime autem Leonem. l. Et m. residit in Virgine, iisdem, quibus accreuit, modis. In totum autem reuocatur intra ripas in Libra, vt tradit Herodotus n., centesimo die. Cum crescit, reges aut praefectos nauigare eo, nefas iudicatum est. Auctus o. per [1] puteos mensurae notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum p. XVI. Minores

1. *eius inserit Gr. et Al. At in Tol. exempl. del. et in M.*

modumque transfert orationem. Hanc Solinus quoque exscripsit, c. 32. p. 59. et Missi Theodosii totidem verbis. Excogitauit V. Cl. De-la-Chambre, Med. Gallus, nouam Niliaci incrementi caussam, quam in lutum eius amnis nitrosum coniicit, opere singulari et erudito. H.

l. *Leonem)* Id simulacris ostenditur, quae cum Aegyptio capitis ornatu anteriore parte virginis effigiem, posteriore Leonis monstrant. Talia multis in locis visuntur, et Sphinges a multis esse creduntur. *Dalec.*

m. *Et residit in Virgine)* Non hoc ex Herodoto Plinius refert, vt putat Salmasius in Solin. p. 436. Nam is etiam, cum est in Virgine Sol, crescere Nilum ad aequinoctium vsque autumni censet. H.

n. *Herodotus)* L. II. Euterpe, n. 19. p. 97. et n. 27. p. 99. Plinio, de incrementi initio: de fine, Herodoto Lucanus subscribit, L. X. v. 225. — *Nilus neque suscitat vndas Ante Canis radios, nec ripis alligat amnem, Ante parem nocti Libra sub iudice Phoebum.* H.

o. *Auctus)* Incrementi. Puteus est, inquit Strabo, L. XVII. p. 817. in ripa Nili ex integro lapide structus: in quo et maxima, et minima, et mediocria Nili incrementa notantur: nam putei aqua cum Nilo pariter crescit ac decrescit. Suntque in putei pariete notae quaedam insculptae incrementorum, etc. Νειλομέτριον e re ipsa huiusmodi puteis factum nomen est. H.

p. *Cubitorum XVI.)* Id quoque Solinus, l. c. Idcirco nimirum a Vespasiano Augusto in templo Pacis dicata Nili imago est, cum sedecim liberis, quibus incrementi Niliaci cubita sedecim significati-

res aquae non omnia rigant: ampliores detinent, tardius recedendo. Hae ferendi tempora absumunt solo madente: illae non dant sitiente. Vtrumque reputat prouincia. In q. duodecim cubitis famem sentit, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt: quindecim securitatem: sedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc aeui fuit cubitorum r. decem et octo Claudio s. principe: t. minimum [1] quinque, Pharsalico bello, veluti necem

1. *Sic et M. V. Ch. minimumque Gr. et Al.*

gnificarentur, vt auctor est Plinius, L. XXXVI. s. 11. His adde ea quae dicenda sunt, L. XVIII. s. 47. H.

q. *In duodecim)* Solinus, l. c. Dissentit Strabo, L. XVII. p. 788. H.

r. *Cubitorum decem)* Male apud Plutarchum lib. de Iside et Osiride *μεγίστην ἀνάβασιν περὶ τὴν Ἐλεφαντίνην ὀκτὼ γίνεσθαι καὶ εἴκοσι πηχέων* pro *ὀκτὼ καὶ δέκα*. Brod. c. 22. lib. VI. *Dalec.*

s. *Claudio principe: minimumque Pharsalico bello veluti)* Legend. *Claudio principe: minimum quinque Pharsalico bello, veluti necem Magni, etc.* quinque cubiti et quinque vlnae, idem sunt apud Plin. *Salmas.* 437. a. Et paulo post lege: *ditionis Aegypti esse incipit a fine Aethiopiae Syene: ita vocatur peninsula X. millium passuum ambitu, in qua castra sunt latere Arabiae, et ex aduerso insulae quatuor Philae.* Sensus Plinii est: Syenem peninsulam decem millia passuum in ambitu habere, et ex aduerso insulam Philas quatuor, scilicet quatuor millium ambitu esse, vel duûm et triginta stadiûm. *Salmas.* pag. 437. b.

Claudio) Solinus, l. c. H.

t. *Minimum quinque)* Ita Solinus et MSS. omnes, non Plinii modo, sed et Missorum Theodosii: *In duodecim cubitis famem sentit: in XIII. esurit: XIV. cubiti hilaritatem afferunt: XV. securitatem: XVI. delicias. Maximum incrementum ab hoc aeuo fuit cubitorum XVII. Claudio principe: minimum, V. Pharsalico bello, etc.* Perperam in editis hactenus, *minimumque.* Hic adde et quae Seneca refert Nat. Quu. L. IV. c. 2. p. 886. *Biennio continuo, regnante Cleopatra, non ascendisse Nilum, decimo regni anno et vndecimo constat. Significatum aiunt duobus rerum potientibus defectionem.*

necem Magni prodigio quodam flumine auersante. Cum u. stetere aquae, apertis molibus x. admittuntur [t]. Vt quaeque liberata est terra, seritur. Idem amnis vnus omnium nullas y. exspirat auras. Ditionis

t. *emittuntur.* *Ch.*

nem. Antonii enim Cleopatraeque defecit imperium. H.

u. *Cum stetere aquae apertis molibus admittuntur)* Legendum videtur, *emittuntur*, potius quam *admittuntur*, vnde dicuntur Emissaria, fossae, incilesue, per quas superfluentes aquae emittuntur. Cicero postremo epistolarum: *Nullo emissario, nulla maceria.* Suetonius in Claudio: *Fecit et emissarium Fucini lacus.* *Pintian.*

x. *Molibus)* Perfossis aggeribus, quibus inhibentur aquae, admittuntur eae in agros arte et industria, cum vltro ac sponte non increscit Nilus. H.

y. *Nullas exspirat auras)* Affirmat idem et Heliodorus in Aethiopum historia. Anauron tamen in Thessalia ac Syria fluuium, ideo dictum, notauit Lipsius, cap. vlt. lib. II. auram nullam emittere. Quin et auctor cap. 5. libro XXXI. Borysthenem scribit omnium aquarum tenuissimum, nullum halitum reddere, nedum nebulam. Videtur cum hoc loco pugnare quod auctor scripsit cap. 7. lib. XXI. in Aegypto minime flores odoratos esse, quia nebulosus et roscidus aër est a Nilo flumine. Vide locum. De Nilo idem Herodotus in Euterpe, addita ratione, *ὡς κάρτα ἀπὸ θερμῶν χωρίων ἐκ εἰκός ἐςιν ἐδὲν ἀποπνεῖν. αὔρη δ᾽ ἀπὸ ψυχρῦ τινὸς φιλέει ἀποπνέειν περὶ τῶν ἀνέμων*, scribit a Nilo *ἐκ ἀποπνέειν ἢ αὔρας ἐλαχίςας ὅτι θερμὸς ὁ τόπος καὶ ἐξ ἔ, καὶ εἰς ὃ ῥεῖ· αἱ δ᾽ αὔραι πυκνεμένε τῦ ὑγρῦ εἰσί*: idque commune esse cunctis Libyae fl. Brod. c. 30. lib. III. Hircius in bello Alexand. Nili aquam limosam et turbidam, multos variosque morbos efficere tradit. Aëtius prauas esse fluuiatiles et palustres omnes, praeter Niliacam, quae *πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκόσμηται.* Spartianus in Pescennio, tantam eius dulcedinem ac suauitatem esse, vt accolae vinum non quaerant. Gal. in Simpl. hoc explicat, et Comment. in 6. Epid. vt salubris sit, bis vel ter colandam esse per vasa fictilia, donec, subsistente limo defaecata prorsus sit et lympida. Brod. cap. 28. lib. IV. *Dal.*

Nullas exspirat) Id quoque Soli-

tionis 2. Aegypti [1] esse incipit a a. fine Aethiopiae Syene:

1. *Aegyptiae.*

Solinus a Plinio, l. c. Plinius ab Herodoto, L. II. Euterpe, n. 19. p. 97. Ab vtroque Ammianus, L. XXII. p. 228. et alii. Auras autem crassiores intellige nebulas, nec tenues exclude halitus: qua laude Borysthenes Nilo antecellit, vt dicemus, L. XXXI. s. 30. H.

2. *Ditionis)* Solinus, c. 32. p. 60. H.

a. *A fine Aethiopiae Syene, ita vocatur peninsula centum mill. passuum ambitu)* Hermolaus etsi veterem lectionem *peninsulam* habere fatetur, vt et nostri codices praeferunt, ipse tamen, *insula*, defendit, et ad Syenem refert, magno errore. Nam si vnquam inventus fuerit auctor Latinus Graecusue, qui Syenem vrbem in confinio Aegypti et Aethiopiae sitam insulam esse scribat, habear ego omnium hominum inscientissimus. Nam Strabo, cuius testimonium aduocat, nihil ei opitulatur. Quod vt constet, eius verba subtexam ex libro XVII. quae videntur hominem in hanc opinionem impulisse: *Deinde Apollinis ciuitas, quae etiam crocodilis est inimica, Syene vero et Elephantine altera in finibus est Aethiopiae, altera est insula spatio semistadii, in qua est ciuitas, quae Cnuphidis templum habet.* Haec Strabo. In quibus verbis vbi quaeso Syenem insulam esse asseritur? Nam verba illa, *altera est insula, etc.* quis non videt ad Syenem non esse referenda, sed ad Elephantinem? Ad Syenem enim attinent prima illa verba, *in finibus est Aethiopiae.* Nam Syenem in finibus esse Aethiopiae ad collimitium Aegypti, et Plinius hic ostendit, et reliqui passim, non minus geographi quam historici. Quam ob rem verba illa, *Ita vocatur* C. *m. passuum ambitu,* non esse huius loci arbitrantur, neque ad Syenem vllo modo pertinere, sed ad Philas. Itaque tantisper seponantur, quoad eis proprium locum assignemus. *Pintianus. Syene)* Syene Thebaidis oppidum, sub tropico Cancri positum, in qua cum Sol eius signi eam partem ingreditur, in qua solstitium efficit, nullam vmbram corpora faciunt hora diei sexta. Lucan. II. *Atque vmbras nusquam flectente Syene.* Macrobius peruerse *nunquam* legit. Seneca in Herc. furente; *Et qua Sol medium tenens vmbras corporibus negat.* Brod. cap. 17. lib. V. Vnde et Eratosthenes obseruatis eius temporis horologiorum

Syene: ita vocatur peninſula[1] mille paſſuum ambitu, in b. qua Caſtra ſunt, latere Arabiae: et c.

Y 2 ex

1. *Sic quoque M. peninſula centum mille paſſuum ambitu, in qua Ceraſtae ſunt, latere Arabiae, et in aduerſo inſulae Philae Gr. et Al. Pilae M.*

rum Alexandrinorum vmbris, interualloque harum vrbium, vniuerſi terrarum orbis indidem collegit ambitum. Teſtis Cleomed. Cyclic. lib. I. p. 402. *Dalec.*

Syene) Hodie *Aſna*, ad Nilum, ſub Cancri Tropico, ſub mundi parte, ſeu latitudinis gradu 23. 50. min. vt Ptol. habet, L. IV. c. 5. Huc Iuuenalis ablegatus ſpecie honorificae militiae, nam tres cohortes Romanae ibi praeſidii cauſa excubabant, teſte Strabone, L. XVII. p. 797. quae mox Caſtra Plinius appellat. Ibi et obiit: hoc ei Satyrae profuerunt. De Syene diximus iam L. II. ſ. 75. H.

b. *In qua Ceraſtae ſunt latere Arabiae)* Scribendum, *caſtra* non *ceraſtae*, ex vtroque antiquo exemplari: quibus ſubſcribit Strabo libro XVII. de adminiſtratione Aegypti differens in haec verba: *Sunt tres militum legiones, quarum vna circa vrbem ſedet, aliae in reliqua ſunt regione. Praeter has nouem cohortes Romanae. Tres in vrbe, tres in finibus Aethiopiae praeſidio circa Syenem collocatae, et reliquae tres in cetera regione.* Et rurſus de Syene agens: *Hoc in loco tres Romanorum cohortes collocatae ſunt praeſidii gratia.* Item non multo poſt: *Ingruentes in Thebaidem, et in tres cohortes quae Syenes praeſidio erant, Syenem et Elephantinem et Philas repentino impetu ceperunt.* *Pintian.*

In qua Caſtra) Vide Not. et Em. N. XXXIII. (hic conſp.) *In qua Caſtra) Ceraſtae*, non *Caſtra* exhibent libri omnes impreſſi, contra fidem omnium plane codicum MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Tolet. et Salmant. vt Pintianus ipſe teſtatur. Sic paulo poſt eorumdem exemplarium admonitu, *peninſula mille paſſuum ambitu* ſcripſimus, non *centum mill. paſſ.* vt hactenus legebatur. H.

c. *Et in aduerſo inſulae* IV. *Philae)* Scribendum, *Et ex aduerſo* IV. *M. paſſ. Philae.* Nam dictionem, *inſulae*, expoſitionem fuiſſe ſupra dictionem *Philae* poſitam, et poſtea lectioni per errorem inſertam. Erit ergo ſenſus: Ex adverſo caſtrorum Syenes meridiem verſus eſſe Philas, IV. M. paſſuum a caſtris motas.

Cete-

ex aduerso insula d. iv. Philae e. dc. M. pass. a Nili fissura, vnde appellari diximus Delta. Hoc spatium edidit Artemidorus, et in eo ccl. oppida fuisse. Iuba cccc. M. pass. Aristocreon ab Elephantide [1] ad f. mare dccl. M. pass. Elephantis g. insula [2] intra

1. *Elephantine.* 2. *sic et Ch. infra Gr. et Al.*

Ceterum hoc loco intercalanda sunt verba paulo ante a me iussa seponi. Ea sunt: *Ita vocatur insula,* C. *M. passuum ambitu.* Quae verba, vt dixi, ad Philas, non ad Syenem accommodanda sunt. Porro in apographo Toletano elementum, C. non legitur. Totus ergo hic Plinianus locus mendis frequens, sic, meo iudicio, scribendus est: *Ditionis Aegypti esse incipit a fine Aethiopiae Syene, in qua castra Aethiopiae sunt latere Arabiae, et ex aduerso,* iv. *M. passuum Philae. Ita vocatur insula, mille passuum ambitu. Pint.* Seneca c. 2. lib. IV. natural. quaest. *Nunc vero magnas solitudines peruagatus, et in paludes diffusus, gentesque sparsus, circa Philas primum ex vago et errante colligitur, etc.* ac rursum: *Primum incrementum Nili, circa insulam quam modo retuli, Philas, noscitur,* forsan illic legend. *insulas quas.* Inde eidem Senecae ad finem epistolae 2. Philistae latrones et praedones, quales fuere earum 4. insularum incolae. In iis accipiter numinis instar colebatur. *Dalec.*

Et ex aduerso) Hoc est, ex aduerso Africae latere. Sententia enim huius loci est, Nilum ditionis Aegyptiae censeri, latere quidem Arabiae, a Syene: aduerso Africae latere, a Philis insula, Africae contributa: Nili alveo qui Philas circumit, eas ex aduerso continentis, in qua Syene est, collocante. Quamobrem eo latere *Regni claustra Philas* Lucanus appellat, L. X. v. 313. *Quae dirimunt Arabum populis Aegyptia rura.* H.

d. *Insula* IV.) Hoc est, insula quatuor millium passuum ambitu, vti Syene peninsula mille tantum. H.

e. *Philae)* In Notit. Imp. s. 20. *Filae.* Τὰς Φιλὰς appellat Strabo, L. XVII. p. 818. Paruam eam insulam fuisse testis αὐτόπτης Aristides, qui fere totam vrbe ipsa ait occupari: quod et Seneca asseverat, L. IV. Nat. Quu. c. 2. p. 885. H.

f. *Ad mare)* Mediterraneum. H.

g. *Elephantis insula infra nouis-*

tra h. nouissimum catarracten IV.[i] M. pass. et i. supra

i. *sic et tria Gr. et Al.*

*nouissimum catarracten,*CCCC. *M. pass.)* Legend. *Elephantine,* non *Elephantis,* contra omnes Latinos codices, vt diximus in Pomponium: nec *Infra* scribendum, sed *Intra*, nec, CCCC. sed IV. *M. passuum.* ex archetypo Toletano vtrumque. Nam Catarractes hic nouissimus, inter Elephantinem est ad Aegyptum versam, et Philas ad Aethiopiam, exiguo spatio ab vtraque submotus, Strabone auctore libro XVII. *Pintian.*

Elephantis) Quae ceteris Ἐλεφαντίνη, ea Melae L. I. c. 9. et Parthenio apud Steph. p. 258. Ἐλεφαντίς. H.

h. *Intra nouissimum)* Hoc est, infra, citra. Nam supra Elephantinam insulam, siue vlterius versus austrum, est catarractes. Strabo, L. XVII. p. 817. Μικρὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ἐλεφαντίνης ἐστιν ὁ μικρὸς καταῤῥάκτης, etc. H.

i. *Et supra Syenen,* XVI. *M. habitatur)* Erratum rursus est in numero passuum. Nam quomodo Elephantine distare potest a Syene, XVI. M. passuum? cum ab eadem Syene vsque ad Philas intersint C. stadia, quae agant XII. millia passuum, et longius Philae distent a Syene quam Elephantine, vt ex Strabone et Ptolemaeo colligitur. Abesse vero Philas a Syene, XII. M. passus, Strabo testatur his verbis: *Nos Philas ex Syene plaustro venimus per campum valde planum C. stadiorum spatio.* De reliquo Strabo idem, dimidium stadium, abesse Elephantinem a Syene prodit, si quis ex exemplari Graeco, non Latino hauriat. Nam Latinus interpres ineptissime eum locum vertit, scribens semistadii spatio esse insulam Elephantinem. Quomodo enim in tanta insulae paruitate poterat esse vrbs, et in ea templum Cnuphidis, et Nilometrium, vt in Memphi, quod Strabo de ea prodit? *Pintian.*

Et supra Syenen) Hoc est, etiam supra Syenen habitatur. Nam cum Syene sit sub parte mundi, seu gradu 23. 50. min. Elephantines autem insulae oppidum, sub 23. 56. min. teste Ptol. L. IV. c. 5. reliqua insulae pars vltra Syenem versus austrum protenditur, ad 23. 30. min. Inde iter est per catarracten ad insulam Philas, quae est sub gradu 25. 6. eodem Ptolemaeo adnotante. Strabonis locum, L. XVII. p. 817. de Elephantines situ, constat esse vitiatum. Caue autem Sal-

supra Syenen xvi. [1] M. habitatur, nauigationis k. Aegyptiae finis, Ab Alexandria l. dlxxx. [2] M. pass. In tantum errauere m. suprascripti. Ibi Aethiopicae conueniunt naues. Namque eas plicatiles n. humeris transferunt, quoties ad catarractas ventum est.

XI. Aegyptus o. super ceteram antiquitatis gloriam xx. p. M. vrbium sibi [3] Amase q. regnante habitata praefert: nunc quoque multis, etiamsi [4] ignobilibus, frequens. Celebratur [5] tamen r. Apollinis:

1. xii. *ex Strabone.* 2. dlxxxv. *Ch.* dcxxxvi. *Gr. et Al.* 3. *ibi. Vet.* 4. *etiam non. Tol.* 5. *Celebrantur. M.*

masio credas aienti, p. 437. in Solin. Elephantinen pro Philis a Plinio acceptam esse, topographiamque ab eo inversam. H.

k. *Nauigationis Aegyptiae finis)* Philas enim, quae a Syene centum stadiorum itinere disiunctae, supra catarracten sitae sunt, plaustro iter est, non amne, vt docet Strabo, L. XVII. p. 818. H.

l. DLXXX.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. At Chiffl. DLXXXV. H.

m. *Suprascripti)* Artemidorus, Iuba, et Aristocreon. H.

n. *Plicatiles)* Quoniam fiebant fortassis ex pellibus. Eiusmodi erant nauigia Babyloniorum coriacea πλοῖα πάντα σκύτινα, quae Herodotus describit, L. I. Clio, n. 194. p. 87. neque enim ex lignis fiebant, sed ex pellibus: οὐκ ἐξ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων. Forte etiam ex papyro plicabilia fieri potuerunt. H.

o. *Aegyptus)* Habet haec eadem Mela, L. I. c. 9. p. 13. H.

p. XX. *M. vrbium)* Amplius XXXIII. vrbium millibus habitatam fuisse Ptolemaeo Lagida regnante, scribit Tzetzes, Chil. 3. hist. 67. v. 72. Amplius XVIII. millibus, Diodor. L. I. Bibl. p. 27. H.

q. *Amase regnante)* Olympiade LVI. amplius decennio ante Cyri Persarum regis tempora. H.

r. *Apollinis)* Ἀπόλλωνος πόλις μεγάλη, quam Antonin. in Itin. Thebaidis, *Apollonos superioris* vocat, citra Syenen passuum millibus LXXII.

linis: mox s. Leucotheae[1]: Diospolis t. magna, eadem Thebe portarum u. centum nobilis fama: Coptos x. Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium. Mox y. Veneris oppidum, et z. iterum Iouis, ac Tentyris: infra a. quod Abydus,

1. *Leucotheae, et Diosp. Gr.*

LXXII. Africae latere. Ab ea nomon Apollopoliten nomen esse sortitum diximus l. 9. H.

s. *Leucotheae)* Hoc credo Lucinae fuisse nomen inditum a candore, qualis in luce cernitur. Sane Ouid. L. II. Fastorum a luce nomen Lucinae deriuat: *Gratia Lucinae: dedit haec tibi nomina lucus; Aut quia principium tu Dea lucis habes.* Lucinae porro oppidum, Εἰληθυίας πόλιν inter Thebas et Syenen Ptol. agnoscit, L. IV. c. 5. H.

t. *Diospolis)* Διὸς πόλις μεγάλη, αἱ Θῆβαι, Ptol. l. c. Vnde regioni Thebaidis nomen. Arabiae latere posita ciuitas fuit, a Copto M. P. XLIV. apud Anton. Nunc *Minio* vocari aiunt. H.

u. *Portarum centum)* Vnde Ἑκατόμπυλος ab Homero primum, Iliad. L. I. et a Steph. cognominata, verbo Διὸς πόλις. Mela, L. I. c. 9. p. 13. *Thebae, quae vt Homero dictum est, centum portas, siue vt alii aiunt, centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasque singulas, vbi negotium exigeret, dena armatorum millia effundere.* Sic ex vna ciuitate exibant armatorum militum centum myriades: Galli dicunt, *vn million.* H.

x. *Coptos)* A quo Copticae praefecturae nomen, de qua l. 9. Hodie *Cana*, teste Rhamnusio. H.

y. *Mox Veneris)* Illud ipsum, a quo Aphroditopolites nomos nomen habet, de quo l. 9. H.

z. *Et iterum Iouis)* Hoc est, alia Diospolis: Διὸς πόλις μικρά, Ptol. L. IV. c. 5. Diospolis parua, a qua Diospoliticae praefecturae nomen, de qua l. 9. Proxima ei est Τέντυρα, vnde Tentyrites nomos dictus: vtraque Africae latere, siue ad Nili ripam occidentalem posita, in Thebaide. Tentyra versus austrum recedit a Diospoli, M. P. XXVII. ex Antonino. Diospolis rursum ab Abydo, de qua mox, M. P. XXVIII. H.

a. *Infra quod)* Infra Diospolim et Tentyram, secundo Nili flumine, Aegypto, quod Delta vocant, propius. Abydon porro Ἄβυδον, Memnonis regia, et Osiridis fano inclytum fuisse, tradit quoque

Mennonis regia, et b. Oſiris templo inclytum, vii. M. d. paſſ. in c. Libyam remotum a flumine. Dein d. Ptolemais, et Panopolis e., ac Veneris iterum. Et in f. Libyco Lycon, vbi montes finiunt Thebaidem. Ab g. iis oppida Mercurii h., i. Alabaſtron [1], Canum,

[1] *Alabaſtrôn. gen. plur. Graeca forma.*

quoque Strabo, L. XVII. p. 813. et Solinus, c. 32. p. 61. Hodie *Abutich.* Sed *Mennonis* legi hic oportere, non *Memnonis*, quamquam ſic habent editiones vetuſtae, dicemus ad L. VI. ſ. 35. H.

b. *Et Oſiris)* Oſiris quem Aegyptii colunt, Bacchum eſſe aiunt, inquit Herod. L. II. Euterpe, n. 42. p. 106. H.

c. *In Libyam)* In eam Africae partem, quam Libyes Aegyptii obtinent. H.

d. *Dein Ptolemais)* Ab Abydo verſus ſeptemtrionem, et Delta Aegytiacum refugiens, M. P. XXII. eodem Africae latere, in Thebaide, ap. Anton. Vrbs haud Memphi minor, teſte Strabone, l. c. H.

e. *Et Panopolis)* Haec eodem ordine Strabo, l. c. Πανῶν πόλις, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Λύκων πόλις. Hoc Veneris oppidum, multo magis ad Boream et Delta Aegyptiacum accedit, quam ſupradictum. De Panopoli diximus, ſ. 9. Luporum vrbem in Thebaide Africae latere collocat Antoninus, a Ptolemaide LXIII. M. P. Ab his oppidis nomi Lycopolites, Panopolites, et Aphroditopolites nomen accepere. H.

f. *In Lybico)* A Nili fiſſura, quae Delta efficit, vſque ad fines Thebaidis, quidquid terrarum interiacet, comprehenſa etiam regione Alexandriae et Mareotidi proxima, Libyam appellabant: quod aduerſo Nili latere, Arabiam, Strabo, L. XVII. p. 806. H.

g. *Ab iis)* Ab iis montibus. H.

h. *Mercurii)* Hermupolim intelligit, Ἑρμοῦ πόλιν, iam extra Thebaidem in Aegypto poſitam, a Lycôn oppido Thebaidis, M. P. LIX. diſſitam, verſus ſeptemtrionem, Africae latere, teſte Anton. in Itin. Ab hac Hermopolitae nomo facta appellatio eſt, quo de nomo ſ. 9. H.

i. *Alabaſtron*, etc.) Graece dixeris, Ἀλάβαστρων, Κυνῶν, Ἡρακλέους. In his enim vox *oppida* ſubintelligi debet. Ptol. L. IV. c. 5. Ἀλαβάστρων πόλις, in Cynopolite nomo: cui ad ſeptemtrionem Κυνῶν πόλις imponitur: quo ſitu et a Plinio collocatur, Africae latere. H.

Canum, et k. supra dictum Herculis. Deinde Arsinoe l., et iam dicta Memphis: inter quam et Arsinoiten nomon, in m. Libyco, turres, quae pyramides n. vocantur: Labyrinthus o. in [1] Moeridis lacu nullo addito ligno exaedificatus: et oppidum Crialon. p. Vnum praeterea intus et Arabiae conterminum claritatis magnae, Solis q. oppidum. (X.) Sed r. iure laudetur in litore Aegyptii maris Alexandria, a Magno Alexandro condita, in Africae parte, ab ostio Canopico XII. mill. pass. iuxta s.

 Mareo-

1. *ad Moeridis lacum. ex Her. Pint.*

k. *Et supradictum)* S. 9. in Heracleopolite nomo. H.

l. *Arsinoe)* Eodem Africae latere, haud procul Memphi. Ab ea nomos Arsinoites, de quo s. 9. H.

m. *In Libyco)* Africae latere. H.

n. *Pyramides)* De his dicemus L. XXXVI. s. 16. De Labyrintho dicemus eodem L. s. 19. H.

o. *In Moeridis lacu)* In R. 1. et 2. *et Moeridis lacu.* Forte pro *ad Moeridis lacum.* Nam Herod. L. II. Euterpe, n. 149. p. 147. παρὰ Μοίριος λίμνην, et n. 148. ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος. H.

p. *Crialon)* Ita libri omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. An pro *Crocodilôn,* Κροκοδείλων πόλις, quam in Moeride palude sitam esse ex Stephano superius diximus, s. 9. confirmatque Herodotus, L. II. Euterpe, n. 147. vbi Labyrinthum ait exstructum esse supra stagnum Moerios, versus vrbem Crocodilôn. H.

q. *Solis oppidum)* Heliopolis, de qua diximus s. 9. in Heliopolite nomo, Arabiae confini. H.

r. *Sed iure)* Transscribit haec Martianus, L. VI. cap. de Aegypto, p. 219. In Comment. Acad. Reg. Sc. anni 1716. p. 298. dicitur altitudo Alexandriae esse graduum 31. 11″. H.

s. *Iuxta Mareotin lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur)* Legendum, *qui locus ante Rhacotes nominabatur,* ex Stephano et Strabone XVII. Hoc enim nomen prius Alexandriae fuit, vt ait Stephanus, seu partis Alexandriae, vt Strabo. Hanc emendationem debes Iano Parrhasio, Claudiani enarratori,

Mareotim lacum, qui t. locus [1] antea Rhacotes nominabatur. Metatus est eam u. Dinochares [2] architectus pluribus modis memorabili ingenio, xv. x. M.

1. *qui lacus antea Arapotes Gr. et Al.* 2. *Dinocrates. M. et Vet. vt et c. 37. VII. item 14. XXXIV. Vitruuius 1. lib. II.*

tori, sed in eo is deceptus est, quod legit non *locus* (vt nos legendum censemus) sed *lacus*, quasi lacus Mareotis dictus fuerit alio nomine Rhacotes, quod neque ipse, neque alius vsquam legit. *Pint.*

t. *Qui locus)* Vide Not. et Em. N. XXXIV. (hic appos.) *Qui locus antea Rhacotes)* Hanc lectionem egregie constabiliunt Stephanus, et Strabo, L. XVII. p. 792. Ille enim tum p. 572. Ῥακώτης, οὕτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο: *Rhacotes, sic Alexandria prius vocabatur.* Tum verbo Ἀλεξάνδρεια: ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις, καὶ Φάρος, etc. Iste partem Alexandriae ait fuisse ita vocatam, quae naualibus immineret. Vitium receptae lectionis in Plinianis libris odoratus est ante nos Pintianus, cum sic legi videret, *Qui locus antea Arapotes nominabatur.* Meminit huius vocis ac loci, *Rhacotes*, praeterea Pausan. in Eliac. Tacit. item Hist. L. IV. H.

u. *Dinochares)* Ita libri omnes, tum hoc loco, tum L. XXXIV. f. 42. Etsi Solinus, c. 32. p. 62. *Dinocrates* legisse videatur. Valerius item Maximus, L. I. c. 4. *Cum rex Alexander vrbem in Aegypto constituere vellet, architectus Dinocrates, cum cretam non haberet, polentaque futurae vrbis lineamenta duxisset, etc.* Vide etiam Ammian. L. XXII. p. 233. Δεινοκράτης est Straboni, L. XIV. p. 641. H.

x *Quindecim M. passuum laxitate)* Castigandum quidam hunc locum arbitrantur ex Curtio, qui ambitum Alexandriae, LXXX. stadiorum esse tradit, et pro XV. M. *pass.* substituendum putant, X. M. tot enim supradicta colligunt stadia. Sed falluntur. Nam Stephanus Alexandriae circuitum, CX. stadiorum fuisse ait: hoc est XIII. M. DCC. pass. quae summa propius ad Plinianam accedit. Sed Curtii mentio paulo ante habita, nos admonet, vt locum restituamus facundissimi scriptoris, in omnibus quae hactenus nobis videre contigit exemplaribus corruptissimum. Eius verba, cum de Alexandria disserit, sunt: *Fama est, cum rex vrbis futuris muris polentam (vt Macedo-*

M. paff. laxitate y. infeffa [1], ad effigiem Macedonicae yy. chlamydis orbe gyrato laciniofam, dextra laeuaque angulofo procurfu, iam z. tum tamen quinta [2] fitus parte regiae dicata. Mareotis a. lacus a meridiana vrbis parte [3], euripo e Canopico oftio mittitur mediterraneo commercio, infulas b. quoque

1. immenfa M. inferta. V. 2. *quarta fitus parte regiis dic. Strab.* 3. *ad meridianam vrbis partem. M. parte Euripo in Canopicum oftium. Vet. parte Euripo Canopico oftio committitur. Pint. ex Strabone.*

Macedonum mos eft) deftinaffet. Corrige: *Fama eft, cum rex vrbis futuros muros polentae (vt Macedonum mos eft) defignaffet.* ex Strabone, Plutarcho, Stephano, Arriano. *P.* XV. *mill. paff.)* Strabo longitudinem ait fuiffe ftadiorum XXXIV. latitudinem, octo: circuitum centum et decem ftad. hoc eft XIII. M. DCCL. paff. quae menfura Plinianae affinis eft. H.

y. *Laxitate infeffa)* Occupato telluris laxiffimo fpatio. Sic Statius, L. I. Sylu. 1. v. 56. *infeffam pondere humum* dixit, hoc eft, occupatam, preffam. H.

yy. *Macedonicae chlamydis)* Ea forma Chlamys Macedonica fuit, vt non totum ambiret corpus, fed pofteriora fere tantum, praeterquam ad pectus et humeros, ad quos nodo colligabatur; anteriore parte eius aperta. Non Alexandriae modo Strabo, L. XVII. p. 793. fed et habitabili terrae, Macedonicae chlamydis fpeciem veteres tribuerunt, χλαμυδοειδὲς σχῆμα, cuiusmodi forma orbis Tabula exhibetur a Brietio noftro, 1. Part. Parall. Geogr. L. V. c. 5. Paludamentum Imperatorum idem fuit, cum chlamyde. Chlamys igitur humi extenta, ac tota quanta quanta eft porrecta, fpeciem exhibuit et Alexandriae, et τῆς οἰκεμένης, qualem veteres agnouerunt. Similes fere funt, quae in facris ritibus Trabeae induuntur, *les Chapes.* Sed in chlamyde humi extenta, dextra laeuaque funt angulofae incifurae duae, quibus illae carent. H.

z. *Iam tum quinta)* Quarta etiam, tertiaue, inquit, Strabo, L. XVII. p. 793. H.

a. *Mareotis)* Graecis Μαρέα, Μαρεία, et Μαρεῶτις. A circumiacente agro vinum Mareoticum appellatum, L. XIV. f. 4. H.

b. *Infulas quoque)* Octo omnino, ex Strabone, L. XVII. p. 799. H.

quoque plures amplexus, triginta c. mill. paſſ. traiectu, d. cl.[1] ambitu, vt tradit Claud. Caeſar. Alii e. ſchoenos in longitudinem patere xl. faciunt, ſchoenumque ſtadia triginta: ita f. fieri longitudinis cl. mill. paſſ. tantumdem et latitudinis. Sunt in honore et intra decurſus Nili multa oppida, praecipue quae[2] nomina dedere oſtiis, non[3] omnibus, (xii enim reperiuntur, ſuperque quatuor, quae ipſi falſa g. ora appellant) ſed celeberrimis ſeptem, pro-

1. ccl. *Tol.* dc. *Gr. et Al.* 2. *qui, in Gr. ed. mendoſe, forte operarum errore.* 3. *non omnibus (nunc n.* xi.*) Tol.* xi. *quoque Gr.*

c. XXX. M. *paſſ. traiectu,* DC. *ambitu)* Fieri quidem poſſet, vt lacus cuius traiectus xxx. M. paſſ. ſit, ambitum habeat DC. millium, veriſimile tamen non eſt. Proinde vetus lectio videtur mihi ſincerior, ccl. *ambitu:* etiamſi in libris ſcriptis vitioſe legatur, cd. confuſis duobus elementis *cl,* in vnum *d,* vt fieri a librariis conſueuit, quae illorum eſt diligentia, et infra conſtabit capite xii. Strabo Mariam lacum latitudinem habere ſupra cl. ſtadia, longitudinem citra ccc. tradit. *Pint.*

Triginta mill.) Strabo l. c. lacus longitudinem intra ſtadia trecenta definit, quae ſunt paſſuum millia xxxvii. H.

d. CL. *ambitu)* Vide Not. et Em. N. XXXV. (hic adi.) cl. *ambitu)* Amanuenſes in primitiuis Plinii exemplaribus ſcriptum repererunt, *centum quin.* Ii *quingenta* rati hoc loco ſignificari cd. primum, (ſic enim exhibent MSS. quos terimus, omnes: R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc.) mox permutatis numeris, dc. ſcripſerunt. At Strabo, L. xvii. p. 799. cum lacus huiusce latitudinem circumſcribat ſtadiis centum et quinquaginta, longitudinem trecentis, ambitus ex eo vniuerſus exiſtere non poteſt, niſi mille circiter ſtadiorum, quae efficiunt cxxv. mill. paſſ. quibus Claudius Caeſar millia quinque et xx. adiecit. H.

e. *Alii ſchoenos)* De ſchoenis agemus, L. ſq. ſ. 30. H.

f. *Ita fieri)* Martianus, L. VI. c. de Aegypto, p. 219. H.

g. *Falſa ora)* Ψευδοςόματα, peruia tantum ſcaphis, non vero maioribus nauigiis, propter breuia et paludes. Strabo,

proximo Alexandriae Canopico h., deinde Bolbitino i., k. Sebennityco[1], Phatnitico l., Mendesico m., Tanitico n., vltimoque o. Pelusiaco. Praeterea Butos p., q. Pharbaethos[2], Leontopolis, Athribis[3], Isidis

1. *Sebennitico Gr.* 2. *Buros, Pharbaetos Gr. et Al.* 3. *Atheribis. Strabo. Athlibis. Stephan.*

Strabo, L. XVII. p. 801. Seneca Nat. Quu. L. IV. c. 2. ignobiles ramos appellat. H.

h. *Canopico)* Siue Canobico, a Canobo, siue Canopo, Menelai nauis rectore, a quo et Canopum oppidum, vbi sepultus. At Canopum oppidum Plinius nusquam appellat: adeo vt an ab oppido, an ab homine, vel aliunde, dato sit Canopico ostio nomen, nobis adhuc incompertum sit. H.

i. *Bolbitino)* Βολβίτινον στόμα Ptol. L. IV. c. 5. Aliis Βολβιτικὸν, a Bolbitine oppido, de quo Stephanus. Nunc vocant, *Bras de Raschit, ou de Rossette,* ab oppido cognomine. H.

k. *Sebennytico)* Per medium Delta decurrit in mare, teste Herodoto, L. II. Euterpe, n. 17. p. 96. Nomen ei a Sebennytico oppido, nomoque. Oppidi rudera vetus nomen seruant, *Sebenit.* H.

l. *Phatnitico)* Φατνιτικὸν στόμα, Straboni, L. XVII. p. 802. Πατμητικὸν, Ptol. l. c. Hodie, *Bras de Migny.* H.

m. *Mendesico)* Vel vt alii, *Mendesio,* ab oppido, nomoque cognomine. Hodie *Bras de Baraugner.* H.

n. *Tanitico)* Tanicum Mela vocat, L. I. c. 9. Nonnulli et Saiticum, apud Strabonem, L. XVII. p. 802. Proximum est Pelusiaco, iuxta vrbem, quam veteres Τάνιν appellavere. Falluntur enim ii qui Damiatam Pelusium interpretantur, cum vltimo Nili ostio Pelusium olim insederit, Arabiae, Syriaeque latere, extra Delta: Damiata intus, non nouissimo, sed anteriori ostio imposita sit, hoc est, Tanitico: cui a Tanite nomo, de quo egimus, sect. 9. nomen fuit. Hodie *Bras de Tacari.* H.

o. *Vltimoque)* Quod maxime vergit in orientem, *le Bras de Peluse.* H.

p. *Butos)* Βȣ̃τος Ptol. L. IV. c. 5. metropolis νομȣ̃ Φθενότȣ, prope Sebennyticum ostium Straboni, L. XVII. p. 802. H.

q. *Pharbaethos)* Φάρβαιθος Ptol. l. c. Φαρβετίτης νομὸς Straboni, inter Mendesium Taniticumque ostium, l. c. Cui nomo et Leontopolin quoque vicinam facit, ceteras-

Isidis r. oppidum, Busiris, Cynopolis, Aphrodites, Sais, Naucratis s.: vnde ostium quidam Naucratiticum [1] nominant, quod t. alii Heracleoticum [2], Canopico, cui [3] proximum est, praeferentes. u.

XII.

1. *Naucratitum Salm. Naucraticum Gr. et Al.* 2. *Ceramicum. Athen.* 3. *cui* vi. *M. p. M. et Vet. addunt.*

terasque praefecturas, quae nunc recensentur, Athribiten, siue vt diximus, s. 9. Atharrabiten, Busiriten, Cynopoliten, Prosopiten, in quo Ἀφροδίτης, hoc est, Veneris oppidum fuit, teste eodem Strabone, L. XVII. p. 802. Saiten et Naucratiten. Notitia Eccles. Hieroclis, in prou. Augustamnica secundo, p. 55. Κάρβεθος, pro Φάρβαιθος. Item Ἀθρήκης, pro Ἄθριβις. H.

r. *Isidis oppidum)* Stephano, Ἰσεῖον, πόλις Αἰγύπτου. Hoc vero cum intra Nili decursus, hoc est, in ipso Delta contineatur, Plinio teste, diuersum esse necesse est, ab *Isiu* Antonini, quae mediterranea ciuitas est, longe supra Memphin. Isis porro Ceres est, vt omnibus notum. H.

s. *Naucratis: vnde ostium quidam Naucraticum, etc.)* Legend. *Naucratiticum*, vel *Naucratioticum*. Vide *Salmas.* pag. 476. a. b. *Naucraticum)* Athenaeus lib. XI. p. 237. vers. 3. πολλοὶ δ' ἐν τῇ ναυκράτει κεραμεῖς ἀφ' ὧν καὶ ἡ πλησίον τῶν κεραμείων πύλη κεραμικὴ καλεῖται. Sunt autem Naucratici figuli multi, a quibus proximum Nili ostium Ceramicum appellatur. *Dalec.*

t. *Quod alii Heracleoticum Canopico, cui proximum est, praeferentes)* Verba vt reor malo ordine locat, redigendaque ad pristinum statum, hoc (ni fallor) pacto: *Canopico quod alii Heracleoticum vocant, cui proximum est, praeferentes.* Nam Canopicum ostium, Heracleoticum etiam nominatum esse Ptolemaeus satis docet: non Canopicum illud, sed Heracleoticum appellans a ciuitate Heracleopoli prope Canopum, auctore Stephano. Accedit Strabonis testimonium libro XI. *Necessarium est*, inquit, *ad Canopi, et Alexandriae loca reuerti: hic est enim vltimum ostium, quod Canopicum Heracleoticumque vocant. Pint.*

u. *Praeferentes)* Sic Ptolemaeus, Canopico praetermisso, Heracleoticum nominat, quod Canopico proximum fuit, vt Dionysius Periegetes censuit, teste Eustathio ad illius versum 13. et Taci-

XII. (XI. *) Vltra Pelusiacum Arabia est, ad x. Rubrum mare pertinens, et odoriferam illam, ac divitem et beatae cognomine inclytam. Haec y. z. Catabanum [1] et Esbonitarum a., et Scenitarum b. Arabum vocatur, sterilis, praeterquam vbi Syriae confinia attingit, nec nisi Casio c. monte nobilis. His Arabes junguntur, ab oriente Canchlei d., a meri-

1. *Cabanum.* V.

Tacitus L. II. Annal. p. 61. Quare nihil hic mutandum, quantumlibet Pintianus inclamet, in tanto praesertim, tamque conspirante codicum scriptorumque consensu. H.

* *Arabia)* Solinus paulo plura c. 36. congerit huc facientia. Legito et Onuph. Panuin. Imp. Rom. pag. 843. *Dalec.* v. Inscr. in Ind. LL.

x. *Ad Rubrum mare)* Ad Arabicum sinum, vnde fere odorifera illa, et Felix appellata Arabia incipit. H.

y. *Haec Catabanum)* Non illa odorifera et Felix dicta, vt hallucinatus credidit Solinus, c. 33. p. 62. sed illa Arabia, quae a Pelusiaco incipit ostio, deserta et sterilis. H.

z. *Catabanum, etc.)* Hi Catabanes Arabiae sterilis et Petraeae incolae, a Catabanis illis diuersissimi sunt, quos ad Rubrum seu meridianum mare, in Arabia felice ac penitiore positos dicemus, L. VI. s. 32. H.

a. *Esbonitarum)* Quorum regia Essebon, de qua Hieronymus in locis Hebr. post Eusebium: *Esebon*, inquit, *ciuitas Sebon regis Amorrhaeorum — — nunc vocatur Esbûs* (Ἐσβοῦς Eusebio), *vrbs insignis Arabiae in montibus qui sunt contra Iericho, etc.* H.

b. *Scenitarum)* Commune id multis Arabum populis nomen fuit, vt dicemus L. VI. s. 30. et 32. Hi Aegypto confines, alias Saraceni appellati, vt Ptolemaeus admonet, L. V. c. 17. in Arabia Petraea. De his Ammianus, L. XXII. p. 228. *Aegyptus*, inquit, *vsque ad Scenitas praetenditur Arabas, quos Saracenos appellamus.* Iidem in sacris paginis Ismaelitae dicti. H.

c. *Casio monte)* De quo sect. 14. H.

d. *Canchlei)* Qui in sacris literis Amalecitae dicti videntur. Nec Bocharto assentior, Chauilaeos nunc significari, qui erant Babyloniae proximi. H.

meridie Cedrei e., qui deinde ambo f. Nabataeis 1. Heroopoliticus g. vocatur, alterque Aelaniticus sinus Rubri maris in Aegyptum vergentis, CL. h. mill. passſ. interuallo inter duo oppida, Aelana, et in noſtro mari Gazam. Agrippa a Peluſio Arſinoen i. Rubri maris oppidum, per deſerta CXXV. M. paſſuum tradit: tam paruo diſtat ibi tanta rerum naturae diuerſitas.

XIIII. (XII.) Iuxta Syria k. litus occupat, quondam terrarum maxima, et pluribus diſtincta nominibus.

1. *Nabathaeis. Gr.*

e. *Cedrei)* Habitantes *Cedar*, Pſ. CXIX. Hieronymus in loc. Hebr. *Cedar — — eſt regio in eremo Saracenorum, a filio Iſmaelis ita cognominata.* H.

f. *Nabataeis)* Quorum oppidum Petra. De his dicemus L. VI. ſ. 32. H.

g. *Heroopoliticus)* Ab Heroum oppido, vt dicemus L. VI. ſ. 33. De Aelanitico, eiuſdem libri ſ. 32. H.

h. CL. *mill.)* Strabo L. XVI. p. 759. ſtadia numerat mille ducenta et ſexaginta, quae paſſuum efficiunt CLVII. millia. H.

i. *Arſinoen)* De ea L. VI. ſ. 33. H.

k. *Syria)* ארם, *Aram*, Hebraeis dicta, ſeu Ἀραμαῖα, quo et Strabo vtitur. Ceterum de ipſius latitudine et regionibus Mela lib. I. cap. 11. et Aeth. coſmograph. pag. 35. Strabo lib. XVI. et Car. Sigon. de antiq. iur. prou. lib. I. cap. 12. Onuph. Imp. Rom. pag. 788. cap. 37. et Adricho in deſcript. terr. Sep. 95. et Bertram. Gram. Ebr. vbi hoc modo recenſet regiones: 1. Aram κατ᾽ ἐξοχὴν dicta, ſeu Paddam Aram, Suria iugata, ſeu conciſe Paddan, hoc eſt, iugum ſeu Aram Necharaiim Suria, interamnis Μεσοποτάμια. 2. Aram Zobah, ſeu Zonah, fortean Sophene. 3. Aram Beth, Rechob. 4. Aram Mabachab. 5. Aram Dameſchek, Suria Damaſcena, quae et Cana ſeu Caeleſyria. 6. Aram Chamat, Suria Comagena ſeu Antiochena. *Dalec.*

Iuxta Syria) Haec totidem verbis ac paene ſyllabis Martianus, L. VI. c. de Arabia et Syria, p. 219. a Plinio expreſſit. Sic et Mela, L. I. c. 11. p. 14. H.

nibus. Namque Palaestina vocabatur, qua contingit Arabas l., et Iudaea, et Coele, dein[1] Phoenice: et qua recedit intus, Damascena: ac magis etiamnum meridiana, Babylonia. Et[2] eadem Mesopotamia inter Euphratem et Tigrin: quaque transit Taurum Sophene: citra vero etiam Comagene. Et vltra Armeniam, Adiabene, Assyria m. ante[3] dicta: et vbi Ciliciam attingit, Antiochia. n. Longitudo eius inter Ciliciam et o. Arabiam, CCCCLXX. M. pass. est. Latitudo a Seleucia Pieria, ad oppidum in Euphrate Zeugma, CLXXV. p. M. pass. Qui subtilius dividunt,

1. *exin. Ch.* 2. *Exinde Mesopotamia. Ex eadem. M. et Ch. Lego, haec eadem.* 3. *antea. Ch.*

l. *Arabas)* Non eos qui Arabiam peninsulam incolunt, sed qui ab Arabia Petraea post Iordanem amnem ad Libanum vsque montem penetrant, vt Plin. ait L. VI. s. 32. H.

m. *Assyria ante)* Ammianus, L. XXIII. p. 251. *Iuxta hunc circuitum Adiabene est, Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum, ea re quod inter Oenam et Tigridem sita, nauigeros fluuios, adiri vado numquam potuit. Transire enim διαβαίνειν dicimus Graeci. Et veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dicimus, quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos et transiuimus, Diauas et Adiauas, iuncti naualibus partibus, ideoque intelligi Adiavenam cognominatam.* Assyriae videlicet pars nobilissima Adiabene fuit, in qua Ninus, Arbela et Gaugamela: de quibus L. VI. s. 16. H.

n. *Antiochia)* Non id oppidi modo nomen, sed regionis est, quae Syria Antiochia dicebatur, non vt nunc vulgus Geographorum loquitur, Ita s. 18. *Promontorium Syriae Antiochiae:* sic enim libri veteres habent. Mela, L. I. c. 12. *Reliqua pars Syriae, cui Antiochiae cognomen additur.* H.

o. *Et Arabiam)* Siue Ostraciten, vbi finitur Arabia, vt mox dicetur. H.

p. CLXXV. M.) Vide Not. et Em. N. XXXVI. (hic coll.) CLXXV. *mill.)* Hanc Syriae latitudinem arrogant libri omnes editi, manuque exarati. Et Missi Theodosii: *Syria finitur ab oriente, flumine Euphrate: ab occidente, mari Aegyptio, a septemtrione, mari quod*

vidunt, q. circumfundi [1] Syria Phoenicen volunt: et [2] esse oram maritimam Syriae, cuius pars sit Idumaea et Iudaea, deinde Phoenice, deinde Syria [3]. Id quod praeiacet mare totum, Phoenicium appellatur. Ipsa gens Phoenicum in magna r. gloria [4] literarum inuentionis, et s. siderum, naualiumque t. ac bellicarum artium.

XIV.

1. *Euphraten Syriam, Phoenicen esse. volunt oram, ex manuscript.* 2. *lege ex Bud.* 4. *de Asse. et vetust. exemp. Esse enim primum oram maritimam Syriae ab Arabia, cuius pars sit Idumaea et Iudaea: deinde Phoenicen. Deinde rursus Syriam. Introrsus autem Syria Damasci claudi Phoenicen.* 3. *Assyria. V.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. gloria magna Gr. et Al.*

est inter mare Rubrum et sinum Arabicum: huius spatium patet in longitudine CCCCLXX. *in latitudine* CLXXV. Martianus vero, L. VI. c. de Arabia et Syria, p. 219. hunc Plinii locum transscribens, DXXV. pro CLXXV. manifesto errore expressit: alioqui latior multo, quam longior, Syria foret: cum ea parte angustissimam esse situs ipse regionum, Tabalaeque significent. H.

q. *Circumfundi)* Qui subtilius diuidunt, inquit, Phoenicen vndequaque Syria includi aiunt: et eam esse Syriae oram maritimam, cuius Syriae pars Idumaea sit, et Iudaea; deinde sequi Phoenicen: mox Syriam rursus proprie appellatam, et quae Coele, et quae Antiochia di- *quod inter Cyprum et Syriam est: a meridie, Arabia quae* cebatur. Locum hunc frustra sollicitant Schefferus, L. I. de militia nauali, c. 2. p. 16. aliique. H.

r. *Literarum)* Vide quae dicturi sumus, L. VII. s. 57. Sic et Mela Pomponius, L. I. c. 12. H.

s. *Et siderum)* Tum ad viam mari regendam contemplatione siderum, tum ad praesignificandum ex iisdem quae sint futura hominibus. Propert L. II. v. 989. *Quaeritis et caelo Phoenicum inuenta sereno, Quae sit stella homini commoda, quaeque mala.* H.

t. *Naualiumque ac bellicarum artium)* Ciceroni apud Nonium de Repub. Phoenices primum mercaturis et mercibus suis auaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum importauerunt in Graeciam. Victorius c. 4. lib. XII. Dal. Naua-

XIV. A Pelusio Chabriae u. castra, Casius x. mons, delubrum y. Iouis Casii, tumulus Magni Pompeii z., a. Ostracine [1] Arabia finitur, a Pelusio LXV. b. mill. passuum. (XIII.) Mox Idumaea incipit, et Palaestina,

Z 2

1. *Trachine. M. V. Ostracine. Arabia finitur a Pel. etc. Gron.*

Naualiumque) Maria nauibus adire, inquit Mela, *classe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti.* H.

u. *Chabriae castra)* In via quae a Syria et Casio monte Pelusium ducit, Chabriae castra locat et Strabo, L. XVI. p. 760. ὁ Χαβρίȣ λεγόμενος χάραξ. Videtur a Chabria Atheniensi dicta, de cuius expeditione in Aegyptum, multa Diodor. Sicul. Bibl. L. XV. p. 400. H.

x. *Casius mons)* De monte Casio lege Strab. lib. XVI. pag. 721. ex quo loco videntur haec desumpta, et ad verbum fere descripta. Vide et Solinum c. 37. *Dalec.*

Casius) Montem hunc Κάσιον πρὸς Αἰγύπτῳ, et Κάσιον πρὸς τῷ Πηλȣσίῳ, a locorum vicinio appellat Strabo: vt ab altero eiusdem nominis secernatur, de quo f. 18. Errant qui montem hunc Sinai esse arbitrantur. H.

y. *Delubrum)* Cum oppido, quod Antoninus et Ammianus Cassium vocant, Διὸς ἱερὸν Κασίȣ, Straboni, l. c. H.

z. *Pompeii)* Dio, L. XLII. p. 188. ad Casium montem interfectum ait ea ipsa die, qua quondam de Mitridate et piratis triumphum egerat. Quin et ipso suo die natali, inquit Plutarchus, in Camillo, p. 138. qui et idem dies triumphi fuit. Eum alii pridie, alii ipso die natalis sui aiunt obiisse, vt idem monet, L. VIII. Symp. c. 1. p. 717. Sed nodum fortasse soluunt Fasti Capitolini, ex Verrii Fragmentis, in quibus legitur *per biduum* triumphi pompam esse protractam. At vnicum diem triumpho Plinius assignat, L. XXXVII. f. 6. H.

a. *Ostracine)* Ὀστρακίνη Ptol. L. IV. c. 5. oppidum est, vnde *Abraamius Ostracinensis* episcopus in Conc. Chalced. Ostracena dicitur Antonino, inter Casium montem, et Rhinocorura, medio interuallo posita, vtrimque M. P. XXVI. Regionem Ostracinen Solinus nugando comminiscitur. H.

b. LXV. *mill.)* Martianus l. c. LXVI. Antoninus item in Itiner. *Ostracina Cassium*, XXVI. *Pentaschoenon*, XX. *Pelusium*, XX. H.

ſtina ab emerſu Sirbonis c. lacus, quem quidam CL. M. paſſ. circuitu tradidere: Herodotus d. Caſio monti applicuit: nunc eſt palus modica. Oppida: Rhinocolura e.[1], et intus f. Rhaphaea[2]: Gaza g., et intus

1. *Rhinocera. Ptol.* 2. *Raphea Gr.*

c. *Sirbonis lacus)* Ptol. L. IV. c. 5. in Caſiotide, ἔκρηγμα Σιρβωνίδος λίμνης, *eruptio paludis Sirbonidis.* Siccatam hanc hodie paludem aiunt. Sirbonidem lacum cum Aſphaltite magno errore confundit Strabo, L. XVI. p. 762. H.

d. *Herodotus)* L. III. Thalia, n. 5. p. 163. Σερβωνὶς λίμνη, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος. H.

e. *Rhinocolura)* Rhinocera Diodor. in Bibliotheca cap. 1. lib. II. in Aegypti et Arabiae confinio ſita, haud procul a mari, dicta a narium mutilatione. Nam Actiſanes Aethiopum rex ſuperato Amaſide Aegypti crudeliſſimo rege, Aegyptoque ſubacta, latrones omnes exciſis naribus, in vltimum deſertum abire coegit, et eam illic civitatem condere, quod et Strabo refert lib. XVI. quamvis lib. de ira Seneca factum id a rege Perſarum in Syria ſcripſerit. Hadr. Iun. cap. 3. lib. V. *Dalec.*

e. *Rhinocolura)* Rhinocolura quoque Liu. L. XLV. p. 575. et Straboni, L. XVI. p. 759. Ῥινοκόλουρα. Seneca, L. III. de Ira, c. 20. p. 549. *Rex Perſarum totius populi nares recidit in Syria: inde Rhinocolura loci nomen eſt.* At ſaepiuſcule Seneca in hiſtoria nominibusque ſublabitur. Diod. Sic. Bibl. L. I. p. 55. hoc Aethiopiae regi adſcribit, idque a diuerſa valde cauſa: benignitas enim et miſeratio fuit. Is Aegypto ſubacta, latrones quos ceperat, acerbius ratus omnes neci dare, quod magno numero erant: iniquius impune dimittere: ita mediam viam legit, vt reſectis naribus, quo dignoſcerentur, in deſertis Aegypti finibus colere iuſſerit, vrbe ibi ſtructa, cui a re et facie nomen eſſet, Graeci enim ῥίνα naſum, κόλουρον curtatum dicunt. Ptolemaeus tamen et Stephanus ſcribunt Ῥινοκόρουρα. H.

f. *Rhaphaea)* Stephanus, Ῥάφεια, πόλις Συρίας. Strabo, L. XVI. p. 759. Ῥαφία, μετὰ Γάζαν, poſt Gazam ſequitur Raphia. Diſtat a Gaza et Rhinocorura, pari intervallo, XXII. mill. paſſ. apud Antonin. H.

g. *Gaza) Sic Perſae aerarium vocant,* inquit Mela, *et inde*

tus Anthedon h.: mons Angaris. i. Regio per oram Samaria. Oppidum Afcalo k. liberum, l. Azotus [1]:

 Iamneae

1. *Azostos.* Ch.

inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli et opes et pecuniam intulerat. Distat ab Afcalone Gaza, litore maris mediterranei, XVI. mill. pass. Hodie *Gazara.* Gazae fuisse Stephanus ait Iouis Cretaei templum, quem (inquit,) Κρηταγενῆ vocant. Festiuo sane errore, si vel ipse, vel alius qui ei praeiuerit, in Creta genitum esse idcirco finxit, quia in nummo Titi Imp. legit, ΖΕΥΣ ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ. Est nummus ille singularis, nunc in Museo nostro, ex aere magno. Prior area habet ΑΥΤΟ. ΤΙΤΩ. *Imperatori Tito:* capite ipsius laureato. Altera Iouem, virili aetate, et fulmen dextra vibrantem, inter septem sidera, exhibet: qui habitus situsue in Creta genitum nihilo magis, quam apud Antipodas, denotat. Praeterea in nummis Cretensium rarius multo, quam in plurimorum Asiae oppidorum numismatibus occurrit Iouis effigies: semel tantum vidimus, in nummo scilicet Hadriano inscripto, ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ: et ibi sedet aquilam dextra tenens. Quod si ΚΡΗΤΑΓΕΝΗΣ in Creta natum significaret, fortassis vt Αἰθρηγενής, sic Κρητηγενής scribi oporteret. At est hic ista, opinor, sententia, quae egregie conuenit cum argumento in area nummi picto: ΖΕΥΣ Καταστήσας Ῥωμαίων Ἡγεμόνα Τίτον, Ἀνθρώπων Γένει Ἔνειμεν Ὄγδοον Σέλας. *Iuppiter constituens Romanorum Rectorem Titum, Humano Generi dedit octauum lumen,* vel *sidus.* Est enim ibi posterior litera pro numero octonario. H.

h. *Anthedon)* Ἀνθηδὼν Ptol. L. IV. c. 5. in Cassiotide. Palaestinae ab Hesychio accensetur, p. 103. H.

i. *Angaris)* Vide Not. et Em. N. XXXVII. (hic coll.) *Angaris)* Ita libri omnes, Ariolantur, qui permutatis syllabis legi putant oportere *Garizam,* vel *Garizim,* qui mons Samariae celeberrimus, prope Neapolim, quae prius Sichima dicebatur: vt scimus ex L. IV. Iudic. c. 9. Is enim ab Antedone et Ascalone, quo in tractu describendo Plinius nunc habitat, multis passuum millibus disiungitur. H.

k. *Ascalo)* Graecis Ἀσκάλων, atque ita nummi Augusti, Titi, et Antonini. Hodie *Scalona.* H.

Iamniae m. duae [1], altera intus [2]. Ioppe n. Phoenicum, antiquior terrarum inundatione, vt ferunt, o. Insidet [3] collem praeiacente saxo, in quo vinculorum Andromedae p. vestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa q. Ceto [4]. Inde r. Apollonia: Stratonis

1. *Iamnes duae*, *Gr. et vulg.* 2. *vicus V.* 3. *Insidet colli. V.* 4. *Caeto. Ch. Derceto Gr. et Al.*

l. *Azotus)* Ἄζωτος, πόλις Παλαιςίνης, Steph. et Ptol. L. V. c. 16. Distat a Iamnia litorali, xx. mill. pass. si Antonino credimus: si Straboni, L. VI. p. 759. xxv. hoc est Cl. stadiis. Hodie *Alcette.* H.

m. *Iamnes duae)* Lege: *Iamneae duae.* Vide *Salmas.* p. 569. a.

Iamniae duae) Quarum altera Iamnitarum portus ad mare, Ἰαμνιτῶν λιμὴν. Ptol. L. V. c. 16. altera vrbs ipsa paululum a mari semota. Ἰαμνεία Straboni, L. XVI. p. 759. Stephano Ἰάμνια. Ipsi Ptolemaeo in vrbibus mediterraneis Ἰάμνεια, cui hodieque vetustum nomen manet, *Zenia.* H.

n. *Ioppe)* Ἰόππη, nunc *Iaffa.* Mela similiter, L. I. c. 11. *Est Ioppe*, inquit, *ante diluuium, vt ferunt, condita.* H.

o. *Insidet collem)* Colli imponitur adeo edito, vt inde conspici Hierosolyma, Iudaeorum metropolis possit. Strabo, L. XVI. p. 159. H.

p. *Andromedae)* Quam ibi ceto a matre expositam, mox a Perseo ereptam fabulantur. Visa ibi haec vincula testis est quoque Iosephus, L. III. Belli Iud. c. 15. Vide Apollodorum L. II. de Diis, p. 95. H.

q. *Ceto)* Quae Neredos fere forma pingebatur, figura ex pisce feminaque composita: cuiusmodi in vetustis Syriae ac Mesopotamiae nummis conspici creditur. Idcirco fabulosam vocat. Ciceronis illud eo forte pertinet, *Piscem Syri venerantur*, L. III. de N. D. Vide Not. et Em. N. xxxviii. (hic pos.) *Ceto)* Pro *Ceto* Frobenius *Derceto*, ex f. 19. huc transtulit. Certe *Ceto* hoc loco Pliniana omnia exemplaria repraesentant R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Libri quoque editi. Parm. Venet. Brixiens. ceterique ante Frobenium. H.

r. *Inde Apollonia)* De qua Ouid. iv. Metamorph. et auctor infra cap. 23. et vide Lil. Gyrald. syntag. p. 60. *Dal.*

Apollonia) Stephano, Ἀπολλωνία κατὰ Ἰόπην. Nunc *Alzufo.* H.

nis s. turris, eadem Caesarea, ab Herode rege condita: nunc t. colonia prima Flauia, a u. Vespasiano

Z 4 Impe-

s. *Stratonis)* Στράτωνος πύργος Straboni, L. XVI. p. 758. Eadem Καισάρεια Στράτωνος Ptol. L. V. c. 16. et Caesarea Palaestinae vulgo appellata: quam cum Caesarea Philippi, siue Paneade dicta, perperam Surita confundit in Itinerar. Anton. Hieron. in Chron. p. 155. an. 4. Olymp. 191. *Herodes Caesaream in nomine Caesaris condidit, quae prius Turris Stratonis vocabatur.* Nunc est *Casair*, prouinciae caput, *la Pincipauté de l' Hemir de Casair.* Herodes rex cum a Plinio dicitur, is designatur, quem Romani et nummi veteres regem appellauere; ac proinde is, qui prius tetrarcha Galilaeae, deinde et rex fuit: in nummis ΗΡΩΔΗΣ ΒΑCΙΛΕΤΣ. *Ab eo condita*, cincta muris Caesarea dicitur. Prior Herodes ΕΘΝΑΡΧΗΣ tantum, non ΒΑCΙΛΕΤΣ fuit. H.

t. *Nunc colonia)* Musei nostri Parisiensis nummus aereus formae mediocris, M. Aurelio principe cusus, cum Serapidis effigie, et epigraphe eiuscemodi, COL. PRIMA. FL. AVG. CAESAREA. Prima Flauia vocatur, quod prima omnium coloniarum dicta sit Flauia a Vespasiani nomine Vlpianus, L. L. *Digest. tit. 15. de Censibus. Diuus Vespasianus Caesarienses colonos fecit, non adiecto vt et iuris Italici essent, sed tributum his remisit capitis*, etc. Est in Museo nostro nummus perrarus, argenteus, in quo solis vultus radiatus, idemque iuuenilis, vt orientem significet, aream vnam implet. In altera Vespasianus stans, capite nudo, dextra elata, imperanti ac iura danti similis, sinistra bacillum imperatorium tenet. In media area scriptum est, hinc VESPASIA inde NVS. Docet ille Vespasianum, priusquam declararetur Augustus, Imperatorem siue Ducem Exercituum in Oriente fuisse. Tunc est deducta colonia Caesarea a *Vespasiano Imperatore*, vt ait Plinius, anno Christi LXX. statim a captis Hierosolymis. Nec multo postea cusus hic nummus argenteus est, quem Patinus exhibet in Famil. p. 265. Caput Neptuni, retro tridens, symbolum maritimarum vrbium .)(. Ciuis togatus, capite nudo, dextro genu flexo, dextra tangit trophaeum, victoriae symbolum: stante ex aduerso Imperatore, et trophaeum idem similiter manu apprehendente. Infra MVR-

CVS

Imperatore deducta u.: Finis x. Palaestines centum octoginta nouem millium passuum, a confinio Arabiae: deinde Phoenice. Intus autem Samariae [1] oppida: Neapolis y., quod antea Mamortha [2] dicebatur

[1] *Samaria. Oppida. Ch.* [2] *Iosephus lib. V. Bel. Iudaic. Maxboram nominat.*

cvs imp. Quibus literis non Murcus aliquis, sed sententia haec continetur: *Maritimae Vrbes Restitutae Caesarem Vespasianum Salutant Imperatorem.* H.

u. *A Vespasiano Imperatore deducta)* Colonia Flauia Vespasiani Imperatoris beneficio immunis fuit. Remisit enim iis tributum capitis, Titus vero etiam soli. Cuiacius c. 35. X. obseruat. *Dalec.*

x. *Finis Palaestines)* Id quoque Martianus habet L. VI. c. de Arabia et Syria, p. 219. H.

y. *Neapolis)* Νεάπολις in Samaria, Ptol. L. V. c. 16. Sichem Christi Domini temporibus dicta, teste Beniamino in Itin. p. 38. Indigenis *Mabortha*, auctore Iosepho, L. V. Bell. Iud. c. 4. quamquam Plinio *Mamortha* dicitur. Hodie *Naplosa* Nummus Faustinae iunioris, ex aere, forma mediocri, in Museo nostro Paris. ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛ. CΥΡ. ΠΑΛΕCΤΙ. Φλαβίας Νέας Πόλεως Συρίας Παλαιστίνης. Est nummus ex aere mediocri, in Gaza regia; in quo mons Garizim pingitur, cum templo gemino in vertice: infra, Aquila est alis expansis. In ambitu ΦΛ. ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC. vbi caue legas scribasue cum imperitis ΝΕΑΠΟΛΕΩC. In parte nummi priore legitur, ΑΥΤ. ΚΑΙ ΓΟΥ. C. ΤΡΕ. ΓΑΛΛΟC. Caput laureatum: haec verba sic D. Bandurius interpretatur: *Imp. Caesar Caius Vibius* Σεβαστὸς *Augustus Trebonianus Gallus.* Praue. Nam *Augusti* titulus, cum officium denotet, magistratumque summum in prouincia vice Senatus, quamuis sit haereditarius, tamen nonnisi post nomina et cognomina ponitur. Lege, *Imperator Caesar Caius Vibius Sulpicius Trebonianus Gallus.* Ibi C. Σουλπίκιος est, non Σεβαστός. Galli cognomen proprium esse Sulpiciae gentis, docet ipse Plinius, L. II. s. 9. ex eaque prodiisse Gallum Augustum alibi ostendimus. Nummi ipsius ceteri Graeci in fine habent CEB. ΑΥΓ. Vnus singularis ex aere mediocri, apud D. *Foucault,* habet

cebatur: 2. Sebaste [1], in monte, et altiore Gamala a. XV.

1. *Sic et AD. Non recte meo animo. Gamala namque vltra Iordanem. Sebaste, in monte altiore Gamala. Gr. et Al.*

habet ΕΥ. CEB. hoc est, Εὐσεβὴς Σεβαςὸς, *Pius Augustus.* H.

2. *Sebaste in monte altiore Gamala)* Scripta exemplaria, *Sebasten in monte et altiore Gamala*, vt sit sensus, Sebasten in monte sitam esse, et in altiore monte alio Gamalam. Nam Iosephus in primo, castellum validissimum scribit esse Gamalam, et initio quarti: *Gamala vero ei non cedebat, freta locorum difficultate amplius quam Iotapata. Iugum namque asperum ex alto monte deductum, mediam ceruicem erigit: et vbi supereminet, in longitudinem tenditur, tantum contra decliue, quantum a tergo, vt cameli similitudinem praeferat, vnde nomen etiam duxit, nisi quod expressam vocabuli significationem indigenae seruare non possunt. Pintian.*

Sebaste) In gratiam Augusti, sic appellata vrbs ea est. Vide Beniamin. l. c. Σεβαςὴ, ἐν τῇ Σαμαρείτιδι πολίχνιον. Stephano in Conc. Nic. I. et CP. I. subscribunt episcopi Sebastenses, vel Sebasteni, ex Prou. Palaestinae. Hodie *Sebastia.* Vide Not. et Em. N. XXXIX. (hic pos.)

Sebaste in monte, et altiore Gamala) Prius legebatur *Sebaste, in monte altiore Gamala*, Plinii sententia et oratione deminuta, qui Sebasten quoque ipsam in monte sitam significare voluit, vt sinceri codices admonent, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Huiusmodi sane fuisse Samariae situm haud obscure significant sacrae paginae, Mich. I. v. 6. et ad eum locum Hieronymus. De Gamala diximus suo loco. Quod porro Samariam Stephanus, cum Neapoli, quae Sichem dicta est, temere misceat, alii ante nos adnotarunt. H.

a. *Gamala)* Diuersum hoc Samariae oppidum, ab altero eiusdem nominis vltra Iordanem posito, quam Iudaeae vrbem validissimam Suetonius appellat in Tito. Quamquam eadem vtriusque vocis originatio est: Sic enim dicta videtur, ab Hebraeo גָּמָל quasi Camela, quod dorso montis insidens, cameli dorsum referre credatur. Illam certe quae Iudaeae est, iugo montis aspero editoque impositam docet Iosephus, L. IV. Bell. Iud. c. 1. Hanc idem L. III. c. 2. p. 832. Γάμαλα πόλιν Ἱππέων,

XV. (XIV.) Supra b. Idumaeam et Samariam Iudaea longe lateque funditur. Pars c. eius Syriae iuncta, Galilaea d. vocatur: Arabiae vero et Aegypto

Ἱππέων, ciuitatem Equitum quos eo colonos duxit Herodes, appellatam ait: Carmelo monti insidentem. H.

b. *Supra Idumaeam et Samariam)* In manuscripto haec, *Supra Idumaeam et Samariam* annectuntur praecedenti capiti, sequensque incipit, *Iudaea longe, etc. Dalec.*

c. *Pars eius Syriae iuncta, Galilaea vocatur, etc.)* Legend. *Pars eius Syriae iuncta Galilaea vocatur, Arabiae vero et Aegypto proxima Petraea asperis dispersa montibus.* Petraeam illam partem Iudaeae dictam intelligit, ab asperis saxis quibus montuosa est. *Salmas.* 470. a.

Syriae) Hoc est, Syriae Antiochiae, vt diximus, l. 13. Iudaea hic appellatur, quae in libris sacris *terra Chanaan* saepe dicitur, eo quod filii Chanaan eam inter se sibi diuiserunt, in ortu Phaleg, et Hebraeam ibi linguam integram seruauere, immunem a confusione, quae in Babylonia post annos quinquaginta pluresue contigit. Hic enim sensus verborum illorum est, Gen. X, 25. *Nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra:* Gallice vere ac recte dixeris: *Le pays fut alors partagé entre les enfans de Canaan.* H.

d. *Galilaea vocatur)* Etiam Aureliani Imperatoris temporibus altera alteri paruisse principi videtur: quorum vnius nomen hactenus arbitramur fuisse ignotum, nunc demum proferendum. Est nummus singularis ex aere mediocri, apud *D. de Boze* sic inscriptus ΑΥΡΗΛΙΑΝΟC. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟC. Capita duo aduersa: Aureliani laureatum, diadematum Athenodori.)(L. A. L. Δ. in corona laurea, quae coniunctis copiis ac viribus victorem vtrumque fuisse demonstrat: in Syria certe; quoniam extra Syriam et Aegyptum non fuit mos scribendi L. pro ET sub Augustis. At in nummis Iudaeae et Herodis ac Philippi tetrarcharum in Galilaea reperitur. Annus Athenodori, vt in aliis nummis annus Vaballathi quartus incidere hic indicatur in annum Aureliani Imp. primum. Vnde suspicamur in Galilaea Athenodorum, vbi olim Zenodorum tetrarcham fuisse nummi testantur, Vaballathum in Iudaea gessisse principatum: et cum vtroque Aurelianum Imperatorem foedus

pto proxima e. Peraea [1], asperis dispersa montibus, et a ceteris Iudaeis Iordane amne discreta. Reliqua Iudaea diuiditur in toparchias decem [2], quo dicemus ordine: Hiericuntem f. palmetis consitam, fonti-

1. Petraea. Vet. lego Arabiae vero Petraeae et Aegypto altera proxima. AD. Imo vero πηρᾶια, *quia* πέραν *seu vltra Iordanem sita. Vnde et Oliuar. super Mel. lib. I. c. 11. recte vocat regionem trans Iordanem. Videatur et Ioseph. de bell. Iud. lib. III. cap. 14.* 2. XII. *M.*

foedus iniisse aduersus Arabes. Propterea Aurelianus in nummis PACATOR ORBIS scribitur. Vaballathus, inquam, in Iudaea fuit, genus fortasse ducens ex Sanballat Horonite, hoc est Moabita; qui in Samaria constitisse narratur, 2. Esd. II. 10, 19. Non est vtrumque nomen certe Hebraeum, sed Moabiticae linguae, ab Hebraea diuersae, ex 2. Esdr. XIII. 23. 24. H.

e *Peraea)* Περαία, hoc est, vlterior, siue trans Iordanem posita. Vide Not. et Em. N. XL. (hic pos.) *Peraea)* Nugas agere Salmasius ait, in Solin. p. 460. eos qui *Peraea* hoc loco defendunt. Ipse *Petraea* legi contendit oportere, ab asperis saxis, quibus montuosa est. Ego vero qui Iudaeae partem aliquam Petraeam appellauerint, adhuc auctores desidero: qui Peraeam, occurrunt plurimi, et quidem fidei exploratae. Nam praeter consensum codicum omnium MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. partem Iudaeae transamnanam, hoc est, vt sacrae paginae loquuntur, quae est trans Iordanem: vt Plinius, quae a ceteris Iudaeis Iordane amne discreta est: Περαίαν Iosephus vocat, L. II. Bell. Iud. c. 2. p. 778. καὶ τῆς ὑπὲρ Ἰορδάνην Περαίας, et L. III. c. 1. p. 831. Nigrum quondam Περαΐτην appellat, quod ex regione trans Iordanem posita ortum duceret. Ipse et regionis huius fines describit, L. III. c. 2. p. 833. Et ex eodem Iosepho apud Photium, cod. 238. p. 973. Ἡρώδης ὁ τετράρχης Γαλιλαίας καὶ Περαίας vocatur. Et Perae, quod Constantinopoleos suburbium, seu altera ciuitas est, factum inde nomen crediderim. Ἐν τῇ Περαίᾳ conditum oppidum Iuliadis nomine Ioseph. ait, L. III. Bell. Iud. c. 8. p. 789. hoc est, vltra Iordanem, siue, vt Plinius mox ait, ab oriente lacus Genesareth. H.

f *Hiericuntem)* Ἱεριχοῦς Stra-

fontibus irriguam: Emmaum g., Lyddam h., Ioppicam i., k. Acrabatenam [1], Gophniticam [2], Thamniticam l., m. Bethleptephenen [3], Orinen n., in qua

1. *Acrebitenam.* *Ch.* ἀκραβαττα̃ *Iof.* 2. *Zophaniticam.* *Ch.* 3. *Betholenen*, *Tephenen* *Gr. et Al.*

Straboni, L. xvii. p. 763. De huius agri palmetis dicemus, L. xiii. f. 9. Vide Not. et Em. N. xli. (hic confp.) *Hiericuntem palmetis confitam, fontibus irriguam: Emmaum)* Praepoftera interpunctione, non Hiericuntis, vt decuit, fed Emmauntis agrum, aquis riguum Plinianae hactenus editiones repraefentarunt: *Fontibus irriguam Emmaum.* Cum ea dos propria fit Hiericuntini agri, tefte Strabone, L. xvii. p. 763. vbi de Hiericunte agens, ἐν ταῦτα δ' ἐςὶν ὁ Φοινικὼν, — διαῤῥυτὸς ἅπας, etc. *Ibi palmetum eft, — locusque totus irriguus* etc. H.

g. *Emmaum)* Ἐμμαῦς fiue Ἀμαῦς a Tito captis Hierofolymis Nicopolis appellata, vna e Iudaeae toparchiis Iofepho, L. III. Bell. Iud. c. 2. p. 833. *Emaus.* Neutrum indeclinabile *Emmaum*, 1. Mach. iii. et iv. vt apud Plinium. H.

h. *Lyddam)* Λύδδα vna ex toparchiis Iudaeae, apud Iof. l. c. Diofpolis poftmodum appellata. Vnde in Conc. CP. I. Dionyfius Diofpolitanus, Prou. Palaeftinae. H.

i. *Ioppicam)* A Ioppe, de qua fect. fup. H.

k. *Acrabatenam)* Ἀκραβαττα̃, et Ἀκραβατηνῶν τοπαρχία, ap. Iof. l. c. in facris paginis, 1 Mach. v. *Acrabatane.* H.

l. *Thamniticam)* Ἡ Θαμνὰ τοπαρχία Iudaeae, apud Iof. L. V. Bell. Iud. c. 4. p. 890. H.

m. *Bethleptephenen)* Τὴν Βεθλεπτηφῶν τοπαρχίαν Iofephus vocat loco proxime citato. Vide Not. et Em. N. xlii. (hic confp.) *Bethleptephenen)* Cum decem modo Iudaeae toparchias Plinius pollicitus fit, ex iis vnam in duas diffecuere interpolatores: cumque in MSS. legerent *Betolephthepenen* (fic enim R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Parif. exhibent;) ipfi *Betholenen*, *Thephenen*, commenti funt, quos fecutus Ortelius rogat, an a Bethlehemo Betholemen legi oporteat. Sed nec Betholenen, nec Tephenen ceterorum fcriptorum quisquam agnouerit: Bethleptephenam vero toparchiam Iofephus appellat, vt diximus, L. V. Bell. Iud. c. 4. p. 890. quae haec ipfa eft, quam Plinius

qua fuere Hierosolyma o., longe clarissima vrbium Orientis, non p. Iudaeae modo: Herodium q. cum oppi-

Plinius modo commemorat. Hae porro decem toparchiae, *decem cornua*, siue *decem* illi *reges sunt, qui potestatem tamquam reges* accepisse dicuntur, Apoc. XVII. 1. 2. vt in eum locum Commentarii nostri nondum editi, sed praelo iamdudum parati docent. H.

n. *Orinen)* Graeci Ὀρεινὴν vocant. De Virgine Deipara sacer codex, Luc. I. ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς, *abiit in montana Iudaeae cum festinatione.* Pars Iudaeae plurimum montuosa, in qua fuere Hierosolyma, Rama, Bethlehem. Lapidosum hunc tractum ad LX. stadia esse Strabo est auctor L. XVI. p. 761. H.

o. *Hierosolyma)* De vrbe satis multa alii. De vrbis nomine recte admonet Hieronymus, ep. 126. ad Euagr. *Non vt Iosephus, et nostri omnes arbitrantur, Hierusalem nomen est ex Graeco Hebraicoque compositum: id enim absurdum esse peregrinae linguae mixtura demonstrat.* Ex Hebraeo tota conflata vox est, et contracte dictum ירושלם arbitramur pro ירושה־שלים *Possessio pacificorum,* siue *quiete degentium.* Nam *visio pacis* vulgo definitur, contra leges Hebraicarum originationum est. At istiusmodi contracta nomina quaedam ibi reperimus, vt est Iordanis ירדן contractum pro יאור־עדן *fluuius voluptatis,* et similia. H.

p. *Non Iudaeae modo. Herodium cum oppido illustri eiusdem nominis)* Exemplar Salmant. *Nomen Iudaeae modo:* Toletanum, *non Iudaeae modo Herodium oppidum illustrissimum eiusdem nominis.* Excusso igitur diligenter loco, puto scribendum: *Non Iudaeae modo Herodium oppidum illustrissimum est, Herodis nomine.* hoc sensu, Hierosolyma fuisse longe clarissimam vrbium orientis, non tantum Iudaeae. Nunc autem iis euersis, successisse in locum eorum Herodium, etc. vel si vis retinere lectionem impressam, intellige Norinem praefecturam appellatam, postea Herodium cum oppido illustri eiusdem nominis. *Pintian.*

Non Iudaeae modo) Hanc vocem *non modo* aduersatiuae orationis parti postponere, familiare ac solenne Plinio est. Sic L. VI. s. 22. *Omnium in India prope, non modo in hoc tractu, claritatem antecedunt Prasii, etc.* H.

oppido illuſtri eiusdem nominis. (XV.) r. Iordanis [1] amnis oritur e fonte Paneade, qui cognomen dedit Caeſareae, de s. qua dicemus: amnis amoenus, et quatenus t. locorum ſitus patitur, ambitioſus, accolisque ſe u. praebens, velut inuitus Aſphaltiten lacum dirum natura petit, a quo poſtremo ebibitur, aquasque laudatas perdit peſtilentibus mixtas. Ergo vbi prima conuallium fuit [2] occaſio, in lacum ſe fundit, quem plures Geneſaram x. vocant, y. XVI. [3] mill. paſſ. longitudinis, VI. mill. latitudi-

1. *Iordanes.* Ch. 2. *fit.* Salm. 3. XV. Ch.

q. *Herodium)* Nomen vnius eſt e Iudaeae toparchiis apud Ioſ. L. III. Bell. Iud. c. 2. p. 833. Ἡρώδειον. H.

r. *Iordanis amnis oritur e fonte Paneade)* Marcianus, et aliquando Stephanus, et exemplaria nonnulla, *Paneade.* Solinus c. 36. *Peneade* Vtrumque antiquum exemplar, *Paniade*, quibus fauet Ioſephus ſecundo Iudaici belli Stephanus quoque Panion vocari tradit ſpecum, vnde Iordanis erumpit. Nec non Hegeſippus et Ioſephus multis id locis confirmant. Ptolemaeus etiam Caeſaream, cui Plinius inditum tradit ab hoc fonte cognomen. Caeſaream Paniae vocat. *Pintian.*

Iordanis amnis etc.) Deſcribit haec Martian. L. VI. c. de Syria, p. 219. H.

s. *De qua dicemus)* Sect. 16. H.

t. *Et quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus, etc.)* Legend. *Et quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus accolisque ſe praebens, velut inuitus Aſphaltiten lacum natura dirum potat, a quo poſtremo ebibitur*, elegantiſſime dicit Iordanem non recto curſu petere lacum Aſphaltiten a quo ebibitur; ſed ambitioſum eſſe et accolis praebentem ſe et inſinuantem, moras quaerere, veluti inuitus petat lacum illum natura dirum, quo laudatas ſuas aquas perdit peſtilentibus mixtas. *Salmaſ.* pag. 577. a. Sequitur *amoenis circumſeptum oppidis* lege: *circumſeſſus.* Idem 578. a.

u. *Se praebens)* Veluti moras nectat, inuitusque lacum petat. H.

x. *Geneſaram)* Γεννησαρῖτης λίμνη Straboni, L. XVI. p. 755. In ſacris paginis, *Lacus Geneſareth*, et mare Tiberiadis, et mare Galilaeae. Hodie *Mer de Tabarie.* H.

y. XVI. *mill. paſſ.)* Ita Solinus, c. 35. p. 64. H.

titudinis, amoenis circumseptum [1] oppidis: ab oriente, Iuliade z., et Hippo a., a meridie, b. Tarichea [2], quo nomine aliqui et c. lacum appellant: ab occidente Tiberiade d., aquis e. calidis salubri. (XVI.) Asphaltites nihil praeter bitumen gignit: vnde f. et nomen. Nullum corpus g. animalium reci-

1. *circumceptus. M. circumspectus. V.* 2. *Trachaea. V. Tarichia. Strabo.*

z. *Iuliade)* Ἰελιὰς Ptol. L. V. c. 16. in Galilaea. Hanc Philippus Tetrarcha in Gaulanitide condidit: et Iuliadem, in gratiam Iuliae, quae Tiberii coniux, voluit appellari. Ioseph. L. II. Bell. Iud. c. 8. p. 789. in Peraea, hoc est, vltra Iordanem sitam dicit, hoc est, vt Plinius ait, ab oriente Genesarae lacus. H.

a. *Hippo)* A quo Ἱππηνὴ regio cognominata, apud Ioseph. L. III. Bell. Iud. c. 2. p. 832. H.

b. *Tarichea)* Ταριχέα Stephano. Iosepho, L. III. Bell. Iud. c. 16. p. 857. Ταριχαίαι Vrbem Iudaeae validissimam Tarichaeam vocat Suetonius in Tito. H.

c. *Et lacum)* Genesaram scilicet, quam Tarichaeum aliqui vocabant, et Tiberiadis, a vicinis vrbibus: vt Geneuae dicimus et Lausannae, et Lemanum lacum. A Tarichaea nomen quoque inuenisse lacum eum innuit Strabo, L. XVI. p. 764. vt inanis iam sit Drusii coniectura, locum hunc pro arbitrio immutantis, in Comm. ad voces Hebraic. Noui Test. c. 24. p. 41. H.

d. *Tiberiade)* Τιβεριὰς, πόλις τῆς Ἰεδαίας, πρὸς τῇ Γεννεσερίτιδι λίμνῃ. Steph. In gratiam Tiberii ab Herode tetrarcha sic appellata, quae prius *Cenereth* dicebatur. H.

e. *Aquis calidis)* Ios. L. XVIII. Antiq. Iud. c. 3. p. 619. H.

f. *Vnde et nomen)* Ἄσφαλτος enim Graecis bitumen est. H.

g. *Corpus)* Viuum. Nam aqua bitumine spissa, non admittit corpora viua et spiritibus repleta. *Dalec.*

Nullum corpus) Viuum scilicet: qua de re vide Philosophum, L. II. Meterol. c. 3. p. 557. et Strabon. L. XVI. p. 763. Id vero expertum esse Vespasianum Augustum proiectis in lacum hominibus nandi imperitis, vinctisque post terga manibus, auctor est Iosephus, L. V. Bell. Iud. c. 5. p. 891. H.

recipit: h. tauri camelique fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum M. passuum, latitudine maxima i. xxv. [1] implet, minima sex. Prospicit eum ab oriente Arabia k. Nomadum, a meridie l. Machaerûs [2], secunda quondam arx Iudaeae, ab Hierosolymis. Eodem m. latere est calidus fons medicae salubritatis Callirrhoe n., aquarum gloriam ipso nomine praeferens [3], (XVII. *) Ab [4] occidente o. litora Esseni fugiunt,

1. LXXV. *Ch.* 2. *Macherûs*, *Gr.* 3. *prae se ferens.* 4. *sic ex MSS. em. Hard. fugitant Gr. et Al. Ab occidente littora Esseni habitant. Hos fugitant vsquequaque nocentes. V. ita leg. et Rhodig. lego, Ab occidente litora Esseni habitant vsquequaque, Gens, etc.*

h. *Tauri, etc.*) Solinus c. 35. p. 64. Aliud est quod Iosephus ait loco cit. lacum eum plurimis locis vomere bituminis glebas; quae super vndam et facie et mole tauris assimiles natent. H.

i. XXV.) Vide Not. et Em. N. XLIII. (hic adi.) XXV. *implet.*) R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. LXXV. quod fidem superat, et a ceterorum scriptorum consensu abhorret. Isidorus, L. XIII. Orig. c. 19. latitudinem stadiis centum et quinquagenis circumscribit, quae sunt millia passuum fere XIX. Hausit Isidorus a Iosepho, vt quidem videtur, L. V. Bell. Iud. c. 5. p. 892. H.

k. *Arabia Nomadum*) Quae a Palmirenis solitudinibus, vnde initium ducunt, ad meridiem descendit, vltra Asphaltiten lacum. H.

l. *Machaerûs*) Μαχαιροῦς Stephano et Iosepho, qui L. XVIII. Antiq. Iud. c. 7. p. 626. ibi necatum ab Herode Christi Domini Praecursorem refert. Id Peraeae regionis Iudaeae parte meridionali a Iosepho locatur, L. III. c. 2. p. 833. H.

m. *Eodem latere*) Latere Asphaltitae lacus meridionali. H.

n. *Callirrhoe*) Καλλιῤῥόη Ptol. L. V. c. 16. Καλλιρόη Iosepho, L. XVII. Antiq. Iud. c. 8. p. 598. cuius fontes calidos, praeter vim medicam, potui quoque iucundos esse asseuerat Solini hallucinationem, c. 35. p. 65. hunc fontem Hierosolymis proximum statuentis, Plinii loco

fugiunt, vsque qua nocent: gens sola *p.*, et in toto orbe

loco perperam intellecto, iam pridem Salmasius insectatus est, p. 579. H.

* *Gens Essenorum)* Essenos Iosephus lib. XVIII. antiquit. Iudaeor. Philosophos vt et Sadducaeos et Pharisaeos ἀπὸ τῆς ὁσιότητος dictos vult. Rhodig. c. 9. V. Alii vocem eam significare putant τὰς θεωρητικὰς. Illorum placita Philo longa oratione recitat libello, Omnes studiosos liberos esse. *Dalec.*

o. *Ab occidente litore Esseni fugitant, etc.)* Legend. *Ab occidente litora Hesseni fugiunt vsque qua nocent, gens sola et praeter ceteras mira.* Fugiebant littora Hesseni, vt interiora Iudaeae habitarent, ne puritati ac tranquillitati vitae quam sectabantur, maritima commercia nocerent. *Salmas.* p. 612. b. 613. a. Sequentia sic lege: *quos vita fessos ad eorum mores fluctibus agitata eiicit* vel *agitata iacit, etc.* Mare fluctibus agitatum plerumque nauigantes ad aliquod littus eiicit, etc. *Salmas.* 616. a. Praecessit *socia palmarum.* Mira loquutio, an quod inter Palmeta viuerent? imo et absurda. Puto scripsisse: *esu palmarum.* Salmas. ibid.

Ab occidente) Ab occidente, inquit, litora Asphaltitae lacus Esseni refugiunt, siue tantum ab eo lacu recedunt, quoad vis illius malefica pertingit. Nam letales exspirat auras, vicinumque aerem inficit. Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic adi.) *Ab occidente litora)* Asphaltitae videlicet lacus, vt diximus, non ipsius mediterranei maris, vt Salmasius intellexit, p. 612. et 613. in Solin. vbi et illa Plinii verba subsequentia, *vsque qua nocent*, sic explicat: Quatenus ea litora, maritimaque commercia nocent agri colendi studio tantum addictis. Atqui neque eo mari, quod Mortuum appellabant, vlla commercia; neque agriculturam, artemque vllam exercebant Esseni Theoretici, de quibus hic Plinius: sed diem totum in sacrorum librorum meditatione transigebant, neque limen egrediebantur. Non igitur commerciorum frequentia nocere poterant Essenis haec litora, sed vi malefica, et letali aura. Grauitate enim odoris, vt ait Tacitus, L. V. hist. accolis pestifer hic lacus fuit. *Natura dirum* idcirco Plinius proxime antea appellauit. H.

p. Gens sola) Hoc est, solitaria, et a populorum frequentia seiuncta. De Theoreticis

orbe praeter ceteras mira, fine vlla femina, omni Venere abdicata, fine pecunia, focia palmarum *q*.. In diem ex aequo conuenarum turba renafcitur, large frequentantibus, [1] quos vita feffos ad mores eorum fortunae [2] fluctus agitat. Ita per feculorum millia (incredibile dictu) gens aeterna eft, in qua nemo nafcitur. Tam fecunda illis aliorum vitae poenitentia eft. Infra hos *r*. Engadda oppidum fuit, fecun-

1. *Quos vita feffos fortunae fluctus ad mores eorum agit. Pint.* 2. *fluctib. Ch. Tol.*

reticis Effenis haec accipi debere, qui in fola facrorum codicum meditatione diem totum tranfigebant, neque artem exercebant vllam, tum verba haec fuadent, tum quod mox addit, gentem eam fociam effe palmarum, hoc eft, in palmetis, adeoque defertis locis aetatem degere. De Practicis, quod alterum genus eft Effenorum, (quamquam et ii diuifi bifariam, nam alii ἄγαμοι et coelibes fuerunt, alii nuptiis implicati:) refert Iofephus eos in vrbibus degere, L. II. Bell. Iud. c. 7. p. 785. vbi ceteros Effenorum mores defcribit. H.

q. Socia palmarum) Vide Not. et Em. N. XLV. (hic adi.) *Socia palmarum)* Difplicet Salmafio, in Solin. p. 616. ea locutio: fcribi iubet, *Efu palmarum*, quoniam Solinus, c. 35. p. 65. *palmis victitare* dixit. Sam. Petitus, Var. Lect. L. II. c. 7. p. 134. legendum coniicit, *Satias palmarum:* hoc eft, palmis victitabant, eoque fe cibo explebant. Vtraque correctio abruptam et inconditam lectionem facit: cum vulgata fcriptura, et a fcriptis codicibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Parif. Chiffl. ceterifque, et ab ipfa fententia auctoritatem habeat. *Socia palmarum* gens dicitur, quae in palmetis procul ab hominum ftrepitu et frequentia degit: et quidem perbene latine. Sic L. XII. f. 5. *platanus in Lycia* dicitur *gelidi fontis focia amoenitate*. H.

r. Infra hos) Solinus, c. 35. p. 65. *Infra Effenos Engadda oppidum fuit, fed excifum eft.* Πολίχνη Ενγαδδί Iofepho, L. V. Bell. Iud. c. 3. *Inde opobalfamum venit*, inquit Hieron. L. de Loc. Hebr. *quas vineas Engaddi Salomon nuncupat: Vicus eft praegrandis Iudaeorum iuxta mare mortuum.* H.

eundum ab Hierosolymis fertilitate, plametorumque nemoribus: nunc alterum bustum. Inde *s.* Masada castellum in rupe, et ipsum haud procul [1] Asphaltite. Et hactenus Iudaea est.

XVI. (XVIII.) Iungitur ei latere Syriae *t.* Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem obseruant. Plurimi [2] tamen [3] Damascum ex epoto riguis *u.* amne Chrysorrhoa fertilem: *x.* Phila-

1. ab Asphal. 2. *Plurimum. Ch.* 3. *Sic partim ex MSS. partim ex coniectura em. Hard. Damascum et Opoton riguas amne Chrysorrhoa fertilem. Gr. et Al.*

s. Masada) Solin. l. c. *Iudaeae terminus Massada castellum.* Ita et Martian. L. VI. p. 219. Μασάδα Ios. L. V. Bell. Iud. c. 3. p. 887. castellum validissimum haud procul Hierosolymis, ἐ πόῤῥω Ἱεροσολύμων. Straboni, L. XVI. p. 764. Μοασάδα. H.

t. Latere Syriae) Qua vergit in Syriam Coelen et Libanum montem. Oppida habuit Decapolitana regio celebriora vltra Iordanem, atque vt Plinius ait, in Arabiam recedentia. Arabiae enim Nomadum appellatione fere censetur, quidquid vltra Iordanem est. Tamen etiam cis Iordanem habuit nonnulla. Nam et Christus a finibus Tyriorum ad mare Gallilaeae perrexisse dicitur per fines Decapoleos. H.

u. Plurimi tamen Damascum et Opoton riguas, etc.) Lege: *plurimi tamen Damascum, et Opoton riguis ex amne Chrysorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphaneam.* Vel etiam: *riguis amnis Chrysorrhoae fertilem.* Nihil verius. *Rigua* Plinio sunt ὀχετεῖαι. Sequitur, *omnia in Arabiam reincidentia.* Malo tamen credere Plinium scripsisse: *Damascum Eupoton riguis, etc.* cum adiuncto epitheto ad discrimen alterius cuiusdam Damasci. Hoc indubitatum, atqui εὔποτος idem quod εὐπότιστος, irrigua et riuis bene satura. Sequitur *Pella, Gerasa, Canatha.* Male *Galasa.* Vide *Salmas.* p. 617. a. b. *Plurimi tamen Damasc. et Opoton, etc.)* Lege: *Plurimi tamen Damascum ex epoto riguis amne Chrysorrhoa fertilem, etc.* Vrbs Damascus fertilis est, quia crebris suis riguis totum epotat Chrysorrhoam. Notum est vniuersum amnem istum in crebros dispersum riuos emori. Vide *Isac. Vossium* in *Melam* pag. 28.

Dama-

Philadelphiam, Rhaphanam *y.*, omnia in Arabiam recedentia. *z.* Scythopolin[1], (antea Nysam *a.* a Libe-

1. *Scythopolin deductis Scythis, antea Nysam, a Libero patre sepulta nutrice ibi.*

Damascum ex epoto riguis) Fertilem ait esse Damascenum agrum, quia totum epotat Chrysorrhoam amnem, dum ad rigua distrahitur. Testatur id etiam Strabo, L. XVI. p. 755. Ὁ *μὲν Χρυσοῤῥόας ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Δαμασκηνῶν, πόλεως καὶ χώρας, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκεται*, etc. Hodie *Damas.* Chrysorrhoam sic distrahi, vt singulae aedes et horti fontem ex eo deriuatum habeant in vrbe, auctor est Bellonius, Obs. L. II. c. 91. Volusiani nummus aereus minoris formae in Cimelio nostro Parisiensi: COL. DAMAS. METR. H.

x. Philadelphiam) Φιλαδελφία Ptol. L. V. c. 15. in Decapolitana regione. Stephanus a Ptol. Philadelpho nomen inuenisse ait. A Iosepho, L. III. Bell. Iud. c. 2. p. 833. in Peraea collocatur. In Arabiae confinio, a Plinio. Vnde circumiectus ager, Ἀραβία τῆς Φιλαδελφίας dicitur Epiphanio in Ἀνακεφαλ. p. 145. In nummis ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΟΙΛ. CΥΡ. Κοίλης Συρίας. H.

y. Rhaphanam) Ῥαφανέαι Stephano: Iosepho L. VII. Bell. Iud. c. 19. Ῥαφαναίαι. In Conc. Nic. *Bassianus Rhaphaneensis*, ex prouinc. Syriae Coeles. Insignis est Raphanae nummus percussus, Anniae Aureliae Faustinae nomine, quae soror fuit M. Aurelii Seueri Alexandri Imp. ΑΝΝΙΑ ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ C. hoc est, Σεβαστή, *Augusta.*)(. ΕΠΙ CΥΡ. ΚΥΡΙΝΟΥ. Sub *Praetore Cyrino.* ῬΑΦΑΝΕΩΤΩΝ. Nummus *Raphaneotarum.* ΛΟC. A. CCLXXI. aerae Caesarianae. Egimus de hoc nummo fusius in Diario Treuoltiano, et alibi. H.

z. Scythopolin) Cis Iordanem haec sita, nec iam in Arabiam recedens, vt superius memoratae vrbes. Ciuitatem Decapoleos maximam, et Tiberiadi vicinam facit Iosephus, L. III. Belli Iudaici, c. 16. p. 856. Galilaeae Strabo, L. XVI. p. 763. Meminere Ptolem. Steph. et alii. Antoninus a Gadara, de qua statim dicemus, distare ait M. P. XVI. H.

a. Antea Nysam, etc.) Ita Stephanus: Νύσα κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πόλις. Haec porro parenthesi inclusimus, ne forte cum Solino existimares Scythas a Libero Patre

Libero Patre, sepulta nutrice ibi) Scythis deductis. Gadara *b.*, *c.* Hieromiace [1] praefluente, *d.* et iam dictum [2] Hippon: Dion *e.*, Pellam *f.* aquis diuitem, *g.* Galasam [3], Canatham *h.*. Intercursant cinguntque has vrbes tetrarchiae *i.*, [4] regionum instar

Aa 3

1. Gaddara Hieromiace coniunctim. Gr. Hieromice Ch. 2. Hippodion. Ch. Hippon Dion coniunctim Gr. 3. Gadaram. 4. regnorum. M. V. et Ch.

tre deductos. Scytharum excursionis meminit Eusebius in Chron. qui eosdem ait suum huic vrbi nomen indidisse, quae prius Βεθσάνη, καλεμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις, inquit Ioseph. L. XII. Ant. Iud. c. 12. p. 418. H.

b. Gadara) Γάδαρα Stephano, qui Coeles Syriae vrbem esse ait. Ptol. L. V. c. 15. Decapolitanae; (sic enim habet Paris. codex) adiudicat. Τὰ Γάδαρα, et Ἵππον et Γαυλανῖτιδα regionem, ceu loca inter se vicina admodum coniungit Iosephus, L. II. Bell. Iud. c. 19. p. 813. H.

c. Hieromiace) Amne. MSS. *Hieromice. Iarmoch*, e montibus Galaad fluens, in regione Gergessaeorum, quorum fuit regio Gadarena. H.

d. Et iam dictum) Sect. sup. Palaestinae vrbs a Stephano appellatur. H.

e. Dion) Δῖον Ptol. L. V. c. 15. in Decapolitana; Pellam inter et Gadara. H.

f. Pellam) Πέλλα Ptol. l. c. Steph. Πέλλα, κοίλης Συρίας ἡ Βοῦτις λεγομένη. A Iosepho L. III. Bell. Iud. c. 2. p. 833. in Peraea collocatur. H.

g. Galasam) Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic posit.) *Galasam)* ita libri, quos vidi manu exaratos, typisue editos. Tamen Gerasam scribi oportere paene persuadet hic Iosephi locus, haec quae modo a Plinio commemorantur oppida, eodem ferme ordine recensentis, L. II. Bell. Iud. c. 19. p. 813. Φιλαδέλφειάν τε, καὶ Γέρασσαν, καὶ Πέλλαν, καὶ Σκυθόπολιν· ἔπειτα Γαδάροις καὶ Ἵππῳ, καὶ τῇ Γαυλανίτιδι, etc. H.

h. Canatham) Τὰ Κάναθα τῆς κοίλης Συρίας. Iosepho L. II. Bell. Iud. c. 14. p. 742. Ptolemaeo item et Stephano. H.

i. Tetrarchiae) Tetrarchia non modo pars regni quarta appellatur, sed et mediocris quaelibet ditio; ita vt singulae fere vrbes tetrarchiae fuerint, cum circumiacente agro:

ſtar ſingulae, et in regna contribuuntur *k.*, Trachonitis *l.*, Paneas *m.*, in qua Caeſarea cum ſupradicto fonte: Abila *n.*, Arca *o.*, Ampeloëſſa *p.*, [1] Gabe *q.*. XVII.

1. *Gabala. V.*

agro: Plures etiam quandoque tetrarchiae in vnum tetrarcham Auguſtorum beneficio ac iuſſu collatae. H.

k. Et in regna) Totidemque regna cenſentur. Sic Abilenen Lyſaniae regnum, Λυσανίου βασίλειαν Ioſephus appellat, L. II. Bell. Iud. c. 11. p. 796. H.

l. Trachonitis) Trachonitidis regionis tetrarcha Philippus, apud Lucam, c. III. H.

m. Paneas, in qua Caeſarea) Legendum, vt ante dixi, *Panias*, Ioſepho auctore, lib. ſecundo Iudaici belli multis locis, confirmante id etiam Hegeſippo. Ptolemaeus quoque libro quinto: *Phoenices*, inquit, *mediterraneae ciuitates*, *Arra*, *Palaeobiblos*, *Gabaela*, *Caeſarea*, *Panias*. Stephanus in mentione Caeſareae: *Paneas*: ſed opinor vitio exemplaris. *Pintian.*

Paneas) Πανεὰς regionis nomen, in qua condita Caeſarea Philippi dicta, tetrarchae nomine, qui Herodis frater. Eadem quoque a vicino fonte, Caeſarea Paneas appellata. In nummo M. Aurelii KAIC. CEB. IEP. KAI ACY. YΠ. ΠΑΝΕΙΩ hoc eſt, Καισάρεια σεβαςὴ ἱερὰ καὶ ἄσυλος ὑπὸ Πανείῳ. Sic et a fonte nomen accepiſſe videtur, vt Plinio et Stephano creditum: et a monte vnde fons manat, quod Πάνειον ὄρος Euſebio dicitur, L. VII. hiſt. eccl. c. 17. H.

n. Abila) Hinc Lyſanias Ἀβιληνῆς tetrarcha, Luc. III. oppidum Ἀβίλη Ioſepho, L. IV. Ant. Iud. c. 7. p. 118. in loco palmetis conſito ad Iordanem. In Coeleſyria collocatur ab Antonino in Itin. a Damaſco, M. P. XVIII. Hodie *Bellinas* H.

o. Arca) Ἀρκαίας et Ῥαφαναίας regni Agrippae ciuitates duas appellat Ioſeph. L. VII. Bell. Iud. c. 24. p. 976. Phoeniciae a Ptolemaeo adſcribitur Ἄρκα, L. V. c. 15. inter oppida mediterranea. A Stephano quoque, Ἄρκη πόλις Φοινίκης, etc. etſi Stephani interpres cum Ace, hoc eſt cum Ptolemaide confundit. Fuit Arca ſcilicet in confinio Phoenices et Decapoleos. H.

p. Ampeloëſſa) Ἀμπελόεσσα. Vitibus conſitam regionem ea vox ſonat: vt vel Arcae potius, vel Gabes cogno-

XVII. (XIX.) Hinc redeundum *r.* eſt ad oram, [1] atque [1]Phoenicen. Fuit *s.* oppidum Crocodilôn, [2] eſt flumen *t.*: memoria vrbium, Dorum *u.*, [3] Sycami-

Aa 4 num

1. ac Phoenicem in qua fuit oppidum. V. *2. et M.* *3. Sycaminon, promont. Gr.*

gnomen, quam oppidi alterius nomen id eſſe videatur. H.

q. Gabe) Ita libri omnes. Γάβαν appellat Ioſephus L. II. Bell. Iud. c. 19. p. 814. Gabbam Plin. L. XII. ſ. 41. et Stephanus Γάββα, πόλις Συρίας· ἧς τὸ ἐθνικὸν Γαβηνός. Petri Epiſc. Gabbi mentio in Epiſt. Synodali primae Syriae ad Leonem Imp. in Conc. Chalced. In vetere nummo Muſei noſtri Pariſ. ΓΑΒΗΝΟΝ. H.

r. Hinc redeundum) Vnde oratio deflexerat, ſ. 14. ab his verbis: *Finis Palaeſtinae — — Deinde Phoenice.* H.

s. Fuit oppidum) Nihil eius ſupereſſe innuit praeter nomen: quod et Strabo ſignificat his verbis, L. XVI. p. 758. Καὶ πολιχνίων ὀνόματα, πλέον δ' οὐδέν. Συκαμίνων πόλις, Βουκόλων, καὶ Κροκοδείλων πόλις, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. H.

t. Eſt flumen) Quo vero id nomine? An eodem, quo oppidum? ποταμὸς κροκοδείλων. An potius eum, cuius oſtia Ptol. L. V. c. 15. prope Dora collocat. Χερσέου ποταμοῖς ἐκβολαί. Vtrouis nomine idem amnis deſignatur. H.

u. Dorum, Sycaminum, Promontorium Carmelum) Ptolemaeus, *Dora:* Stephanus, *Dorus.* Par varietas in vrbe ſequente. Stephanus neutra terminatione in recto *Sycaminon* nominat: Ptolemaeus et Strabo genitiui pluralis deſinentia, *Sicaminων*, hoc eſt, mororum ciuitas, ſicut paulo ante Crocodilon, hoc eſt, crocodilorum. Et ita interpretes Ptolemaei et Strabonis verterunt, ille Graeco genitiuo vſus Sycaminων, hic Latino Sycaminorum et Crocodilorum. Quapropter Hermolai ſententia non placet, qui in Strabone legit in recto ſingulari *Sycaminon.* Cuius erroris potuiſſent eum admonere duo plurales genitiui ſequentes, *Bucolων* et *Crocodilων*, vt ſupra *Alabaſtrων*, et *Lycων*, et infra hoc ipſo capite, *Ornithων*, et rurſus ſequente *Leontων:* hoc eſt, alabaſtrorum, luporum, auium, leonum vrbes. Corrigendus igitur Ptolemaeus Graecus, in quo Sycaminos ſcriptum eſt, pro *Sycaminon.* Prae-

num *x*., Promontorium Carmelum *y*., et in monte oppidum, eodem nomine, quondam Ecbatana *z*. dictum. Iuxta Getta *a*., Iebba: riuus *b*. Pagida [1], siue

[1]. *Pigida* ἀπὸ τῶν πηγῶν. *Pacida. Ch.*

Praeterea *Carmelus* in recto omnes proferunt, nemo *Carmelum*. Nota res, nec confirmanda verbosius. *Pint.*

Dorum) Fuit cum *Dorôn* scribi mallem et *Sycaminôn*, quia sic Crocodilôn dixisse videtur, patrio casu. Nam Graece Δῶρα Ptol. l. c. in ora Phoeniciae. Scylaci, p. 40. Δῶρος, πόλις Σιδωνίων. Meminere Eusebius et Hieron. de loc. Hebr. At libros veteres sequimur probatiores. H.

x. *Sycaminum*) Συκαμίνων Straboni, l. c. a recto Συκάμινον, vt docet Stephanus. H.

y. *Carmelum*) Κάρμηλος τὸ ὄρος Straboni l. c. Vide Not. et Em. N. XLVII. (hic est) *Carmelum, et in monte oppidum eodem nomine*) Dum haec scriberem, venit in mentem illius loci apud Iosephum, L. III. Bell. Iud. c. 2. p. 832. Κάρμηλος τὸ πάλαι μὲν Γαλιλαίων, νῦν δὲ Τυρίων ὄρος· ᾧ προσίσχει Γάμαλα πόλις Ἱππέων, etc. *Carmelus mons, quondam Galilaeorum, nunc autem Tyriorum: cui coniuncta est Gamala ciuitas Equitum*, etc. Suborta-que suspicio est, significari hoc loco illud ipsum oppidum, quod eiusdem nominis fuisse cum monte Plinius asseuerat: legique oportere: τῷ προσίσχει Κάρμηλα, etc. Moneo tamen modo, non definio. H.

z. *Ecbatana*) In MSS. *Acbetana*. Steph. p. 12. Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας. Per α et ε scribi a priscis auctoribus promiscue monet. Et p. 255. Ἐκβάτανα, Συρίας πόλις. In hac vrbe Cyri F. Cambyses obiit, oraculo delusus, cum in Ecbatanis Mediae decessurum se speraret. Herod. L. III. Thalia, p. 186. et 187. H.

a. *Getta*) Forte Γίττα, quam πόλιν Παλαιςίνης Polybius vocat in Excerpt. e Libro XVI. Non est Gith vel Geth, de quo Euseb. et Hieron. in loc. Hebr. De Iebba scriptores ceteri silent. H.

b. *Pagida*) MSS. *Pacida*. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Qui *Pagida* scripserunt, ἀπὸ τῶν πηγῶν deduci nomen Syrum voluerunt. H.

fiue Belus *c.*, vitri fertiles arenas [1] paruo littori miſcens. Ipſe e palude *d.* Cendeuia [2] a radicibus Carmeli profluit. Iuxta colonia Claudii Caeſaris Ptolemais *e.*, quae quondam *f.* Ace [3]. Oppidum Ecdippa *g.* Promontorium Album *h.*, Tyrus *i.* quondam

1. *in Man. deeſt.* 2. *Candelabra V.* 3. *Acon. V.M.*

c. *Belus*) Vide cap. 26. lib. XXXVI. *Dalec.*

Belus) Stephano, Βῆλος, verbo Ἄκη, Ioſepho, L. II. Bell. Iud. c. 9. p. 790. Βήλεος ποταμὸς παντάπασιν ὀλίγος, ſtadiis a Ptolemaide duobus, hoc eſt, paſſ. CCL. vallem praeterfluens, atque arenam voluens ſecum perpetuo, vitreis operibus conficiendis aptam. De eo amne rurſum L. XXXVI. ſ. 65. De arenis litoris huiuſce vitrariis vide etiam Strabonem, L. XVI. p. 758. H.

d. *Cendeuia*) MSS. omnes *Cendebria.* An a Κενδεβαίῳ duce nomen, quem ab Antiocho miſſum ad vaſtandam Iudaeam refert Ioſephus, L. XIII. Antiq. c. 13. p. 447. Libr. XXXVI. ſ. 65. MSS. *Candebea.* H.

e. *Ptolemais*) Huc pertinent nummi Antonini et Getae, apud Patinum, p. 299. et 317. COL. PTOL. ille praeſertim Antonini, qui Serapidis effigiem habet: cuius cultum in Syria familiarem fuiſſe, ex Caeſareae nummo a nobis antea laudato, perſpicuum eſt. Fruſtra igitur haeret Patinus, quo ſui illi nummi ſpectent. H.

f. Ace) Strabo, L. XVI. p. 758. ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον. Ex Strabone Stephanus: Ἄκη, πόλις Φοινίκης — — αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Demetrius apud Harpocrat. verbo Ἄκη, id nominis arci Ptolemaidis fuiſſe ait. Cauſam appellationis huius vide apud Steph. verbo Πτολεμαῒς. Hodie *S. Iean d'Acre.* H.

g. *Ecdippa*) Ἐκδίππα Ptol. L. V. c. 15. inter Ptolemaida et Tyrum. Ioſepho L. I. Belli Iudaici c. 11. Ἔκδιππος. H.

h. Album) Hi Tyrii montes, Chriſtianis in his oris bello notiſſimi: quorum promontorium hodie *le Cap Blanc.* H.

i. Tyrus) צר ſeu צור, Tſor Ebraeis dicta. Vnde et Sarram ſuam mutuati ſunt ſcriptores Latini. Qua de re P. Merula ſuper Ennium p. 393. *Dalec.*

Tyrus) Hodie *Sour*: vt apud Hebraeos olim צור *Tſour,*

dam insula, praealto mari septingentis passibus diuisa, nunc vero Alexandri *k.* oppugnantis operibus continens, olim partu clara, vrbibus genitis; Lepti *l.*, Vtica, et illa Romani [1] imperii aemula, terrarum

1. *Rom. Imp. aemula; haec in Tol. exemplari non leguntur nec in Ch.*

Tsour, quae vox munitum oppidum sonat. Est nummus Antonini Soaemiadis filii, inscriptus, TYRIORVM, superne: infra ΔΕΙΔΩΝ. At caue ibi Didonem cogites, vt nobis olim alios secutis incaute excidit: cum viri potius nomen foret Δείδων, vt Πλάτων, Ἀρίςων, et similia, quam feminae. Dea quae ibi pingitur stolata, ipsa Tyrus est: et literis illis subest haec sententia: ΔΕΙμᾶν Δόμους Ὥρα Νέους, *Nunc tempus est nouas aedificare domos.* Quoniam videlicet sub Seuero Imp. diruta ab Arabibus vel Parthis Tyro, colonia eo missa Latina fuerat: vnde nummi Latine deinceps inscripti leguntur, COL. etc. adscitis etiam Graecis hominibus, in ciuitatem: quam ob causam et ΗΡΑΚΛΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ certamina in vno TYRIORVM nummo Graece scribuntur. Itaque sub Antonino Soaemiadis filio aiunt incolae, quiete a bellis data, tempus esse, vt nouae ciuibus aedificantur domus. Propterea pictus est in eo nummo ad Tyri pedes operarius, qui ligone domorum fundamenta fodit: et alter tecto domus tegulas disponit. H.

k. Alexandri oppugnantis operibus continens) Vide Quint. Curt. de reb. gestis Alexandri Magni libro IV. et Arrian. lib. II. Diod. Sicul. lib. XVII. *Dalec.*

Continens) Hoc est continenti adhaerens, illo ipso, quem Alexander struxerat, aggere, Strabo, L. XVI. p. 757. H.

l. Lepti, etc.) Isidorus, L. XV. Orig. c. 1. *Phoenices a Rubro mari profecti, Sidonem vrbem opulentissimam condiderunt. —— Ipsi etiam Tyrum in Syria: ipsi Vticam in Africa, Hipponem, Leptim, aliasque vrbes in ora maritima condiderunt: ipsi Thebas in Boeotia duce Cadmo, etc.* Curtius, L. IV. c. 19, de Tyro: *Coloniae certe eius paene orbe toto diffusae sunt: Carthago in Africa, in Boeotia Thebe, Gades in oceano.* A Tyriis Thebas esse conditas asseuerat, quas Plinius Sidoniis adscribit: vt vicissim Tyriorum partum Leptim Plinius esse statuit,

rarum orbis auida, Carthagine: etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus xix. mill. pass. est, intra Palaetyro *m.* inclusa. Oppidum ipsum xxii. stadia obtinet. *n.* Inde [1] Sarepta [2], et Ornithon *nn.* oppida: et Sidon *o.* artifex vitri, Thebarumque Boeotiarum parens. (XX.) A tergo *oo.* eius mons Libanus orsus, mille quingentis stadiis Simyram vsque porrigitur *p.*, qua Coele Syria cognominatur. Huic

1. *Inde Euhydra, Sarepta. Gr. Enhydra. V.* 2. *Sarapta. V.*

statuit, quam a Sidoniis conditam Sallustius pronunciavit, L. de Bello Iugurth. p. 115. Sed ab iisdem nimirum orti parentibus, Phoenicibus scilicet, Tyrii Sidoniique. Vticam a Tyriis conditam Velleius quoque affirmat L. I. p. 3. Quo vero id anno contigerit, dicemus L. XVI. s. 79. H.

m. Palaetyro) Παλαίτυρος, (ea vox antiquam Tyrum sonat) quam a Tyro noua distare stadiis XXX. hoc est, pass. ter mille, DCCL. auctor est Strabo, L. XVI. p. 758. H.

n. Inde Sarepta) Σαρεφθὰ Iosepho, L. VIII. Antiq. c. 7. p. 285. medio Tyrum inter, et Sidonem interuallo. Hinc Sareptana, vidua, 3. Reg. XVII. Hactenus editum sic est: *Inde Euhydra, Sarepta.* Sed *Euhydra* nulli MSS. agnoscunt. Ἔνυδρα Strabonis, L. XVI. p. 753. vltra Aradum sita, non est huius loci. H.

nn. Ornithôn) Medio quoque interuallo Tyrum inter et Sidonem, hoc est, centum vtrimque stadiis, siue pass. XII. M. D. Ὀρνίθων πόλις λεγομένη, Auium, seu mauis Gallinarum oppidum, a Strabone collocatur, L. XVI. p. 758. H.

o. Et Sidon artifex) Quoniam arenae vitrariae, de quibus superius, dictum, Sidonem deferuntur, vbi fornaces officinaeque vitrariae, arenarum fusioni aptae. Strabo l. c. Hodie *Sayd.* H.

oo. A tergo eius) Sidonis. H.

p. Porrigitur) A Sidone Simyram vsque, versus, septemtrionem: quae pars Syriae, Coele dicitur, hoc est Caua. H.

Huic par *q.*, interueniente [1] valle, mons aduersus Antilibanus obtenditur quondam muro coniunctus. Post eum *r.* introrsus, Decapolitana regio est, praedictaeque cum ea tetrarchiae, et Palaestinae tota laxitas. [2] At in ora etiamnum subiecta Libano, fluuius Magoras *s.*: Berytus colonia, quae Felix *t.* Iulia

1. *interiacente.* Gr. 2. *In ora autem subiecta Lib. fl. Nagoras.* Ch.

q. Interueniente valle) In Amphitheatri formam: claudente vallem a septemtrione, et ab occasu, Libano monte, quem nunc populi incolunt, noua appellatione dicti, *les Druses*: ab meridie, et oriente, Antilibano, *l' Antiliban.* H.

r. Post eum) Post Antilibanum, versus ortum Solis, Damascus occurrit, et Decapolitana: versus meridiem, laxissimus, hoc est vastissimus Palaestinae tractus. H.

s. Magoras) Qui Straboni L. XVI. p. 756. medio spatio inter Sidonem, et Berytum. Nunc vocant incolae, patria lingua, *la riviere d' Amour.* H.

t. Felix Iulia) Nummus aereus formae mediocris Traiano Imp. cusus, in Cimelio nostro Parisiensi asseruatur, cuius epigraphe COL. IVL. AVG. FEL. BER. *Colonia Iulia Augusta Felix Berytus* Est vnus singularis ex aere magno in Museo D. Abbatis de Fontenu, sic inscriptus: IMP. C. M. OP. SEV. MACRINO. *Imperatori Caesari Marco Opelio Seuero Macrino.* Caput laureatum .)(. Lupa cum gemellis. Supra, BOS: infra, FEL. sic interpretamur: *Berytus Opeliis Saluis* FEL*ix*. Fuere Macrinus et Diadumenianus ex gente Opelia: vtrique obtigerat tutanda Phoenice. Idcirco alludens ad suum cognomen *Berytus* colonia, *saluis Opeliis Felicem* se esse ac fore praedicat. Sic in Diocletiani et Maximiani Augustorum nummis, et Constantii et Maximiani Caesarum legimus, SALVIS. AVGG. ET CAESS. FELIX KARThago. *Opelios* scripsit Berytus, non Macrinum; vt Opelios aeque Diadumenianos complecteretur, ac Macrinos: quae sunt duo Opeliorum cognomina: Quemadmodum si *saluis Borbonis* dixero, omnes ex ea gente, cum ipso Rege, Aurelianenses, Condaeos, Contiosque eo nomine comprehendero. Sub effigie Imperatoris sunt literae quatuor ΔΕ SC. Δημ-

lia appellatur. Leontos *u.* oppidum *x.*; flumen Lycos *y.*, Palaebylos; flumen Adonis. Oppida: Byblos *z.*, Botrys *a.*, *b.* Gigarta [1], Trieris *c.*, Calamos

1. Sycarda. Cb.

μϐ Εὐχῇ, *Populi Rogatu, Senatus Consulto.* Ab Agrippa Augusti genero deductam coloniam auctor est Strabo l. c. Verius suspicamur a Lucio Sulla Felice collega Augusti Consulis duodecimum: vnde illi cognomina Felicis Iuliae Augustae, *Berytensis colonia Augusti beneficiis gratiosa*, inquit Vlpianus, L. L. Digest. tit. 15. de censibus. Βηρυτὸς Graecis dicitur, producta penultima Syllaba: nobis *Barut*, indigenis *Birout*. Olim binominis fuit: nam et Beroeam appellatam esse auctor est Euseb. in Chron. H.

u. Leontos) Λέοντος, vel vt Scylax, p. 40. et Strabo vocat, L. XVI. p. 756. Λεόντων, hoc est, Leonum oppidum. H.

x. Leontos oppidum) Scribendum, vt admonui, *Leontων*, id est, leonum, ex Strabone XVI. male eius interprete transferente *leonum. Pintian.*

y. Lycos) Straboni, p. 755. Λύκος ποταμὸς inter Byblum et Berytum: Mox Byblum sequi deinde dicit Ἄδωνιν ποταμὸν, ac postea Παλαίβυβλον, quo ordine a Plinio nunc commemorantur. Canis nomen ei amni fecere nunc indigenae, *la riviere du Chien.* Adonidi vero Abrahae, *la Riviere d'Abraham.* H.

z. Byblos) Hesiodus: βίβλοὶ τ' ἀγχίαλον καὶ σιδῶν ἀνθεμόεσσαν. Sic dictam volunt, quod e Byblo compositi libri in ea repositi non corrumperentur. Idem poëta diebus feruidis, vmbrosa, saxosa, cauernosa quaeri iubet, et vinum byblinum bibi, celebratum ab Achaeo tragico, et Theocrito. Interpres Hesiodi exponit aquosum et tenue. Guillandinus in XIII. Plinii multo plura. Vide eius scripta. Vt et etymolog. magnum. Βίβλινος οἶνος et Steph. de vrb. *Dalecamp.*

Byblos) Βύβλος Stephano, cuius vocis originationem pluribus idem inuestigat. Hodie *Gebail.* H.

a. Botrys) Βότρυς πόλις Φοινίκης, Stephano. Indigenis, *El Batron.* Hinc Diagoras Botryensis, de quo diximus in Auctorum syllabo. H.

b. Gigarta) Strabo, L. XVI. p. 755. Βόσρα (lego Βότρυν,) καὶ Γίγαρτον, inter oppida numerat, quae sunt

mos *d.*; Tripolis *e.*, quam Tyrii et Sidonii et Aradii obtinent. Orthosia *f.*, Eleutheros flumen. Oppida: Simyra *g.*, Marathos *h.*, *i.* contraque Arados [1] septem

1. *Contraque Aradus septem stadiorum oppidum, etc. ex M. Vet. Cb. et Strab. Aradum Antarados septem Gr. et Al.*

sunt subiecta Libano. In Notit. Eccl. Prou. Phoeniciae, Γήγαρτα κώμη. H.

c. Trieris) Τριήρης χωρίον τι Straboni, p. 754. πόλις est Stephano, p. 664. Hinc sunt *Trieres* appellati a Daniele propheta, c. XI. 30. vt acute vidit Vulgatus Interpres. H.

d. Calamos) Has eodem ordine appellat Polybius, L. V. p. 574. Βηρυτὸν, Βότρυν, Τριήρη, καὶ Κάλαμον. H.

e. Tripolis) Mela concise, L. II. c. 12. *Tria oppida fuerunt, singulis inter se stadiis distantia: locus ex numero Tripolis dicitur.* Plinio Strabo suffragatur l. c. Nunc *Tripoli de Sourie*. H.

f. Orthosia) Ὀρθωσίας Straboni, p. 753. iuxta Ἐλεύθερον amnem quem hodie aiunt Sanctum vocari, *le Fleuve Saint.* Vrbem *Orthosida sacram* appellat Priscianus in Periegesi, p. 389. In nummis, ΟΡΘΩCΙΕΩΝ. H.

g. Simyra) Σίμυρος, τὰ Σίμυρα, Stephano, et Straboni, L. XVI. p. 753. Simyra castellum, Melae, l. c. H.

h. Marathos) Μάραθος πόλις ἀρχαία Φοινίκων κατεσπασμένη, *vetus Phoenicum ciuitas, nunc diruta*, inquit Strabo, l. c. Restituta posterius, hodie *Tortosa* dicitur. H.

i. Contraque Aradum Antarados) Exemplaria duo, magno consensu: *Contraque Arados septem stadiorum oppidum et insula*, etc. vt sit sensus: Contra Marathon vrbem in continente sitam oppositam esse in mari, cc. pass. submotam a continente, Aradum insulam, cum oppido eiusdem nominis, septem stadiorum. Quae lectio multo rectior est ea quam hic Hermolaus agnoscit, parum (vt mihi videtur) aptam. Quod vt sit perspicuum, Strabonis verba subiiciam libro XVI. *In fronte*, inquit, *iugosae cuiusdam et importuosae orae Aradus iacet, inter eius portum scilicet atque Marathum, distans a terra stadiis viginti. Ea est petra quaedam mari circumfusa, septem stadiorum ambitu.* Ex quibus Strabonis verbis apparet scribendum esse in Plinio, non

cc.

septem stadiorum ii. oppidum et insula, k. ducentos[i] passus

i. ducentis passib. Ch. ii. M. D. ex Strabone.

CC. *pass.* sed II. M. D. *pass.* aut si mauis, XX. *stadiis. Pintian.*

Contraque Arados) Hoc est, ex aduerso Marathi oppidi Arados insula in alto obiacet cum oppido. Vide Not. et Em. N. XLVIII. (hic adi.) *Marathos, contraque Arados septem stadiorum oppidum et insula*) Sic R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. vet. Dalec. etc. Sic ed. Parm. aliaeque vetustiores ante Hermolaum Barbarum, cui visum est sic emendare, *Contraque Aradum Antarados.* Atqui et vulgatae scripturae conciliat auctoritatem, tum consensus codicum: tum situs ipse locorum, tum Arriani testimonium, L. II. de Exped. Alex. p. 119. statuentis ex aduerso Marathi, non alterius cuiuspiam oppidi, Aradum esse: τήν τε Ἄραδον τὴν νῆσον, καὶ τὴν Μάραθον τὴν καταντικρὺ τῆς Ἀράδου ἐν τῇ ἠπείρῳ ᾠκισμένην, πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, etc. Inde factum Maratho alterum cognomen Antaradi. Et Melae quidem L. II. c. 7. et Straboni, vt diximus, in prioribus Notis, Arados insula est, oppidumque, eius amplitudinis, quanta nunc a Plinio assignatur: neutri laudata Antarados. Antaradi qui meminit Antoninus, nec Aradi is mentionem fecit, quod terrestri via iter commonstraret, nec Marathi, quod eius oppidi cognomen alterum esse Antaradum intelligeret. Vnus omnium Ptolemaeus vtrumque sane commemorat, Antaradum, Marathumque: sed is est, vt eruditi norunt, cuius fides in Geographicis rebus est admodum subiesta: tum certe maxime cum nullius ei scriptoris alterius patrocinatur auctoritas. Nam quis porro miretur in Asia Antaradum Marathumque in duo eum oppida distruxisse, qui Clupeam Aspidemque in Africae litore, ceu geminas ciuitates, qui sexcenta errata similia passim a nobis in hoc opere animaduersa, obtruserit? Esto igitur antiqua Marathos, eademque, quod contra Aradum in continente foret, Antarados olim cognominata, quae hodie, vti a viris accepimus, qui loca ea diligentissime perlustrarunt, *Tortosa* dicitur: deductis in eam videlicet, vt quidem remur, Orthosiae veteris, quae haud procul fuit, ciuibus incolisque, cum ipsa Orthosiae appellatione. H.

ii. Septem stadiorum) Hoc ipsum de Arado insula oppidoque

paſſus a continente diſtans. Regio *l.* in qua ſupra- dicti deſinunt montes, et interiacentibus campis, Bargylus mons incipit.

XVIII. Hinc *m.* rurſus Syria, deſinente Phoenice. Oppida: Carne, Balanea, Paltos, Gabale *n.*: pro-

doque Strabo, L. XVI. p. 753. H.

k. Ducentos paſſus) Strabo, ſtadia XX. quae efficiunt paſſus bis mille et ducentos. H.

l. Regio in qua) Transſcribit haec Martian. L. VI. c. de Arabia et Syria, p. 220. H.

m. Hinc rurſus) Hinc appellari rurſus Syria incipit, etiam in ora, vbi Phoenice deſinit. Phoeniciae tamen, Carne, Balaneaque a Stephano adſcribuntur. *Κάρνη, πόλις Φοινίκης.* Et, *Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λευκάς.* Vtraque Aradiorum ditionis eſt, cum Palto, teſte Strabone, L. XVI. p. 153. *ἡ τῶν Ἀραδίων παλαιὰ Πάλτος, καὶ Βαλαναία, καὶ Καράνος τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράδου,* Aradiorum nauale. Syria haec maritima eſt, cuius mentio eſt in nummis tribus Egnatiae gentis, perperam (opinor) hactenus intellectis. Sunt ii argentei in Muſeo noſtra, et apud Patin. in Famil. p. 103. Primus exhibet Cupidinis caput alatum, cum pharetra et arcu; ſymbolum Principis amici ac foederati, pro ſociis bellum gerentis. Epigraphe retro; MAXSVMVS .)(. Templum in quo Iuppiter ſtat, ſupra templum poſito fulmine parte dextra, qua ſtat ille: et e regione, Aſtaroth dea Sidoniorum, vti appellatur 4 Reg. XXIII. 13. cum pileo, indice libertatis, ſupra templum ſimiliter poſito, parte ſiniſtra, ita vt Deae vertici immineat. Infra C. EGNATIVS CN. F. latere ſiniſtro CN. N. *Cnei filius, Cnei nepos.* Dextro denique, XII. denarii pretium, quod tunc fuit aſſium duodecim. Alter habet caput Concordiae: retro, Cupido alatus, veluti ſtringit deae monile, *ſon collier de perles.* Retro, MAXSVMVS .)(. Imperator in curru biiugo, Victoria ſuperuolitante, et coronam porrigente. Infra C. EGNATIVS CN. F. CN. N. Tertius exhibet caput Libertatis: retro, pileus eſt, libertatis index: retro, MAXSVMVS .)(. Inter duos temones, qui ſint ſitus ad mare indices, ſtant Iuppiter et Aſtaroth, cum haſtis, Ioue pedem prorae nauis imponente; Victoria

promontorium *o.*, in quo Laodicea libera, [1] Diospolis

1. Dipolis. Ch.

ria deam Astaroth coronante. Infra, C. EGNATIVS CN. F. latere sinistro, CN. N. Pro Ioue et Astaroth, quidam hic arbitrantur Honorem et Virtutem pingi; et MAXSVMVS scriptum esse pro MAXIMVS; atque istud cognomen fuisse gentis Egnatiae. Sententia his literis comprehensa, haec est MAXima Severi Victoria, Maritimae Vota Syriae. Haec illa est, quae in nummis Severi Imperatoris, VICT. PARTH. MAX. *Victoria Parthica maxima* inscribitur: quae pulsis nimirum Parthis vrbes Syriae maritimas, alioqui liberas, Romano reuinxit Imperio, atque, vt ita dicatur, Ioui Capitolino Astaroth Syrorum Deam reconciliauit. Nam id ea numina in nummis picta significant; vt temones et prorae nauium, vrbes maritimas denotant. Liberas eas fuisse pileus bis signatus admonet. Quam ob causam Virgilius cecinit in laudibus Augusti: *Victorque* VOLENTES *per populos dat iura.* Egnatius Triumuir Monetalis fuit, et (vt gloriatur) filius ac nepos Triumuiri. H.

n. Gabale) Oppidula Laodiceae proxima a Strabone haec numerantur, L. XVI. p. 753. Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, καὶ τὲ Ποσείδιον, καὶ τὸ Ἡράκλειον, καὶ τὰ Γάβαλα. Hinc Imperatori Elagabalo factum nomen, quae vox Gabalitarum Deam sonat: quod esset Solis sacerdote genitus, vt fabulantur. Hodie *Iably*. H.

o. Promontorium, in quo Laodicea libera, etc.) Legend. *Promontorium in quo Laodicea libera, Diospolis, Heraclea, Charadrus, Posidion. Deinde promontorium Syriae Antiochiae: intus ipsa Antiochia libera Epidaphnes cognominata.* Perperam haec diuulsa sunt, et capitibus sectis diducta. Et *Antiochia* scribitur pro *Antiochica* vel *Antiochena*. Salmas. 890. b.

Laodicea) Hi sunt Λαοδικεῖς οἱ παράλιοι, Laodicenses maritimi, apud Ios. L. I. Bell. Iud. c. 16. p. 748. Horum est nummus ille, apud D. Vaillant in histor. Reg. Syriae, p. 262. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΘΑΛΑϹϹΑΝ, *Laodicensium qui sunt ad mare.* A Seleuco Nicatore condita, ac de matris nomine appellata. Sic Antiochiam ἐπὶ Δάφνῃ, patris Antiochi: Seleuciam, suo: Apameam, matris nomine insigniuit. Strabo, L. XVI. p. 749. Vlpianus, L. L. Dig.

ſpolis *p.*, Heraclea, Charadrus *q.*, Poſidium. (XXI.) Deinde [1] promontorium Syriae Antiochiae *r.* Intus ipſa Antiochia libera, *s.* Epidaphnes [2] cognominata,

1. Sic ex MSS. em. Hard. Deinde Syriae Antiochiae. nulla promontorii mentione. V. et M. Antiochenae. Gr.
2. Epiphanes. M.

Dig. tit. 15. de Cenſibus: *Laodicea in Syria iuris Italici eſt, et ſolum earum.* Hodie *Latakié.* H.

p. Dioſpolis) MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. *Dipolis.* Caue enim exiſtimes hanc eſſe Dioſpolin Palaeſtinae, cuius ſedis Epiſcopi in Conciliis ſaepe ſubſcribunt, cuius apud Antoninum mentio, ceteroſque: haec enim haud procul Aſcalone, et Caeſarea Palaeſtinae fuit, Lydda prius, vt ſect. 15. monuimus, appellata. De Heraclea diximus in libro de Nummis antiquis Populorum et Vrbium. H.

q. Charadus) Quoniam id oppidum in confinio Ciliciae Syriaeque eſt, Ciliciae a Scylace, p. 38. Stephanoque adſcribitur. Χάραδρος λιμὴν καὶ ἐπένειον Κιλικίας. H.

r. Antiochia) Cognomento etiam alio ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου *ad Orontem* dicta, Ptol. L. V. c. 15. ab eo amne, qui eam vrbem praeterfluit. Incolis nunc *Antekié.* A mari vnius diei nauigatione aduerſo flumine diſtare auctor eſt Strabo, L. XVI. p. 751. Liberam fuiſſe, id eſt, ſuis, non Romanis, vixiſſe legibus, docet nummus antiquus ap. Spanh. p. 789. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. H.

s. Epidaphnes) Ἐπὶ Δάφνης Straboni, L. XVI. p. 749. Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ. In nummo aereo minoris formae, Muſei noſtri Pariſienſis, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΔΑΦΝΗΝ. Eſt autem Daphne, inquit Strabo, vicus modicus ab Antiochia ſtadiis XL diſſitus, vbi fana Apollinis et Dianae, cum aſylo. Stephano ſuburbium eſt, ad orientem Antiochiae. Non eſt huic Daphnae locus in nummo Conſtantini Maximi inſcripto. CONSTANTINI ANADAFNE. Eſt is ex aere minimo perquam affabre factus in Muſeo noſtro: parte priore CONSTANTINVS MAX. AVG. capite cincto lapillis. Parte altera Victoria ſedens, dextra lauri ramum, ſiniſtra palmam tenet: e regione trophaeum, ad pedes miles proſtratus, cum allata inſcriptione. Non eſt hic

ta, Oronte *t.* amne diuiditur: In promontorio autem Seleucia *tt.* libera, Pieria appellata. (XXII.) Super eam mons eodem, quo alius *u.*, nomine, Casius. Cuius *x.* excelsa altitudo quarta *y.* vigilia orientem

hic DAFNE pro δάφνη, laurus: cum neque Graeca vox iungi cum Latina debuerit, nec scribi per F: nec denique pro victoria scribi *laurus* Latine possit. Delineatur hic nummus in Constantinopoli Christ. Tab. III. et apud Patinum, p. 466. sed diuisis perperam ANA DAFNE: peius etiam in Thesauri Brandenburgico p. 803. puncto inserto post ANA. cum in ipso numismate coniunctissimae literae sint, vel vt vnica voce, ANADAFNE: nimirum hac sententia; CONSTANTINI *Augusti Nostri ADuentus Adiunxit Feliciter Narbonensibus Ebrodunenses*: captis praedonibus, qui interiacentem regionem excursionibus infestam haberent. Infra CONS. *Ciuitates Omnes Narbonensis Secundae*: nempe vbi nunc est Delphinatus cum Prouincia. H.

t. Oronte) Ὀρόντης Straboni, L. XVI. p. 751. H.

tt. Seleucia) Nummus Seueri apud Patin. p. 282. CEΛΕΥΚΕΩΝ ΠΙΕΡΙΑC. Alter Antonini Seueri p. 304. CEΛΕΥΚΙΑC ΠΙΕΡΙΑC. Alii item Traiani, p. 180. et Antonini, p. 228. in quibus insculptus cernitur mons ipse Casius, vrbi proximus, quem Iouem Casium appellabant: CEΛΕΥΚΕΩΝ Π. CΥΡΙΑC. ΖΕΥC ΚΑCΙΟC. Hoc est, Σελευκέων Πιερίας Συρίας. Ζεὺς Κάσιος. Porro Πιερία ὄρος mons est prope Casium, a quo Seleuciae oppido ac regioni nomen. Ptol. L. V. c. 15. Straboni, mons Anticasius appellatur. Eiecto e Syria Tigrane, Seleuciam libertate Pompeius donauit, teste Strabone, L. XVI. p. 751. Testis et nummus apud Spanh. p. 789. CEΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗC ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. H.

u. Quo alius) In confinio Aegypti et Syriae positus, de quo f. 14. H.

x. Cuius excelsa) Narrant id quoque Solinus iisdem verbis, c. 36. p. 65. et Martian. L. VI. p. 220. H.

y. Quarta vigilia) Ternis horis ante Solis exortum. Eadem ferme, non de Casio, sed de Caucaso monte refert Arist. L. I. Meteor. c. 16. p. 545. Ac de Caucaso quidem id vere a Philosopho dictum esse, probat egregie Cabeus, in L. I. Meteor. text. 63. p. 388. At Pompon. Mela L. I. c. 10. p. 14. Casio

tem per tenebras Solem aspicit, breui circumactu z. corporis, diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen XIX. M. pass. est: altitudo per directum, IV. At in ora amnis Orontes, natus inter Libanum et Antilibanum iuxta Heliopolin a.. Oppidum Rhosos b.: et a tergo Portae c., quae Syriae appellantur, interuallo Rhosiorum montium et Tauri. In ora oppidum Myriandros d.: mons Amanus e., in quo oppidum Bomitae. Ipse [1] ab Syris Ciliciam separat.

XIX.

1. *ab Assyriis. M.*

Casio id quidem tribuit, non tamen Antiocheno, sed Aegyptio. Item Lucan. L. X. v. 434. *Lucifer a Casia prospexit rupe, diemque Misit in Aegyptum primo quoque Sole calentem.* H.

z. *Circumactu*) Globosi verticis parte altera lucem, altera tenebras ostendente. H.

a. *Heliopolim*) Ἡλιόπολις Ptol. L. V. c. 15. in Syria Coele, vel vt alii codices habent, in Decapolitana. Ab Antonino, medio ferme itinere ponitur, inter Laodiceam, et Damascum, vtrinque circiter mill. pass. LX. Haud procul Apamea, a Strabone, L. XVI. p. 752. H.

b. *Rhosos*) Ῥῶσος Stephano: Straboni, L. XVI. p. 751. Ῥῶσσος inter Issum Ciliciae oppidum, et Seleuciam. H.

c. *Portae, quae Syriae*) Sic angustias vocat, inter Tauri montis partem, Rossicumque scopulum, de quo Ptol. L. V. c. 15. qua transitus aditusque est in Syriam a Cilicia, et Myriandro. Συρίαι πύλαι, Ptolemaeo, l. c. et Straboni, L. XIV. p. 676. H.

d. *Myriandros*) Μυρίανδρος Scylaci, p. 38. in Syriae Ciliciaeque confinio. Hodie *Candelona.* H.

e. *Amanus*) Quo de monte Cicero multa L. V. ad Attic. ep. 20. p. 150. Hic enim castra posuit: hinc nomen Imperatoris obtinuit. *Amanus*, inquit, *Ciliciam a Syria aquarum diuortio diuidit.* H.

XIX. (XXIII.) Nunc interiora dicantur. Coele *f.* habet Apamiam *g.*, Marſya *h.* amne diuiſam a Nazerinorum *i.* tetrarchia: Bambycen *k.*, quae alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Magog *l.* Ibi prodigioſa [1] Atargatis *m.*, Graecis autem Derceto

1. *Atergatis.* *V. Ouid. † Metam.*

f. Coele) Syria Coele, Κοίλη Συρία: Syria Caua, quoniam inter editiſſimos montes, Libanum, Antilibanumque, depreſſa et humilis. H.

g. Apamiam) Ἀπάμεια Graecis, indigenis, *Haman*, ad Orontem ſita, Strabone teſte, L. XVI. p. 752. H.

h. Marſya amne) Hunc eſſe arbitror, quem Graeci ob ſimilitudinem aliquam cum amne Macedonico Axium appellarunt: vnde nummus exſtat apud D. Vaillant, L. de hiſt. reg. Syriae, p. 261. cum epigraphe: ΑΠΑΜΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩ ΑΞΙΩ. H.

i. Nazarinorum) Quos, vt arbitror, Apamienſium ab ortu vicinos, iuxta Marſyam Strabo facit, p. 753. et Φυλάρχους Ἄραβας vocat. Ab his profecti qui verſus occaſum refugientes, Marſyam Orontemque transgreſſi, inter Orontem amnem ab ortu, mare mediterraneum ab occaſu, Marathum *Tortoſe* a meridie, a ſeptemtrione Laodiceam, montes incolunt, priſcumque retinent nomen, *les Naſſaries.* H.

k. Bambycen) Βαμβύκη, Straboni L. XVI. p. 751. Plut. in Anton. Ἱερὰν πόλιν, ἣν Βορβύκην (lege Βαμβύκην) πρότερον ἐκάλουν. A Seleuco Hierapolim eſſe appellatam, auctor eſt Aelian. Hiſt. Anim. L. XII. c. 2. H.

l. Magog) A filio Iapheth. Nomen id hodieque ſeruare dicitur. Vt autem apud Plinium ciuitas vna e primariis Syriae Coeles Magog appellata fuiſſe dicitur: ſic apud Ezech. c. XXXVIII. *Gog terra Magog* gens ipſa Coeles Syriae eſt, oriunda a Magog filio Iaphet: cuius gentis exercitus penitus interiiſſe, Nabachodonoſſoris victoria, ab Ezechiele l. c. dicitur, anno ante Chriſtum 573. deſolationis templi quartodecimo: anno antequam Nabuchodonoſor Tyrum expugnaret, vt Ezechielis capite ſequente narratur. H.

m. Atargatis) Vetus legit *Atergatis.* Strabo de hoc nomine et ſimilib. lib. XVI. in fine. *Nominum mutationes*

to *n.* dicta, [1] colitur: Chalcidem *o.* cognominatam ad Belum *p.*, vnde regio Chalcidene fertilissima Syriae. Et inde *q. r.* Cyrrhestice [2] Cyrrhum: [3] Gazatas

1. colit. Ch. 2. *Cyrrhistica Gr. et Al.* 3. *Irneazates. M.*

nes permultae sunt praesertim Barbarorum: quemadmodum Dariacem Darium, Pharzirin vero ipsam Parysatim, Atargatam, Atharam, quam Ctesias Derceto vocauit. Dalec.

Atargatis) Strabo, L. XVI. p. 748. de Hierapoli ἐν ᾗ τιμῶσιν, inquit, τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀταργάτιν. Et p. 785. eamdem appellatam esse a Ctesia Δερκετὼ docet: ab aliis Ἀθάραν; forte pro Ἀσθάραν. Est enim id numen quod sacrae paginae Astaroth vocant. Prodigiosam appellat, quod facie hominis esset, reliquo corpore in piscem desinente. Ouid. Metam. L. IV. v. 44. — *De te, Babylonia, narret, Derceti, quam versa squamis velantibus artus Stagna Palaestini credunt celebrasse figura.* Alii Atargatim, siue Atargatin, muliebri plane forma fuisse aiunt, et Matrem esse Deûm. Quo spectare creditur nummus aereus, mediae formae, Musei nostri Parisiensis, Antonino Pio Principe cusus, cum hac epigraphe ΘΕΑϹ ϹΥΡΙΑϹ ΙΕΡΟΠ. hoc est, Θεᾶς Συρίας Ἱεροπολειτῶν, quam Rheam esse Phurnutus interpretatur, L. de Nat. Deor. p. 9. Sed praue: Nam Θεὰ Συρίας Ἱεροπολειτῶν, Latine verti debet, *Praenobilis ciuitas Syriae, Hieropolitarum ciuitas.* H.

n. Derceto) Ad Ascalonem templum eius fuisse scribit Rhodig. c. 5. XXIII. Prodigiosam auctor vocat, quod eius facies humana foret, cetera piscis. Semiramidis matrem fuisse narrant. Fabulosa de illa vide plurima apud Rhodig. et Lil. Gyrald. Syros et piscibus abstinere, et columbas tanquam sacras venerari, refert Victorius ex Xenophonte et Porphyrio c. 15. XII. vide et supra c. 13. huius libri. et Diod. Sic. lib. III. Dalec.

o. Chalcidem) Χαλκὶς Συρίας Stephano et Ptol. L. V. c. 15. A Beroea M. P. XVIII. apud Anton. Regio ipsa ἡ Χαλκιδικὴ dicta Straboni L. XVI. p. 753. et Ptol. In Conc. CP. I. *Eusebius Chalcidensis*, ex prou. Coeles Syriae. H.

p. Ad Belum) πρὸς Βήλῳ. Montis id nomen esse videtur. H.

q. Et inde) Versus septemtrionem, Amano monti et Com-

zatas, *s.* Gindarenos [1], Gabenos *t.*: tetrarchias duas, quae *u.* Granucomatae [2] vocantur, [3] Emesenos *x.*, Hylatas [4], Ituraeorum *y.* gentem, et qui ex iis

Bb 4 Bae-

1. Gindaneos. V. 2. *Granocumatiae. Ch.* 3. *Hemisenos Gr.* 4. *Heliatas. V.*

Commagenae contigua, Strabo, L. XVI. p. 751. Cicero, L. V. ad Attic. ep. 18. p. 147. *Cyrrhestica Syriae pars proxima est prouinciae meae*, nempe Ciliciae. H.

r. Cyrrhestice) Κυῤῥιστικὴ Ptol. L. V. c. 15. Κυῤῥηστικὴ Straboni, L. XVI. p. 751. Nummus aereus mediocris formae, sub Antonino Pio cusus, in Museo nostro Parisiensi exstat, cum epigraphe ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ. Videtur Cyrrhestice ea esse, quae Amos IX. 10. *Cyrene* vocatur, eademque Libya, Iudith. III. 1. Regioni nomen ab oppido, quod Κύῤῥος Ptolemaeo: Tacito item L. II. Annal. p. 60. In Conc. Chalced. Κύῤῥος. Theodoreti haec sedes fuit: qui bidui itinere distare illam ait ab Antiochia, in hist. eccles. A Beroea Antonin. XLII. M. P. Hodie *Kelles*. Vide Not. et Em. N. XLIX. (paulo post) et ad L. VI. Not. et Em. N. X. *Cyrrhum, Cazatas)* Pro his vocibus, MSS. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. habent tantum *Yrtieazetas*. Parm. ed. *Irneazetes*. Gazatas porro in hoc tractu terrarum, ceterorum Geographorum nemo vnus agnoscit. H.

s. Gindarenos) Γίνδαρος ἀκρόπολις τῆς Κυῤῥηστικῆς, arx Cyresticae regionis, Straboni L. XVI. p. 751. *Petrus Gindarensis*, ex Prou. Syriae Coeles in Conc. Nic. I. p. 51. H.

t. Gabenos) Bassonus Gabenus, ex prou. Syriae Coeles, in Conc. Nic. I. p. 52. H.

u. Granucomatae) Γράνα κωμῆται, quasi Grani pagani, siue e Grani pagis. H.

x. Emesenos) Ἐμεσηνὰς appellat Strabo, p. 753. ab Emesa oppido, de quo §. 21. De Hylatis, ceteri silent. Forte *Heliatas* ab Heliopoli legendum Barbarus suspicatur, cui vix assentimur. H.

y. Ituraeorum) Ἰτουραίων ὀρεινὴν, montana Ituraeorum haud procul Chalcidene statuere Strabo videtur, p. 753. et 755. Tetrarcha Ituraeae Philippus, et Trachonitidis regionis: Luc. III. iuxta Trachonitas, ex eodem Strab. p. 753. et 756. Huius Philippi nummus est singularis ex aere minimo apud D. Abbatem *de Fontenu*, ex Regia Aca-

[1]Baetarreni z. vocantur: a. Mariammitanos[2]: tetrarchiam, quae Mammisea b. appellatur: Paradisum c., Pagras d., Pinaritas e., Seleucas [3] praeter

1. Betaceni. M. et V. Bethemi appellantur Ch. 2. Mariamnitanos. Ch. 3. Seleuciam praeter iam dictas. Ch.

Academia Inscriptionum Humaniorumque literarum. Ex vna parte caput Augusti laureatum exhibet ΚΑΙϹΑΡΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΥ. Ex altera templum est, cuius inter columnas literae sunt L. ΛΓ: in ambitu ΦΙΛΙ . . . ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ. Est annus ille XXXIII. post Asiam receptam, incidens in annum Christi tertium, vrbis Romae DCCLVI. vsque ad Septembrem: quo anno prior Herodes diem supremum obiit, vt ex Euangelio necesse est colligi. Is primus videtur Philippi Tetrarchae fuisse: quo propterea ad clientelam suam profitendam hunc nummum Augusti honori cudi fecit. Nullus certe ante hunc annum visus est Philippi nomine nummus percussus. H.

z. *Baetarreni)* Vide Not. et Em. N. L. (hic coll.) *Baetarreni)* Frobenius Barbari coniecturam amplexus, Baetarrenos huc transtulit, quam tertiae Palaestinae, hoc est, Arabiae Petraeae gentem fuisse ex Stephano constat: *Βαιταῤῥȣ̃ς κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιςίνης· οἱ κατοικȣ̃ντες,* Βαιταῤῥηνοί. At vetusti codices longe aliter: nam R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Baetocemi.* Reg 2. Chiffl. vet. Dalec. et Parm. ed *Bethemi.* H.

a. *Mariammitanos)* In Notit. antiqua Eccl. prou. Syriae secundae, p. 58. Ἐπιφάνεια, Μαριάμμη, Σελευκόβηλος. In Conc. Chalc. p. 483. *Paulus Episcopus Mariamnae Syriae secundae.* H.

b. *Mammisea)* Vide Not. et Em. N. LI. (hic coll.) *Mammisea)* In MSS. *Mamisea.* Haud dubie *Minnizea* scriptum oportuit: nam in Cyrrhestice Antoninus non semel Minnizam commemorat, a Cyrrho dissitam M. P. XX. totidemque a Beroa, quae et ipsa Cyrrhesticae ab eodem adiudicatur, vt diximus. Namque in recensendis Cyrrhestices oppidis gentibusque, Plinius modo totus habitat. H.

c. *Paradisum)* Παράδεισος πόλις Συρίας Stephano. Laodicenae regioni a Ptol. adscribitur L. V. c. 15. H.

d. *Pagras)* Iuxta Gindarum, de qua proxime dictum est, Strabo L. XVI. p. 751. Τῇ δὲ Γινδάρῳ συνάπτȣσιν αἱ

ter *f.* iam dictam duas, quae ad Euphraten *g.*, et quae ad Belum *h.* vocantur, Cardytenses *i.* Reliqua autem Syria habet, (exceptis quae cum Euphrate *k.* dicentur,) Arethusios *l.*, Beroeenses *m.*, *n.* Epiphaneenses [1].

1. *Epiphanenses. Gr.* αἱ Πάγραι, prope Amani transitum, qua ex portis Amanidibus appellatis in Syriam itur. H.

e. Pinaritas) Πίναρα, iuxta Pagras in Pieria, apud Ptol. L. V. c. 15. vnde Πιναρῖται. H.

f. Iam dictam) Sect. sup. H.

g. Ad Euphraten) Cuius sedis episcopus fuisse videtur Byzus Seleuciensis, cuius subscriptio legitur in Conc. CP. I. p. 955. inter Episcopos prouinciae Syriae Coeles, cum Apameense, Epiphaniense, et Seleucobelitano. H.

h. Ad Belum) Montis id nomen, vt videtur. Σελευκείας πρὸς Βήλῳ, meminit Ptolemaeus, in Cassiotide L. V. c. 15. inter Antiochiam et Larissam. In Conc. CP. I. p. 955. *Marcianus Seleucobelitanus.* In Conc. Chalced. Act. 4. p. 487. *Eusebius Episcopus Seleucobeli, Syriae secundae.* Σελευκόβηλος Stephano, p. 592. H.

i. Cardytenses) Ab oppido, de quo Stephanus, p. 356. Καρδυτὸς, πόλις Συρίων μεγάλη, ex Hecataei periegesi Asiae: τὸ ἐθνικὸν Καρδύτιος. Tamen series literarum poscere videtur, vt legatur, *Tardytenses.* H.

k. Dicentur) sect. seq. H.

l. Arethusios) In Notitia antiqua Ecclesiastica, prouinciae Syriae secundae, oppida haec recensentur, Ἀπάμεια, Λαρίσσα, Ἐπιφάνεια, Ἀρέθουσα, etc. Antoninus, in itinere ab Antiochia Emesam, ab Epiphania Arethusam collocat, XVI. M. P. pari ab Emesa interuallo. H.

m. Beroeenses) Ab vrbe, quae Beroa Antonino, in Cyrrhestice. Graecis Βέῤῥοια, Βέροια, et Βέρρη, teste Stephano. In Conc. Constantp. I. p. 955. *Acacius Beroeeensis,* ex prouincia Syriae Coeles. Hodie, *Alep,* emporium orientis celeberrimum. Qui hodie Graeci episcopi Aleppi sedem habent, *episcopi Beroeenses* subscribunt. Nicetas Chon. in Ioh. Comn. p. 19. Ἐπιςὰς δὲ τῷ Χάλεπ, τὸ δ᾽ ἐςὶν ἡ πάλαι λεγομένη Βέῤῥοια. Niceph. Callisth. L. XIV. c. 39. p. 526. ἀπὸ Βεῤῥοίας, εἴη δ᾽ ἂν αὕτη τὸ Χάλεπ· Sic etiam Zonaras et Cedrenus. Ad hanc Beroeam pertinet nummus Antonini Pii ex

Ad Orientem Laodicenos, qui ad Libanum *o.* cognominantur, Leucadios *p.*, Lariſſaeos *q.*, praeter tetrar-

ex aere magno apud Oiſelium, Tab. LXV. n. 7. cuius in auerſa parte ſtat Dea turrito capite, dextra caniſtrum tenens, ſiniſtra cornucopiae; pede calcat hominem in fluvio natantem: id quod ſitum vrbis ad amnem denotat. Inſcriptio eſt, SYBELE. In area, hinc S. et inde C. *Senatuſconſulto.* Hic Cybelem fruſtra quaerunt, ſiue Matrem Deûm, cum nullus hic adſit leo, Matris Deûm in nummis comes. Lege: *SYriaca BEroea Legionem Excepit.* Gallice: *La ville de Berée en Syrie a reçû en garniſon vne Legion Romaine.* Syriaca Beroea vocatur, ad diſcrimen Beroeae alterius, quae eſt in Macedonia, apud Plin. L. IV. ſ. 17. Legionem Romanam excepiſſe dicitur, quae tutaretur ciues ac mercatores a Parthis et Arabibus eoſdem Romanis ſubiectos contineret. Confer eiuſdem Antonini Pii nummum inſcriptum: SYRIA COS. II. Sunt eiuſdem et Graeci nummi inſcripti, ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ. Sed poſt eum nulli. Aleppi hodie amnis eſt exiguus, qui moenia praeterfluit: quem *Coic* incolae vocant. Hic in nummo priore deſignatur, cum vir natans pingitur: aut Beroea dici non debet eſſe Aleppum, ſed alia quaepiam ciuitas, quam fluuius eo paulo maior allueret. Neque enim de ſitu veteris Beroeae Geographi omnes conſentiunt; tametſi in eo tractu incolae Aleppum eſſe aſſeuerant. H.

n. Epiphaneenſes) Lariſſam inter et Arethuſam, pari vtrimque XVI. M. P. interuallo diſiuncta Epiphania collocatur ab Antonino in Itin. In Conc. Nic. I. p. 51. *Mauricius Epiphaneenſis*, inter epiſcopos prouinciae Syriae Coeles. In Conc. CP. I. p. 955. *Euſebius Epiphanienſis.* H.

o. Qui ad Libanum) In nummis Antonini Seueri, ΛΑΟΔΙΚ. ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝ. A Laodicea libera, ſiue maritima, de qua diximus ſect. ſup. vt cognomine, ita et ſitu haec Laodicea diuerſa. H.

p. Leucadios) De hac Leucade Aſiatica ceteri ſcriptores ſilent. Sunt haec a Macedonibus, dum rerum in Aſia potirentur, Graeca vrbibus impoſita nomina, quibus ſua iam eſſent alia Syra et vernacula. Nam id de Lariſſa Stephanus docet, p. 410. *Λάρισσα Συρίας, ἣν Σύροι Σίσαρα καλοῦσιν.* H.

q. Lariſſaeos) Vicinam Apameae Lariſſam facit Strabo,

tetrarchias in regna descriptas barbaris [1] nominibus XVII.

XX. (XXIV.) Et de Euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit. Oritur *r.* in praefectura Armeniae maioris Caranitide *s.*, vt prodidere ex iis, qui proxime [1] viderant, Domitius Corbulo, in monte *t.* [2] Aba: Licinius Mucianus sub radicibus montis, quem Capoten *u.* appellant, supra *uu.* Zimaram [3], XII

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. viderunt Gr. et Al.*
2. *Aga. Ch.* 3. *Simyram Gr. et Al. sic et paulo post.*

bo, L. XVI. p. 752. Mediam inter Apameam et Epiphaniam, Antoninus. In Conc. Nic. I. p. 51. *Leontius Larissaeus*, inter episcopos prouinciae Syriae Coeles. H.

r. Oritur in praefectura Armeniae maioris Caranitide, etc.) Vide ibi quae obseruat *Cl. Salmasius* pag. 620. a. b. etc. Sequentia sic legenda: *Fluit Xerxenem primum, mox Anaiticam Armeniae regiones a Cappadocia excludens.* Et pro *Simyram* lege *Zimaram* Vide Salmas. 624. b. Sequitur: *Ommam vocant irrumpentem; mox vbi perfregit Euphratem tum quoque saxosum et violentum.* Sequitur, *Arabiam inde laeua Oroeon dictam regionem, etc.* vide lib. VI. cap. 9. Sequitur: *apud Claudiopolim Cappadociae cursum ad occasum Solis agit primo. Hunc illic in pugna Taurus aufert, victusque ac abscissus sibimet, etc.* Vide *Salmas.* 626. a.

Oritur) Habet haec Solinus, c. 37. p. 66. H.

s. Caranitide) Ipsa est quam Καρηνῖτιν Strabo vocat, L. XI. p. 528. minori Armeniae a quibusdam attributa: adiuncta deinde maiori est. H.

t. In monte Aba, Licinius Mutianus) Lege: *in monte Aca, Lycinius Mutianus, etc.* Salmas. 194. a.

In monte Aba) Straboni, L. XI. p. 527. ac Ptolemaeo, L. V. c. 13. Ἄβος appellatur, vnde Euphrates prolabitur, Araxesque. MSS. tamen R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. habent. *In monte Aga*: et Eustathio quidem in Dionys. p. 125. dicitur Ἄκος ὄρος. H.

u. Capoten) Ita etiam Solinus, l. c. *Capodem* Martianus legit, L. VI. c. de Euphrate, p. 220. *Catoten* in libro de Mensura orbis terrae MS. legimus. H.

uu. Supra Zimaram) Quae Ptolemaeo Armeniae minoris ciuitas dicitur. Vide Not. et Em. N. LII. (hic pos.)

Supra

XII. M. paſſ. initio Pyxirates nominatus. Fluit Derxenem *x*. primum, mox *y*. Anaiticam [1], Armeniae *z*. regiones a Cappadocia excludens. Daſcuſa abeſt a Zimara, LXXV. M. paſſuum. Inde nauigatur *a*. Paſtonam

1. *Anaitiam. Io. Gorop. Anaetiam. Gr.*

Supra Zimaram) Libri editi hactenus, *Supra Simyram*, inſigni mendo: nam Simyra vrbs eſt Syriae, de qua diximus ſect. 17. in ora mediterranei maris. At MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. *Supra Zimaram*: itemque inferius, *Daſcuſa abeſt a Zimara*, quemadmodum et in Parmenſi editione legitur Ptol. L. V. c. 7. inter vrbes minoris Armeniae recenſetur, παρὰ τὴν Εὐφράτην, Ζιμάρα, Δάσκουσα. Antonino pariter in Itiner. Zimara, dicitur in Armenia minore, itinere per Euphratis ripam, a Satala Melitenen:

Analiba Zimaram -	M. P. XVI.
Teucilam - - - -	M. P. XVI.
Sabus - - -	M. P. XXVIII.
Daſcuſam - - -	M. P. XVI.

Et Tab. Peutingeriana, ſegmento ſeptimo:

Zimara - - - - - - -	XVIII.
Zenocopi - - - - - -	XVIII.
Verenſo - - - - - - - -	XIII.
Saba - - - - - - - -	XVIII.
Daſcuſa - - - - - -	XVIII.

Sic ille Zimara Daſcuſam vſque, LX. millia paſſuum: iſta LXVII. colligit: Plinius LXXV. H.

x. Derxenen) Ita etiam MSS. ſed multo rectius arbitror Xerxenen Ξερξηνὴν, vt Straboni L. XI. p. 528. Stephano Ξερξήνη, a Xerxe dicta regio, vt a Cambyſe Cambyſene: Armeniae minori contermina. Ξερξήνη —— τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ ὅμορος. H.

y. Anaëtiam) In Anaëtia fuit Anaitidis religioſiſſimum templum, cuius meminit Strabo lib. XII. et auctor cap. 4. lib. XXXIII. *Dalec.*

Anaiticam) A cultu Deae Ἀναΐτιδος, cui praecipue addictos fuiſſe Armenios docet Strabo, L. XI. p. 532. nomen regioni factum videtur, vel loco potius in quo eius deae fanum fuit: de quo rurſum Plinius L. XXXIII. ſ. 24. *Templum Anaitidis*, inquit, (*quo ſit ſitu terrarum nomen hoc ſignificauimus*) *numine gentibus illis ſacratiſſimo.* H.

z. Armeniae) Maioris ſcilicet Armeniae, a Cappadociae parte, quae minori Armeniae adſcripta aliquando eſt, maiori praetenta, vt dicitur L. VI. ſ. 3. H.

a. Paſtonam) R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. *Sartonam.* H.

ſtonam [1] quinquaginta M. paſſuum. Melitenen *b.* Cappadociae, [2] XXIV. mill. paſſuum. *c.* Elegiam [3] Armeniae decem cc. mill. paſſuum, acceptis fluminibus Lyco *d.*, Arſania *e.*, Arſano. Apud Elegiam occurrit ei Taurus mons; nec *f.* reſiſtit, [4] quamquam XII. mill. paſſ. latitudine praeualens. Omiram

1. *Sartonam. Ch.* 2. LXXIV. *Gr.* 3. *Elegeam. Ch.* 4. *tanquam* XII. *M. p. latitudine perforata praeualenti. Vet. alii, nec reſiſtit aquae praeualenti.*

b. Melitenen) Ptolemaeus Armeniae minori aſſignat. *Dalec.*

Melitenen) Quae minoris Armeniae metropolis dicitur Procopio L. I. Belli Perſici Ammian. L. XIX. p. 144. *Exindeque Melitinam minoris Armeniae oppidum venimus:* quod iterum repetit L. XX. p. 172. Apud ſcriptores belli ſacri, *Malotina* ſcribitur. De ea rurſum L. VI. ſ. 3. Vide Not. et Em. N. LIII. (hic adi.) *Melitenen Cappadociae* XXIV.) Ita reſtituimus librorum admonitu, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. et Chiffl. cum prius perperam ſcriberetur LXXIV. At ne tantumdem interualli a Daſcuſa quidem Melitenen vſque ſtatuit Antoninus, aut Tab. Peuting. Nam ille L. M. P. iſta LXIII. omnino computat. H.

c. Elegiam Armeniae) Et idcirco trans Euphratem poſita intelligitur, vt Melitene e contrario cis amnem eum, quia Cappadociae ditionis. Stephanus, p. 257. Ἐλέγεια, χωρίον πέραν Εὐφράτε. H.

cc. Decem mill.) Infra Melitenen, ad amnis ripam. H.

d. Lyco) De Lyco qui in Euphratem influat, nemo alius. Neque enim aut Ptolemaei Λευκὸς, aut Curtii Lycus huc pertinet, vt falſo exiſtimauit Ortelius: nam is Aſſyriae amnis eſt, in Tigrinque delabitur. H.

e. Arſania) Ἀρσανίας ποταμὸς Dioni L. LXII. p. 710. et Plut. in Lucullo p. 513. De Arſano ceteri ſcriptores ſilent. H.

f. Nec reſiſtit) Nec mons, inquit, amni reſiſtit, namque eum perfringit Euphrates, etſi latum ea parte XII. millibus paſſ. Siue, Taurum intrat Euphrates, penetratque, per latitudinem XII. mill. Solinus haec quoque iiſdem verbis, c. 37. p. 66. H.

ram *g.* vocant irrumpentem: mox vbi [1] perfregit, Euphraten: tum *h.* quoque [2] saxosum ac violentum. Arabiam *i.* inde laeua, *k.* Oreôn [3] dictam regionem, tri-

1. perfregit cornu Euphraten. Tol. 2. *sic ex MSS. em. Hard. vltra quoque saxosum Gr. et Al. saxuosum Ch.* 3. *Moreon. Ch. Merorum Gr. et Al.*

g. Omiram) R. 1. aliique MSS. *Ommam.* Et mox *saxuosum*, pro *saxosum.* In libro Iudith, c. II. 12. dicitur Holofernes, *cum pertransisset fines Assyriorum venisse ad magnos montes Ange qui sunt a sinistro Ciliciae.* Hic est mons Taurus. *Fines* autem *Assyriorum*, ipse amnis Euphrates ibi est, vbi nondum Euphrates, sed *Omiras* vocabatur. Quam ob caussam accuratus scriptor maluit *fines Assyriorum* dicere, quam Euphratem. Assyria eo aeuo dicebatur, vt ostendimus in Tractatu de Situ Paradisi terrestris, quae nunc Mesopotamia est. Versu deinde 14. vbi legitur de eodem Holoferne: *et transiuit Euphratem, et venit in Mesopotamiam* Syriae, *et fregit omnes ciuitates excelsas, quae erant ibi, a torrente Mambre, vsque quo perveniatur ad mare*, mediterraneum scilicet: *torrens Mambre* videtur ipse Euphrates esse, *vbi* Taurum montem *perfregit*, vt ait Plinius, *tum quoque et saxuosus et violentus.* H.

h. Tum quoque saxosum ac violentum Arabiam inde laeua) Sic interpungendum, vt verbum *Arabiam* superioribus iungas. Significat ea vox apud Graecos sonorum, fragorem excitantem. Ita fit, vt ab Hermolao et eius Solino, ex diametro (vt dici solet) dissidemus. *Pintian.*

i. Arabiam inde laeua) Nempe ab ortu. Arabiam veteres ad loca Armeniae finitima extendebant. Hinc Mesopotamiam accenset Arabiae Xenoph. Ἀναβάσ. L. I. Atque ita hoc loco Plinius Arabiam vocat, eam Mesopotamiae partem, quae proxima Armeniae est. H.

k. Oreôn) Ὀρείων, Oreorum, hoc est, montanorum. De his iterum Plin. L. VI. f. 9. Vide Not. et Em. N. LIV. (hic adi.) *Oreôn dictam regionem*) Hoc est, *Oreorum* Ὀρείων, siue montanorum, vt diximus. Hactenus editum fuerat, *Merorum.* At MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et Rigaltii teste Salmasio p. 625. in Solin. *Moroeon.* Nos *Oreôn* scribimus, altero Plinii testimonio adducti, scribentis L. VI. f. 9. *Quod interest ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem vsque*

trischoena *l.* mensura, dextraque *m.* Comagenem disterminat; pontis tamen, etiam vbi Taurum expugnat, patiens. Apud Claudiopolin *n.* Cappadociae, cursum ad occasum Solis agit. *o.* Primum [1] hunc illi in pugna Taurus aufert: victusque et abscissus sibimet, alio modo vincit, ac [2] fractum expellit in meridiem. Ita naturae dimicatio illa aequatur, hoc *p.* eunte quo vult, illo prohibente ire qua velit.

1. *Sic et M. et Ch. Vet. In Basiliensi C. legitur, primum hunc illi impugnatus Taurus aperit. Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert Gr. et Al.* 2. *ac fractum cursum, quidam leg.*

vsque in Adiabenem perfert. H.

l. Trischoena) Amnem ibi latum esse schoenis tribus: qua de mensura dictum est superius, sect. 11. H.

m. Dextraque) Occidentali latere fluuii. H.

n. Claudiopolin Cappadociae) Quam rursum minori Armeniae Ptol. adiudicat L. V. c. 7. in Cataonia praefectura, quae Commagenae praetenditur, vt ait Plin. L. VI. s. 3. H.

o. Primum hunc) Hunc, inquit, amnis cursum, quem versus occasum Solis ibi flectere incipit, Taurus abrumpit: atque haec prima velvti Tauri victoria, in ea pugna, quam inuicem habent: victusque et abscissus sibimet, atque perfractus, alio modo vincit: cursu enim versus occasum Solis inhibito, fractum amnem expellit in meridiem, *ni Taurus obstet, in nostra maria*, hoc est, mediterranea *venturum*, inquit Mela L. III. c. 8. p. 61. Vide Not. et Em. N. LV. (hic col.) *Primum hunc illi in pugna Taurus aufert.*) Hanc omnium codicum conditiuorum lectionem Pliniani editores sic interpolarant: *Primo hunc illi impugnatus cursum Taurus aufert.* H.

p. Hoc eunte) Euphrate quidem in mare pergente, quo vult ire, sed non qua vult: auertente Tauro monte cursum, quem in occasum destinabat. H.

lit. A *q.* cataractis iterum nauigatur; XL. *r.* M. passuum inde Commagenes caput Samosata. *rr.*

XXI. Arabia supra dicta, habet oppida: Edessam *s.*, quae quondam Antiochia dicebatur, Calirrhoen *t.* a fonte nominatam: Carrhas *u.* clade Crassi

q. A cataractis) Ab eo loco vbi fractus a Tauro monte Euphrates expellitur in meridiem: non ab Elegia, vt Salm. credidit in Solin. p. 628. H.

r. XL. *M. Pass. inde*) A catarractis et Claudiopoli. A Melitene vero vsque Samosata, per Euphratis ripam numerat Antonin. in Itiner. LXXXIV. M. P. H.

rr. Samosata) Hodie *Scempsat*, ad Euphratem. Nummus Hadriani, apud Patin. p. 201. ΦΛΑ. CAMO. MHTPO. KOM. Hoc est, Φλαουΐας Σαμοσάτης Μητροπολέως Κομμαγηνῆς. Commagenem posterior aetas Euphratesiam appellauit. Procop. L. Bell. Pers. p. 49. H.

s. Edessam) Mesopotamiae ceteri vulgo adscribunt: Notitia antiqua Eccl. Edessam et Carrhas, Osroenae. Nunc vulgo creditur esse *Orpha*, et alio rursum nomine *Rhoa*: sed verius citra Chaboram amnem, cui Orpha imposita est, fuisse veterem Edessam putamus. H.

t. Callirhoen) Edessae hoc cognomen alterum, vt Stephanus indicat verbo Ἀντιόχεια: cum octauam eo nomine vrbem ait esse ἐπὶ τῆς Καλλιῤῥόης λίμνης. Multo vero apertius nummus Antiochi IV. cuius Ectypum exhibet D. Vaillant, Lib. de historia Regum Syriae, p. 199. cum hac epigraphe ANTIOXEΩN TΩN ΠPOC KAΛΛIPOHN. Neque enim hic nummus ad Callirhoen illam pertinet, sitam in Palaestina ad Iordanem, de qua diximus s. 15. quamquam vir eruditus ita existimauit: Nam quis veterum Antiochiae nomen ei oppidulo dedit, quod Edessae tot monumenta afferunt? H.

u. Carrhas) De vtriusque Crassi clade, M. patris, et S. filii, consulendi Romanarum rerum scriptores; Dio, L. XL. p. 132. Val. Max. L. I. c. 6. Florus, L. III. c. 11. p. 127. Ammian. L. XXIV. etc. Steph. Κάῤῥαι, πόλις Μεσοποταμίας. Nunc *Heren.* Nummus Seueri Alexandri ex aere mediae formae, in Museo nostro Paris. MHT. KOΛ. KAPPHNΩN. Hoc est *Metropolis colonia Carrhenorum.* H.

si nobiles [1]. Iungitur praefectura Mesopotamiae, originem [2] ab *x.* Assyriis trahens, in qua Anthemusia *y.* et Nicephorium *z.* oppida. Mox Arabes, qui Retaui *a.* vocantur: horum caput Singara. *b.* A Samosatis autem, latere Syriae, Marsyas *c* amnis influit. *d.* Cingilla [3] Commagenen finit, Imme civitas

1. *nobile. Ch.* 2. *sic ex MSS. em. Hard. ab Assyriis originem trahens. Ch. A Syris trahens, Gr.* 3. *fluvius Singa Comag. etc. Pinet. Cingilla. Ch. Cingla Comagenem finit, Merorum ciuitas incipit Gr. et Al.*

x. Originem a Syris trahens, in qua Anthemusia, etc.) Legend. *Originem ab Assyriis trahens, in qua Anthemusia et Nicephorium oppida. Mox Arabes qui Pretaui vocantur. Horum caput Suigara,* Sequentia longe corruptissima, lege: *Gindara Commagenem finit, Imme incipit.* nihil verius. Vide *Salmas.* 630. b. 631. a.

y. Anthemusia) Ἀνθεμουσία Straboni, L. XVI. p. 747. in Mesopotamia. Tacit. Annal. L. VI. p. 148. *Nicephorium, et Anthemusiada, ceterasque vrbes, quae a Macedonibus sitae, Graeca vocabula vsurpant.* Indigenis Χάραινα Σίδε Anthemusiam appellatam esse, auctor est Isidorus Charac. ἐν Σταθμοῖς, p. 185. Nummum Auenione et Massiliae sibi visum esse ex aere minimo, scripsit ad nos amicus ex vrbe Roma, sub Antonino Seueri filio percussum, hoc titulo: ΑΥ. Κ. ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ. capite laureato.)(. Caput muliebre turritum ac velatum, symbolum liberae ciuitatis: epigraphe, ΑΝΘΕΜΟΥΣΙΩΝ. H.

z. Nicephorium) Νικηφόριον, ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις, Stephano. H.

a. Retaui) R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Praetaui.* H.

b. Singara) Stephanus: Σίγγαρα πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσα. Ibi Singarensis pugna Constantii Imp. aduersus Cosroem regem Persarum, de qua nos egimus in Not. ad Themistium, orat. 1. H.

c. Marsyas amnis) De quo dictum est s. 19. Nunc *Cingas* vocant, Syrorum voce antiqua: nam et Σίγγας Ptol. dicitur L. V. c. 15. H.

d. Cingilla) Κεκιλία Ptol. L. V. c. 15. Commagenes oppidum: Ἴμμα Seleucidis. Vide Not. et Em. N. LVI. (hic consp.) *Cingilla Commagenen finit. Imme ciuitas incipit.)* Hoc maxime omnium loco grassata interpolatorum auda-

vitas incipit. Oppida *e.* alluuntur Epiphania *f.* et Antiochia *g.*, quae ad Euphraten vocantur. Item *h.* Zeu-

audacia eſt, qui ſic ediderunt: *Cingla Commagenen finit, Merorum ciuitas incipit.* Et iterum Merorum Arabum per ſummam vim obtruſa mentio. At MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. quin et Rigaltii codex, ita referente Salmaſio, p. 630. in Solinum, ſic exhibent: *Cingilla Commagenen finit; Imen ciuitas incipit.* Certe, quae Cingilla Plinio, ea eſt, quae Ptol. L. V. c. 15. vt diximus, Κεκιλία Cyrrheſtices poſt Europum ad Euphratem ciuitas appellatur: ſed verius a Plinio Commagenae adſcribitur: Imma vero, ſeu Imme, Ptolemaeo eidem Seleucidis eſt, quae Commagenae proxima cum ſit, ab nouiſſimo eius oppido Commagenen incipere, indubitata profecto coniectura eſt. Mentio eius oppidi eſt etiam in Hieronymi Chronico, Aureliani Imp. anno 2. *Zenobia apud Immas haud longe ab Antiochia vincitur.* Sic enim MS. codex noſter exhibet: vbi corrupte libri vulgati, *apud Timas.* Immes, ſiue Immarum, meminit praeterea Hieronymus in Vita Malchi, c. 2. *Perueni tandem ad eremum Chalcidos, quae inter Immas et Beroeam magis ad Auſtrum ſita eſt.* Vbi Colon. editio, *inter Emmam* habet. Quod autem Salmaſius loco cit. *Guindarum* pro *Cingilla* reponit, et vim codicibus antiquis facit, et Plinii ipſius auctoritati ac diligentiae detrahit plurimum: ſi Gindarenos, quos proxime antea ſ. 19. Cyrrheſticae regioni attribuit, nunc ſui immemor Commagenae adiudicat. H.

e. Oppida) In Commagene. H.

f. Epiphania) Ἐπιφάνεια altera ab ea, cuius ciues Epiphaneenſes vocati ſect. 19. Iſti enim ab Euphrate ſeiuncti procul: haec eo amne alluitur, et ab eo cognominatur, Ἐπιφάνεια παρ' Εὐφράτην: nec de ea dicturum ſe Plinius pollicitus eſt ante, quam de Euphrate diceret. H.

g. Antiochia) Ipſa eſſe videtur Ἀντιόχεια πρὸς Ταύρῳ ὄρει, Antiochia ad montem Taurum, cuius vrbis ima allueret Euphrates. Hanc in Commagene quoque ſtatuit Ptol. L. V. c. 15. et Stephanus: ſed ab Euphrate ille, vt opinor, longiuſcule ſummouet. H.

h. Item Zeugma) Hac Parthi ſolent Euphratem tranſire. Dio L. XLIX. p. 403. Huic

Zeugma, LXXII. mill. paſſuum a Samoſatis, tranſitu Euphratis nobile. Ex *i.* aduerſo Apamiam Seleucus, idem vtriusque *k.* conditor, ponte iunxerat. Qui cohaerent Meſopotamiae, Rhoali vocantur. At in Syria oppida, Europum *l.*, Thapſacum *m.* quondam, nunc Amphipolis *n.* Arabes *o.* Scenitae. Ita fertur vſque Vram *p.* locum, in quo conC c 2 verſus

Huic riparum iunctioni nomen ſuum Ζεῦγμα debet. Hac Bacchus Indiam petiturus, hac Alexander Macedo transmiſit Euphratem, vt ait Plinius, L. XXXIII. ſ. 43. et Strabo, L. XVI. p. 746. ponte videlicet ferreis catenis iuncto. Quare Zeugma Pellaeum dicitur Lucano L. VIII. v. 237. a Pellaeo iuuene, hoc eſt, Alexandro. H.

i. Ex aduerſo) Zeugmatis. Haec porro Apamia trans Euphratem ſita ea eſt, de qua Stephanus, verbo Ἀπάμεια. Ἔςι καὶ τῆς Περσαίας, Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτους, *Eſt et alia*, inquit, *Perſici iuris, quae Edeſſae ad ſeptemtrionem obiacet.* Latuit hoc Stephani interpretem. Perſis diu Meſopotamiam paruiſſe, exploratum eſt. H.

k. Vtriuſque) Zeugmatis et Apameae. H.

l. Europum) Εὐρωπὸς Συρίας, Stephano, p. 280. Cyrrheſticae a Ptolemaeo adiudicatur, vbi et Zeugma ipſum inter oppida, quae Euphrati adiacent, παρὰ τὸν Εὐφράτην πόλεις. H.

m. Thapſacum) Θάψακος, πόλις Συρίας πρὸς Εὐφράτῃ Stephano. A Zeugmate Thapſacum duobus ſtadiorum millibus, hoc eſt, M. P. CCL. diſtare auctor eſt Strabo, L. XVI. p. 747. H.

n. Amphipolis) E Thapſaci ruinis excitata, ad Euphratem, a Seleuco. Indigenae *Turmeda* appellabant. Stephanus verbo Ἀμφίπολις. Ἔςι καὶ πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κτίσμα Σελεύκου. Καλεῖται δὲ ὑπὸ τῶν Σύρων Τούρμεδα. H.

o. Arabes Scenitae) Palmyrenarum ſolitudinum vicini. De his dicemus vberius, libro ſeq. ſ. 32. H.

p. Vram) Σοῦρα latere Syriae ad Euphratem poſitum Palmyrenes oppidum, teſte Ptol. L. V. c. 15. Vide Not. et Em. N. LVII. (paulo poſt) quibus adde ea quae mox addituri ſumus, cum Suram iterum Plinius appellabit. *Vram*) Quae nunc Vra dicitur, eadem mox addito ſibilo Sura vocatur: a Ptolemaeo quidem, vt monuimus, Σοῦρα, cum latere Syriae et Palmyrenes

versus ad Orientem relinquit Syriae Palmirenas solitudines, quae vsque ad Petram vrbem, et regionem Arabiae Felicis appellatae, pertinent. (XXV.) Palmira *q.* vrbs nobilis situ, diuitiis soli, et aquis amoenis, vasto vndique ambitu [1] arenis [2] includit agros, ac velut terris exempta a rerum natura, priuata *r.* sorte inter duo imperia summa, Romanorum Parthorumque, et prima in discordia semper vtrimque cura. Abest a Seleucia *s.* Parthorum, quae

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Al.* 2. *vasto vndique ambitu Gr. et harenosos.*

renes ea sit posita, Plinio teste et Ptolemaeo, siue Vram, siue Suram appellaueris, inanis est Bocharti coniectura, part. 1. Geogr. L. II. c. 6. p. 87. existimantis hanc esse Vr Chaldaeorum, seu Babyloniae, quae longo hinc terrarum est interuallo disiuncta, citra tamen vlteriorem Euphratis ripam. At Vram Plinianam eam esse credimus, quae in Notit. Eccl. antiqua, p. 37. Σύριμα. In altera, p. 59. Ὀρίμων appellatur, in prouincia Euphratesiae. H.

q. Palmira) Nunc rudera supersunt, magnae olim vrbis indicia, vt referunt ii, quorum tamen nolim fidem praestare. Quidam *Thamor* hodie appellari asseuerant, hoc vno ducti argumento, quod Palmiram ac Salomone aedificatam *in terra solitudinis*, vti dicitur 3. Reg. IX. 18. quae in Hebraeo *Thamor* est, a palmetorum copia, ipsam hanc esse Plinii Palmiram arbitrati sunt, magno et manifesto errore, vti alias ostendimus, in interpretatione nummi antiqui Zenobiae Augustae. *Palmiram* autem, non *Palmyram*, exhibent codices Pliniani MSS. et vetustae editiones omnes: Graeci Πάλμυραν constanter scribunt. P l i n i a n i s codicibus suffragatur Vulgata editio, quae ciuitatem in Iudaea huic cognominem, vt videtur *Palmiram* scribit, non *Palmyram*. H.

r. Priuata sorte) Sui iuris, nec Romanis subiecta, nec Parthis. H.

s. S e l e u c i a) Ptolemaeus Seleuciam ad Tigrin Mesopotamiae adscribit. *Dalec.*

Seleucia) Σελεύκεια ἐπὶ τοῦ Τίγρητος, Appiano in Syriacis, p. 125. De ea multa dicenda, L. VI. s. 30. H.

quae vocatur ad Tigrin, *t.* CCCXXXVIII.[1] mill. paſſ. a proximo vero Syriae litore, CCIII.[2] millib. et a Damaſco viginti *u.* ſeptem propius. *x.* (XXVI.) Infra Palmirae ſolitudines, Stelendena *y.* regio eſt, [3]dictaeque *z.* iam Hierapolis, ac Beroea, et Chalcis. Vltra Palmiram quoque ex ſolitudinibus iis aliquid obtinet *a.* Emeſa [4]: item Elatium, dimidio propior Petrae, quam Damaſcus. *b.* A Sura [5] autem proxime

1. CCCXXXVII. *M. p. M. et Ch.* DXXXVII. *Gr. et Al.* 2. *ſic et M.* CLII. *Gr. et Al.* 3. *eſt, dictaque iam Hierapolis. At vero ea et Calchis vltra Palmiram. M.* 4. *Hemeſa. Gr.* 5. *Aſſur autem proxime eſt, Philiſcum oppidum, Parthorumque. M. Ch. A Sura Gr. et Al.*

t. CCCXXXVII.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. DXXXVII. vt editi, et mox CCIII. non CCLII. H.

u. Viginti ſeptem propius) Igitur abeſt a Damaſco CLXXVI. quod interuallum et nos eſſe accepimus ab iis qui viderunt. H.

x. Propius) In manuſcripto vocabulum, *propius*, eſt initium capitis ſequentis. *Dalec.*

y. Stelendena) Ceteris ſcriptoribus de ea regione ſilentium. H.

z. Dictaeque iam) ſect. 19. H.

a. Emeſa) Ἔμισσα Ptol. L. V. c. 15. in Apamene. Hinc Euſebius Emiſſenus epiſcopus. Nummus Antonini apud Patin. p. 228. EMICHNΩN Trebellius Pollio in Aureliano Emeſſam vocat. In nummo Iuliae Domnae p. 290. EMICΩN KOΛΩNIAC. Hodie *Hemz.* H.

b. A Sura) Siue Vra, de qua dictum eſt paulo ante. Eſt haec Flauia Firma Sura, de qua in Notit. Imp. R. ſ. 24. p. 41. ſub diſpoſitione Ducis Syriae et Euphratenſis. Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic adi.) *A Sura)* Hic Pliniani editores *Aſura*, *Arura* alii, Dalecampius *Aſſur* reponit: cum perſpicua admodum planaque ſcriptoris ſententia ſit, ab Vra, ſiue Sura, quod nouiſſime appellauit, ex iis oppidis, quae Euphrati confinia ſunt, ſequi proxime Philiſcum, etc. Et Ortelius tamen Theſaurum ſuum locupletauit hac voce *Aſura*, corrupti huius loci fide, vt numerus creſceret oppidorum. H.

me est Philiscum, oppidum Parthorum ad Euphratem. Ab *c.* eo Seleuciam dierum decem nauigatio, totidemque fere Babylonem. Scinditur[1] Euphrates a Zeugmate octoginta[2] tribus millibus passuum circa vicum Massicen: Et parte laeua in Mesopotamiam vadit per ipsam Seleuciam, *d.* circa[3] eam praefluenti infusus Tigri. Dexteriore *e.* autem alueo Babylonem, quondam Chaldaeae caput petit, mediamque permeans, item quam Otrin *f.* vocant, distrahitur *g.* in paludes. Increscit *h.* autem et ipse Nili modo statis diebus, paulum differens, ac Mesopotamiam inundat, Sole obtinente vicesimam partem Cancri: minui incipit *hh.* in[4] Virgine,[5] et Leone transgresso. In totum vero remeat in vicesima nona parte Virginis.

XXII. (XXVII.) Sed redeamus ad oram Syriae, cui proxima est Cilicia. Flumen Diaphanes, mons Crocodilus, *i.* portae[6] Amani montis. Flumina: An-

1. *Scinditur enim. Ch.* 2. DLXXXIII. *Ch.* 3. *circaque. Ch.* 4. *in Virginem a Leone transgresso.* 5. *vox et deest ap. Gr.* 6. *parte. M.*

c. Ab eo Seleuciam) Martianus, L. VI. c. de Euphrate, p. 220. H.

d. Circa eam) Est enim Seleucia in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris, vt dicetur, L. VI. f. 30. H.

e. Dexteriore) Occidentali. H.

f. Otrin) MSS. omnes, *Mothi.* H.

g. Distrahitur) Vide Philostr. L. I. de Vita Apollon. c. 14. p. 29. H.

h. Increscit autem) Solinus, c. 37. p. 66. Auctor libri de Mensura orbis terrae, MSS. Strabo, L. XVI. p. 740. H.

hh. In Virgine) Forte, *in Virginem e Leone.* MSS. *In Virgine et Leone transgresso.* H.

i. Portae Amani) Angustiae sunt, qua ex Amano monte atque interiore Cilicia in Syriam est aditus. Ἀμανικαὶ πύλαι Ptol. L. V. c. 8. Ἀμανίδες πύλαι Straboni, L. XIV. p. 676. prope Aegaeas. H.

Andricus, Pinarus *k.*, Lycus: ſinus *l.* Iſſicus. Oppidum Iſſos, inde [1], Alexandria *m.*: flumen Chlorus, oppidum [2] Aegae *n.* liberum, amnis Pyramus *o.*, portae *p.* Ciliciae: oppida, Mallos *q.*, *r.* Magarſos [3], et intus Tarſos. *s.* Campi *t.* Aleii:

1. *inde eſt. M.* 2. *Aege Gr. et Al.* 3. *Margiſſos. M.*

k. Pinarus) Stephanus verbo Ἰσσὸς: ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πιναρὸς ὀνομαζόμενος. Straboni l. c. Ἰσσὸς πολίχνιον, καὶ ποταμὸς Πίνδος, ſcribo Πίναρος. H.

l. Sinus Iſſicus) Hodie *Golfe de Laiazzo*, id enim Iſſo hodie nomen eſt. Graecis Ἰσσός. Mela de eo oppido, et ſinu, L. I. c. 13. *At in receſſu intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum, fugientiſque Darii ſpectator, ac teſtis. Nunc ne minime quidem, tunc ingenti vrbe celebris Iſſo fuit, et hac re ſinus Iſſicus dicitur.* H.

m. Alexandria) Stephano, Ἀλεξάνδρεια Κιλικίας. In Conc. Nic. I. *Heſychius Alexandriae minoris*, ex prouincia Ciliciae. Nunc eſt *Aleſſandrona.* H.

n. Aegae) Αἰγαὶ Stephano et Ptol. L. V. c. 8. Philoſtrato quoque L. I. c. 5. Straboni, L. XIV. p. 676. Αἰγαῖαι. In Conc. Nic. I. *Tarcondimantus Aegetanus*, ex prou. Ciliciae. In Conc. Antioch. I. idem *Aegeates* appellatur. H.

o. Pyramus) Πύραμος, ποταμὸς ἐν Μαλλῷ τῆς Κιλικίας, Stephanus. Mela quoque L. I. c. 13. *Pyramus Iſſo prior Mallon praeterfluit.* Et Scylax, p. 38. H.

p. Portae Ciliciae) Per Tauri montis anguſtias in Ciliciam tranſitus. H.

q. Mallos) Μαλλὸς Ptolemaeo, aliiſque. Incolae Μαλλῶται dicuntur. Hodie *Malo.* In libro Iudith, c. II. 13. videtur haec eſſe *ciuitas opinatiſſima Melothi*, iuxta *filios Tharſis.* H.

r. Magarſos) Stephano Μάγαρσος collis eſt iuxta Mallum, μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ, πρὸς τῇ Μαλλῷ. Oppido a monte nomen inditum. Lycophron, v. 444. Μέγαρσος. Iſ. Tzetzae in Lycophr. p. 71. Μέγαρσος πόλις κεῖται πρὸς ταῖς ἐκχύσεσι τοῦ Πυράμου ποταμοῦ, in aeſtuatione Pyrami amnis. H.

s. Tarſos) Nulla re clarior, quam quod Doctorem gentium orbi Paulum dedit. Deſcribitur a Strabone, L. XIV. p. 673. Nunc quoque *Tarſo.* Eadem *Tharſis* eſt, in libro Iudith, c. II. 13. At in libris Hebraice ſcriptis, pro-

oppida Caſſipolis [1], Mopſos *u.* liberum, Pyramo impo-

1. *Caſſiponis. Ch.*

prie *Tharſis* regio eſt procul diſſita, ad quam mari itur, vel ipſum etiam mare. Vnde naues תרשיש Iſai. II. 16. et XXIII. 1. et 14. *naues maris ſunt:* et filia תרשיש ibidem, XXIII. 10. *filia maris eſt*, et LXVI. 19. gentes תרשיש *gentes in mare ſunt*, ex Vulgato interprete, viro ſupra fidem erudito. Itaque non repugnant inter ſe duo ſcriptores ſacri; cum 3. Reg. XXII. 49. Ioſaphat rex feciſſe dicitur claſſes תרשיש, quae nauigarent in Ophir: id quod idem Interpres vertit *naues in mari, quae nauigarent in Ophir:* ſecundo autem libro Paralip. XX. 36. dicitur idem Ioſaphat praecepiſſe *vt facerent naues, quae irent in Tharſis*, hoc eſt, in regiones mari adeundas. Sic accipe *Tharſis*, 2. Par. IX. 21. Ier. X. 1. Ion. I. 3. etc. 2. 4. ac fortaſſis Pſ. XLVII. 8. LXXI. 10. niſi forte in Pſalmis, vt Ez. XXVII. 12. תרשיש Carthago eſt, ex eodem Vulgato interprete. H.

t. Campi Aleii) Ἀλήια πεδία, ἀπὸ τȢ ἀλᾶσθαι ab errando, quoniam excuſſus Pegaſo Bellerophon per eos ſolus oberrauerit. Quidam ab oppido, quod Alas vocant, dictos fuiſſe volunt, eſſeque ſitos inter Pinarum et Cydnon fluuios. Quidam interpretantur Ȣ̓κ ἔχοντα λήια, τȢ͂τ᾽ ἐςὶν σιτοφόρα, καὶ χωρὶς βοσκημάτων. Homerus: Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο. Ὃν θυμὸν κατέδων, πάντων ἀνθρώπων ἀλεείνων. Hos verſus ſic reddidit Cicero: *Qui miſer in campis merens errabat Aleis, Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.* Rhodig. c. 23. XVII. Leopardus c. 20. VII. *Dal.*

Aleii) Feſtus Auienus, in deſcriptione Orbis, v. 1045. *Clari poſt vltima Bellerophontis. Hic caeſpes late producit Aleius arua.* Dionyſio Periegetae, quem Carmine Latino Feſtus expreſſit v. 872. πεδίον τὸ Ἀλήιον. Stephano item, p. 58. et Straboni, p. 676. H.

u. Mopſos) Stephanus Μόψȣ ἑςίαν vocat. D. Hieronymus Mopſi viculum, vbi ſupremum diem obiit Conſtantius Imperator, a Mopſo vate dictus eſt, qui Chalcanti mortis cauſam attulit. Cum enim Chalcanti fata praedixiſſent vita tum deceſſurum, cum incidiſſet in vatem ſe praeſtantiorem, occurrit is Mopſo, arte vaticinandi celebri, rogauitque, vt ait Heſiodus in caprifico quot ficus eſſent? reſpondit ille decem mil-

impositum, Thynos *x.*, Zephyrium *y*, Anchiale. Amnes: Saros *z.*, *a.* Cydnus [1] Tarsum *b.* liberam vrbem procul a mari secans: Regio Celenderitis *c.* cum oppido. Locus Nymphaeum *d.*, Soloe *e.* Ci-

Cc 5 licii,

1. *Sydnus Tarsum Gr. et Al.*

millia, et vnam: vt vero ait Pherecydes, percunctatus est, sus praegnans obuia quot porcellos gestaret? respondit ille, tres, ac ex iis vnam feminam quod vbi verum esse deprehenderunt, moerore et tristitia vitam Chalcas finiuit. Rhodigin. c. 15. XXIX. *Dal.*

Mopsos) Ptolemaeus, aliique Μόψε ἑςίαν, quasi Mopsi lares appellant, quae appellatio altera frequentior, notiorque est. Stephanus: Μόψε ἑςία Κιλικίας ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποτάμῳ. H.

x. Thynos) Ita libri quidem editi: at MSS. omnes, R. 1. 2. etc. *Tyros.* H.

y. Zephyrium) Ζεφυρίον et Αγχιάλην finitima oppida Strabo quoque facit, L. XIV. p. 671. et Steph. p. 19. In nummis antiquis Seueri, Getae, et aliis, ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ. H.

z. *Saros*) Σαρὸς Ptol. L. V. c. 8. inter Pyramum et Cydnum. A Saro duce nomen accepisse, cum prius Κοίρανος diceretur, auctor est Stephanus, verbo Ἄδανα. H.

a. Cydnus) Κύδνος Straboni, L. XIV. p. 672. Mela, L. I. c. 13. *Cydnus per Tarsum exit.* Festus Auienus, v. 1041. *Pyramus hic vndas, hic voluit Pinarus aequor, Cydnus item mediae discernit moenia Tarsi.* H.

b. Liberam vrbem) Nummus Antonini Seueri F. ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΣΟΥ: *Senatus liberae ciuitatis Tarsi*, cum signo libertatis. H.

c. Celenderitis) Κελενδερὶς πόλις, Scylaci, p. 38. in Cilicia. Item Ptol. L. V. c. 8. Straboni, p. 670. Κελένδερις πόλις λιμένα ἔχεσα, oppidum cum portu. Et Mela huius meminit L. I. c. 13. et Tacit. L. II. Annal. p. 65. H.

d. Nymphaeum) Νυμφαῖον Suidae, fanum est delubrumue Nympharum. Alias Nymphaeum locus est bituminis ferax, qualis in Apolloniatarum agro. H.

e. Soloe Cilicii) Σόλοι Κιλίκιοι, vt discernantur a Solis Cypriis. Soloecismo nomen ea vrbs dedit. Huius incolae Σολεῖς: Cypriae, Σολιοὶ, teste Laertio, in Solone, p. 13. A Pompeio decus ac nomen traxit, Πομπηΐε πόλις, inquit Stephanus, p. 613. Num-

licii, nunc Pompeiopolis: *f.* Adana [1], *g.* Cibyra [2], Pinara *h.*, Pedalie *i.*, [3] Ale, Selinûs *k.*, Arsinoe *l.* Iotape,

1. *Addana. Ch.* 2. *Cibira Gr.* 3. *Halix, Clinus, Arsi, etc. M. Hal. Elini, Arsi. Ch. Pedalie Halix: Arsinoe, Tabe, Doron. Gr. et Al.*

Nummus Musei nostri Parisiensis, in quo Arabi et Chrysippi Solensium icones, vt vulgo creditur: cum epigraphe ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. In alio vetustiore e Museo P. Chamillart, Mineruae caput siue Palladis est, et noctua, cum epigraphe ΣΟΛΕΩΝ ΘΕ. Σολέων Θεά, *Solensium Dea.* H.

f. Adana) Τὰ Ἄδανα Appiano in Mithrid. p. 237. Stephano, Ἄδανα, Κίλισσα πόλις. In nummis, ΑΔΑΝΕΩΝ. H.

g. Cibyra) Κίβυρα Ptol. L. V. c. 8. et Stephano, verbo Τάβαι. H.

h. Pinara) Crago Ciliciae monti imposita. Stephanus: Πίναρα, πόλις μεγίστη, ὑπερκειμένη τῷ Κράγῳ τῆς Κιλικίας. De hoc Ciliciae promontorio Crago, Strabonem consule, libro XIV. p. 669. H.

i. Pedalie) Forte, *Podalie*, Ποδάλεια rectius. Nam in Conc. CP. I. *Callinicus Podaliensis* legitur, ex prou. Pisidiae, cui prouinciae attributa haec ora aliquando est. Ex *Ale* autem fit Ἀληνός. Vnde nummus est perrarus, ex aere mediocri, apud D. Abb. *de Fontenu*, sic inscriptus: ΑΤ. ΚΑΙ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟC. capite laureato. In auersa parte, ΑΛΗΝΩΝ. ΕΠΙ ΔΗΜΟΝΙΚΟΥ ΔΙΩΝΟΣ. Nummus *Alenorum. Sub Demonico Dionis* F. Iupiter ibi stans, sinistra hastam, dextra tenet aquilam. In alio, qui est ex aere maximo apud eumdem, hinc caput est Genii ciuitatis laureatum, ΔΗΜΟΣ ΑΛΗΝΩΝ. Inde Isis, cum modio in capite: dextra temonem tenens, sinistra cornu copiae. Epigraphe: ΕΠΙ ΑΛ. Μ. Κ. ΑΡΧΟΝΤΟC Δ. Hoc est, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου μάντιος καὶ ἄρχοντος δ.' *sub Alexandro Augure, et Archonte quartum.* H.

k. Selinûs) Σελινοῦς, Ἀρσινόη, Ἰοτάπη. Ptol. L. V. c. 8. Caue autem existimes ciuitatem hanc designari in nummo Traiani Imp. sic inscripto apud Occonem, p. 215. IMP. CAES. NERVAE TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. PARTH. TR. P. COS. VI. P. P. capite laureato .)(. S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Aedificium sphaericum,

tape, [1]Doron. *ll.* Iuxtaque mare Corycos *m.*, eodem nomi-

1. Dorion. V. M. Cb.

ricum, lapide quadrato, in portae periſtylio, SELINVNTEM. Viſo hoc numiſmate, fictor carminum Sibyllinorum, et alii, Traianum Selinunte in Cilicia obiiſſe finxerunt: nec ſatis feliciter nos olim oppidum in Sicilia a Traiano amplificatum coniecimus: cum de ſententiis, quae primis tantum ſingularum vocum literis exprimuntur in nummis, nondum quantum oportuit, ſuſpicaremur. Murus hic et portae civitatis Narbonis eſt: ſuperſcriptionis haec ſententia: *Salua Ebrodunenſium Libertate Imperator Narbonem Voluit Narbonenſis Totius Eſſe Metropolim.* Ebrodunenſes poſtea noluit excipi Seuerus: vt docet nummus Iuliae Domnae, inſcriptus: IVNONEM: hoc eſt: *Imperator Voluit Narbonem Omnium Narbonenſium Eſſe Metropolim.* Sed iiſdem poſtea libertatem ſuam recipientibus, vide quid acciderit ex eo, in nummo Conſtantini Max. CONSTANTINI ANADAFNE, de quo diximus ad ſect. 18. libri huius quinti Vide Not. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Selinus, Arſinoe, Iotape)* Parm. editio, *Pedalie, Hales, Arſinoe, Tabe.* Vet. Cod. Dalec. *Pedalie, Halis, Clinus, Arſinoe.* Chiffl. *Halis, Elini, Arſinoe.* R. 1. 2. *Hales, Clinus, Arſinoe.* Nos priorem voculam *Hale*, ſeu Ale potius, oppidi nomen eſſe ſtatuimus, a quo Aleii campi, de quibus ſuo loco diximus, cognominati ſunt: cetera deinde refingimus in hunc modum: *Selenus, Arſinoe, Iotape:* nam *Tabae* non ſunt huius loci, ſed Lydiae, teſte Strabone; nec Thebe Strabonis, L. XIV. p. 667. quae Pamphyliae ditionis fuit. At Selinus Ciliciae oppidum eſt non ignobile, Σελινῦς Ptol. L. V. c. 8. vnde Selenitidi regioni nomen, ſic enim legendum puto apud Ptol. non vt in vulgatis editionibus, Σελέντιδος. Ad Selinuntem fluuium vrbi cognominem ſita videtur, cuius amnis in hoc ipſo tractu prope Cragum et Pinara, meminit Strabo, L. XIV. p. 669. In eadem Selenitide. Ἰοτάπη collocatur a Ptolemaeo, l. c. In Notit. antiq. Eccleſ. Ἰοτάτη perperam appellata, atque Iſauriae, perinde atque ipſa Selinus, attributa. In Conc. CP. I. p. 956. *Neon Selenuntenſis* ſubſcribit inter epiſcopos prouinciae Iſauriae. H.

l. Arſinoe) Ἀρσινόη Ptol. l. c. et Steph. Ἀρσινόη Κιλικίας, poſt Strabonem, L. XIV. p. 670. H.

ll. Doron) In MSS. *Dorio* H.

nomine oppidum, et portus, et specus. *n.* Mox *o.* flumen Calycadnus. *p.* Promontorium Sarpedon *q.*: Oppida: *r.* Holmoe [1], Myle. *s.* Promontorium et oppidum Veneris *t*, a quo proxime Cyprus insula. Sed in continenti oppida, *u.* Myanda, *x.* Anemurium, *y.* Coracesium, finisque antiquus Ciliciae Melas

1. *Olme Gr. et Al.*

m. Corycos) Κώρυκος ἄκρα, et Κωρύκιον ἄντρον Straboni L. XIV. p. 670. In Conc. Constant. I. *Germanus Corycensis*, ex prou. Ciliciae. In nummis ΚΩΡΥΚΙΩΤΩΝ. H.

n. Et specus) Mela, L. I. c. 13. *Non longe hinc Corycos oppidum, portu saloque incingitur, angusto tergore continenti annexum. Supra specus est, nomine Corycius, singulari ingenio, et supra quam describi facile sit, eximius.* Quae sequuntur, ita sunt eleganter scripta, vt nihil concinnius, nihil ornatius vspiam legi posse videatur. Hic Corycium nemus, vbi crocus optimus gignitur. H.

o. Mox flumen Calycadnus, etc.) Lege: *Mox flumen Calycadnus, promontorium Sarpedon: oppida Holmoe, Myle, etc.* Salmas. 620. a.

p. Calycadnus) Ptol. Καλύκαδνος, et Straboni, l. c. *Mediam Isauriam*, inquit Ammian. L. XIV. p. 19. *navigabile flumen Calycadnus interscindit.* H.

q. Sarpedon) Σαρπηδὼν ἄκρα, iisdem auctoribus, Mela, l. c. *Promontorium Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis.* Et Σαρπηδὼν πόλις, Scylaci, p. 38. H.

r. Holmoe) Ὅλμοι, vt Soloe Σόλοι. Stephanus: Ὅλμοι, πόλις Τραχείας Κιλικίας, etc. Eadem Holmia, vetusque Seleucia, quae a mari deinde, vt mox dicetur, in mediterraneum situm retracta adductaque est. H.

s. Myle) Μύλη, vel Μύλαι. Forte *Moloë*, Μωλώη, quae in Notit. Eccl. Isauriae adscribitur. H.

t. Oppidum Veneris) Ἀφροδισιάς Ptol. l. c. Meminit et Solin. c. 38. p. 68. H.

u. Myanda) In MSS. R. 1. et 2. etc. *Mysanda.* H.

x. Anemurium) Ἀνεμούριον Straboni et Ptolemaeo, oppidi ac promontorii nomen. Mela, L. I. c. 13. *Quod Ciliciam a Pamphylia distinguit, Anemurium.* Nummi, ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΙΩΝ, in Museo nostro Parisiensi. H.

y. Coracesium) Κορακήσιον, pri-

las z amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni a., qui nunc [1] Caesarea b.: Augusta c, [2] Castabala d., Epiphania,

1. *Sic quoque Cb. Caesaraugustani Gr. et Al.* 2. *Castabula. V. aliis Castabla.*

primum Ciliciae castellum, teste Strabone, L. XIV. p. 668. In Notit. Eccl. antiq. Coracesium Pamphyliae accensetur. Et in Conc. CP. I. *Theodulus Coracesiensis*, e prou. Pamphyliae. H.

z. *Melas*) Caute finem antiquum Ciliciae dixit hunc amnem esse: recentiores enim Pamphyliae adscripsere. Mela, L. I. c. 14. *In Pamphylia est Melas, nauigabilis fluuius.* Item Strabo, p. 667 H.

a. *Anazarbeni*) Ἀνάζαρβος μητρόπολις, in Not. ant. Eccl. Ciliciae secundae. Nummus est Alexandri Seueri, in Museo nostro Parisiensi, ex aere, maiori forma, cum epigraphe, ΑΝΑΖΑΡΒΟ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Haec Dioscoridis patria. H.

b. *Qui nunc Caesarea*) Ptol. L. V. c. 8. Καισάρεια πρὸς Ἀναζάρβῳ, Vide Not. et Em. N. LX. (hic pos.) *Anazarbeni, qui nunc Caesarea: Augusta, Castabala, etc.*) Ex duobus oppidis vnicum hoc loco conflarunt Plinii editores, dum scribi iussere: *qui nunc Caesaraugustani.* At neque id nomen Anazarbenis datum quisquam veterum vel leuiter indicauit, nec ipsi codices MSS. ei scripturae fauent. Nam in R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. legitur, *qui nunc Caesarea Augusta.* Sed multo apertius Ptolemaeus diuersa duo esse oppida monet, qui in propria Cilicia, L. V. c. 8. Καισάρειαν πρὸς Ἀναζάρβῳ memorat: et proxime ante in Bryelice eiusdem Ciliciae regione, Αὐγοῦσταν. Sed errat insigniter Suidas, qui vetustum vrbis nomen Diocaesaream ait fuisse: recentius deinde Neruae temporibus, Anazarbum: cum Plinius multo ante Neruae principatum obierit, qui Anazarbenos olim vocitatos testatur, Sed neque vno errore contentus, geminos vno partu edit: qui ab Anazarba Senatore nomen oppido factum putat, quod ab vicino potius monte, vel colle, vel amne, tractum, Ptolemaei oratio indicat, πρὸς Ἀναζάρβῳ. Sic etiam Σελεύκειαν πρὸς Βήλῳ appellat, L. V. c. 15. ceteraque eiusmodi oppida ad montis radices sita. Tamen Suidae adstipulatur Ammian. L. XIV. p. 19. H.

c. *Augusta*) Αὐγοῦστα Ptolemaeo, in Bryelice Ciliciae regione. H.

phania *e.*, quae antea [1] Oeniandos; Eleusa *f.*, Iconium *g.*: Seleucia *h.* supra amnem [2] Calycadnum, [3] Tracheotis *i* cognomine, a mari relata, vbi vocabatur

1. *Eniandos Gr. et Al.* 2. *Caricadnum. Ch. Calicadnum Gr.* 3. *Trachcodes. M. Trachea Steph. Trachiotis Gr. et Al.*

d. Castabala) Καςάβαλα. Vide Not. et Em. N. LXI. (hic consp.) *Castabala)* Prius *Castabla* legebatur. Nos *Castabala* Καςάβαλα rescripsimus cum Stephano, et Ptolemaeo, L. V. c. 8. qui Ciliciae proprie dictae adiudicat. Not. Eccl. ant. Ciliciae secundae, Καςάβαλλα. In Conc. Nic. I. ex prou. Ciliciae, *Moyses Castabalensis.* H.

e. Epiphania) Ἐπιφάνεια Κιλικιάς, Stephano, et Ptolem. L. V. c. 8. et Appiano, in Mithrid. p. 237. Ammiano item, L. XXII. p. 223. Ciliciae secundae accensetur in Notit. Eccl. H.

f. Eleusa) Ἐλεȣ̃σα Oppiano patriam suam describenti, L. III. Halieut. v. 209. Σεβάςη Ptolemaeo est, L. V. c. 8. Et in Notit. Eccl. Ciliciae primae. Ioseph. Antiq. L. XVI. c. 8. p. 558. Κατὰ Κιλικίαν ἐν Ἐλεȣ́σῃ, τῇ μετωνομασμένῃ νῦν Σεβαςῇ. H.

g. Iconium) MSS. R. 1. 2. *Riconium.* H.

h. Seleucia) Σελεύκεια ἐπὶ τῷ Καλυκάδνῳ, Straboni, L. XIV. p. 670. Nummus Gordiani, apud Erizzo, p. 516. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔ. ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. H.

i. Trachiotis cognomine a mari relata, vbi vocabatur Hormia) Vetus lectio, *Tracheodes.* Stephanus, *Trachea.* Item Hermolaus ex Strabone *Olmos* aut *Olmiae* pro *Hormia* suffecit. Sed multum differt Olmos, quod scribit Strabo, ab Olmia. Itaque posset legi vel *Olbia* vel *Hydria*, ex eodem Stephano. Nam et vetus lectio *Ermia* praefert. *Pintian.*

Tracheotis) Τραχειῶτις Straboni, L. XIV. p. 668. hoc est, aspera, Τραχεῖαν ceteri scriptores appellant eodem vocis significatu. Vide Not. et Em. N. LXII. (hic inf.) *Tracheotis)* MSS. habent *Tracheodis.* Ceteri cum Ptolemaeo, L. V. c. 8. Τραχεῖαν vocant. Stephanus, Σελεύκεια, πόλις ἐπὶ Κιλικεία τραχεῖα — — Ὠνόμασε δὲ Σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. . . Πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο. Scribo Ὀλμία. Strabo enim, cuius e fontibus areolas suas Stephanus rigat. L. XIV. p. 670. Ὄλμον ait vocatum oppidum, ad Calycadnum, quod

batur *k.* Holmia[1]. Praeterea intus flumina, Liparis *l.*, Bombos, *m.* Paradiſus[2]. Mons Imbarus[3].

XXIII. Ciliciae Pamphyliam omnes iunxere, neglecta gente Iſaurica. Oppida *n.* eius intus, Iſaura *o.*, Clibanus, *p.* Lalaſis[4]: decurrit *q.* autem ad mare

1. Olmia. V. Hormia Gr. et Al. 2. Paradius. V. 3. Imbariſia. Ch. 4. Lariſſis fl. V. Lalaſſis Gr. et Al.

quod ii incolerent, qui poſtea Seleuciam translati, Seleucenſes dicti ſunt. Quod et ipſe Stephanus agnoſcit, p. 513. Ὄλμοι, πόλις τραχείας Κιλικίας, ὅπȣ πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς. H.

k. Holmia) Ita reſcripſimus, pro *Hormia.* Vide Not. et Em. Num. cit. In MSS. tamen R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Hermia* legitur. H.

l. Liparis) Amnis hic Ciliciae Solos alluit. Vitruuius L. VIII. c. 3. p. 159. *Solis quod oppidum eſt Ciliciae, flumen nomine Liparis, in quo natantes, aut lauantes, ab ipſa aqua vnguntur.* Idem narrat Antigonus Hiſt. Mirab. c. 150. Λίπαρις, quae vox pinguedinem ſonat. H.

m. Paradiſus) Meminit huius etiam Martianus, L. VI. c. de Euphrate, p. 220. H.

n. Oppida eius) Iſauriae. H.

o. Iſaura) Τὰ Ἴσαυρα Stephano et Straboni, L. XIV. p. 668. quibus expugnatis Seruilius Iſauricus eſt appellatus. Eſt nummus ex aere magno perrarus, in Gaza Sereniſſimi Ducis Cenomanenſis, nec aliubi adhuc viſus: in quo pictus Heraclius vterque, pater et filius: in altera ſuperficie, litera maiuſcula M. cum cruce ſuperpoſita; et infra ISAVR. quae Mercatores Narbonenſes *Chriſtianos* ſignificant, in Iſauria negotiantes, qua parte nimirum; vt hic Plinius prodidit, decurrit ad mare. H.

p. Lalaſſis decurrit) Eſt *Lalaſſis* oppidi nomen, teſte Stephano. Ceterum *decurrit*, ad Iſauriam referendum, quod decliuius ſit, qua verſus mare protenditur editiore ſitu mediterraneo. *Gelen.*

Lalaſis) Ea eſt, quae Stephano Λαλίζανδα πόλις Ἰσαυρικὴ, quae deinde poſteriore aeuo, vt idem monet, Λαλίσανδα eſt appellata. Sane in Notit. Eccl. antiqua Λαλίσανδος prouinciae Iſauriae ſedes epiſcopalis eſt. Et in Conc. CP. I. p. 956. inter Epiſcopos prou. Iſauriae, *Mari-*

mare Anemurii *r.* regione [1] supra dicti. Simili modo omnibus, qui eadem composuere, ignorata est contermina [2] illi gens Homonadum, quorum intus oppidum Homona. *s.* Cetera castella *t.* XLIV. inter asperas conualles latent.

XXIV. Insident *u.* verticem Pisidae, quondam Solymi *x.* appellati: quorum colonia *y.* Caesarea, eadem Antiochia. Oppida: Oroanda *z.*, *a.* Sagalessos [3].

XXV.

1. *e regione. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Ch. et V. illi contermina gens Gr. et Al.* 3. *Agalesos. V. et Ch.*

Marinus Dalisandensis subscripsit. H.

q. Decurrit autem) Isaurica scilicet, quae decliuis est, qua versus mare protenditur, editiore situ mediterraneo, vt Gelenius animaduertit. H.

r. Anemurii regione) Circa Anemurium, de quo sect. sup. H.

s. Homona) Homonadenses inde dicti Pisidis confines, Ὀμοναδεῖς συνάπτοντες τοῖς Πισίδαις, apud Strab. L. XIV. p. 679. De castellis Homonadensium in Cilicia, Tac. Annal. L. III. p. 85. Lycaoniae accensetur in Conc. CP. I *Cyrillus Homonadensis.* Notit. Eccl. p. 17. in prou. Lycaoniae ὁ Οὐμανάδων. P. 29. Οὐμάναδα. p. 51. Ὀομανάδων. Leunclauius, p. 74. ὁ Μανάδων vbique mendose. H.

t. Castella) Homonadensium. Tacit. l. c. H.

u. Insident verticem) Montium obtinent iuga. Πισίδαι ὀρεινοὶ Straboni L. XII. p. 570. H.

x. Solymi) Οἱ Πισίδαι πρότερον Σόλυμοι, Steph. p. 551. H.

y. Colonia Caesarea) Vlpianus, L. L. Dig. tit. 15. de Censibus: *In Pisidia iuris Italici est colonia Antiochensium.* Nummus Seueri, COL. CAES. ANTIOCHIA. Stephano, p. 87. Ἀντιόχεια Πισιδίας. Item Ptolemaeo. In Conc. CP. I. p. 957. *Optimus Antiochenus*, prou. Pisidiae. H.

z. Oroanda) Oroanda quoque Liuio, L. XXXVIII. p. 480. et Oroandenses, p. 474. qui Ptolemaeo, L. V. c. 4. Ὀρονδικοὶ, inter Pisidiam. et Isauriam positi. H.

a. Sagalessos) Liu. L. XXXVIII. p. 473. *Agrum Sagalassenum, vberem fertilemque*

XXV. Hos includit Lycaonia in Asiaticam *b.* iurisdictionem versa, cum qua conueniunt Philomelienses *c*, Tymbriani *d.*, Leucolithi *e.*, Pelteni *f.*, [1] Tyrienses *g.* Datur *h.* et tetrarchia ex Lycaonia, qua

1. *sic et Ch. Hyrienses Gr. et Al.*

que ―― colunt Pisidae. Σαγαλασσὸς Straboni, L. XII. p. 570. et Ptol. L. V. c. 3. In Conc. CP. I. p. 957. *Ionius Sagalassensis*, prou. Pisidiae. Nummi antiqui, CΑΓΑΛΑCCΕΩΝ. In Notit. Eccl. Ἀγαλασσὸς, et ita MSS. Pliniani quidam. H.

b. In Asiaticam) Ius coacta petere in Asiam proprie dictam de qua f. 28. in conventum nempe Synnadicum, in maiorem Phrygiam, vt dicemus f. 29. cum recensitae hactenus gentes non sic e longinquo peterent, sed domesticos apud se iudices et Praetores haberent. H.

c. Philomelienses) In Conc. CP. I. p. 957. *Theosebius Philomeliensis*, e prou. Pisidiae. Phrygiae magnae Φιλομήλιον adiudicant Ptol. L. V. c. 2. et Stephanus. H.

d. Tymbriani) In MSS. *Timbriani.* Ab oppido, vt arbitror, Τιβριὰς Tibriani appellandi. In Conc. CP. Gener. III. siue VI. Synodo, act. 18. p. 1068. subscribit Constantinus τῆς Τιβριαδέων πόλεως episcopus: Τιβριάδων scribitur, p. 1017. Addit Latina versio antiqua, Pisidiae prouinciae hanc sedem fuisse. In Notit. Eccl. antiqua inter sedes episcopales prou. Pisidiae censetur Τυμβιάδων. At p. 19. altera Notitia, ὁ Τιμβρίαδων. Tertia, p. 51. ὁ Τιβριάδων. Leunclauio, p. 96. mendose, vt remur, ὁ Τιμωμαριάδος. H.

e. Leucolithi) Ab albo saxo, quod incolerent, traxisse nomen videntur. H.

f. Pelteni) Qui Πελτῖνοι Ptol. L. V. c. 2. H.

g. Tyrienses) Τύριοι Pisidiae populi. Vide Not. et Em. N. LXIII. (hic consp.) *Tyrienses)* Prius *Hyrienses* legebatur, quos in hoc tractu terrarum nemo veterum agnouit. MSS. certe R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. *Tyrienses* exhibent. Et olim, Stephano teste, p. 673. Τύρος Πισιδίας πόλις. Quare Hermolaum miror, a vetustorum exemplarium, et Parmensis, aliarumque editionum fide discessisse, vt pro *Tyrienses, Hyrienses* rescriberet, cum Hyria Seleuciae ad Calycadnum nomen priscum fuerit, quae longo hinc spatio dissidet. In Notit. Eccl. ant. inter episcopos prouinciae Pisidiae, p. 19, censetur, ὁ Τυραέων. Leunclauius p. 29.

qua parte Galatiae contermina est, ciuitatum XIV. vrbe celeberrima Iconio *i.* Ipsius Lycaoniae celebrantur [1] Thebasa *k.* in Tauro: [2] Hyde *l.* in confinio Galatiae atque Cappadociae, *m* A latere autem eius super Pamphyliam veniunt Thracum soboles, [3] Milyae *n.*, quorum [4] Arycanda oppidum.

XXVI.

1. *Terbasa. V. Tembasa Gr. et Al.* 2. *Idaea Ch. Sinda Gr. et Al.* 3. *Milienses. V. Myliae Gr.* 4. *Aricandra. Ch.*

p. 29. ὁ Τυραίων. Notitia altera, p. 51. ὁ Τυράνε. Tertia, p. 29. Τυραϊον. H.

h. Datur) Adiicitur, inquit, ei conuentui, seu iurisdictioni Asiaticae, etiam tetrarchia ex Lycaonia. H.

i. Iconio) Lycaoniae quondam metropolis Ἰκόνιον in Not. vet. Eccl. vnde Amphilochius Iconiensis. Nunc ingentis Asiae tractus caput, cui Caramaniae Turcae nomen fecere: oppido *Cogni.* H.

k. Thebasa) Thebasan in minore Asia non semel appellat Paul. Diac. hist. L. XXIV. p. 770. et 771. Vide Not. et Em. N. LXIV. (hic adi.) *Thebasa in Tauro*) Ita scripsimus, secuti R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. vetustasque editiones ante Frobenium, qui *Tembasa*, vnde libuit, obtrusit. Forsan rectius *Tarbasa*, ex Strabone nobis obiecisset: nam is Ταρβασσὸν inter Pisidiae ciuitates annumerat, ex Artemidoro, L. XII. p. 570. sed *Thebasa* sincerior est, consentiensque omnium codicum scriptura: et Lycaoniae, non Pisidiae, oppidum quaerimus. H.

l. Hyde) Ὕδη, in Lycaonia. Vide Not. et Em. N. LXV. (hic pos.) *Hyde in confinio Galatiae* etc.) Libri omnes tum manu exarati R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. tum etiam typis excusi, ante Hermolaum, *Ide* vel *Idea* legunt. *Sinda* ille ex Strabone scripsit, qui Pisidarum oppidum, non Lycaonium, in quibus describendis Plinius nunc totus est, Sindam esse ait, L. XII. p. 570. Nos a codicum auctoritate atque consentiente scriptura quam minime aberrantes, *Hyde* restituimus, quae inter sedes Lycaoniae episcopales vndecima numeratur in Not. Eccl. antiqua. Vnde in Conc. CP. I. p. 956. *Theodosius Hydensis* e prou. Lycaoniae. H.

m. A latere autem eius) Lycaoniae latere occidentali. H.

n. Milyae) Quorum regio

XXVI. Pamphylia *o.*, ante Mopsopia appellata. Mare Pamphylium Cilicio iungitur. Oppida eius: Side *p.*, et in monte [1] Aspendum *q.*, Pleteniſſum *r.*, Per-

1. *Aspendum, Plataniſtum.* *Ch.* *Plataniſtus* *Gr.* *et* *Al. quoque.*

gio Μιλυὰς appellata Herod. L. I. Clio n. 173. p. 72. Straboni, L. XII. p. 570. et Arriano, L. de exped. Alex. p. 69. Phrygiae quondam maioris pars, eadem ab Alexandro Lyciae contributa, inquit Arrianus. Quamobrem et eorum oppidum 'Αρύκανδα Lyciae accenſetur a Stephano, p. 119. et ab Athenaeo. H.

o. Pamphylia) Nunc cum Cilicia, vno Caramaniae nomine cenſetur. Qua tamen ad mare vergit *Scandalor* appellatur. Mopſopiam veteres appellarunt, a Mopſo, qui poſt bellum Troianum eam oram obtinuit, vt Strabo refert, L. XIV. p. 668. H.

p. Side) Σιδὴ Straboni, L. XIV. p. 667. Nunc *Scandalor* vocant. Incolae Σιδῖται, Arriano, L. I. Exped. Alex. p. 73. Prope Eurymedontis oſtia Σιδὴ locatur a Ptolemaeo, L. V. c. 5. Auieno, *Priſca Side.* In Conc. CP. VI. Gener. p. 1030. Σιδητῶν μητρόπολις Παμφυλίων. In nummis antiquis ΣΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ: *Sidetarum ſplendidiſſimae et clariſſimae* ciuitatis. H.

q. Aſpendum) Ἄσπενδος, quam in ciuitatem aduerſo amne Eurymedonte a mari nauigatur, per ſtadia LX. ſeu paſſus VII. M. D. teſte Strabone, l. c. Hinc *Domnus Aſpendius* e prou. Pamphyliae, in Conc. Nic. I. In edito colle poſita ciuitas a Mela dicitur, L. I. c. 14. H.

r. Plataniſtûs) Strabo Plataniſtum vocat quoſdam ſcopulos in mari Cilicio vortiginoſum mare reddentes. *Dalecampius.*

Pleteniſſum) Πλετενισσὸς Ptol. L. V. c. 5. Vide Not. et Em. N. LXVI. (hic poſ.) *Pleteniſſum*) In libris hactenus editis, *Plataniſtus.* In R. 1. 2. et ed. Parm. *Plantaniſtum.* In Chiffl. *Plataniſtum.* Haud dubie Petneleſſum Plinius intellexit, quam vrbem in editiſſima Pamphyliae parte ſupra Aſpendum ſitam fuiſſe, auctor eſt Strabo, L. XIV. p. 667. ὑπέρκειται δὲ ταύτης (Ἀσπένδε) Πετνηλησσός. Haec Ptolemaeo, L. V. cap. 5. Πεδνηλισσὸς dicitur. At in codice Palatino, noſtroque Pariſien-

Perga *s.* Promontorium Leucolla *t.* Mons [1] Sardemissus *u.*: [2] Amnes: Eurymedon *x.* iuxta Aspendum fluens: Catarractes *y.*, iuxta quem Lyrnessus *z.* et Olbia, vltimaque eius orae Phaselis *a.*

XXVII

1. *Sarpessus. V.* 2. *Amnis, Eurymedon etc. Gr. et Al.*

siensi, Πλετενισσὸς scribitur, quam veram esse ac genuinam Plinii scripturam, consensio exemplarium suadet: prorsus vt binominis ea ciuitas fuisse videatur. Platanistum certe in hoc tractu nemo, praeter Ortelium, agnoscit: quem vitiosi Plinii codices saepe in fraudem impulerunt. In Notit. Eccl. ant. p. 19. et in altera rursum, p. 51. inter episcopos prouinciae Pamphyliae censetur, ὁ Πελτινίσσȣ, literis videlicet permutatis, pro Πλετενίσσȣ. H.

s. Perga) Πέργη Straboni, p. 667. Hinc Apollonius Pergaeus, Conicorum auctor. Mela, L. I. c. 14. *Inter eos* amnes (Cestron, et Catarracten) *Perga est oppidum, et Dianae, quam ab oppido Pergeam vocant, templum. Trans eosdem mons Sardemissos*, etc. Vidimus apud D. Abbatem *de Fontenu*, Neruae Augusti nummum argenteum maioris moduli: IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. POT. P. P. Capite laureato .)(. COS. III. Cum templo duabus columnis, et gradibus tribus insigni: cuius in peristylio scriptum est DIANA PERG. hoc est, PERGAEA. Refertur et ab Occone, p. 190. inter picturas Alberti Principis. H.

t. Leucolla) Graecis Λευκόλλα. Salm. in Solin. p. 252. Λευκόλλαν in Cypro portum, cuius Strabo meminit L. XIV. p. 682. cum promontorio isto Pamphyliae confundit. H.

u. Sardemissus) Sic Mela, l. c. Σάρδησσος in hoc ipso tractu iuxta Lyrnessum, vrbs Lyciae Stephano appellatur, in qua Iuppiter Σαρδήσσιος colitur. Idem fortassis monti nomen, vel geminum fuit. H.

x. Eurymedon) Dion. Perieg. v. 583. Ἄσπενδον, ποταμοῖο παρὰ ῥοὸν Εὐρυμέδοντος. Meminere Strabo, Ptol. Mela ll. cc. et Philostr. L. I. de Vita Apollonii c. 11. Ἄσπενδος, ἡ Παμφύλων, πρὸς Εὐρυμέδοντι etc. H.

y. Catarractes) *Quia se praecipitat, ita dictus*, inquit Mela, L. I. c. 14. Strabo, L. XIV. p. 667. Καταῤῥάκτης λεγόμενος, ἀφ' ὑψηλῆς πέτρας

XXVII. Iunctum ei mare Lycium est, gensque Lycia *b.*: vnde [1] vastum sinum *c.* Taurus mons *d.*, ab

1. *sic ex MSS. em. Hard.* *Vnde vastus sinus: Taurus mons etc. Gr. et Al.*

πέτρας καταῤῥάκτων ποταμὸς πολύς. etc. H.

z. *Lyrnessus et Olbia*) Λυρνησσὸς καὶ Ὀλβία Straboni, l. c. inter Pamphyliae oppida. H.

a. *Phaselis*) Mela, L. I. c. 14. *Phaselis a Mopso condita, finis Pamphyliae.* Stephanus quoque, Φασηλὶς, πόλις Παμφυλίας, A Strabone, L. XIV. p. 666. et Scylace, p. 37. Lyciae adscribitur, cuius in confinio est. Liuius, L. XXXVII. p. 456. *In confinio Lyciae et Pamphyliae Phaselis est: prominet penitus in altum*, etc. Quoniam erat in ora posita Phaselis, ibi naues construebantur, sicut illa quae Domitianum vexit in orientem, vt mari vinceret, dum Vespasianus et Titus bellum terra gererent; nam id testantur nummi eius inscripti, VICTORIA NAVALIS. Nauem autem ipsius structam fuisse a Phaselitis, docet nummus singularis ex argento didrachmus, in Museo D. *de Boze.* Nam is nauim exhibet, cuius in vna parte puppis, prora est in altera. E prora effigies emicat radiata Solis orientis: puppi eminet haec epigraphe: NIKANΔ ΦΑΣΗ, sententia est: ΝΙΚηφόρȣ Ἀρχιτέκτονες Ναὸς Δομιτιανῷ ΦΑΣΗλῖται *Victricis fabricatores nauis Domitiano fuere Phaselitae.* Exaedificatam a se nauim fuisse, qua vicit Domitianus, sibi ipsi Phaselitae oblique gratulantur, cum Domitiani victoriam praedicant. H.

b. *Iunctum ei mare Lycium est, gensque Lycia, etc.*] Legend. *Iunctum mare, Lycium est, gensque Lycia. Inde vastum sinum Taurus mons ab Eois veniens littoribus, Chelidoniôn promontorio disterminat.* Promontoria, vt notum est, sinus disterminant et claudunt. Tauri promontorium quod est contra Chelidonias, sinum vastum disterminat a Lyciaco mari. *Chelidoniôn promontorium* heic vocat, quod si contra Chelidonias oppositum. Vide *Salmas.* pag. 779. a. *Iunctum ei mare Lycium est, gensque Lycia, etc.*] Locum hunc Plinii valde vexat Salmasius. Nihil mutandum: Ait enim, Phaselidi iunctum esse mare Lycium, gentem Lyciam et sinum vastum ab ea denominatum. Omnia autem haec a Pamphylia et mari

ab Eois veniens litoribus, Chelidonio *e.* promontorio [1] disterminat. Immensus ipse, et innumerarum gentium arbiter, dextro latere septemtrionalis, vbi primum ab Indico mari exsurgit, laeuo meridianus, et ad occasum tendens: mediamque distrahens Asiam, nisi opprimenti terras occurrerent maria. Resilit ergo a [2] septemtrione: flexusque immensum iter quaerit, velut de industria rerum natura subinde aequora opponente, hinc Phoenicium, hinc Ponticum, illinc Caspium et Hyrcanium, contraque *f.* Maeoticum [3] lacum. Torquetur itaque collisus inter haec claustra, et tamen victor, flexuosus euadit vsque ad cognata *g.* Riphaeorum

1. disterminatur. H. 2. ad Septentriones. Gr. 3. lacum torquetur. Itaque. Vet. M.

mari Pamphylico, disterminare Chelidonium promontorium. Vide *Vossium* in Melam, pag. 74. 75.

c. Vnde vastum sinum) Inde, inquit, mare Lycium incipit, gensque Lycia, vbi vastum sinum Taurus mons suo promontorio, quod Chelidonis insulis opponitur, claudit et terminat. *Lycia*, inquit Mela, L. I. c. 15. *Sidae portu* (primum illud est Pamphyliae oppidum, versus ortum) *et Tauri promontorio grandem sinum claudit.* Sinui nomen est hodie Attalico, *le Golfe de Satalia:* Lyciae prouinciae, *Mentesia.* H.

d. Taurus mons.) Habet haec eadem, tractatque totidem ferme verbis Mela Pompon L. I. c. 15. Ex Plinio quoque Solinus hausit, c. 38. p. 58. et Martian. L. VI. c. de Euphrate, p. 220. H.

e. Chelidonio) Sacrum appellat Strabo, L. XIV. p. 666. quod Chelidoniis insulis opponitur, de quibus l. 35. Nunc *Capo Cameroso.* H.

f. Contraque) Ex aduerso Hyrcanii, seu Caspii maris: Solini paraphrasis: *Interdum Caspio vel Hyrcano* mari intercluditur: *quibus renitentibus subinde fractus, contra Maeoticum lacum flectitur, multisque difficultatibus fatigatus, Riphaeis se iugis annectit.* Male Plinii verba distinxit. H.

g. Riphaeorum montium iuga.] Fallitur Plinius: nulli enim existunt Riphaei. *Dalecamp.*

rum montium iuga, numerofis nominibus *h.* et novis, [1] quacumque incedit, infignis: Imaus *i.* prima parte dictus, mox Emodus *k.*, Paropamifus *l.*, Circius *m.*, [2] Chambades, [3] Paryadres *n.*, Choatras *o.* Oreges *p.*, Oroandes *q.*, Niphates *r.*, Taurus *s.*,

 atque

1. *quocunque tendit. M.* 2. *Chambages. Ch.* 3. *Pariades. M. Ch. ex gloffemate. Parphariades Gr. et Al.*

h. Numerofis nominibus.] Strabo lib. XV. de diuerfis nominibus Tauri, inquit: *Indigenae Taurum, alias Paropamiffum, Emodum, Imaum, et aliis nominibus appellant, Macedones vero Caucafum vocant.* Idem.

i. Imaus) Qua primum parte attollitur, ab Eoo mari. H.

k. Emodus) Melae, *Emodes.* In India Straboni L. XV. p. 689. Ἐμωδός. H.

l. Paropamifus) In Bactriana. MSS. R. 1. 2. etc. *Paropanifus.* Ptol. quoque L. VI. c. 11. Παροπάνισος. At Straboni, l. c. Παροπάμισος. H.

m. Circius. etc.) MSS. *Cirtius*, *Campages.* H.

n. Paryadres) Παρυάδρης Straboni, in Armenia. Vide Not. et Em. N. LXVII. (hic coll.) *Paryadres*) In MSS. R. 1. 2. etc. *Paryadis.* In editis *Parphariades*, mendofe. Nos, quod proximum antiquae fcripturae fuit, *Paryadres.* Eft enim Παρυάδρης Straboni ac Plinio, mons Armeniae nobiliffimus. Nec mihi tamen coniectura plane fatisfacit: Cum enim ex ordine iuga Tauri montis Plinius enumeret, pro regionum ipfarum fitu, in quibus ea attolluntur, ab India primum exorfus, mox progreffus ad Bactros, ceterafque gentes deinceps quae funt occafui propiores, Armenia iuga appellare antea haud temere exiftimandus eft, quam Parthicos, Medicosque montes nominauerit, qui mox fequuntur, Choatram fcilicet, et Oroandem. Quamobrem fcripfiffe potius Plinium putauerim, *Parachoatram*, *Choatram*, quorum montium ille in Parthis a Solino, c. 38. p. 68. ifte in Medis a Ptolemaeo collocatur, L. VI. c. 1. H.

o. Choatras) Choatras apud Parthos, inquit Solin. c. 38. p. 88. H.

p. Oreges) MSS. *Oraeges.* H.

q. Oroandes) Ptol. L. VI. c. 2. Ὀρόντης Mediae mons: prope Ecbatana, Diodoro L. II. Bibl. p. 101. H.

r. Niphates) In maiore Armenia,

atque vbi se quoque *ss.* exsuperat, Caucasus: vbi brachia emittit, subinde tentanti maria similis, Sarpedon *t.*, [1] Coracesius *u.*, Cragus *x*; iterumque Taurus *y.*: etiam vbi dehiscit, seque populis aperit, porta-

1. *Coracesus.* *V.*

menia, vnde Tigris oritur, Straboni, L. XI. p. 529. H.

s. Taurus) Apud Elegiam Armeniae, vt dictum est sect. 20. Ibi enim peculiari appellatione Taurus nuncupatur. H.

ss. Vbi se quoque) Vbicumque surgit in altissimum verticem. Ad hanc vocem *exsuperat*, redeunt in memoriam nummi duo Commodi Imperatoris, in quibus Ioui Exsuperatori legebamus ipsi olim, tum a Dione decepti, tum ab iis qui nobis praeiuerunt. Prior sic inscribitur: M. COMMODVS ANT. P. FEL. AVG. BRIT. *Marcus Commodus, Antoninus Pius Felix Augustus Brittannicus* .)(. IOVI EXSVP. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. *Pontifex Maximus, Tribunitia Potestate duodecimum, Imperator octauum, Consul quintum, Pater Patriae.* Nummus est argenteus apud D. Vaillant, p. 194. et apud Patinum in Thesauro, p. 194. Iuppiter sedens dextra fulmen tenet, sinistra hastam. Sed Patinus fallentibus oculis pro fulmine lauri ramum exhibet. Fefellit omnes Dio, vt diximus, ex quo Xiphilinus in Commodo, p. 291. cognomen *Exsuperantis* perpetuo *retinuisse Commodum* refert, *quasi omnes homines longe in rebus omnibus superaret.* Τὸν Ὑπεραίροντα παγίως ἑαυτῷ ἔθετο, ὡς καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς πάντας ἀνθρώπους καθ' ὑπερβολὴν νικῶν. At vera huius inscriptionis sententia haud dubie haec est: IOVI EX*tincta Seditione Vrbis Pacatori.* Idcirco sedens pingitur, quia Pacator, siue pacis auctor. Alter nummus est ex aere magno et mediocri, in Gaza Regia, priori similis, sed post biennium percussus, TR. POT. XIIII. ET IOVI EXSVPER. Hoc est, IOVI EX*tincta Seditione Vrbis Pacatori, Exsules Reuocanti.* H.

t. Sarpedon) In promontorio, Sarpedone dicto, de quo s. 22. H.

u. Coracesius) Ad vrbem cognominem, de qua s. 22. H.

x. Cragus) In Lycia, vt dicetur, sect. sq. H.

y. Iterumque Taurus) Mela, L. I. c. 15. *Et vbi iam nostra*

portarum tamen nomine vnitatem ſibi [1] vindicans, quae alibi *z.* Armeniae, alibi Caſpiae, alibi Ciliciae vocantur. Quin etiam confractus, effugiens [2] quoque maria, plurimis ſe gentium nominibus hinc et illinc implet: a dextra [3] Hyrcanius, Caſpius: a laeua Paryadres *a.*, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In [4] vniuerſum vero Graece *b.* Ceraunius.

XXVIII. In Lycia igitur, a promontorio eius *c.* oppidum Simena *d.*, mons Chimaera *e.* noctibus flagrans,

1. *vendicans. Ch.* 2. *quaeque. M.* 3. *ſic et Ch. Hyrcanus, — Pariedrus Gr.* 4. *In vniuerſa vero Graecia. M.*

noſtra maria contigit, hoc eſt, mediterranea, *Taurus iterum.* H.

z. *Quae alibi*) Armeniae portae eaedem Caucaſiae appellatae, L. VI. ſ. 12. De Caſpiis eodem libro ſ. 16. De Ciliciis, hoc libro V. ſ. 22. H.

a. *Paryadres*) Vnde fundi Abſarum amnem dicemus: L. ſq. ſ. 9 Moſchicus a Moſchorum gente, de qua eodem libro ſ. 4. vbi et de Amazonico dicturi ſumus, Coraxicus idem qui Heniochius, L. VI. ſ. 10. Scythicus a Scythis incolis nomen habet. H.

b. *Ceraunius*) Sic etiam Mela, L. I. c. 15. Strabo tamen peculiarem hanc appellationem eſſe exiſtimat eorum montium, qui Caſpio mari incumbunt, ὄρη Κεραύνια, in Albania et Amazonum regione, L. XI. p. 504. Hunc Plinii locum, Solinus praepoſtere admodum accepit, vt Salmaſius adnotauit in Solin. p. 800. H.

c. *A promontorio eius*) Nempe Tauri montis, quod promontorium Chelidonium appellari, paulo ante dixit. H.

d. *Simena*) Σίμηνα, πόλις Λυκίας, Stephano. H.

e. *Chimaera*) Χίμαιρα, vnus eſt ex octo Cragi montis verticibus, cum valle cognomine. Vide Strabonem L. XIV. p. 665. Melam, L. I. c. 15. Hic Chimaerae fabula ortum habet. Ouid. Metam L. IX. v. 647. *Iam Cragon, et Limyren, Xanthique reliquerat vndas, Quoque Chimaera iugum, mediis in partibus ignem Pectus et ora leae, caudam ſerpentis habebat.* H.

grans, Hephaestium *f.* ciuitas, et ipsa saepe flagrantibus iugis: Oppidum Olympus *g.* ibi fuit: nunc sunt montana, Gagae *h.*, Corydalla *i.*, Rhodiopolis. Iuxta mare, [1] Limyra *k.* cum amne, in quem Arycandus *l.* influit: et mons Massycites *m.*: [2] Andriaca ciuitas, Myra *n.* Oppida: Apyre *o.*, et Antiphellos,

1. *Lymira Gr. et Al.* 2. *Andria ciuitas mira. Ch.*

f. Hephaestium) Seneca, ep. 79. p. 346. *In Lycia regio notissima est, Hephaestion incolae vocant, perforatum pluribus locis solum, quod sine vllo nascentium damno ignis innoxius circuit. Laeta itaque regio est, et herbida, nil flammis adurentibus,* etc. Hephaestion, Ἡφαίστειον, quasi Vulcanium, a re ipsa dictum. H.

g. *Olympus)* Solin. c. 39. p. 69. *Olympus quoque inter alia ibi oppidum nobile fuit: sed intercidit: nunc castellum est.* Ὄλυμπος πόλις Ptolemaeo, in Lycia, L. V. c. 3. et Straboni, L. XIV. p 665. In Conc. Chalced. *Aristocritus Olympuensis*, prou. Pamphyliae. Notit. Eccl. p. 15. et 47. et ap. Leunclauium, p. 93. inter episcopos prou. Lyciae, ὁ Ὀλύμπȣ. H.

h. Gagae) Stephano: Γάγαι πόλις Λυκίας. Plin. L. XXXVI. s. 34. *Gagates lapis nomen habet loci et amnis Gagis Lyciae.* In Notit. prou. Lyciae, Γάγα. H.

i. Corydalla etc.) Κορύδαλλος, et Ῥοδία. Ptol. L. V. c. 3. inter oppida Lyciae mediterranea censetur, ad Massyciten montem. Ῥοδίας et Stephanus meminit. In Notit. ant. Eccl. inter episcopos prou. Lyciae, ὁ Ῥοδοπόλεως, καὶ ὁ Κορυδάλλων. Leunclauius habet, ὁ Ῥοδιαπόλεος, et ὁ Κορυδάλιον. Altera Notitia p. 15. Κυριδάλλων, et Ῥοδιαπλ. mendose. H.

k. Limyra) Λίμυρα πολίχνη, et Λίμυρος ποταμὸς iuxta Myram, apud Strab. L. XIV. p. 666. Apud Melam, et oppido, et amni nomen est Limyra. H.

l. Arycandus) A quo forte Arycanda oppidum appellatum s. 25. In Notit. Eccl. prou. Lyciae, Ἀρύκναδα, pro Ἀρύκανδα, p. 31. in altera, p. 47. Ὀρυκάνδων, pro Ἀρυκάνδων. H.

m. Massycites) Μασίκυτος ὄρος, Ptolemaeo l. c. apud quem, et Ἀνδριάκη πόλις. Myrensium nauale Ἀνδριάκη dicitur Appiano, L. IV. Bell. Ciu. p. 636. H.

n. Myra) S. Nicolai episcopa-

los, quae quondam [1] Habessus: atque in [2] recessu Phellus. Deinde Pyrrha, itemque Xanthus *p.* a mari xv. M. p. flumenque eodem nomine. Deinde Patara *q.*, quae prius Sataros: et in monte, [3] Sidyma *r.* Promontorium Cragus *s.* Vltra, par sinus *t* priori:

1. *Habesos. Ch.* 2. *recessu, Dionysiopolitis, Phellus. M.* 3. *Strab. Solima. Sydima Gr. et Al.*

scopali sede clara: vt Patara, natalibus. Μύρα. Nunc *Strumita.* H.

o. Apyre) Ptolemaeo Ἀπέῤῥαι dicuntur, in Lycia, L. V. c. 3. In Notit. Eccl. prou. Lyciae hae sedes eo ordine numerantur, Ἀρπέλαι, Φελλὸς, Αντίφελλος: haud dubie Ἀρπέλαι, pro Ἀπέῤῥαι. Phelli et Antiphelli meminere Strabo, p. 666. Stephanus, aliique. H.

p. Xanthus) Lyciae vrbium maxima Ξανθὸς dicitur a Strabone l. c. Meminit oppidi cum amne cognomine Ptolem. L. V. c. 3. Stephanus. p. 502. Appian. Bell. Ciu. L. IV. p. 635. Videtur a mari Strabo remouere stadiis tantum LXX. quae passuum vix efficiant millia nouem. H.

q. Patara) Mela, L. I. c. 15. oram hanc Lyciae describens: *Atque vt multa oppida*, inquit, *sic, praeter Patara, non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus et oraculi fide, Delphico simile.* Hinc Apollo Patareus nomen accepit. Nunc *Patera.* H.

r. Sidyma) Σίδυμα, πόλις Λυκίας, Stephano: et Ptolemaeo, ad Cragum montem, L. V. c. 3. Vide Not. et Em. N. LXVIII. (hic consp.) *Et in monte, Sidyma)* Dalecampius, qui verba haec legenda coniunctim putauit, ac montis modo nomen indicari, Solyma Pisidiae montem ex Strabone, L. XIV. p. 666. huc transferendum monet in margine editionis suae. At vrbem in edito colle positam hac oratione significari, tum per se, tum Stephani auctoritate plane constat, Ptolemaeique inprimis ad Cragum montem Σιδύμα collocantis. In Conc. Quinisexto, p. 1197. Ζήμαρχος ἐπίσκοπος πόλεως Σιδύμων ἐπαρχίας Λυκαονίας: mendose videlicet, pro Λυκίας. Nam in Notit. Eccl. ant. p. 47. inter episcopos prouinciae Lyciae, ἐπαρχίας Λυκίας, cum Myris, Telmesso, Corydallis, ceterisque, ὁ Σιτύμον legitur,

priori. Ibi Pinara *u.*, et quae Lyciam finit Telmessus *x.* Lycia quondam *y.* LXX. [1] oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima praeter supra dicta, Canas *z.*, [2] Candyba *a.*, vbi laudatur [3] Oenium *b.* nemus, [4] Podalia *c.*, Choma *d.* praefluente [5] Adesa *e.*: [6] Cyaneae *f.*, Ascandalis *g.*, Amelas, [7] Noscopium, Tlos,

1. LXX. *V. et Ch.* 2. *Condica, aliis Geographis.* 3. *Oenias. Ch.* 4. *Podalaea. Pineus.* 5. *Edesa. V.* 6. *Ganea, Scari, Aelimala. Steph. Gane Gr. et Al.* 7. *Nisa. Ptol.*

tur; pro Σιδύμων, vti recte Leunclauius habet, p. 94. et altera Notitia, p. 15. H.

s. Cragus) Κράγος ὄρος Λυκίας, Stephano: Scylaci, p. 37. ἀκρωτήριον. Nunc *Capo Serdeni, ò Sette Capi.* H.

t. Vltra, par sinus) Vltra promontorium sinus est, nunc *Golfo di Macari,* par ingenti illi sinui, de quo dictum est prius, l. 28. quem Taurus mons disterminat Chelidonio promontorio, *Golfo di Sattalia.* H

u. Ibi Pinara) Πίναρα Straboni, L. XIV. p. 665. et Ptol. L. V. c. 3. H,

x. Telmessus) Iisdem verbis Mela, L. I. c. 15. Τελμησσὸς est Ptolemaeo, Τελμισσὸς, Straboni ll. cc. H.

y. Lycia quondam LXX. *)* Ita MSS. omnes, (non LX.) et Martianus, L. VI. c. de Euphrate, p. 220. H.

z. Canas) Κανὰς in recto Graecis. In Notit. Eccl. ant. inter episcopos prouinciae Lyciae, p. 15. ὁ Κανȣ̃. Et p. 49. ὁ Κανȣ̃, ἤτοι τῆς Ἀκαλείας. Leunclauii Notit. p. 94. ὁ Καννȣ̃. H.

a. Candyba) In Notit. Eccl. ant. prouinciae Lyciae, Κάνδυβα. Item Stephano. Ptolemaeo, L. V. c. 3. forte mendose, Κόνδυβα. H.

b. Oenium nemus) MSS. omnes, *Eunias nemus.* H.

c. Podalia) Ποδάλια in Not. Eccl. prou. Lyciae. Ptol. L. V. c. 3. Ποδαλλία. Stephano, Ποδαλεία, πόλις Λυδίας, lege Λυκίας. H.

d. Choma) Χῶμα inter Lyciae oppida mediterranea Ptolemaeo, l. c. et in Not. Eccl. ant. In Conc. Ephes. *Eudoxius Chomatenus.* H.

e. Adesa) In MSS. *Aedesa* ei amni nomen. H.

f. Cyaneae) Κυάνεαι, in Not. Eccl. ant. prou. Lyciae. Apud Ptolem. L. V. c. 3. Κύδνα, pro Κύανα. H.

g. Ascandalis etc.) In MSS.

R. I.

Tlos *h.*, Telandrus *i.* [1]Comprehendit in mediterraneis [2]Cabaliam *k.*, cuius tres vrbes, [3]Oenoanda, Balbura, [4]Bubon. A Telmeſſo Aſiaticum mare, ſiue Carpathium, et quae proprie vocatur Aſia *l.* In duas eam partes Agrippa diuiſit. Vnam incluſit

1. Telanorus Gr. mendoſe ex operarum forte errore. 2. *et Carbaliam. M.* 3. *Oenandra, Ptolemaeo. Oaeniandra. M.* 4. *Dubon. Ch.*

R. 1. 2. etc. *Aſcandiandalis, Amelas, Noſcopium.* Forte hic locum habere debet Ἀκαλισσὸς Lyciae prou. ſedes epiſc. in Notit. Eccl. ant. Hieroclis, p. 15. 31. et 49. Item *Acanda.* Nam in ea ipſa Notitia inter epiſcopos prou. Lyciae p. 49. cenſetur ὁ Ἀκάδων, qui p. 15. ὁ Αὐκάδων mendoſe nuncupatur: cum et apud Leunclauium, p. 94. pariter ὁ Ἀκάνδων exſtet. H.

h. Tlos) Τλῶς πόλις Λυκίας, Stephano, p. 659. et Ptolem. L. V. c. 3. Et in Notit. Eccl. ant. Τλῶ, p. 31. Et p. 15. ὁ Τλῶν p. 47. Ὁ ὅτλων, pro ὁ Τλῶν, qui error et apud Leunclauium ipſum irrepſit, p. 94. H.

i. Telandrus) Τήλανδρος, quam Stephanus Cariae adiudicat: quoniam eſt in confinio vtriusque prouinciae poſita. H.

k. Cabaliam) Καβαλίαν, Strabo, L. XIV. p. 631. Καβαλίδα vocat. Id regiunculae in Lycia nomen, etiam Ptol. L. V. c. 3. cuius vrbes eae tres, Οἰνοάνδα, Βέβων, Βαλβέρα, De his vide Strab. L. XIII. p. 631. In Not. Eccl. Βέβων, Ἠνόανδα, Βαλέρα, pro Βαλβέρα, p. 31. At p. 17. et 49. ὁ Βαρβέρων, vti et apud Leunclavium, p. 94. pro ὁ Βαλβέρων. In iisdem Notitiis p. 15. ὁ Ὑνένδων, et p. 94. ὁ Ὀνένδων, apud Leunclavium ὁ Ὀνέρδων l. c. vbique mendoſe, pro ὁ Οἰνωάνδων. Item, p. 15. ὁ Βόβε ἤτοι Σοφιανοπόλεως, et apud Leunclauium, ὁ Βώβε ἤτοι Σωφιανοπόλεως, de Bubone accipienda ſunt. Stephano Βεβὼν, et τὰ Βάλβερα, et Οἰνόαν, πόλεις Λυκίας. In Conc. CP. I. p. 957. *Patricius Oenandenſis, et Romanus Bibonenſis, pro Bubonenſis.* H.

l. Vocatur Aſia) Hodie Natoliam vocant. Ciliciam tamen Bithyniamque, et Lyciam, Paphlagoniam, prouinciamque Ponticam; Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliamque, Plinius Agrippam ſecutus eo Aſiae proprie dictae nomine negat contineri. H.

ſit *m.* ab oriente Phrygia et Lycaonia, ab occidente Aegaeo mari, a meridie Aegyptio, a ſeptemtrione Paphlagonia. Huius longitudinem CCCCLXX. M. p. latitudinem [1] CCCXX. mill. fecit. Alteram determinauit ab oriente, Armenia minore: ab occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia: a ſeptemtrione, prouincia Pontica: a meridie, mari Pamphylio: longam DLXXV. M. paſſ. latam CCCXXV. mill.

XXIX. In proxima ora Caria *n.* eſt, mox Ionia: vltra eam [2] Aeolis. Caria mediae Doridi circumfunditur, ad mare vtroque latere ambiens *o.* In ea *oo.* promontorium Pedalium *p.* Amnis *q.* Glaucus

1. CCCXX. *fecit. M. Ch.* 2. *Aeolis, media Doride. Circumfunditur mari vtroque latere ambiente.*

m. Vnam incluſit) Exſcribit haec a Plinio Martianus, L. VI. cap. de Euphrate, p. 220. Et Miſſi Theodoſii: *Et quae proprie vocatur Aſia, in duas eam partes Agrippa diuiſit: vnam incluſit ab oriente, Phrygia, Lycaonia: ab occidente, mari Aegaeo: Huius longitudinem CCCCLXX. latitudinem CCCXX. fecit.* (Sic etiam Pliniani codices MSS. quos inſpeximus, et vetus, Dalec. ac Chiffl. etſi Martianus, cum Plinii typis tantum CCC. praeferat:) *Alteram determinauit ab oriente, Armenia minore: ab occidente, Phrygia, Lycaonia, Pamphylia: a ſeptemtrione, prouincia Pontica: a meridie, mari Pamphylio: longitudinem, DLXXV. latitudinem, CCCXXV.* H.

n. Caria) Nunc *Aidinelli, et Germian.* Doridem Caria includit a continente: reliqua ſui parte mari Doris alluitur. H.

o. Caria mediae Doridi circumfunditur ad mare vtroque latere ambiens.) Sic quidem vetera praeferunt exemplaria: ſed hac in parte magis placet recentior lectio: *Caria mediae Doridi circumfunditur mari vtroque latere ambiente.* Pintián.

oo. In ea) In Caria, vnde ipſa poſt Lyciam incipit. Mela, L. I. c. 15. *Quae Lyciam finit, vrbs Telmeſſos.* Mox c. 16. *Caria ſequitur, — — — promontoria duo: Pedalion, et Crya.* H.

p. Promontorium Pedalium.) Ptolemaeus has vrbes omnes Ciliciae aſſignat. *Dalecamp.*

q. Amnis Glaucus deferens Telmeſ-

cus deferens [1] Telmessum. Oppida: Daedala *r.* [2] Crya *s.* fugitiuorum. Flumen Axon, oppidum [3] Calynda *t.* (XXVIII.) Amnis [4] Indus *u.* in Cibyratarum *uu* iugis ortus,

1. Telmedium. Tol. M. *2. Caroea. V. Carya. Ptol. Cyrcia. Ch. emend.* *3. Calyntha. V. M.* *4. Ninus, ex Alex. et Hermol.*

Telmessum.) Vetus lectio, *Telmedium.* Hermolaus *Telmessum* correxit, nescio qua ratione. Nam si *Telmessum* legas, quis rogo intellectus accommodari poterit verbis illis, *deferens Telmessum?* Quapropter etsi auctore caream, suspicor tamen *Temedium* nomen esse fluuii, qui in Glaucum influat, et in mare ab eo deferatur. Deferri enim dicuntur fluuii a maioribus, in quos exonerant, vt infra capite XXIX. *Alluitur Caystro Cilbianis iugis orto, multosque amnes deferente.* et saepe alias sic loquitur Plinius. *Pintian.*

Glaucus) Γλαῦκος, quem Q. Calaber L. IV. v. 6. et XI. in confinio Lyciae recte collocat, Λυκίης σχεδὸν αἴης. In hunc exonerare se amnem alterum Plinius ait, quem *Telmedium* MSS. omnes, *Telmessum* maluit Barbarus appellare. H.

r. Daedala.) Ptolemaeus Daedala pro loco vsurpat. *Dalecamp.*

Daedala) Δαίδαλα Stephano, πόλις Λυκίας, et Straboni, L. XIV. p. 651. Ptolem. item L. V. c. 3. Δάδουαλα pro Δαίδαλα, in Lycia, citra Telmessum oppidum, quod finem esse Lyciae proxime antea diximus. Cariae nimirum, Lyciaeque confinia saepe permixta. H.

s. Crya) Promontorii nomen est Melae, l. c. Stephano, Κρύα πόλις Λυκίας, in Lyciae nempe vicinio. Ptol. L. V. c. 3. Καρύα, mendose. Κρύασσαν in Caria Plutarchus agnoscit, L. de virtut. mulier. p. 246. H.

t. Calynda) Κάλυνδα. Vide Not. et Em. N. LXIX. (hic adiecit.) *Calynda*) Hermolaus *Calydna* rescripsit, inuitis exemplaribus MSS. et vetustis editionibus, Parmensi ceterisque, inuito quoque Ptol. L. V. c. 3. Κάλινδα scribente pro Κάλυνδα. Stephano item, cui Κάλυνδα, πόλις Καρίας. Denique Herodoto, L. VIII. vbi de Artemisia, Mausoli Cariae regis vxore agens, Καλυνδίοις eam imperitasse prodidit. Κάλυμνα tamen Straboni dicitur, L. XIV. p. 561. sed magno, vt puto, errore. H.

u. Amnis Indus) Κάλβιν hunc

ortus, recipit LX. perennes fluuios, torrentes vero amplius centum. Oppidum Caunos liberum, deinde Pyrnos *x*. Portus Cressa *y*., a quo Rhodus insula XX. M. Locus Loryma *z*. Oppida: [1] Tisanusa *a*., [2] Paridion, Larymna. Sinus Thymnias *b*. Promontorium Aphrodisias. Oppidum [3] Hyda *c*. Sinus Schoenus. Regio Bubassus *d*. Oppidum fuit [4] Acanthus

1. *Tysanusa Gr.* 2. *Paridon. Ch.* 3. *Hyla. V.* 4. *Cynethon. V.*

hunc vocat Strabo, L. XIV. p. 651. et Ptol. L. V. c. 2. Mela quoque L. I. c. 16. *Secundum Calbin amnem*, inquit, *Caunus oppidum valetudine habitantium infame.* Fecit hoc alterum amni nomen Indus quidam in eum ab elephanto deiectus, ita prodente Liuio, L. XXXVIII. p. 472. Hinc ipsa Caria *Indorum regio* appellatur, 1. Mach. VIII. 8. H.

uu. Cibyratarum) Κιβυρᾶται, quorum oppidum Κιβύρα μεγάλη Straboni, L. XIII. p. 630. quam in magnae Phrygiae ciuitatibus mediterraneis collocat Ptol. L. V. c. 2. quod et mox Plinius facit, his verbis: *Ipsum oppidum Phrygiae est.* H.

x. Pyrnos) Πύρνος πόλις Καρίας, Stephano. H.

y. Cressa) Κρῆσσα λιμὴν, Ptol. L. V. c. 2. H.

z. Loryma) Λώρυμα Ptol. l. c. Litus esse asperum ait Strabo, L. XIV. p. 552. Stephano oppidum est, Λώρυμα, πόλις Καρίας. In Concilio Quinisexto, p. 1199. Γεώργιος ἐπίσκοπος πόλεως Ὑλαρίμων ἐπαρχίας Καρίας. Et in Notit. Eccl. ant. p. 43. inter episcopos prouinciae Cariae, ὁ Ὑλαρίμων. Vbi Leunclauius, p. 94. ὁ Λαρύμων. H.

a Tisanusa) Mela, L. I. c. 16. vbi de Caria: *Portus duo: Gelos, et cui ex vrbe quam amplectitur, Tisanusa cognomen est. Inter eos oppidum Larymna, et Pandion collis in mare emissus.* An Mela ex Plinio emendandus? an ex Mela Plinius? MSS. Pliniani omnes, *Panydon*: Pomponiani, *Pandion.* H.

b. Thymnias) Pompon. Mela, L. I. c. 16. *Tum tres*, inquit, *ex ordine sinus: Thymnias, Schoenus, Bubessius. Thymniae promontorium Aphrodisium est. Schoenus ambit Hydam: Bubessius Acanthum: Gnidus in cornu peninsulae.* H.

c. Hyda) MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Hydas.* H.

d. Regio Bubassus) Cui et vrbs

canthus *e.*, alio nomine Dulopolis. Est in promontorio *f.* Gnidos *g.* libera, Triopia *h.*, dein [1] Pegusa et [2] Stadia appellata. Ab ea Doris incipit *i.* Sed prius terga, et mediterraneas iurisdictiones indicasse [3] conueniat. Vna appellatur Cibyratica. Ipsum oppidum Phrygiae *k.* est. Conueniunt eo

[1] XXV.

1. *Pegasa. V.* 2. *Candia. Ch. emend.* 3. *Conueniet. M.*

vrbs cognominis, Βύβεσσος, πόλις Καρίας, ap. Steph. H.

e. Acanthus) Ἄκανθον quoque in peninsula iuxta Gnidum Stephanus collocat, p. 49. H.

f. In promontorio) Quod nunc *Capo Crio* nautae vocitant. H.

g. Gnidos) Κνίδος Straboni, L. XIV. p. 656. et aliis. Hodie *Gnido.* Hinc Ctesias, Eudoxius, aliique, de quibus in Auctorum Indice. H.

h. Triopia) Varia haec sunt Gnidi, obsoletaque nomina. Triopiam a Triopa rege dictam significat Diod. Sic. L. V. Bibl. p. 331. Hinc Apollo Triopius, templumque Triopium, mare denique Triopium pariter, quo Gnidiorum ager pertingit, apud Herod. L. I. Clio, num. 144. et 174. p. 72. Stephano, aliisque, Τριόπιον πόλις Καρίας, quod Gnidum deinde translatum est. Scylaci, p. 36. ἀκρωτήριον, promontorium est iuxta Gnidum. H.

i. Ab ea Doris incipit, etc.) Lege: *Ab ea Doris incipit. Sed prius terga et mediterraneas iurisdictiones indicasse conueniat. Vna appellatur Cibyratica. Ipsum oppidum Phrygiae est. Conueniunt eo* XXV. *ciuit. celeberrima vrbe Laudicia. Imposita est Lyco flumini latera alluentibus. Asopo et Capro.* Sic totus ille locus coniunctim legendus et continuandus, quem male editiones diuellunt capitum sectione. Quo ex loco facile intelligis libros suos Plinium per capita non diuisisse: ex omnibus vrbibus Cibyratici conuentus celeberrimam esse dicit Laudiciam ad Lycum. Vide *Salmas.* p. 828, a, b.

Ab ea) A Cnido. H.

k. Ipsum oppidum Phrygiae) Cibyra nimirum, de quo nos paulo ante egimus. Cariae tamen adscribitur in Notit. Eccl. episc. Et in Conc. CP. I. Leontius Cibyrensis subscribit, e prou. Cariae. Strabo, L. XIII. p. 631. inter ea oppida numerat, quae sunt iuris velut dubii, quod incer-

[1]xxv. ciuitates, (XXIX.) celeberrima [2] vrbe *l.* Laodicea *m.* Impoſita eſt Lyco flumini, latera alluentibus Aſopo et Capro: appellata primo Dioſpolis *n.*, dein Rhoas. Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat, Hydrelitae *o.*, Themiſones *p.*, Hierapolitae *q.* Alter conuentus a [3] Synnada *r.* accipit

1. XXII. *Ch.* XXV. *ciuitates.* XXIX. *Celeberrima Gr. et Al.* 2. *Celeberrima vrbs Laodicea, impoſita, etc. M.* 3. *Synnade. Ch.*

incerti fines eſſent, Lyciae, Phrygiae, Cariaeque. Vnam e maximis Aſiae praefecturis, διοικήσεσι, Cibyraticam fuiſſe, idem prodit. H.

l. Celeberrima vrbe) Ab his verbis noui capitis factum hactenus initium eſt: quam inepte, ſat liquet. H.

m. Laodicea) Mediterranea ciuitas ea fuit, Λαοδίκεια πρὸς τῷ Λύκῳ, Strab. L. XII. p. 578. et Philoſtr. L. I. de vit. Sophiſt. p. 530. Nunc exciſa penitus: vix e ruderibus moletrina vna velari ſuperſtite. Loco tamen Turcae fecere nomen *Elkihiſſar*, hoc eſt, vetus caſtellum. Errant qui *Laudichia* dici adhuc putant. Phrygiae a Strabone adſcribitur, l. c. vbi Capro et Lyco allui vrbem ait. Lycum porro Curtius temere confundit cum Marſya, de quo mox, vt Salmaſius monuit p. 828. in Solin. aliique. H.

n. Dioſpolis) Ceu ciuitas Iouis. *Rhoas*, a ῥέω, *fluo*, hoc eſt, ab amnium fluxu vrbem circumambientium. H.

o. Hydrelitae) Ὕδρηλα τῆς Καρίας, Stephano, p. 676. Ὕδρηλος Straboni, L. XIV. p. 650. Liuius, L. XXXVII. p. 466. *Cariam*, inquit, *quae Hydrela appellatur, agrumque Hydrelitanum, ad Phrygiam vergentem.* H.

p. Themiſones) Et hi Phrygiae contributi. Θεμισώνιον χωρίον Φρυγίας, Stephano. Circa Laodiceam poſitum dicitur Θεμισώνιον oppidum, Straboni L. XII. p. 576. H.

q. Hierapolitae) Ab Hierapoli, Phrygiae magnae oppido, inter Cibyra et Apameam, apud Ptol. L. V. c. 2. Cariae a Stephano attribuitur, Ἱερὰ πόλις Καρίας. In Notit. Epiſcopatuum prou. Phrygiae Capatianae, Λαοδικεία, Ἱερὰ πόλις, Θεμισόνιος, pro Θεμισόνιος. In concilio Generali VI. Siſinnius epiſcopus τῆς Ἱεραπολιτῶν τῆς Φρυγῶν ἐπαρχίας, p. 1031. H.

r. A Synnada) Synnadica Iuris

pit nomen. Conueniunt Lycaones *s.*, Appiani *t.*, [1] Eucarpeni *u.*, Dorylaei *uu.*, [2] Midaei, Iulienses *x.* et reliqui ignobiles populi XV. Tertius *y.* Apamiam

Ee 2

1. *Cercopeni. V.* 2. *Mudaei. V. Mydaei. Cb.*

Iurisdictio, seu conuentus Synnadicus inde dictus. Maioris Phrygiae mediterraneum oppidum Ptolem. L. V. c. 2. Σύνναδα Phrygiae Salutaris in Notit. Episcopatuum, et in Conc. Gener. VI. p. 1031. Martiali, L. IX. Epigr. 76. *Synnas Phrygia.* H.

s. Lycaones) Vt dictum est sect. 25. H.

t. Appiani) In Conc. VI. Gen. p. 1039. Petrus episcopus πόλεως Ἀππίας, cum Ancyrano Phrygiae episcopo subscribit. In Notit. Eccl. antiqua inter episcopales sedes Phrygiae Capatianae, Ἀπία. H.

u. Eucarpeni) Ab oppido Phrygiae, Εὐκαρπία Straboni L. XII. p. 576. Maioris Phrygiae, vt ipsa Synnada, Ptol. l. c. Phrygiae Salutaris, in Notit. episc. H.

uu. Dorylaei) Δορυλαίον, eiusdem Phrygiae maioris et Salutaris, iisdem auctoribus, Μιδαΐον quoque: Ptolemaeo, Δορύλαειον, Μιδάειον. Antonini Seueri nummus apud Spanh. p. 905. ΜΙΔΑΕΩΝ. De Dorylao rursum, f. 31. De Midaio, a quo Midaei, sect. 41. H.

x. Iulienses) Quorum oppido nomen Ἰελιόπολις apud Ptol. L. V. c. 2. H.

y. Tertius) Apamenus conuentus ab Ἀπάμεια, quae prius Κελαίναι, vt refert Strabo, L. XII. p. 577. et Stephanus, p. 91. deinde Κιβωτός, vt idem Strabo ait, p. 576. hoc est, Arca dicta est, quod in Arcae modum a tergemino amne illam ambiente clauderetur. Κέλαιναι, quod ab eo oppido Apameam ciues transducti. Magnae Phrygiae tum a Strabone accensetur, l. c. tum a Ptol. L. V. c. 2. Nummus antiquus apud Spanh. p. 890. ΚΙΒΩΤΟϹ ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡϹΥΑϹ. Eorumdem autem Apamenorum, quos Marsyas amnis alluit, nummi sunt insignes tres in Museo nostro, ex aere mediocri. Eorum fabrica ac metalli genus aetatem omnino refert Galbae, Vitellii et Othonis: vt et litera Σ vetus in ΒΙΑΝΟΡΟΣ. Ex vna parte caput est Romae galeatum, cum crista retro reiecta. In altera est aquila, alis expansis inter SOLES TRES, quorum vnus supra caput,

caput, alii duo ad latera bina nummi, et ad pedes aquilae. Aquila ipsa Romani Imperii symbolum moli insistit, in qua sunt lineae multipliciter flexuosae, quod *opus* propterea *Maeandratum* vocant Antiquarii. Et symbolum quidem illud est Apameae Maeandro appositae: quae propterea in aliis nummis ΑΠΑΜΕΙΑ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ appellatur. Hinc et inde pileus est, index libertatis. Supra ΑΠΑΜΕΩΝ. Aut tres soles circa Romanam Aquilam totidem Imperii Romani Rectores significant, aequales inter se et diu saltem concordes; aut exspecto dum quid illi denotent aliquis felicior in coniectando indicet. Nummi Latini sub illis tribus Principibus cusi, inscriptique hoc lemmate, LIBERTAS RESTITVTA, aeque atque pilei in istis Apamensibus, libertatem sub tribus illis restitutam praedicant, quam Nero scilicet Senatui populoque Romano ademerat. In imo margine nummi vnius legitur, ΦΑΙΝΙΠΠΟΥ: quod nomen est vnius e Magigistratibus Apamenis. In altero est ΚΩΚΟΥ: quod nomen et in Apolloniatarum nummo legitur, e Gaza Regia, sub Augusto. In tertio denique ΑΤΤΑΛΟΥ ΒΙΑΝΟΡΟΣ: *Attali, qui Bianoris filius:* cuiusmodi nomen legitur in Ecloga Virgilii nona. Sunt hi tres iidem nummi probi et integri etiam in Museo *D. de Boze*: ac praeter illos alii tres eiusdem plane formae et fabricae, similitudine indiscreta, exceptis Magistratuum nominibus; quae sunt in vno ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΡ - - ΑΡΙΣΤΕΟ. Forte, *Philocratoris Aristeae filii:* in altero ΑΝΤΙΦΩΝΟΣ, *Antiphonis:* in tertio demum, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ ΡΑΚΙΩΝ - - *Andronici Rhacionis filii*, vt videtur: nam huius postremi nominis prior litera et posteriores duae obscuriores paulo sunt. Ergo tempus hi nummi sex fortassis indicant, quo fuerint hi tres Augusti simul, nimirum a Natali Vrbis anni 821. vsque ad Natalem anni 823. qui dies Natalis incidit in diem XI. Kal. Maii, vt Plinius docet L. XVIII. s. 66. Nam cum sint in nummis istis diuersi sex magistratus: ΦΑΙΝΙΠΠΟΣ, ΚΩΚΟΣ, ΑΤΤΑΛΟΣ ΒΙΑΝΟΡΟΣ, ΦΙΛΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΙΣΤΕΟΥ, ΑΝΤΙΦΩΝ, et ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ: qui duo primi ex his, quiqui illi fuerint, Magistratum, siue Duumuiratum obtinuerunt, illi anno 821. part. Natalem Vrbis percuti nummos curare potuerunt suis nominibus: alii duo, anno 822. duo denique postremi

ſtremi, anno 821. ante diem XI. Kal. Maii. Neque enim aliis nominibus Magiſtratuum inſcripti hoc aeuo, vel hac forma nummi Apamenſes occurrunt. Et ſunt iſti ſex inter ſe, ſi nomina Magiſtratuum exceperis, vt ouum ouo, ſimillimi. Libertatem autem ſuam iactant Apamenſes in eo poſitam, quod licuit eis Duumuiros e ſuis ciuibus creare illo triennio: cum prius ſub Nerone, vt poſtea ſub Veſpaſiano, Romanos Latinoſue habuerint. Itaque nunc illi ſe quidem foederatos eſſe cum Romanis profitentur, vultu Vrbis Romae cum Aquila in ſuis nummis impreſſo, ſed liberos tamen, gemino addito in altera parte pileo, in qua nomen ΑΠΑΜΕΩΝ eſt. Ceterae autem fere orbis Romani Graecae ciuitates, ſi Cyprum inſulam et Cretam exceperis, et cum Amiſo Alexandriam, a foedere cum Romanis hoc triennio diſceſſiſſe poſſunt videri: argumento eo, quod nulla ex iis vel Othonis, vel Vitellii, vel Galbae nomine nummum percuſſerit. Exſtat eorumdem Apamenſium nummus, aeuo M. T. Ciceronis percuſſus, inſcriptusque P. LENTVLVS IMPERATOR. ΑΠΑ. Ἀπαμέων ΜΥΙΣΚΟΥ, *Myiſco* Duumuiro. Eſt apud Patinum, in Theſ. Numiſm. p. 43. Alius omnino ſimilis eſt apud D. Abbatem *de Fontenu:* ſed pro Myiſco *Attalus Bianoris* filius eſt, abavus haud dubie illius Attali pariter Bianoris filii, qui ſub Othone, Galba et Vitellio geſſit Magiſtratum. Hoc illud tempus eſt, quo ciuitates liberae et foederatae addictas ſe profitebantur eſſe Romae et Imperio. Sic enim in nummo coloniae Corinthii, apud Seguinum, p. 65. pingitur Victoria ſtans, dextra coronam oſtentans, palmam ſiniſtra: L. CAN. AGRIPPA. IIVIR. COR. *Lucio Caninio Agrippa Duumviro. Corinthus.* Parte altera, caput eſt muliebre, coloniae vtique Corinthi, turritum: cum inſcriptione magnifica: ROMAE ET IMPERIO. Tunc et ciuitas Maſſilia in prouincia Narbonenſi, nummum argenteum cudit, quinarii mole, qui nunc eſt apud *D. de Cleſ-ues*, Pariſiis. Exhibet is ab vna parte caput Romae galeatum, Aquilam ab altera, Imperii ſymbolum Hoc vero fuit ingenioſe idem praedicare per picturam, quod per voces ſignificauit colonia Corinthus: ROMAE ET IMPERIO. Ad latus ſcriptum eſt ΜΑΣΣΑ, hoc eſt, Μασσαλιωτῶν: Graece quidem, ad ſuam originem oſtentandam, quoniam fuit, vt Plinius ait, *Maſſi-*

miam z. vadit, ante appellatam Celaenas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Signiae *a.*, circumfusa Marsya *b.*, Obrima, [1] Orga, fluminibus in Maeandrum cadentibus. Marsyas ibi *c.* redditur, ortus, ac paulo mox conditus, [2] vbi certauit *d.* tibiarum cantu

1. *Orba. Ch.* 2. *Lege, vbi Marsyas certauit.*

lia Graecorum Phocaeensium, eademque cum Roma et Imperio *foederata.* H.

z. *Apamiam)* Apamia dicta est ab Apama, Artabazi filia, quae Seleuco Nicanori nupsit, et mater Antiochi Soteris fuit, qui vrbem Apamiam condidit. Vocata fuit et Cellaene a Cellaenis, oppido, ex quo traducti sunt incolae Apamiae. Hoc in loco est palus quaedam quae calamos gignit, ad tibiarum linguas idoneos, vnde nata fabula de Marsyae cum Apolline contentione. Vide Strab. lib. XII. *Dalecamp.*

a. Sita est in radice montis Signiae, etc.) Situm veterum Celaenarum confundere Plinius videtur cum situ nouae vrbis. Vide *Salmas.* p. 826.

b. Marsya) Μαρσύαν et Ὀργᾶν Strabo quoque nominat, L. XII. p. 577. quos in Maeandrum labi ait. Obrimae fontium Liuius meminit. L. XXXVIII. p. 473. H.

c. Marsyas ibi redditur, etc.) Reddere hic pro tradere: et *reddi flumina* dicuntur, qui emergunt postquam aliquantisper latuerunt. *Salmas.* 826. b. 827. a. *Marsyas ibi redditur.)* Vide fabulam apud Ouid. lib. VI. Metamorph. *Dalecampius.*

Marsyas ibi) Marsyas, inquit, ibi emergit amnis, qui post paulo quam ortus erat, sese in terram abdiderat, in eo loco qui Aulocrene dictus est, αὐλῶ κρήνη, quasi fontem tibiarum, vel tibiae dixeris: a quo fonte, et monti deinde, et conualli, et regioni nomen idem est inditum. Ita Maximus Tyrius, diss. 38. p. 385. Vide Not. et Em. N. LXX. (hic consp.) *Marsyas — — ac paulo mox conditus)* Haec Plinii verba, de Marsya hominis natali ac sepulcro ridicule interpretatus est Marcianus, L. VI. cap. de Euphrate, p. 221. et eum, vt solet, secutus Solinus, cap. 40. p. 70. cum de amne Apamenorum Marsya ea accipi oportere, res sit plane perspicua. H.

d. Vbi certauit) Marsyas nimirum, cuius e sanguine amnem exortum fabulae narrant.

cantu cum Apolline, Aulocrenis *e.*: ita vocatur conuallis decem M. passuum ab Apamia, Phrygiam petentibus. Ex hoc conuentu *f.* deceat nominare Metropolitas *g.*, Dionysopolitas *h.*, Euphorbenos, [1] Acmonenses *i.*, Peltenos *k.* [2] Silbianos. Reliqui

igno-

1. *Aenonienses. V.* 2. *Sylleanos. V.*

rant. Vide Apollod. L. I. de Diis, p. 13. Diodor. Sic. L. III. Bibl. p. 192. Photium, in Bibl. cod. 190. p. 475. Hygin Fab. 165. Liuium, L. XXXVIII. p. 472. Ouid. Metam. L. VI. v. 390. H.

e. Aulocrenis) Αὐλῶ κρήναις. Solinus et Martianus, *Aulocrene.* Salmasius frustra contra tot testes vnus, αὐλοθρηνὴς, in Solin. p. 834. Plinius ipse, L. XVI. s. 89. regionem Aulocrenen vocat. H.

f. Ex hoc conuentu) Apameno. H.

g. Metropolitas) Μητρόπολις Φρυγίας, ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν οἰκισθεῖσα, inquit Stephanus, a Deum Matre nomen accepit, quae sedem ibi habuit. Vrbs est Magnae Phrygiae, Ptol. L. V. c. 2. Phrygiae Salutaris, in Notit. episc. In nummis, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. H.

h. Dionysopolitas) Ab vrbe Dionysopoli Phrygiae, quam Eumenes et Attalus condidere. Auctor Stephanus, p. 239. Vide librum, quem dudum edidimus, de Nummis antiquis Populorum et Vrbium, verbo ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ Phrygiae. H.

i. Acmonenses) Oppidum magnae Phrygiae Ἀκμονία. Ptolemaeo, L. V. c. 2. et Stephano Ἀκμῶνα Phrygiae Capatianae, in Notit. episc. Nummus Agrippinae Claudii, apud Patin. p. 109. ΑΚΜΩΝΕΩΝ. H.

k. Peltenos) Quorum oppidum Phrygiae magnae Πέλται, apud Strab. L. XII. p. 576. et Ptol. l. c. vt Silbianorum, Σίλβιον, In Notitia episcopatuum Prygiae Capatianae, Σιβλία. permutatis literis, pro Σιλβία. Peltenorum istorum nummus est ex aere apud D. Sherardum Consulem Anglum Smyrnae: ex vna parte caput velatum exhibet, cum epigraphe, ΒΟΥΛΗ ΠΕΛΤΗΝΩΝ, *Curia Peltenorum.* In altera superficie, Mercurius alatus, cum dolio: vini mercatores significat. Inscriptio: ΠΕΛΤΗΝΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. *Peltenorum Macedonum,* Macedones hi cognominantur, vt ab aliis

Pelte-

ignobiles IX. Doridis in ſinu, Leucopolis *l.*, [1] Hamaxitos *m.*, [2] Elaeus *n.*, Euthene. Dein Cariae oppida, [3] Pitaium *o.*, [4] Eutane *p.*, Halicarnaſſus *q.* Sex oppida contributa *r.* ei ſunt a Magno Alexandro, Theangela *s.*, Sibde *t.*, [5] Medmaſſa, Euranium, Pedaſum,

1. *Amaxitos. Gr. et Al.* 2. *Elaea. Ptol.* 3. *Pitauium. Ptol. Piatium. Ch.* 4. *Eutaniae. Gr. et Al.* 5. *Mednaſſa. Ch.*

Peltenis ſecernantur ſuperius poſitis, ſect. 25. Fuere igitur in hoc tractu, vt in Ionia, Lydiaque, Macedones. H.

l. Leucopolis) Oppidum videtur in litore fuiſſe cognomine: Mela enim, L. I. c. 16. *Trans Halicarnaſſum illa ſunt,* inquit, *Litus Leuca. Vrbes, Myndus* etc. H.

m. Hamaxitos) Et alia eſt eiuſdem nominis in Troade. Ἁμαξιτὸς *Hamaxitos* orbitam Graece ſonat, ſeu viam quae ad agendum curriculum patet. H.

n. Elaeûs, Euthene) Illa Graecis Ἐλαιȣς, vel potius Ἐλεȣ̃ς haud procul Lorymis, apud Strab. L. XIV. p. 655. Haec vero Εὐθηναί. Stephanus: Εὐθηναὶ πόλις Καρίας. H.

o. Pitaium) Stephano, p. 552. Πιτάιον, πόλις Καρίας. H.

p. Eutane) Haec Pomponii Melae Euthane eſt, L. I. c. 16. inter Cnidum et Ceramicum ſinum, in receſſu poſita. H.

q. Halicarnaſſus) Mela, L. I. c. 16. *Halicarnaſſos, Argiuorum colonia, et cur memoranda ſit, praeter conditores, Mauſoleum efficit, regis Mauſoli monumentum, vnum de miraculis ſeptem, Artemiſiae opus.* Nunc rudera vix ſuperſunt huius ciuitatis in deſerto loco, cui nomen *Boudron*, contra inſulam Coam. Hinc Dionyſius Halicarnaſſeus rerum Romanarum ſcriptor, cui Aelius praenomen fuit, teſte Euſtathio in Iliad. β. p. 368. Haec pariter Herodoti patria. H.

r. Contributa) Iura petere Halicarnaſſum coacta: ſiue Halicarnaſſenſi iurisdictioni ſubiecta. Aliud eſt quod Strabo refert, L. XIII. p. 611. a Mauſolo Cariae rege ſex oppidorum ciues Halicarnaſſum eſſe transductos. H.

s. Theangela) Θεάγγελα, πόλις Καρίας, Stephano. Apud Athen. L. VI. p. 271. Philippus Θεαγγελεὺς hiſtoricus. Apud Plutarch. in Alex.

dasum *u.*, Telmissum *x.* Habitatur *y.* inter duos sinus, Ceramicum *z.* et Iasium. Inde Myndos *a.*, et vbi fuit Palaemyndus, Nariandus, Neapolis *b.*,[1] Caryanda *c.*, Termera *d.* libera, [2] Bargyla *e.*, et a quo sinus Iasius, oppidum Iasus *f.* Caria *g.* interiorum

 nomi-

1. *Arianda. V. Carianda. Gr. et Al.* 2. *Bargilia. V.*

Alex. p. 691. Χάρης Εἰσαγγελεύς, pro Θεαγγελεύς. Et apud Strab. L. XIII. p. 611. Συναγέλα, pro Θεαγγέλα. H.

t. Sibde) Σίβδα, πόλις Καρίας. Et Μεδμάσος, πόλις Καρίας, Stephano. H.

u. Pedasum) Τὰ Πήδασσα Straboni, L. XIII. p. 611. vnde regioni nomen Πηδασίς. Apud auctorem libri de mirab. auscult. Πηδασία τῆς Καρίας. Apud Herod. L. VI. Erato, p. 340. n. 20. Κάρες Πηδασεῖς. H.

x. Telmissum) Forte rectius *Telmisum*, per vnicum σ. vt a Telmesso Lyciae hac nota dirimatur. Incolae Τελμισεῖς a Polemone vocitantur, apud Suidam: ab Halicarnasso stadiis LX. disiuncti, hoc est VII. M. D. pass. H

y. Habitatur) Halicarnassus nimirum. H.

z. Ceramicum,) Ab oppido Ceramo: Κέραμος in Doride, Ptolemaeo, L. V. c. 2. Nunc *Golfo di Castel Marmora.* De Iasio mox. H.

a. Myndos) Stephanus: Μύνδος, πόλις Καρίας, ἔστι καὶ πόλις ἄλλη Καρίας, παλαιὰ Μύνδος, hoc est, antiqua Myndos. In Not. Eccl. Ἀμύνδος. H.

b. Neapolis) Pomponio quoque, L. I. c. 6. et Ptolemaeo, L. V. c. 2. nota Cariae ciuitas: et in Notit. episcoporum prou. Cariae. H.

c. Caryanda) Καρύανδα Straboni, L. XIV. p. 658. et Harpocrat. p. 192. Hinc ortus Scylax Caryandensis, scriptor rerum Geographicarum. H.

d. Termera) Τέρμερον Strabo vocat, p. 657. iuxta promontorium Myndiorum, cui nomen pariter Τερμέριον fuit. Stephano: Τελμέρα, πόλις Καριας. H.

e. Bargyla) Stephano, τὰ Βάργυλα, πόλις Καρίας, prope Iasum et Myndum. MSS. Pliniani, *Bargilia.* Straboni, L. XIV. p. 654. τὰ Βαργύλια. In nummis antiquis Seueri et Antonini ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΩΝ. H.

f. Iasus) Ἰασσὸς Straboni, L. XIV. p. 658. Ptolemaeo, L. V. c. 2. et Sephano. Melae, *Iasos.* In Notit. episc.

nominum fama praenitet: [1] quippe ibi sunt oppida, Mylasa *h.* libera, Antiochia *i.*, vbi fuere [2] Seminethos *k.* et Cranaos oppida: nunc eam circumfluunt Maeander, et [3] Orsinus *l.* Fuit in eo tractu et Maeandropolis *m.* Est Eumenia *n.* Cludro flumini apposita, Glaucus amnis, Lysias *o.* oppidum, et [4] Orthosia,

1. *Sic M. et Ch. vbi Gr. et Ch. Mossinus Gr. et Al.* 2. *Simmethos. Ch.* 3. *Sic* 4. *Othrusa. Ch.*

episc. prou. Cariae, Ἰασός. Nunc *Askem*, siue *Askem Kalesi*: vt aiunt ii, qui haec loca proxime viderunt. H.

g. Caria) Quae deinceps recensentur, sunt Alabandici conuentus. H.

h. Mylasa) Straboni, L. XIV. p. 685. Ptol. L. V. c. 2. Dioni, L. XLVIII. p. 373. Μύλασσα. Stephano Μύλασα. Augusti nummus apud Spanh. p. 905. CEBACTΩ. MΥΛΑCEΩN. Hodie *Melazzo*, vt recentiores volunt, qui nuper hanc oram lustrarunt: etsi id nomen Mileto Ioniae oppido Geographorum vulgus adiudicat. H.

i. Antiochia) Stephano, p. 87. Ἀντιόχεια τῆς Καρίας, quam et ab Antiocho Seleuci F. conditam, et Pythopolim prius appellatam tradit. Straboni L. XII. p. 630. et Ptol. L. V. c. 2. Ἀντιόχεια πρὸς Μαιάνδρῳ, ab amne quo alluitur. Nummus Traiani Decii, in Gaza Regia ANTIOXEΩN MAIANΔPOC. H.

k. *Seminethos)* MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Simmethos.* H.

l. Mossinus) Alius est Mossinus Thraciae apud Athen. lib. VIII. pag. 172. vers. 18. *Dalecamp.*

Orsinus) Ita MSS. proxime laudati. Editi *Mossinus.* H.

m. Maeandropolis) Stephano, Μαιανδρέπολις, Μαγνήσιας πόλις, hoc est Magnetum ditionis. H.

n. Eumenia) Ἐυμένιαν Stephanus: Ptolemaeus, L. V. c. 2. Strabo, L. XII. p. 576. aliique Phrygiae magnae Ἐυμενίαν adiudicant, Phrygiae Capatianae, Notit. Episc. H.

o. Lysias) Λυσιὰς Straboni, L. XII. p. 576. et Ptol. L. V. c. 2. in Phrygia magna. Phrygiae Salutaris, in Notit. Episc. In nummis, BOΥΛΗ ΛΥΣΙΑΔΕΩΝ. H.

ſia *p.*, Berecynthius *q.* tractus, [1] Nyſa *r*: Trallis, eadem Euanthia *s.*, et Seleucia *t.* et Antiochia dicta. Alluitur Eudone amne, perfunditur [2] Thebaide *u.* Quidam ibi Pygmaeos habitaſſe tradunt. Praeterea ſunt Thydonos *x.*, Pyrrha, Eurome, Heraclea, [3] Amyzon, Alabanda *y.* libera, quae conuentum eum

1. *Niſa. Strab.* 2. *i. e. lacu, fonte, amne.* 3. *Aizon. Ch.*

p. Orthoſia) Ptol. L. V. c. 2. in Caria, Ὀρθωσίας. In Not. epiſc. prou. Cariae, Ὀρθοσίας. Straboni, L. XIV. p. 650. trans Maeandrum, circa Nyſam poſita, Ὀρθωσία. H.

q. Berecynthius) Nyſae vrbi, Marſyaeque amni proximus, in Phrygia. Heſychius: Βερεκύνται, Φρυγῶν τι γένος. Straboni, L. X. p. 469. Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φῦλον. Hinc Cybele Berecyntia mater appellata. H.

r. Nyſa) Νύσα Straboni, L. XIV. p. 649. proxime Tralles. Ab Antiocho Seleuci F. de matris nomine Νύσαν appellatam eſſe, auctor eſt Stephanus, verbo Ἀντιόχεια. Nummus Antonini Soaemiadis F. Imp. mediae formae, ex aere, in Cimelio noſtro Pariſ. ΝΥCΑΕΩΝ. H.

s. Euanthia) A copia ſcilicet florum, qui in agro Tralliano naſcuntur Stephanus: Τράλλις, πόλις Λυδίας, πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ἡ πρότερον λεγομένη Ἄνθεια, διὰ τὸ πολλὰ ἄνθη ἐκεῖ πεφυκέναι. Cariae Ptolem. adſcribit, L. V. c. 2. Stephanus, et Notit. ep. Nempe in eo tractu poſita fuit, quem Lydi, Cares, et Iones incolerent, vt Strabo monet, L. XIV. p. 648. Nummus L. Veri, ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ. H.

t. Seleucia) Antiochus Seleuci F. et ſuum vrbi, et patris nomen impoſuit. H.

u. Thebaide) Amne oppidum interſecante. Rectius, vt in MSS. quibusdam, *Thebaite.* H.

x. Thydonos) De hac ceteri ſilent. Πύῤῥαν, in Caria Ptolemaeus agnoſcit, L. V. c. 2. Εὔρωμον, Ἡράκλειαν, Ἀμύζονα, Strabo, L. XIV. p. 658. Stephanus, aliique. Ptolemaeo, haec Ἡράκλεια πρὸς Ἀλβάνῳ dicitur, a monte, vt arbitror, proximo. H.

y. Alabanda) Vnde conventus Alabandicus. Ἀλάβανδα Ptol. l. c. in Caria. In Not. ep. Ἀλάπανδα, mendo-

eum cognominauit: [1] Stratonicea z. libera, Hynidos *a.*, Ceramus *b.*, Troezene *c.*, Phorontis. Longinquiores eodem *d.* disceptant foro, [2] Orthronienses *e.*, Halydienses *f.*, seu Hippini *g.*, Xystiani *h.*, Hy-

1. *Stratonice, et Alinda libera ex Ptolem.* 2. *Sic et Ch. Othronienses Gr. et Al.*

mendose. In mediterraneis ciuitatibus, cum Stratonicea, apud Strab. l. c. Nummus Augusti apud Spanh. p. 644. ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. Est apud Occonem, p. 510. e Cimelia Ferdinandi Archiducis nummus inscriptus, AT. K. Ο ΠΕΛΙ. ΚΑΡΕΙΝΟC CE. *Imperator Caesar Opelius Carinus Augustus.* Haud dubie enim legit Occo ΟΠΕΝ pro ΟΠΕΛΙ, quo *Opelius* significatur: qua ex gente fuit etiam Macrinus vterque, et vterque Diadumenianus.)(. Quadrigae disiunctis dextrorsum et sinistrorsum bigis: inscriptio ΑΛΙΩΝ. ΔΝC. Hoc est, opinor, Ἀλαβανδεῖς Ἰωνίας, Διὰ Νίκην Σεβαςῦ. *Alabandenses Ioniae, ob victoriam Augusti.* Docet hic nummus, praeter nomen gentis, vnde Carinus prodiit, Parthos Persasque, quos Carinus et Carus vicerunt, haud procul Ionia et Alabandis deuictos fuisse. H.

z. *Stratonicea)* Στρατονίκεια Strabo, l. c. Ptolem. L. V. c. 2. in Cariae mediterraneis vrbibus, Στρατονίκη. H.

a. *Hynidos)* Forte literis permutatis Ἴδυμος, quae vrbs Ptolemaeo, l. c. in Cariae mediterraneis appellatur, cum Stratonicea, aliisque. Aut Hyniandos, Ὑνιανδὸς, quae prouinciae Lyciae ab aliis adiudicatur, vt in Conc. Quinisexto, p. 1197. H.

b. *Ceramus)* Haec vero cum mediterranea sit, ab ea situ dispar videtur, a qua Ceramicum sinum paulo ante diximus appellari, inter Cnidum et Halicarnassum. H.

c. *Troezene)* In Caria Troezenios olim habitasse, auctor est Strabo, L. XIV. p. 656. Cum autem, Stephano teste, Troezenis in Graecia Phorbantium mons fuerit, ab eo Φορβαντίδα vrbem hic quoque in Caria cognominasse Troezenios putarim, non *Phorontin.* H.

d. *Eodem — — foro)* Nempe Alabandico. H.

e. *Orthronienses)* Ita MSS. omnes: non *Othronienses.* H.

f. *Halydienses)* In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. *Alidienses.* Forte *Alindienses*, ab oppi-

Hydissenses, Apolloniatae *i.*, Trapezopolitae, Aphrodisienses liberi. Praeter haec sunt Coscinus *k.*, Harpasa *l.* apposita fluuio Harpaso, quo et [1] Trallicon cum fuit, alluebatur.

XXX. Lydia autem perfusa [2] flexuosi amnis Maeandri recursibus, super Ioniam procedit, Phrygiae ab exortu Solis vicina, ad septemtrionem Mysiae, meridiana parte Cariam amplectens, Maeonia ante *m.* appel-

1. *Tralle Ptol.* 2. *flexuosis. Ch.*

oppido Cariae mediterraneo. Ἄλινδα Ptol. L. V. c. 2. τὰ Ἄλινδα Straboni, L. XIV. p. 657. et, qui Strabonem transscripsit, Arriano, L. I. de exped. Alex. p. 67. H.

g. Hippini) Forte *Hipsini*: est enim Ἴψος inter episcopales sedes Phrygiae Salutaris, in Notit. Eccl. ant. H.

h. Xystiani) Ξύςις et Ὑδισσὸς Cariae ciuitates, apud Stephanum. Ὕδισσα hoc dicitur Ptolemaeo, inter mediterranea oppida. H.

i. Apolloniatae) Et hae inter Cariae mediterraneas ciuitates a Ptol. recensentur, L. V. c. 2. Ἀπολλωνία πρὸς Λαμβάνω, Τραπεζόπολις, Ἀφροδισίας, prouinciae Cariae: Τραπεζόπολις, Phrygiae Capatianae adscribitur. Et in Conc. Quinisexto, p. 1200. Eugenius episcopus πόλεως Τραπεζῶν Πακατιανῆς. Lydiam inter et Cariam, sitam hanc Aphrodisiadem ait Stephanus, p. 144. H.

k. Coscinus) Pagus est trans Maeandrum positus, Κοσκινία Straboni, L. XIV. p. 650. H.

l. Harpasa) Stephanus, Ἄρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσȣ ποταμȣ̃. In Cariae mediterraneis oppidis, Ptol. L. V. c. 2. Et in Not. episc. Ἀρπάσα. De fluuio Harpaso, Liu. L. XXXVIII. p. 472. H.

m. Maeonia ante.) Hesychius: Μαιονία, ἡ Λυδία. Ab amne Maeone sic appellatam Stephanus prodidit, ἀπὸ Μαίονος ποταμȣ̃. A Maeone Rege, Diodor. L. III. Bibl. p. 191. A Lydo Atyis filio, qui Meon prius vocabatur, Herod. L. I. Clio, n. 7. p. 4. Λυδὸς ὁ Ἄτυος, ἀπὸ τȣ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς ἔτος, πρότερον Μέων καλȣ́μενος. Homero in Catal. v. 373. Μήονες Dion. Halic. L. I. Ant. p. 21.

appellata. Celebratur maxime Sardibus *n.* in latere Tmoli montis, qui [1]antea Timolus *o.* appellabatur, vitibus *p.* consitus, et ex eo profluente *q.* Pactolo, eodemque Chrysorrhoa, ac fonte Tarne: a Maeoniis ciuitas ipsa Hyde vocitata *r.* est, clara stagno Gygaeo *s.* Sardiana nunc appellatur ea iurisdictio. Conueniuntque in eam extra praedictos *t.*, Macedones

1. *Sic ex MS. em. Hard. conf. Ch. ante Gr. et Al.*

p. 21. Μηιονία dicitur: nempe Ionico idiomate: nam communis lingua Μαίονας et Μαιονίαν effert. Vide Strabon. L. XIII. p. 625. In nummo Iuliae Mammaeae CAP. ΠΡΩ. ΜΑΙΟΝΩΝ. Σάρδεις Πρώτη Μαιόνων. *Sardes prima* ciuitas *Maeonum.* H.

n. Sardibus) Σάρδις Ptol. in Lydia, L. V. c. 2. Αἱ Σάρδεις Straboni, L. III. p. 625. et in Not. episc. prou. Lydiae, Nummus Musei Paris. ex aere mediocris formae, Hadriano Principe cusus, ΠΑΦΙΗ CΑΡΔΙΑΝΩΝ. Sardibus Tmolus imminet, inquit Strabo, l. c. H.

o. Antea Timolus) Ouid. Metam. L. VI. v. 15. *Deseruere sui Nymphae vineta Timoli.* Et L. XI. v. 86. *Sui vineta Timoli Pactolumque petit.* H.

p. Vitibus) Ouid. de Ponto, *Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.* De Tmolite vino dicemus L. XIV. s. 9. H.

q. Ex eo profluente) Strabo, l. c. Chrysorrhoam, ab auri ramentis, quae deuehebat olim, appellatum scribit, at aeuo suo ea defecisse. Vide et Plut. L. de fluuiis, p. 1153. H.

r. Hyde vocitata) Oppido ipsi alii, alii arci tantum id nomen inditum esse voluerunt, inquit Strabo, l. c. Hesych. Ὕδη, πόλις Λυδίας. H.

s. Gygaeo) Γυγαία λίμνη, a Sardibus stadiis XL. seu V. mill. pass. teste Strabone l. c. Γυγαίαν λίμνην, Eustathio in Il. β. p. 365. et Scholiastae Nicandr. in Theriac. p. 30. Circa hunc locum monumenta regum Lydiae fuisse posita, auctor est Strabo. H.

t. Extra praedictos) Orthronienses, Alindienses etc. quos Alabandici conuentus esse monuimus. H.

dones [1] Cadueni *u.*, Philadelpheni *x.*, et ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini appositi Maeonii *y.*, Tripolitani: iidem et Antoniopolitae Maeandro alluun-

1. *Cadueni, Loreni, Philadelpheni. Gr. et Al.*

u. Cadueni) Vel *Cadieni.* Oppidum Κάδοι. Vide Not. et Em. n. LXXI. (paulo post.) Hi porro, aliique, quos Plinius pariter *Macedones* appellat, f. 31. et 32. *Macedones* ii sunt, qui commemorantur in epistola Artaxerxis, capite vlt. L. Esther. *Cadueni*) MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. *Cadieni.* Nummus antiquus Longinae Domitiae, quae Domitiani Imp. coniux fuit, apud Patin. p. 169. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. Quamquam ipse perperam ΚΑΛΟΗΝΩΝ legit, refertque ex coniectura ad Coloen, quam nouo ille errore vrbem esse arbitratur Sardibus proximam: cum ipsa Gygaea palus sit Coloe a recentioribus appellata, teste Strab. L. XIII. p. 626. Ab oppido Cadueni nomen traxere, quod in Not. episc. Κάδοι dicitur, et Phrygiae Capatianae accensetur; Maeoniae siue Lydiae, in ipsis Phrygiae finibus, a Ptol. L. V. c. 2. Incolae Καδηνοὶ Stephano nuncupantur. In Conc. Quinisexto, p. 1199. Philippus episcopus πόλεως Κάδων Πακατιανῆς. Porro post *Cadueni*, addunt libri editi *Loreni*, quos cum nec MSS. vlli, nec auctorum veterum quisquam agnoscat, idcirco expunximus. H.

x. Philadelpheni) Stephano, Φιλαδέλφεια, πόλις Λυδίας, Straboni quoque L. XIII. p. 628. Ptol. L. V. c. 2. et in Not. episc. prou. Lydiae. Graeci incolae nomen antiquum retinent: Turcae *Allascheyr*, hoc est, Dei ciuitatem vocant: ab Hebraeo, vt quibusdam videtur, אל־שער Dei porta. H.

y. Maeonii) In Not. episc. prou. Lydiae, tertio loco Τρίπολις, sexto Μεονία, pro Μαιονία, vel Μηονία nominatur: In Conc. Quinisexto, p. 1194. Ἀναστάσιος ἐπίσκοπος τῆς Μαιονιτοπόλεως τῆς Λυδῶν ἐπαρχίας. Tripolin Cariae Ptolemaeus, et Stephanus accensent. Eam Maeandro allui, praeter Plinium, nummus testatur, apud Spanhemium p. 888. ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΜΑΙΑΝΔΡ. H.

luuntur: [1] Apollonoshieritae *z.*, [2] Mesotimolitae *a.*, et alii ignobiles.

XXXI. Ionia ab Iasio sinu incipiens, [3] numerosiore ambitu *b.* litorum flectitur. In ea primus sinus Basi-

1. *Apollonishieritae. Basil. Apollonihieritae. Ch.* 2. *Mysotmolitae Al. Mysormolitae Gr. procul dubio ex operarum lapsu.* 3. *numerose. M. numeroso. V.*

z. Apollonoshieritae) Oppido nomen Ἀπόλλωνος ἱερὸν, *Apollinis fanum:* in Notit. episc. prou. Lydiae. Vide Not. et Em. N. LXXII. (hic adp.) *Apollonoshieritae)* Ἀπόλλωνος ἱερὸν, vt diximus, *Apollinis fanum* sonat: quam vocem in Tullio contra Verrem, non pro oppidi nomine, vti oportuit, sed pro templo Apollinis, seu delubro, Eminentiss. Annalium scriptor perperam interpretatus est, ad annum Christi 57. n. 176. Atqui nos Audomari fanum vsitato more, et S. Quintini, et alia eiuscemodi dicimus: cum oppida Diuorum cuipiam peculiari mancipata cultu, nomen ab iis sortiuntur. In MSS. R. 1. 2. *Apollinihieritae.* In Chiffl. *Apollonihieritae.* In nummis ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΡΕΙΤΩΝ. In Conc. Chalced. act. 3. p. 456. Λεύκιος Ἀπόλλωνος ἱερȣ̃. H.

a. Mesotimolitae) Qui medium Timolum, seu Tmolum montem incolerent, sic appellati. Vide Not. et Em. N. XXXIII. (hic consp.) *Mesotimolitae)* Qui μέσον Τίμωλον siue Τμῶλον incolerent: vtraque enim vox scriptoribus antiquis promiscue familiaris est, vt suo loco monuimus. In MSS. R. 2. etc. *Mysotimolitae.* In editis *Mysotmolitae.* Nos Mesotmolitas restituimus, tum ex animi coniectura, tum ope Not. Episc. prou. Lydiae, in qua septimum decimum locum obtinet Μεσοτόμελλος, pro Μεσοτίμωλος. Altera Notit. Eccles. p. 45. habet Μεσοτύμολον, pro Μεσοτίμωλον. Et in Nouella Leonis, apud Leuncl. inter episc. Lydiae p. 91. ὁ Μεσοτιμώλȣ. Mysotmolitas nihilominus defendere quis possit, vt ea vox e Mysis Tmolitisque mixtos sonet, ἐκ τῶν Μυσῶν καὶ Τμωλιτῶν. H.

b. Numerosiore ambitu) Mela, L. I. c. 16. *Post Basilicum sinum Ionia aliquot se ambagibus sinuat, et primum a Posideo promontorio flexum incohans, etc.* Sinui ac promontorio nomen est hodie a Mylassis, *Golfo di Melasso,*

Basilicus, Posideum promontorium et oppidum, oraculum Branchidarum *c.* appellatum, nunc Didymaei Apollinis *d.*, a litore [1] stadiis viginti. Et inde centum octoginta', [2] Miletus *e.* Ioniae caput, Lelegeis *f.* ante, et [3] Pityusa, et Anactoria nominata. super

1. *Sic et M. V. C. stadiorum Gr.* 2. *Milletus. Gr.* 3. *Phityusa. V.*

so, Capo di Melasso. Ποσείδιον τὸ Μιλησίων a Strabone oppidum vocatur, L. XIV. p. 623. H.

c. *Oraculum Branchidarum*) Ptolemaeus *Branchidas* vsurpat pro ea parte montis Didus quae Orientem spectat. *Dalec.*

Branchidarum) Ita Mela, L. I. c. 17. A Brancho Apollinis sacerdote, posteri Branchidae, Βραγχίδαι sunt appellati; quos penes eius templi, quod Διδυμέως, vel Διδυμαίου Ἀπόλλωνος ἐν Βραγχίδαις dictum est, cura sacerdotiumque mansit. Strabo, L. IX. p. 421. et alibi passim. H.

d. *Didymaei Apollinis*) Didyma oraculum Mileto vicinum, Ioui sacrum et Apollini, quasi geminis diis (διδύμους καὶ διδυμάονας Graeci geminos vocant) vnde Apollo Didymaeus appellatur. Papin. VIII. Theb. *Nec Clarias hac luce fores, Didymiaque quisquam Limina, nec Lyciam supplex consultor adibit.* Didymaei Apollinis fit et mentio lib. VI. cap. 16. Vide Rhodig. cap. 23. IV. Didymaeo Ioui cum res diuina fit, libant hederae foliis. Inde κισσίβιον poculum dictum. Athen. p. 235. v. 14. *Dalec.*

Didymaei) A loco in quo oraculum fuit nomen id traxit. Stephanus: Δίδυμα, οὐδετέρως, τόπος καὶ Μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διὶ καὶ Ἀπόλλωνι. *Didyma, neutro genere, locus et oraculum Mileti, Ioui sacrum et Apollini.* H.

e. *Miletus*) Μίλητος Graecis. Hodie *Palatschia*, quod ex ingenti ciuitate, vix palatiorum, superbarumque aedium rudera nunc supersint. Ibi repertam nuper aiunt veterem inscriptionem, in qua legeretur ΠΟΛΙϹ ΜΙΛΗϹΙΩΝ. H.

f. Lelegeis) Stephanus, de Mileto: Πρῶτον Λελεγηὶς ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων. A Lelegibus incolis id nomen traxit. A copia pinuum, Πιτύουσα. Ab Anactore rege, Ἀνακτορία. Ita cum Stephano, Eustath. in Dion. v. 825. p. 109. et v. 456.

super [1] octoginta *g.* vrbium per cuncta maria genetrix: *h.* nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus prosam *i.* orationem condere instituit. Amnis Maeander *k.* ortus e lacu in monte Aulocrene *l.*, plurimisque

1. *septuaginta Vet. et Basiliense exemp.* LXXV. *ex Senec.* XC. *M.*

456. p. 65. Item Scholiast. Apollon. ad L. I. Argon. v. 186. Pausan. in Achaic. L. VII. p. 398. et Schol. Aristoph. in Pluto, p. 62. H.

g. Super octoginta vrbium per cuncta maria genitrix) Verior lectio LXX. *vrbium*, quam LXXX. Seneca in lib. de consolatione ad Heluiam matrem: *Miletus* LXXV. *vrbium populum in diuersa effudit.* Qui locus ante nostras in eum auctorem castigationes corruptissime legebatur. *Pintian.*

Super octoginta) Vide Not. et Em. N. LXXIV. (hic pos.) *Super octog.)* MSS. omnes. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. vet. Dalec. etc. *Super XC.* Seneca tamen L. de Consol. ad Heluiam, c. 6. p. 807. *Atheniensis in Asia vrbs est Miletus, LXXV. vrbium populum in diuersa effudit.* H.

h. Nec fraudanda ciue Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit) Quod hic Cadmo Milesio, infra libro septimo cap. 66. Pherecydi Syrio tribuit Plinius. Quid igitur est? contradicit sibi Plinius? Minime gentium. Nam Strabone auctore primo volumine, ante omnia apparatio ipsa poëtica processit in medium et approbata complacuit. Dehinc illam imitari, cum metrum soluissent, reliquis poëticae seruatis partibus, rem scriptis commendauerunt, Cadmus videlicet et Pherecydes et Hecataeus. Notandum vero, et hic infra lib. VII. vbi agit de inuentoribus rerum, non legi in archetypo Toletano *prosam*, sed *prorsam.* de Cadmo Milesio prosae inuentore et Solinus. *Pint. Ciue Cadmo.)* Auctor lib. VII. cap. 56. dicit Pherecydem Syrium primum Cyri regis Persarum aetate, prosam orationem instituisse: Historiam vero Cadmum Milesium. *Dalec.*

i. Qui primus prosam) Id quoque Solinus habet, c. 40. p. 70. Vide quae dicturi sumus, L. VII. s. 57. H.

k. Maeander) Incolis *Mindre*: Turcis, *Boiouc-Mindre*, hoc est, *maior Maeander*: Caystrum enim, minorem Maeandrum vocant. H.

l. Aulocrene) De eo diximus

que affuſus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita ſinuoſus flexibus, vt ſaepe credatur reuerti: Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein [1] Bargyleticos campos: poſtremo Cariam placidus *m.*, omneſque eos *n.* agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum a Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Inde mons Latmus. Oppida, Heraclea montis eius cognominis *o.*: Carica, Myûs,

1. *Bargylleticos. Gr.*

mus ſ. 29. vbi et de Apamena regione, et de Eumenia, ac de Bargylis. H.

m. Poſtremo Cariam placidus omneſque, etc.) Leg. *Poſtremo Cariam placidus, Ioneſque agros*, vel *Ionumque agros*. Liuius, *per Caras primum, deinde Ionas.* Idque et Strabo confirmat. *Salmaſ.* 836. b.

n. Omneſque eos) Ita libri omnes: neque neceſſe eſt *Iones* vel *Ionum agros*, inuitis iis ſupponere, quod Salmaſ. facit, p. 836. in Solin. H.

o. Montis eius cognominis) Hoc eſt, eiuſdem cum eo monte nominis, Latmos quoque et ipſa vocitata. Vide Not. et Em. N. LXXV. (paulo poſt.) Eſt autem mons Latmus, vt ait Mela, L. I. c. 17. Endymionis a Luna, vt ferunt, adamati fabula nobilis. *Heraclea montis eius cognominis: Carica: Myus-Priene*) Hic locus praepoſtera interpunctione vitiatus ante nos edebatur: *Heraclea montis eius, cognominis Caricae: Myus*! etc. Quibus verbis haec ſuberat ſententia: Heracleam hanc Ionicam, eodem cum Carica Heracleae nomine frui: quod et per ſe frigidum eſt, perinde ac ſi non aliis plurimis multo inſignioribus ea appellatio communis foret; et eſt praetera a Plinii mente vehementer abhorrens. Ait enim hoc loco duo, quae ſunt maxime obſeruatu digna. Primum eſt, Heracleam eſſe monti Latmo cognominem: Docet id Strabo verbis diſertis L. XIV. p. 635. Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη πολίχνιον· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει. Hinc Heſychius p. 588. Λατμὸς, πόλις καὶ ἥρως, vbi legendum eſt πόλις καὶ ὄρος. Alterum eſt, Carica deinde, ſeu Cariae quondam attributa oppida proxime ſequi, Myuntem, Prienem etc. Atque id

Myûs *p.*, quod primo condidiſſe Iones narrantur, Athenis *q.* profecti: Naulochum *r.*, [1] Priene. In ora quae Trogilia *s.* appellata, Geſſus *t.* amnis. Regio omnibus Ionibus ſacra *u.*, et ideo Panionia appella-

1. *Cadme. Straboni.*

id ſane de his aſſeuerat Herodotus, L. I. Clio, n. 142. p. 60. Μυῦς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, etc. Haec vero duo, quae ſunt ſane animaduerſione digna, profligat atque peruertit interpunctio libris hactenus impreſſis recepta. Quod ſi vocem *Carica*, ad Heracleam nihilominus pertinere quis contendat, eamque originis Caricae eſſe velit, haud vehementer ſane reluctabor: cum probe intelligam, Latmum ipſum montem a nonnullis, atque adeo ab ipſo Plinio, L. VIII. ſ. 84. Cariae adiudicari: quod eo magis verum eſſe neceſſe eſt, quo Myus et Priene, quae vlteriora ſunt, Caricae ditionis oppida cenſentur ab Herodoto. In Conc. Quiniſexto, p. 1199. Θεόδωρος ἐπίσκοπος πόλεως Ἡρακλείας Λάτμου, ἐπαρχίας Καρίας. In Notit. Eccl. ant. inter epiſcopos Cariae cenſetur ὁ Λακύμων Idem apud Leuncl. p. 94. ὁ Ἡρακλείας Λακύμων vocatur: vtrobique Λάτμων reſcribi ſcito oportere. In altera Notit. p. 17. hoc tantum, ὁ Ἡρακλείας Λα. H.

p. Myus) Μυοῦς, πόλις Ἰωνίας Stephano: vna de duodecim Ioniae vrbibus, Straboni, L. XIV. p. 636. Nec Myuntis, nec Prienes vlla hodie extant veſtigia. Myuntem Iones deduxiſſe colonos, teſtis Pauſan. in Achaic. L. VII. p. 400. H.

q. Athenis etc.) Id quoque Vitruu. affirmat L. IV. c. 1. p. 60. H.

r. Naulochum, Priene) Ναύλοχος, Πριήνη. Haec Biantis patria: quam et Cadmen Strabo vocitatam ait, L. XIV. p. 636. H.

s. Trogilia) Τρογίλιον, Straboni l. c. H.

t. *Geſſus)* Gaeſus amnis Melae L. I. c. 17. Γαίσων Ephoro, L. V. apud Athen. L. VII. p. 311. H.

u. Regio omnibus Ionibus ſacra.) Aſylon Ionium fuit in promontorio montis Icales. *Dalecamp.*

Regio) Iuxta Prienen *eſt Panionium*, inquit Mela, l. c. *ſacra regio, et ob id eo nomine appellata, quod eam communiter Iones colunt.* Straboni, L. XIV. p. 639. Παν-

pellata. Iuxta [1] a fugitiuis *x*. conditum (vti nomen indicio eſt) Phygela fuit, et Marathesium *y*. oppidum. Supra haec Magneſia *z*. Maeandri cognomine inſignis, a Theſſalica Magneſia orta. Abeſt ab Epheſo xv. mill. paſſuum: Trallibus eo amplius [2] MMM. Antea Theſſaloce et Androlitia nominata: et litori appoſita *a*. Deraſidas inſulas ſecum abſtulit

Ff 3 mari.

1. Iuxta à. ob ſimilitudinem duae lit. in vnam coaluere.

2. CCC. *M. V.*

Πανώνιον. Ibi Iones ſolennem conuentum agere ſoliti, Neptunoque ſacra facere Panionia dicta. Vrbibus duodecim Panionion conſtabat, teſte Herod. L. I. Clio, n. 143. p. 61. Certamina ad quae admitterentur ex tota Ionia pugiles ΠΑΝΙΩΝΙΑ ΠΥΘΙΑ appellantur, in nummo vetere Saloninae Aug. a Mileſiis percuſſo. Nummus alter ex vna parte caput Iouis exhibet, cum epigraphe ΖΕΥC ΑΚΡΑΙΟC: ex altera pugilem CΜΥΡΝ. ΠΑΝΙΩΝΙΟΣ. Σμυρναίων Πανιώνιος ſubintellige ἀγών. H.

x. A fugitiuis) Mela pereleganter: *Ibi a fugitiuis, vt aiunt, condita, (nomen famae annuit) Phygela.* Strabo l. c. Stephanuſque eum ſecutus, et Suidas Tom. II. p. 653. non a Φυγάς quae vox fugitiuum ſonat, Φύγελα, ſed Πύγελα ſcribunt. Suidas appellationis originem trahit a morbo, τῶν πυγῶν, quo ſocii Agamemnonis laborantes, ibi manſerunt. Vinum Phygelites οἶνον Φυγελίτην, ab hoc loco commendat Dioſc. L. V. c. 12. Hodie *Figela*. H.

y. Marathesium) Scylaci, p. 35. Μαραθήσιον inter Epheſum et Magneſiam. Epheſiorum vrbs a Stephano appellatur, quod his parebat. H.

z. Magneſia) Magneſia quae ſuper Maeandrum, Liuio, L. XXXVII. p. 462. Straboni, L. XIV. p. 636. Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῆς ἐν Θετταλίᾳ, καὶ Κρητῶν, Magnetum Theſſaliae, Cretenſiumque colonia. Idcirco πόλις ἑλληνίς, vrbs Graecanica a Scylace vocatur, p. 35. A Lacedaemoniis colonos eo miſſos ſcribit Velleius, L. I. p. 3. H.

a. Litori appoſita) Cum in litore eſſet, plurimum limi deferente amne, iunctae ſunt continenti, oppidoque ipſi, Deraſidae inſulae. Hoc antea Plinio iam memoratum, L. II. ſ. 91. H.

mari. Intus et [1] Thyatira *b.* alluitur Lyco, Pelopia aliquando, et [2] Euhippa *c.* cognominata. In ora autem [3] Manteium *d.*, Ephesus *e.* Amazonum *f.* opus, multis antea *g.* expetita nominibus: Alopes, cum pugna-

1. Tyana V. et Ch. 2. Euhippia. M. V. 3. Matium. V. Ch. aliis Mantaeum.

b. Thyatira) Lydiae a Stephano accensetur: Θυάτειρα, πόλις Λυδίας, ἡ πρότερον Πελόπεια. A Ptolem. item, L. V. c. 2. et in Not. episc. In nummo Iuliae Titi, apud Patin. p. 155. ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. Turcis hodie *Akhissar*, hoc est, Castellum nouum. Quidam affinitate nominis decepti, *Tiria* esse putauerunt, quae vrbs Epheso distat XXV. mill. pass. Sed hanc recenter esse conditam constat. H.

c. Euhippa) Εὔιππος, equitatu praestans: quod equos generosos aleret. MSS. *Euhippia.* Stephan. Εὔιππη δῆμος Καρίας. H.

d. Manteium) Μαντεῖον, hoc est, oraculum. H.

e. Ephesus Amazonum opus, multis antea, etc.) Legend. *Ephesos Amazonum opus, multis antea expetita nominibus, Alopes cum pugnatum apud Troiam est, mox Ortygiae, et Samornas vocatae, et Smyrnae cognomine Trachiae, et Samonide et Pteleae.* Et paullo post pro *Callipia*, lege, *Halitaea.* Salmasius pagina 809. b. 810. b.

Ephesus) Nunc pagus est, Turcis, *Aiasalouc*: Italis, *Efeso.* In nummis, ΕΦΕCΙΩΝ. Prioris denique appellationis meminit Hyginus fab. *Echion*, inquit, *Mercurii filius, ex vrbe Alope, quae nunc vocatur Ephesus.* H.

f. Amazonum) Vnius Amazonum nomine Ἔφεσον appellatam scribit Heraclides, L. de Politiis, tit. Ἔφεσος Mela, L. I. c. 17. non ipsam Ephesum, sed templum eas struxisse scribit, Dionysium Perieg. et alios secutus. H.

g. Multis antea) Ex iis haec Stephanus habet: ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα, a Smyrne Amazone: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σαμόρνα, καὶ Τριχία (lege Τραχεῖα, ex Eustathio eadem referente ad Dion. v. 827. p. 109.) καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέα. Hesychius: Σαμονία, ἃ δὲ Σαμορνία, ἡ Ἔφεσος. Smyrnae quoque nomen inditum Epheso auctor est Strabo, L. XIV. p. 633. Ab vlmorum frequentia, Pteleae nomen traxit. H.

pugnatum apud Troiam eſt, mox [1] Ortygia, et Morges vocata eſt, et Smyrna cognomine [2] Trachea, et Samornion, et Ptelea. Attollitur monte Pione *h.*, alluitur Cayſtro *i.* in Cilbianis [3] iugis *k.* orto, multoſque amnes deferente, et ſtagnum Pegaſeum *l.*, quod Phyrites *m.* amnis expellit. Ab his multitudo limi eſt, qua terras propagat, mediiſque iam campis Syrien inſulam *n.* adiecit. Fons in vrbe *o.* [4] Callipia *p.*,

1. *Ortygia.. Morges vocata et Smyrna eſt. Cb.* 2. *Trichia. M. et V.* 3. *Cylbianis Gr.* 4. *Callipea (vel Callippe) templum Dianae complexa, e diuerſis. M. item V.*

h. Monte Pione) Τȣ̃ Πίονος τȣ̃ ὄρȣς in Epheſio agro fertilitatem commendat Pauſanias in Achaic. L. VII. p. 406. H.

i. Alluitur Cayſtro) Propertius *cygnaeum Cayſtrum* vocat, a cygnorum copia, qui in eo ſunt fluuio. *Qua Cygnaei viſenda eſt ora Cayſtri, Et qua ſeptenas temperat vnda vias.* Lipſius cap. 2. I. *Dalec.*

Cayſtro) Amne, qui Καύςρος Graecis, accolis hodie *Carasou*: Turcae, vt diximus, Maeandrum minorem, ſeu nigrum vocant. H.

k. Cilbianis iugis) Sic iuga montium appellantur, quae Cayſtro ſunt proxima: et circumiecto pariter agro id nomen fuit. Euſtathius in Dionyſ. v. 837. p. 111. ἀπὸ δὲ τȣ̃ Καύςρȣ καλεῖται καὶ πεδίον Καύςριον, ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβιανόν. H.

l. Pegaſeum) Πηγάσειον, cuius appellationis ratio eadem, quae fontis illius, quem vngulae ictu Pegaſus aperuiſſe dicitur, vt ait Feſtus, verbo *Pegaſides Muſae*. H.

m. Quod Phyrites) MSS. R. 1. 2. etc. *Pyrrhites*, quod ſincerius videtur. H.

n. Syrien inſulam) Et hoc iam dicere anteuertit, L. II. ſ. 91. H.

o. Fons in vrbe Callipia, templum Dianae complexa. E diuerſis regionibus duo Selinuntes) Pauſanias tria celebrat in Epheſia terra: Cenchrium fluuium, Pionis montis naturam (cuius ante Plinius meminit) et Halitaeam fontem. Nihil muto, aurem tantum ſecuro lectori vello, vt aeſtimet an hic pro *Callipia* ſubſtitui debeat *Halitaea*. Item *Sellenuntes* lego, non *Selinuntes*. Neque lacus accipio cum Hermolao ex Strabone,

pia *p.*, et templum Dianae complexi e diuersis regionibus duo [1] Selenuntes *q.* Ab Ephefo Manteium aliud Colophoniorum, et intus ipsa Colophon *r*, [2] Halefo *s.* affluente. Inde Apollinis Clarii *t.* fanum, Lebedos *u.*: fuit et Notium *x.* oppidum. Promontorium

1. *Selinuntes. Gr.* 2. *Halete. cuius fluuii hoc in tractu meminit et Pausanias.*

bone, sed fluuios cum Xenophonte libro quinto de ascensu Cyri. *Et Ephesi*, inquit, *circa Ephesiae Dianae templum Sellenus fluuius labitur. Pint.*

p. Callipia) Ita MSS. omnes. Rectius *Calippia.* Sed *Aliteam* non ausim reponere cum Pintiano, etsi id fonti nomen est apud Pausaniam, l. c. H.

q. Duo Selenuntes) Σελληνȣ̃ντες Xenophonti L. V. de Exped. Cyri, p. 350. Σεληνȣ̃ντες Laertio: in Xenophontis vita, p. 46. H.

r. Colophon) Κολοφὼν Graecis. Nunc diruta. H.

s. Haleso) Ἄλης Pausaniae dicitur, totius Ioniae amnis frigidissimus, L. VII. in Achaic. p. 406. Et Schol. Lycophr. p. 125. Ἄλεντος ποταμȣ̃ Κολοφῶνος. H.

t. Apollinis Clarii) Tacit. Annal. L. II. de Germanico: *Appellit Colophona, vt Clarii Apollinis oraculo vteretur. Non femina illic, vt apud Delphos, sed certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos*, etc. Pausaniae est Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν Κλάρῳ l. c. An illud Apollinis fanum, aliudve, designet nummus ex aere maximo, apud D. Vaillant, p. 232. amplius considerandum. Vtriusque Philippi capita exhibet, termiumque Concordiae; titulus, CONCORDIA AVGVSTORVM. In pagina auersa templum est rotundum eximium, in quo stat effigies Apollinis: supra, Aquila Romana. In ambitu: EX ORACVLO APOLLINIS. H.

u. Lebedos) Ptolemaei meum exemplar habet *Lacerca.* Dalec.

Lebedos) Λέβεδος, a Colophone distans stad. 120. hoc est, XV. M. P. Nummus in Museo Paris. ΛΕΒΕΔΙΩΝ: Antonini Seueri est. H.

x. Notium) Νότιον, iuxta Colophonem Stephano, Suidae Harpocrationi, et Liuio, L. XXXVII. p. 457. H.

torium Coryceon *y.*, mons Mimas *z.* CCL. mill. passuum excurrens, atque in continentibus campis residens. Quo in loco Magnus Alexander intercidi planitiem eam iusserat VII. mill. [1] D. passuum longitudine, vt duos sinus iungeret, Erythrasque *a.* cum Mimante circumfunderet. Iuxta *b.* eas [2] fuere oppida

1. *in Ch. non leg.* 2. *fuerunt. Ch.*

y. Promontorium Coryceon, mons Mimas CCL. *M. passuum excurrens atque in continentibus campis residens)* Dicit Mimantem montem a mari incipere vbi promontorium Coryceon est, et excurrere in continentem vbi residet, per CCL. millia passuum. Sed hanc excurrentiam aliter exhibent libri veteres et legunt CLC. an legendum CCC. an potius CIↃ. sed minus exiguus hic numerus. Iidem libri pro *Coryceon* habent *Coryneon*, et infra, vbi legitur, *nunc est Aleon fluuius, Coryneon Mimantis promontorium*, de eodem promontorio intelligendum. *Salmas.* pagina 861. b. et 862. a. Et paulo post ibid. lege: *Obiit et Archaeopolis substituta Sipylo, et inde illi Colpe, et huic Lebade.* Dicit igitur substitutam Sipylo Archaeopolin, quae et ipsa obiit. Inde etiam Colpen similiter obiisse, quae in locum Archaeopolis successit. Vide *Salm.* p. 862. b. 863. a.

Coryceon) Κωρύκειον, aliud a Minantis montis promontorio, quod Corinaeum deinde vocatur. Stephanus: Κώρυκος ὄρος πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας. Iuxta Erythras Straboni L. XIV. p. 645. H.

z. *Mimas)* Μίμας pariter Straboni, L. XIV. p. 645. Ptol. L. V. c. 2. et Solino c. 40, p. 70. H.

a. Erythrasque) Straboni Gnopopolis. *Dalec.*

Erythrasque) Vt Erythras oppidum, Minantemque montem, circumfuso mari insulam faceret. De Erythris, Pausanias, L. VII. p. 401. Incolae Ἐρυθραῖοι Herod. L. I. Clio, n. 18. Hinc Sibylla creditur Erythraea dicta, teste Strabone, L. XIV. p. 645. Hodie pagas *Gesmé*, vt produnt ii, qui nuper has oras situsque vrbium contemplati sunt. H.

b. Iuxta eas fuerunt oppida Pteleon) Lego, *Iuxta Teos. Fuerunt oppida Pteleon, etc.* ex Ptolemaeo, cui post Erythras statim locantur Teos et Lebedos: notanda librariorum allucinatione, qui pro *Lebedos* ibi *Lesbos* scripse-

da Pteleon *c.*, Helos, Dorion: nunc est Aleon fluvius *d.*, [1] Corynaeum *e.* Mimantis promontorium, [2] Clazomenae *f.*, Parthenie *g.* et [3] Hippi *h.*, [4] Chytrophoria

1. *Corinaeum Gr. et Al.* 2. *Glazomene Gr. et Al.* 3. *Chytrophoria. V.* 4. *Chytophoria Gr. et Al.*

scripserunt. Porro Teos vna ex XII. Ioniae vrbibus, media totius prouinciae, testibus Herodoto primo volumine, et Stephano, clara natalibus Anacreontis poëtae lyrici, Apeliconis, Hecataei historici, Protagorae philosophi, et Scithini iamborum poëtae, adeo est apud cunctos auctores celebris, vt neque a Plinio fuerit praetermittenda, neque vllo ampliore testimonio a me indicanda, tantum famae superfluit. *Pintian.*

Iuxta eas) Vide Not. et Em. N. LXXVI. (hic pos.) *Iuxta eas)* Ita MSS. omnes: nec Pintiani coniectura placet, sic legentis: *iuxta Teos: fuere oppida*, etc. Teos enim, Τέως, Anacreontis patria, multis nominibus adeo celebrata veteribus fuit, vt a Plinio quidem praetermittenda omnino fuisse non videatur: sed neque praetermissa fuit, cum perhonorificam illius mentionem faciat, l. 38. vt suo loco vidimus. H.

c. Pteleon) Graecanicis vrbibus hae cognominis fuerunt, de quibus egimus libro superiore, l. 7. Πτέλεον, Ἕλος, Δώριον. Stephanus: Πτέλεον, πόλις Ἰωνίας. Item Thucydidi, L. VIII. p. 571. H.

d. Nunc est Aleon fluuius) L. XXXI. l. 10. *Erythris Aleos amnis*, etc. H.

e. Corynaeum) Κορυναῖον. Coryna oppidum in peninsula, prope Clazomenas, apud Melam, L. I. c. 17. H.

f. Clazomenae) Κλαζομεναὶ Graecis scriptoribus. Incolis hodie *Kelisman*, quae vox appellationis antiquae aliquod vestigium retinet. In Not. episc. Κλαζομενή. H.

g. Parthenie) Mons fuit, saxumue mari circumdatum, Vide Not. et Em. N. LXXVII. (hic adi.) *Parthenie)* Mons, vt dixi, mari circumdatus, Hoc montis iugum describit paulo obscurius Nicand. in Theriac. p. 44. Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι Κλέζος ἀεργοὶ Ἵπποι χιλεῦσι, καὶ ἀνατολαὶ εἰσὶ Καΰστρου. Quem locum Scholiastes non intellexit: sed refellere, nec otii nostri est, nec huius loci: errorem digito commonstrasse nunc abvnde est. H.

h. Hippi) Ἵπποι. Sic veteres

phoria *i.* appellatae cum insulae essent: Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit. Interiere intus Daphnus et Hermesia, et Sipylum *k.*, quod ante Tantalis vocabatur, caput Maeoniae, vbi nunc est stagnum Sale: [1] obiit *l.* et Archaeopolis substituta Sipylo *m.*, et inde illi Colpe, et huic Lebade. Regredientibus inde *n.* abest XII. mill. passuum ab Amazone *o.* condita, restituta ab Alexandro, in ora Smyrna, amne [2] Melete *p.* gaudens, non procul orto.

1. ob id et Archaeopolis Gr. et Al. 2. *Meletae Gr.*

teres appellarunt insulas quatuor, contra portum Erythrarum positas, antequam continenti necterentur, ducto ad eas insulas aggere a Clazomenis. Pausan. L. VII. Achaic. p. 402. H.

i. Chytrophoria) Locum ipsum, vbi positae olim Clazomenae fuerunt, Χύτριον appellabant, teste Strabone, L. XIV. p. 645. cuius vocis ad insulas, quae erant his aduersae, similitudo quaedam translata est. H.

k. Et Sipylum) Σίπυλον. Haec quoque Solinus, c. 40. Plin. ipse L. II. s. 91. *Deuorauit terra Sipylum in Magnesia: et prius in eodem loco clarissimam vrbem, quae Tantalis vocabatur.* Euersam terrae motu Sipylum et Strabo prodidit, L. XII. p. 579. Tantalis a Tantalo Niobae filio nomen traxit. H.

l. Obiit) Interiit et Archaeopolis, quae substituta Sipylo fuerat: Obiit et Colpe, quae in locum successerat Archaeopoleos: sed et Colpae substituta Lebade similiter periit. Sic loquitur iterum, s. 39. *Et Agamede obiit*, etc. Prius legebatur, *ob id.* H.

m. Substituta Sipylo) Μαγνῆτες ὑπὸ Σιπύλῳ Straboni lib. XIII. Nam etiam fuerant Μαγνῆτες ἐπὶ Μαιάνδρῳ. Cicero ad Q. Fratrem. *De te a Magnetibus ab Sipylo mentio est honorifica facta, cum te vnum dicerent postulationi L. Pansae restitisse.* Victor. cap. I. XXX. *Dalec.*

n. Regredientibus inde) A Clazomenis. H.

o. Ab Amazone) Ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος, inquit Steph. voce Σμύρνα. Hodie nautis, Gallisque, *les Smyrnes.* H.

p. Melete) Μέλης Straboni dicitur L. XIV. p. 646. et Pausan. L. VII. Achaic. p. 407. cuius ad fontes antrum ait esse, in quo fama sit

to. Montes Asiae nobilissimi in hoc tractu fere explicant se, Mastusia a tergo Smyrnae, et Termetis *q.*, Olympi radicibus iunctus. Is in Dracone desinit, Draco in Tmolo, Tmolus in Cadmo *r.*, ille in Tauro. A Smyrna *s.* Hermus [1] campos facit, et nomini suo adoptat. Oritur iuxta [2] Doryleum *t.* Phrygiae ciuitatem, multosque colligit fluuios, inter quos Phrygem, qui nomine genti dato, a Caria

1. *Sic ex MS. em. Hard. conf. Ch. Hermus amnis campos etc. Gr. et Al.* 2. *Dyrolaum. Pineus.*

sit carmina sua Homerum scripsisse. Statius, L. III. Siluar. de Homero: *Smyrna tibi gentile solum, potusque verendo Fonte Meles.* Herod. L. de Vita Homeri, p. 559. Melesigenem inde Homerum appellatum tradit. In nummo Sabinae apud Spanhem. p. 891. ΜΕΛΗϹ. ϹΜΥΡ. In Smyrnaeis suburbiis oriri Himerius scribit apud Photium, cod. 243. Nunc exiguus riuus est, vix versandis duabus molis, rigandisque hortis vicinis sufficiens, nisi cum increuit imbribus. Ad fontes amnis natum esse Homerum, docet nummus antiquus ex Gaza Regia, iamdudum laudatus a Spanhemio, p. 488. In parte antica, caput senile vitta cinctum pingitur, cum titulo: ΟΜΗΡΟϹ. In auersa pagina, fluuius decumbens vrnam tenet, vnde aqua profluit: citharam dextra: infra, ΜΕΛΗϹ. supra, ΑΜΑϹΤΡΙΑΝΩΝ. Amastriani gloriantur vsos se fuisse Homero hospite aliquamdiu: sed ne quis Amastrianum ortu dici eum aliquis existimaret, Meletem amnem pingi curarunt, cum cithara, vt ibi carmina sua scripsisse Homerus intelligeretur. Si ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ potius quam ΜΕΛΗϹ scriberetur, duarum potius ciuitatum *ὁμόνοια* designaretur, quam vatis patria. H.

q. Et Termetis) Id oppidi nomen interpretor: montis, Ortelius et Pinetus. H.

r. Cadmo) Κάδμος ὄρος, quem montem vrbi Laodiceae imminere auctor est Strabo, L. XII. p. 578. H.

s. A Smyrna) Ἕρμος Smyrnensium passim amnis vocatur, quoniam Smyrnaeorum ditionem alluit, rigatque Cumanos, Phocaicos, et Smyrnensium agros, qui Hermi inde appellabantur, τὸ τοῦ Ἕρμου πέδιον, Straboni, L. XIII. p. 626. H.

t. Dorylaeum) Δορύλειον in

ria eam disterminat: Hyllum *u.*, et Cryon *x.*, [1] et ipsos Phrygiae, Mysiae, Lydiae amnibus repletos. Fuit [2] in ore eius *y.* oppidum Temnos: nunc in extremo [3] sinu *z* Myrmeces scopuli, oppidum Leuce *a.* in promontorio, quod insula fuit, finisque Ioniae Phocaea. Smyrnaeum conuentum magna pars Aeoliae, quae mox dicetur, frequentat: praeterque Macedones Hyrcani *b.* cognominati, et Magnetes a Sipylo *c.* Ephesum vero alterum lumen Asiae, remotio-

1. et Hippos Phrygiae. Ch. *2. in ora. V.* *3. sinus Smyrnae. Cheseopolis. Sal. Stephanus. Chesium oppidum Ioniae. Pint.*

in Phrygia, Ptolemaeo, L. V. c. 2. Δορυλάειον. Stephano in nummis ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ. MSS. *Dorylaum.* De eo egimus iam ante f. 29. H.

u. Hyllum) Quem in Hermum delabi testatur quoque Herod. L. I. Clio, n. 80. p. 33. Strabo, L. XIII. p. 626. Et hunc Phrygium quoque Strabo, et Liuius vocant. H.

x. Cryon) Κρυὸς, a frigiditate summa nomen habet. H.

y. Fuit in ore eius — Temnos) In ore seu ostiis Hermi amnis posita Temnos fuit, sed iam Plinii aeuo interierat. H.

z. In extremo sinu) Smyrnaeo, *le Golfe des Smyrnes.* H.

a. Leuce) Mela, L. I c. 17. *In sinu Smyrnaeo est Hermus amnis, est vrbs Leuca. Extra, Phocaea Ioniae vltima.* Φωκαία καὶ λιμὴν, vrbs cum portu, Scylaci, p. 35. Φωκαία πόλις Ἰωνίας, Stephano. Nunc *Fogia Vecchia.* H.

b. Macedones Hyrcani cognominati) Mosteni et Moseni, Ptol. *Dal.*

Hyrcani) Meminit horum Tacit. Annal. L. II. p. 56. *quique Mosteni, aut Macedones Hyrcani vocantur:* nempe ab vrbibus Mostene et Hyrcania, quas aetate Tiberii nocturno terrae motu collapsas esse diximus, L. II. f. 86. Vide Not. et Em. N. LXXVIII. (hic consp.) *Hyrcani)* Ad hos nummi pertinent Philipporum Impp. patris, ac filii, quorum ectypa Patinus exhibet, p. 383. et 388. cum epigraphe ΥΡΚΑΝΩΝ. Hos ille nummos ad Hyrcanos Caspii maris accolas parum certe caute arbitratus est referri oportere. H.

c. Magnetes a Sipylo) A Sipylo monte cognomen ei Magne-

motiores conueniunt Caesarienses *d.*,[1] Metropolitae *e.*, Cilbiani [2] inferiores *f.* et superiores, Mysomace-

1 *Caesarienses Metropolitae, coniunctim Gr.* 2. *Cylbiani inf. Gr.*

Magnesiae fuit, Μαγνησία πρὸς Σιπύλῳ, Ptol. L. V. c. 2. inter Lydiae ciuitates. Straboni, L. XIII. p. 621. ἀπὸ Σιπύλȣ. Et in nummis apud Spanh. p. 894. ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ. Magnesia quae ad Sipylum est, Liu. L. XXXVI. p. 448. H.

d. Caesarienses Metropolitae) Ierocaesarea, Ptolemaeo. *Dal.*

Caesarienses) Ptol. L. V. c. 2. Ἱεροκαισάρεια dicitur in Lydia oppidum, prope Thyatiram. Pausanias item Hierocaesaream coniungit Hypaepis, quae pariter ad hunc conuentum spectant: in Eliac. prior. siue L. V. Ἱεροκαισάρεια καλȣμένη πόλις, καὶ Ὕπαιπα. Hierocaesariensium nummus est insignis, a Seguino olim editus p. 10 nunc in Thesauro Regio, ex aere minimo, sed exquisitae caelaturae. Diana ibi picta cum pharetra est, symbolum venationis in eo tractu opimae. Epigraphe: ΠΕΡCΙΚΗ. In auersa nummi area est ara cum igne, vt in nummis, quibus consecrati dicuntur Augusti, cum titulo, ΙΕΡΟΚΑΙCΑΡΕΩΝ. Nulla hic Diana Persica, nulla Amazon, nulli sunt hic Persici. Nummus hic Pertinacis est, cusus est post eius obitum; sic legendum, quod olim ipsi, alios scilicet secuti, non vidimus: ΠΕΡτίνακα ΣΕβαςὸν Ἱερεῖς Καθιέρωσαν Ἡρακλέȣς: *Pertinacem Augustum sacerdotes Herculis consecrarunt.* Nummus *Hierocaesariensium.* Consecrationem eam certe ara cum igne significat. Est autem Καθιέρωσις, consecratio, in nummo Graeco Cari Augusti, aliisque. H.

e. Metropolitae) In Ionia positi, quorum vrbs Μητρόπολις a Ptol. L. V. c. 2. Lydiae adscribitur: In Notitia episcopatuum Asiae prouinciae. Nummus Gordiani III. apud Erizzo, p. 507. et alter Antonini Seueri, apud Patin. p. 304. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Vide Not. et Em. N. LXXIX. (hic adi.) *Caesarienses, Metropolitae*) Haec disiunctim legenda censuimus, cum editione Parmensi, aliisque vetustis ac probatissimis; consentientibus etiam MSS. codicibus, et ob nummos antiquos

macedones *g.*, [1]Maſtaurenſes *h.*, Briullitae, [2]Hypaepeni *i.*, Dioshieritae *k.*

XXXII.

1. *Metaurenſes. Ch.* 2. *Hyppaepeni. Gr.*

tiquos denique, quos indicauimus, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. H.

f. Cilbiani inferiores) Qui Cilbianum agrum incolebant, de quo paulo ſuperius dictum eſt. Vide Not. et Em. N. LXXX. (hic conſp.) *Cilbiani inferiores et ſuperiores, Myſomacedones*) In libris hactenus editis locum hunc ſic interpunctum vidimus: *Cilbiani, ſuperiores et inferiores Myſomacedones*, vt hae voces *ſuperiores et inferiores*, non iam ad Cilbianos pertinerent, ſed ad Myſomacedonas. Errorem detegit nummus Iuliae Domnae, quem vidimus in Cimelio Bibl. Regiae, cum epigraphe, ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΤΩΝ ΑΝΩ, hoc eſt, Cilbianorum ſuperiorum. Ad inferiores ſpectat alter, qui in Cimelio Pariſienſi noſtro aſſeruatur, Antonino Seuero principe percuſſus, forma mediocri, cum hac epigraphe, ΚΙΛΒΙΑΝΩΝ ΝΙΚΑΕΩΝ: quo concordia, ὁμόνοια, ſiue ſocietas Cilbianorum et Nicaeenſium indicatur. H.

g. Myſomacedones) Hoc eſt, Myſis permixti Macedones. Hos maiori Phrygiae accenſet Ptol. L. V. c. 2. Tzetzae, Chil. XI. hiſt. 396. v. 978. Μυσομακεδόνες. H.

h. Maſtaurenſes) Μαςαύρα et Βιȣ̓́λα Straboni, L. XIV. p. 650. vltra Maeandrum oppida; ſed mendoſe pro Βρίȣλα. Vide Not. et Em. N. LXXXI. (hic adi.) *Maſtaurenſes, Briulitae*) Vulgati libri habent *Brullitae*. MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2, et Pariſ. *Briulitae*: recte. Nam in Conc. Chalc. act. 3. p. 456. alibique paſſim, Ῥοῦφινος Βριȣ́λων ſubſcribit, ex prouinc. Aſiae. Et in Notit. epiſcop. eiuſdem prouinciae, p. 27. Πρίȣλλα, Μάςαυρα legitur, pro Βρίȣλα. Nam p. 43. legitur, ὁ Βριȣ́λων. Fruſtra Ortelius *Biulum*, *Briulum*, et *Brullitas*, ceu tria diuerſa oppida diuerſis locis repraeſentat, quo Theſaurum ſuum copia nominum locupletet. H.

i. Hypaepeni) Ὕπαιπα Lydiae a Stephano tribuuntur, et a Ptolem. L. V. c. 2. Ouidius, de Arachne, Metam. L. VI. v. 13. *Orta domo parva, paruis habitabat Hypaepis.* De his Tacit. L. IV. Annal. p. 118. In Notit. Epiſcop. Ὕπητα pro Ὕπαιπα. In Conc. CP. Gen. III. p. 1035. Ἀντώνιος ἐπίσκοπος τῆς Ὑπαιπηνῶν πόλεως, τῆς

XXXII. (XXX.) Aeolis *l.* proxima est, quondam Mysia appellata, et quae Hellesponto adiacet Troas. [1] Ibi a Phocaea *m.*, Ascanius portus. Dein fuerat Larissa *n.*: sunt Cyme *o.*, Myrina, quae Sebastopolim se vocat: intus Aegae *p.*, [2] Attalia *q.*, Posidea, Neon-

1. *Ab ea. V. et M.* 2. *Satalia. Pineus. caput sc. Satalia.*

τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας. Nummus Iuliae Domnae in Parisiensi nostro Museo, ΥΠΑΙΠΗΝΩΝ. H.

k. Diosbieritae) Διὸς ἱερὸν Iouis fanum in Lydia, Ptol. L. V. c. 2. in Ionia, Stephano: prouinciae Asiae in Notit. episc. In Conc. CP. p. c. *Ζώητος ἐπίσκοπος Χρισουπόλεως, ἤτοι Διὸς ἱερῦ τῆς* Ἀσιανῶν ἐπαρχίας. Incolae Διοσιερίται, ex Phlegonte apud Steph. In nummo vetere Paris. nostri Musei ΔΙΟCΙΕΡΕΙΤΩΝ. H.

l. Aeolis) Haec iisdem verbis Mela, L. I. c. 18. *Proxima regio, ex quo ab Aeoliis incoli coepit, Aeolis facta: ante Mysia: et qua Hellespontum attingit, Troianis possidentibus, Troas fuit.* H.

m. A Phocaea) Quae postrema Ionicarum vrbium, vt dictum est sup. sect. vnde Aeolis incipit. H.

n. Larissa) Stephanus: Λάρισσα Αἰολίδος περὶ Κύμην. Ab Ilio distabat mille stadiorum interuallo, hoc est, CXXV. M. pass. Auctor Strabo, L. XIII. p. 620. H.

o. Cyme, Myrina) Mela, l. c. *Primam vrbium* Aeolidis *a Myrino conditore Myrinam vocant: sequentem Pelops statuit victo Oenomao reversus ex Graecia: Cymen nominauit, pulsis qui habitabant, Dux Amazonum Cyme.* Κύμη et Μυρίνα, Ptol. L. V. c. 2. Scylaci, p. 35. et Stephano. Cyme Ephorum tulit, de quo in Auctorum Indice. Nummus est Μυριναίων insignis ex aere magno, apud Seguinum, p. 18. secundae editionis sic inscriptus: ΑΥΤ. Κ. Τ. ΑΙΛ. ΑΔΡ. ΑΝΤΩΝΙΝΟC. *Imp. Caesar Titus Aelius Hadrianus Antoninus.* Capite laureato.)(. ΕΠΙ ΜΗΤΡΟΔω ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ. *Sub Metrodoro* Archonte, nummus *Myrinaeorum.* Infra ΔΑΜΝΕΥC. Quod si interpretamur: Δῆμος Ἀνέθηκε Μυριναίων Νεωκόρων ΕΥCεβεῖ. *Populus Myrinaeorum, cum essent Neocori, Pio posuit,* hoc est, Antonino statuam ipsius equestrem, quae est in area nummi picta, Antonini capite galeato. H.

p. Aegae) Αἰγαὶ in Aeolide, Straboni L. XIII. p. 621.

Neontichos *r.*, Temnos *s.* In ora autem [1] Titanus amnis, et ciuitas ab eo cognominata. Fuit et [2] Grynia *t.*, nunc tantum portus [3] soli *u.*, insula apprehensa. Oppidum [4] Elaea *x.*, et ex Mysia *y.* veniens Caicus amnis. Oppidum [5] Pitane, Canaius amnis. Inter-

1. Mitanus. V. Ptolemaeo, Pitana. 2. Grya. Ch. 3. solo insulae apprehenso. 4. Ialea. Pineus. portus Pergami. 5. Pytane. Gr.

621. ἐν μεσογείᾳ, hoc est, in mediterraneo, Scylaci, p. 35. Αἴγαι. In nummo vet. apud Patin. p. 5. ΑΙΓΑΕΩΝ. Apud Herod. L. I. Clio. n. 149. Αἰγαῖαι. H.

q. Attalia) Ἀτταλία Stephano, qui Lydiae accenset. Ab aliis eiusdem nominis diligenter secernenda. In Notit. Eccl. ep. prou. Lydiae, p. 29. Ἀτταλία. H.

r. Neontichos) Νέον τεῖχος τῆς Αἰολίδος Stephano: haec vox oppidum nouum sonat. Distare ait a Larissa Strabo, L. XIII. p. 621. stadiis XXX. H.

s. Temnos) Τῆμνος πόλις Αἰολίδος Stephano: et Straboni l. c. Prouin. Asiae in Not. ep. In nummis Philippi patris, apud Patin. p. 386. ΤΗΜΝΕΙΤΩΝ. Apud Herod. l. c. Τῆνος, pro Τῆμνος. H.

t. Grynia) Stephano. Γρύνοι, et Γρύνεια, πολίχνιον Μυριναίων, Myrinaeorum oppidulum. Hinc Apollo Grynius, et Gryneus, dictus, Γρύνειος, et Γρυνεὺς Herod. L. I. Clio, n. 149. est Γρύνεια. H.

u. Portus soli) Hoc est, deserti ex vtroque latere portus, annexa continenti insula, vel maris recessu, vel aggesto limo. Scylaci, p. 35, Γρύνειον, Ἀχαιῶν λιμήν. H.

x. Elaea) Hanc oram similiter describit Scylax, l. c. ἐπὶ θάλατταν λιμὴν Πιτάνη, καὶ ποταμὸς, Κάϊκος, μετὰ Πιτάνην Ἐλαία, Γρύνειον, etc. Ptolemaeus quoque, L. V. c. 2. et Strabo, L. XIII. p. 622. Elaea Pergamenorum nauale fuisse Stephano dicitur. H.

y. Ex Mysia) Hoc est, ex Mysia proprie dicta, siue Teuthrania, quae pars Aeolidis est, et Mysiae laxius acceptae, vt dicetur sect. sq. H.

Intercidere Canae z., Lysimachia a., [1] Atarnea b., [2] Carene c., Cisthene d., Cilla e., [3] Cocylium f., [4] Thebe g., Astyre h., Chrysa, Palaescepsis i., [5] Gergithos,

1. *Atarneus ex Strab. lib.* XIII. 2. *Carenae Gr. et Al.* 3. *Cocillum. Gr. et Al.* 4. *Thebae. Gr. et Al.* 5. *Gergetha. Strabo lib.* XIII.

z. *Intercidere Canae etc.*) Κάναι, πόλις Τρωάδος Stephano: vnde, vt videtur, amni Canaio nomen. *In promontorio est Cana oppidum,* inquit Mela, L. I. c. 18. Sed Canen a Canis diuersam facit Strabo, L. XIII. p. 615. H.

a. *Lysimachia*) Λυσιμαχία, et Λυσιμάχεια, a Lysimacho Agathoclis F. H.

b. *Atarnea*) Ἀταρνεὺς, oppidum contra Lesbon insulam positum dicitur Harpocrationi, p. 53. Straboni, L. XIII. p. 614. prope Pitanen. In Notit. Eccl. ant. prou. Hellesponti, Ἀρτέμεα, pro Ἀτάρνεα. Stephano, Ἀτάρνα πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας. Plinio ipsi Atarne, L. XXXVII. c. 56. Incolae, Ἀταρνεῖται, Pausaniae, Achaic. L. VII. p. 400. H.

c. *Carene*) Καρήνη, πόλις Μυσίας, Stephano ex Herod. apud quem L. VII. Polym. p. 400. n. 42. Καρίνη perperam pro Καρήνη scribitur. H.

d. *Cisthene*) Κισθήνη πόλις ἔρημος Straboni, L. XIII. p. 604. H.

e. *Cilla*) Κίλλα, vnde Κιλλεὺς et Κιλλαῖος Apollo. Strabo, p. 612. H.

f. *Cocylium*) Κοκύλιον. Vide Not. et Em. N. LXXXII. (hic adi.) *Cocylium, Neandros*; etc.) Hactenus *Cocillum* mendose legebatur. Nos *Cocylium* ex Xenophonte L. III. hist. Gr. p. 483. huius orae populos recensente: Οἱ μὲν ἐν Νεανδρεῖς, καὶ Ἰλιεῖς, καὶ Κοκυλῖται ἐπείθοντο — — — οἱ δὲ ἐν Κεβρῆνι, etc. H.

g. *Thebe*) Θήβη ἔρημος, et παλαιὰ Χρύση apud Strabonem, p. 613. Θήβη, πλησίον τῆς Τροίας, iuxta Troiam, Stephano. Ab Eustathio ad Hom. v. 366. Iliad. α. Θήβη Ὑποπλάκιος; qua de appellatione vid. Strab. L. XIII. p. 614. Θήβης πεδίον, Thebani campi in hoc tractu apud Herod. L. I. Clio, n. 42. H.

h. *Astyre*) Astyram et Chrysam vocat Mela, L. I. c. 18. Graeci, τὰ Ἄστυρα, vt Strabo, L. XIII. p. 591. Stephanus, Scylax, p. 35. etc. In nummis, ΑΣΤΥΡΗΝΕΙΩΝ. H.

i. *Palaescepsis, Gergithos.*) *Gergi-*

thos *k.*, Neandros *l.*: nunc est Perperene *m.* ciuitas, Heracleotes *n.* tractus, Coryphas *o.* oppidum: [1] amnes,

1. *Amnis Chryliosolius. Pint. et Al. Amnes Grylios, Solus: regio Aphrodisias, quae antea, Politice. Orgas regio, Scepsis. Man. vero, Amnis Grylios. Ollius Regio Aphrodisias, quae ante Politice. Orgas regio Scepsis. sic Ch.*

Gergitha non *Gergythos* vterque antiquus codex praefert, et ante Hermolaum ita legebatur, ipse *Gergis* seu *Gergythos* substituit. In quo quum Stephanum sequatur, lapsu memoriae Strabonem citat. Atqui Strabo lib. XIII. *Gergetha* nominat. *In Lampsaceno locus est*, inquit, *vinearum ferax, qui Gergethium appellatur.* Fuit etiam ciuitas Gergetha a Gergethibus, qui sunt in Cumano agro. et alibi: *Prope eius ortum vicus est Gergetha, in quem Attalus eos transtulit qui in Troade erant, quum locum eum cepisset.* Itaque nihil ex priore antiquaque lectione mutandum. *Pint.*

Palaescepsis) Παλαίσκηψις, hoc est, Vetus Scepsis, Ptol. L. V. c. 2. prope Adramytion. Inde transducti ciues ad nouam Σκῆψιν, quae in Notit. episc. prou. Hellesponti Σκέψις dicitur. H.

k. Gergithos) Athenaeus lib. VI. pag. 128. lib XXI. Gergina siue Gergitha, Aeolidis oppidum ab assentatoribus conditum. Vide locum. Γεργὶς dicitur quoque Steph. *Dalecamp.*

Gergithos) Xenophonti L. III. hist. Gr. p. 482. τὰ Γέργιθα. Herod. L. V. Terps. p. 334. num. 122. τὰς Γέργιθας vocat. Γέργηθος est Plutarcho, in Phocione, p. 750. Stephano, Γέργις πόλις Τρωίας, et ἡ Γέργιθος. Prope fontes Caici statuitur a Strabone, L. XIII. p. 616. Gergitum Liuius vocat, L. XXXVIII. p. 480. H.

l. Neandros) Νεανδρία Straboni, p. 604. cuius ciues Alexandriam translati. Νεάνδρεια et Νεάνδριον Stephano. H.

m. Perperene) Περπερήνα, Straboni, p. 607. In Notit. eccl. p. 43. Θεοδοσιούπολις ἤτοι Περπερίνη, prou. Asiae. In nummo Cimelii Paris. ΗΓΕΜΟΝΙΑ ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Apud Ptol. in Lydia, L. V. c. 2. Τερμέρη, pro Περπέρη, vt recte monuit Sirmondus noster in eo libello, qui *Antitristanus* II. inscribitur, p. 27. H.

n. Heracleotes) Ab Heraclea pago, quem Mityle-

mnes, Grylios *p.*, Ollius. Regio Aphrodisias *q.*, quae antea Politice Orgas. Regio Scepsis *r.*, Flumen [1] Euenum *s.*, cuius in ripis intercidere Lyrnessos *t.*, et Miletos. In hoc tractu Ida mons *u.* Et in ora, quae sinum *x.* cognominauit et conuentum, Adramytteos *y.* olim Pedasus dicta *z.* Flumina: Astron,

1. *Euenus. Strabo. L. XIII.*

naei condiderunt, inquit Strabo, L. XIII. p. 607. H.

o. Coryphas) Κυρυφαντὶς Straboni, l. c. H.

p. Grylios, Ollius) Sic MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Editi, *Chryliosolius.* H.

q. Aphrodisias) Ἀφροδισιὰς, seu Veneri sacra. H.

r. Quae antea Politice Orgas, Regio Scepsis) Priori vtique regioni cognomen Politices adiectum remur, vt ab altera cognomine secernatur, quae in Attica est, pariterque Ὀργὰς a Pausania appellatur. Altera voce indicari agrum, in quo Palaescepsis fuit, nouaque deinde Scepsis vrbs, ex qua Demetrius Scepsius cognomen tulit. Plin. L. XI. s. 80. *Asiae regio Scepsis appellatur*, etc. H.

s. Euenum) Εὔηνος ποταμὸς, ex quo ductam canalibus aquam sibi Adramytteni comparant. Strabo, L. XIII. p. 614. H.

t. Lyrnessos) Λυρνησσὸς πόλις Τρωικὴ, Stephano. Ex eius ruinis creuit Adramyttium. Notit. Eccl. p. 27. Ἀδραμύττιον, ἡ ποτὲ Λυρνησσὸς. H.

u. Ida mons.) Idae ferarum latibula, νάπαι, θάμνοι, φωλεοὶ, ὀργάδες. Rhodig. cap. vlt. XXVI. Ida, quiuis mons excelsus, vnde circumiecta spectari possunt. Idem c. 1. XXVIII. Dal.

x. Quae sinum) Adramyttenum, *le Golfe de Landimetri*, vel vt alii loquuntur, *del Andramitti.* H.

y. Adramytteos) Stephano Ἀδραμύττειον et Ἀδραμύττιον πόλις τῆς κατὰ Καΐκον Μυσίας, vrbs Mysiae quae iuxta Caicum amnem. Vide Not. et Em. N. LXXXIII. (hic coll.) *Adramytteos, quae olim Pedasus*) Refert hoc loco Dalecampius ex Herodoto, aliisque, vel ex Rhodigino potius, Pedasensium barbam crescere tum prolixe solitam, cum aduersi quidpiam ciuibus immineret. Verum, praeterquam onerare his nugis Plinianos commentarios haud operae pretium erat, non de Adramyttenis Pedasiis haec Herodotus refert,

Aſtron, Cormalos, [1] Eryannos *a.*, Alabaſtros, Hieros *b.* ex Ida. Intus mons Gargara *c.*, eodemque nomine oppidum. Rurſus in litore Antandros *d.*, Edonis prius vocata; deinde Cimmeris: et Aſſos *e.*, eadem Apollonia. Fuit et Palamedium oppidum. Promontorium Lectoν *f.* diſterminans Aeolida et Troada. Fuit et Polymedia *g.* ciuitas, et [2] Cryſa,

 et

1. *Cryanos. Ch.* 2. *Chryſſa. Gr. et Al.*

fert, ſed de Pedaſenſibus qui ſupra Halicarnaſſum incolunt, οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλικαρνάσσου, quorum oppidum Pedaſium, de quo dictum eſt ſ. 29. Vide Herod. L. VIII. Vran. H.

z. *Olim Pedaſus dicta.*) Pedaſenſibus mirum hoc contingere ſcribunt Herodotus, Ariſtoteles, Strabo, vt quoties aduerſi quippiam illis, aut vicinis imminet, Antiſtiti Mineruae, quae illic eſt, prolixa barba naſcatur. Rhodig. c. 21. XIV. Dal.

a. Eryannos) Alii codd. *Cryanos*, atque ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. H.

b. Hieros) Ex Ida is profluit: ſuperiores non item. H.

c. Gargara) Multorum teſtimonio comprobat Macrobius, L. V. Saturn. c. 20. p. 56. Gargara appellari, montis Idae verticem vnum, et oppidum ſub eodem monte poſitum. Heſychius, p. 210. Γάργαρον, ἀκρώτηριον ὄρους Ἴδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀντάνδρου. Adi et Strabon. L. XIII. p. 583. qui Γάργαρα id oppidum vocat: et Stephanum: Γάργαρα πόλις, καὶ Γαργάρου ἄκρα. H.

d. Antandros) Stephanus: Ἄντανδρος πόλις ὑπὸ τὴν Ἴδην, πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος — — — Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. *Antandros vrbs ſub Ida, prope Myſiam Aeolidis — — — Ariſtoteles ait hanc vocari Edonidem, Cimmeriis eam per annos centum incolentibus.* H.

e. Aſſos) Nunc quoque *Aſſum* Ἄσσον. Ptol. L. V. c. 2. In Notit. epiſc. prou. Aſiae, Ἄσσος. H.

f. Lecton) Λεκτὸν τῆς Τρωάδος. Plutarcho in Lucullo, p. 493. Λεκτὸν ἄκρον Ptol. iuxta Aſſum. Nunc *Cabo Bababora, et S. Maria.* H.

g. Polymedia) Πολυμήδιον pagus, Straboni, L. XIII. p. 606. H.

et Larissa alia *h*. Smintheum templum *i*. durat. Intus Colone *k*. intercidit. [1]Deportant Adramytteum negotia *l*., Apolloniatae a Rhyndaco amne, [2]Eresii *m*.

1. *Sic et Sal. et M. Deportata Adramytteum negotia Apolloniatae, etc. Gr. et Al.* 2. *Eresii. Gr. et Al.*

h. Larissa alia) Alia Chrysa, inquit, alia et Larissa, ab iis de quibus ab initio huius sectionis diximus. Hanc Larissam Strabo, L. XIII. p. 604. prope Χρύσην nouam, et Κολωνὰς locat. Eadem Λάρισσα ἡ καθ' Ἁμαξιτὸν: illa prior Λάρισσα ἡ περὶ Κύμην, a vicinis oppidis appellantur, teste eodem Strabone, p. 620. Λάρισσα Τρωάδος Stephano dicitur haec quam modo tractamus. Τρωικὴ Λάρισσα Athenaeo L. II. p. 47. H.

i. Smintheum templum durat, intus Colone intercidit.) Prior lectio, *colonia*. Hermolaus *colone* legit; quam recte nescio. Nam (vt coniicio) Plinius hic ora indicata regreditur more suo ad monstranda interiora. Coloniam vero hic accipio Sminthium, eodem quo templum nomine, quam Strabo Sminthium, Stephanus Sminthem nominat. *Pintian.*

Smintheum templum durat.) Quare Smintheus Apollo dictus fuerit, vide apud Strabonem lib. XIII. p. 576. *Dalecampius.*

Smintheum) Apollini Smintheo sacrum, cui nomen factum aiunt a fugatis eius loci muribus: sunt enim σμίνθαι mures Cretensium lingua. Vide Eustath. in Hom. Iliad. α. Scylaci, p. 34. Ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο. In nummo vetere Troadis, Alexandriae dictae, ex argento, in Gaza Regia, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ. ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ. ΣΜΙΘΕΩΣ. *Alexandrinorum* magistratu *Pisistrato, Apollinis Smithei* effigies. Sic enim in eo numismate legitur, non Σμίνθεως. H.

k. Colone) Κολωναὶ Straboni, l. c. et Xenoph. L. III. rer. Gr. p. 482. vbi Λοάρισσαν, Ἁμαξίτον, et Κυλωνὰς iungit, quod et Scylax facit, p. 34. H.

l. Deportata Adramytteum negotia.) Libentius legerim *deportant*, hoc est, iura petunt Adramytteum gentes, quas subiicit. et exemplar Salmanticense *deportant* legit. Sic supra, cum de Mileto et Smyrna, locisque circumiacentibus tractasset, subiungit: *Smyrnaeum conuentum magna pars Aeoliae, quae mox dicetur, frequentat.* Pint.

Deportant) Adramyttenae,

zii *m.*, Miletopolitae *n.*, Poemaneni *o.*, [1] Macedones *p.* Aſchilacae, Polichnaei *q.*, Pionitae *r.*, Cili-

1. *Aſculatae. M. Macedones, Aſchilacae diſtinctim Gr.*

tenae, inquit, iuriſdictioni ſubiiciuntur Apolloniatae, etc. Ἀπολλωνία πρὸς Ῥυνδάκῳ ποταμῷ, in Phrygiae maioris mediterraneis ciuitatibus, Ptol. L. V. c. 2. in nummo L. Veri apud Spanh. p. 889. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΡΟϹ ΡΥΝΔΑΚΩ. Ἀπολλωνία ἐπὶ Ῥυνδάκῳ, Stephano. H.

m. Erezii) Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (hic poſ.) *Erezii)* In libris omnibus MSS. impreſſisque, *Ereſii.* At Ereſios Lesbi inſulae incolas locum hic habere non poſſe, res eſt plane perſpicua. Erezios potius Plinium ſcripſiſſe remur, ab ipſo oppido, vel ei cognomine, quod in Notit. epiſc. prou. Cariae p. 33. Ἔρεζος ſcribitur, alibi Ἔριζος. Indiſcretos enim Cariae, Myſiae, Lydiaeque fines fuiſſe, ſaepe eſt a nobis animaduerſum in hoc Aſiae deſcribendo tractu. In Synodo Quiniſexta, p. 1199. Μάγνος ἐπίσκοπος πόλεως τῶν Ἐρίζων, καὶ Καρίας ἐπαρχίας. Et in Conc. Gen. CP. III. p. 1040. Ἰωάννης ἐπίσκοπος πόλεως Ἐρίζων. Apud Ptol. L. V. c. 2. gens eſſe dicitur iuxta Phrygiam ΕΡΙΖΗΛΟΙ, haud dubie pro ΕΡΙΖΗΝΟΙ: vnde Erizena Aſiae regio Plinio dicitur, L. X. ſ. 60. Circa Rhyndacum Myſiae amnem poſiti hi videntur, perinde atque Apolloniatae et Miletopolitae. H.

n. Miletopolitae) Μιλετούπολιν Strabo, L. XIV. p. 681. circa Cyzicum locat, et Stephanus eum ſecutus. In Notit. Eccl. p. 45. prouinciae Helleſponti adſcribitur. Ad hos ſpectat Commodi nummus apud Erizzo, p. 270. et alter Gordiani Pii, apud Patin. p. 373. ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. De Miletopoli rurſum ſ. 40. H.

o. Poemaneni) Ποιμάνινον oppidi nomen et loci prope Cyzicum, Stephano teſte. In Notit. epiſc. prou. Helleſponti, p. 27. Ποιμάνεντος. In altera p. 45. ὁ Ποιμανίου. H.

p. Macedones Aſchilacae) In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. *Auſculacae.* Vt ſuperius ſect. 30. Macedones Cadueni, ita et hi Auſculacae cognominantur. An a Σκέλεντα oppido, cuius mentio eſt in Not. epiſc. prou. Helleſponti? H.

q. Polichnaei) Stephanus: Πολίχνα, πόλις τῆς Τρῳάδος, οἱ πολῖται, Πολιχναῖοι.

ces [1] Mandacadeni *s.*: in Myſia Abrettini *t.*, et Helleſpontii *u.* appellati, et alii ignobiles.

XXXIII. Troadis primus locus Hamaxitos *x.*: dein Cebrenia *y.*: ipſaque Troas *z.*, Antigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana. Oppidum Nee *a.* Scaman-

1. *Mandagandeni Gr. et Al.*

In Notit. epiſc. Helleſponti, Πόλιχνα. Straboni quoque, L. XIII. p. 603. et Thucyd. L. VIII. p. 571. H.

r. Pionitae) Πιονία, Straboni, Scepſin et Gargara. Item in Not. epiſc. prou. Helleſponti, Πιονία. H.

s. Mandacadeni) Μανδακαδηνοί. Vide Not. et Em. N. LXXXV. (paulo poſt.) Hi porro Cilicum, vt Macedonum Aſculacae, coloni fuere. *Mandacadeni*) In libris hactenus editis *Mandagaden i.* In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Mandaeandeni*. At in Not. epiſc. prou. Helleſponti, p. 27. Μανδακάδα, vigeſimo octauo loco nominatur.. H.

t. Abrettini) Stephanus: Ἀβρεττίνη, χώρα Μυσίας, etc. Straboni, L. XII. p. 576. dicitur Ἀβέττηνη. Et MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Abretteni*, recte. H.

u. Helleſpontii) Idem Olympii quoque appellati, teſte Strabone, L. XII. p. 566. qui circa Olympum degebant Myſi, Bithynis ad auſtrum adiacentes. H.

x. Hamaxitos) Stephanus: Ἀμαξιτός, πολίχνιον τῆς Τρωάδος, ex Strabone, L. XIII. p. 604. ſtatim occurrit poſt Lecton promontorium, quo ab Aeolide disterminatur. H.

y. Cebrenia) Κεβρηνία χώρα τῆς Τρωάδος, Stephano. Oppido nomen Κέβρην, apud Suidam, p. 1427. et Harpocrat. p. 166. Inter Scepſios et Cebrenios Scamander medius labitur, Strabo, L. XIII. p. 569. H.

z. Troas) Ἀλεξάνδρεια Τρωὰς Ptol. L. V. c. 2. et Liuio, L. XXXV. p. 433. et L. XXXVII. p. 460. Ab Antigono, Ἀντιγόνεια, Ἀλεξάνδρεια appellata eſt ab Alexandro M. Vide nummum ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ a nobis proxime laudatum. Deinde et Romanos eo colonos deductos eſſe iam aeuo ſuo Strabo teſtatur, L. XIII. p. 593. Auguſto nimirum Principe, vt nummus declarat Antonini Seueri ex aere, in Pariſ. noſtro Cimelio aſſeruatus, COL. AVG. TROAS. H.

a. Nee) Νέη, vel Νέα, de qua iam L. II. ſ. 97. Straboni,

Scamander *b.* amnis nauigabilis, et in promontorio quondam Sigeum *c.* oppidum. Dein portus Achaeorum, in quem influit Xanthus Simoenti iunctus: ſtagnumque prius faciens Palaeſcamander. Ceteri Homero *d.* celebrati, Rheſus, Heptaporus, Careſus, Rhodius veſtigia non habent. Granicus diuerſo tractu in Propontida fluit. Eſt tamen et nunc Scamandria ciuitas parua, ac M. D. paſſ. remotum a portu Ilium immune *e.*, vnde omnis rerum claritas.

boni, L. XIII. p. 603. Νέα κώμη, inter Polichnam et Palaeſcepſin. H.

b. Scamander) Mela eleganter, L. I. c. 18. *Huc ab Idaeo monte demiſſus Scamander exit, et Simois; fama, quam natura, maiora flumina.* Idem etiam Xanthus appellatus, ex Homero, Iliad. v. 74. Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. H.

c. Sigeum) Σίγειον, Straboni L. XIII. p. 595. Et mox eidem λιμὴν Ἀχαιῶν, ita dictus, quod eo appulerint Graeci Troiam obſeſſuri, ad oſtia Simoentis. H.

d. Homero) Iliad. μ. v. 20. Ῥῆσός θ᾽, Ἑπτάπορός τε, Κάρησός τε, Ῥόδιός τε. De Granico, ſ. 40. H.

e. Remotum a portu Ilium immune.) Pleniſſima immunitate, omnium tributorum et munerum publicorum, militiae, meatui, etiam tutelarum. Calliſtratus in l. non ſolum §. Ilienſibus. D. de excuſat. item, vt qui matre Ilienſi eſſet, fieret eorum municeps, et vt Minerua Ilienſis haeres inſtitui poſſet l. I. D. ad municip. Data vero eſt primum decreto decem legatorum, icto foedere cum Antiocho, Rhoeteo et Gergitho inſuper conceſſis. Liu. lib. XXXVIII. *Propter inclytam nobilitatem ciuitatis et coniunctionem originis Romanae. Confirmat Claudius Caeſar propter originis gloriam.* Tacit. lib. IV. Cuiac. c. 5. X. Obſeruat. Turneb. cap. 21. VII. Ilium nouum a vetere diſtat xxx. ſtad. iuxta Strabonem. *Dalecamp.*

Ilium immune) A vetere Ilio Ilienſium pagum aeuo ſuo ſtadiis omnino XXX. hoc eſt III. M. DCCL. paſſ. diſſitum fuiſſe auctor eſt Strabo, L. XIII. p. 597. De Ilienſium immunitate, Liu. L. XXXVIII. p. 480. Ilienſium nummi Graeci praecipui

pui sunt isti, in quibus est ΕΚΤΩΡ ex vna parte, in altera ΙΛΙΕΩΝ scribitur, vel ΙΛΙΕΩΝ tantummodo legitur: vel denique, in quibus auersa nummi pars has habet voces duas, ΕΚΤΩΡ, ΙΛΙΕΩΝ. Primi generis est ille quem Seguinus edidit, p. 34. secundae editionis. Hinc ΕΚΤΩΡ est, et vir nudus ibi pingitur capite galeato, dextra sceptrum tenens oblongum, sinistra piscem. Est in Thesauro Regio. Ex tenuis fortunae hominibus, mare ad Ilium accolentibus, ortos esse dominatores orbis, Romanos scilicet, haec effigies cum suprascripto lemmate, significat: Ἐκ Τρώων Ὡρμῶντο Ῥωμαῖοι; vt in Apologia Homeri diximus. In altera nummi superficie est ΙΛΙΕΩΝ, cum Palladis effigie: hoc est *Iliensium* tutatrix Dea Minerua. Vnde in nummo perpulcro argenteo, maximi moduli, apud D. Abbatem *de Fontenu*, nomen habet ΑΘΗΝΑΣ ΙΛΙΑΔΟΣ. Tertii generis sunt, M. Aurelii et Seueri, in quibus victor aliquis vectus bigis cernitur: item Commodi et Antonini Seueri; in quibus vehitur similiter victor quadrigis: supra, ΕΚΤΩΡ: infra, ΙΛΙΕΩΝ. In his insignis est ille ex aere maximo Seueri Imp. ex Gaza Regia, in quo Seuerus ipse haud dubie capite galeato, et paludatus vehitur quadrigis; dextra habenas regit, sinistra tenet Victoriam Romanam, quae coronam Imperatori porrigit. Non ibi igitur Hector est, qui victus in bello occubuit, non victor discessit; sed Seuerus ipse, vt diximus, cuius nomen et vultus alteram nummi aream implet. Est enimvero idem ΕΚΤΩΡ ΙΛΙΕΩΝ: hoc est, *Conseruator*, siue *Propugnator Iliensium*: quo titulo et M. Aurelius, et Commodus, et Seuerus, et Seueri filius Antoninus insignitur. Cum autem praedicari idem non possit de feminis: propterea in nummis Faustinae M. Aurelii, et Iuliae Domnae Seueri, non ΕΚΤΩΡ ΙΛΙΕΩΝ, sed ΙΛΙΕΩΝ dumtaxat, cum Palladis effigie in isto; in illo equestri statua M. Aurelio ibi erecta. Et hoc alterum genus est nummorum Iliensium. Quod autem Ἕκτωρ *Conseruatorem* significet, testis est Eustath. in Il. χ. p. 1283. v. 55. Propterea Ilienses satis argute ΕΚΤΩΡ scripsere, vbi Hectorem intellecturos esse minus sagaces praeuidebant, quamuis aliud ibi oporteret intelligi. Denique nummus est ex aere minimo, in Museo nostro, cuius in priore parte caput est Palladis galeatum: hinc Ι inde ΛΙ: hoc

Extra ſinum *f.* ſunt Rhoetea litora, Rhoeteo, et Dardanio, et Arisbe, oppidis habitata. Fuit et *g.* Achil-

hoc eſt, ΙΑΙέων: in poſteriore Mars nudus eſt, capite galeato, dextra haſtam, bacillum imperatorium ſiniſtra tenens: hinc E in K. Ἕκτωρ, hoc eſt, *Propugnator Ilienſium* Mars. Luſerunt etiam Latini Monetarii in Hectoris nomine. Fuit enim in Cimelio San - Genouefano inter Seguini numiſmata, p. 330. ſecundae edit. nummus ex aere mediocri, in quo caput eſt conſpicue Hadriani Auguſti, ſed nudum. Epigraphe, HECTORI, hac ſententia: *Hadriano Exercitum Conſcribente Traianus Optimus Requiem Impetrauit:* id quod bos ſolutus in altera nummi area pictus ſignificat. Nec inani propterea coniectura ducimur ad ſuſpicandum, quamuis Traianus anno imperii ſui XVII. quo et *Optimi* cognomen obtinuit, et percuſſus hic nummus eſt, PROFECTIO AVG. legatur ad bellum Parthicum, in nummo aureo e Gaza Regia; Traianum tamen, inquam, haud longe profectum fuiſſe ſuſpicamur; ſed per Hadrianum legatum Parthicam expeditionem confeciſſe: quandoquidem et hic *requiem* laborum a Senatu impetraſſe dicitur; et poſt mortem ipſius Hadrianus ipſe ſtatim Parthicus appellatur in nummo ex aere magno: IMP. CAES. DIVI TRAIANI, AVG. F. TRAIAN. HADRIANO OPT. AVG. GER. DAC. PARTHICO P. M. TR. P. COSS. P. P. H.

f. Extra ſinum) Haec Mela totidem verbis L. I. c. 18. Ῥοίτειον et Δάρδανον vocat Herod. L. VII. Polym. p. 400. n. 43. Δαρδάνιον Strabo, L. XIII. p. 595. Ἀρίσβην πόλιν Τρωάδος, Stephanus a Mitylenaeis conditam. H.

g. Fuit et Achilleon oppidum iuxta tumulum Achillis, conditum a Mitylenaeis et mox Athenienſibus, vbi claſſis eius ſteterat. In Sigeo fuit et Aeantion, etc.) Duo illa verba in *Sigeo*, ad praecedentia pertinent, illiſque adiungenda ſunt. tum ſequitur: *Fuit et Aeantion in altero cornu*, hoc eſt, in Rhoeteo altero montis Idae promontorio: quod Pomponius tradit libro primo, et Strabo XIII. Quae vitioſa interpunctio, cauſam Solino erroris praebuit. Scribit enim c. XLII. in Rhoeteo promontorio Achilleon oppidum conditum eſſe, quod falſum eſt. Strabonis verba ſubieci ex libro

XIII.

Achilleon, oppidum iuxta tumulum Achillis conditum a Mitylenaeis, et mox Atheniensibus, [1] vbi classis eius steterat in Sigeo *h.* Fuit et Aeantium *i.*, a Rhodiis conditum in altero cornu *k.*, Aiace ibi sepulto, xxx. stad. *l.* interuallo a Sigeo, et ipso *m.* statione

1. vbi classis eius steterat. In Sigeo fuit et Aeantium Gr. et Al. vbi classis eius steterat in Sigeo. fuit et Aeantion ex Basiliensi et Man. In Sigeo enim sepultum fuisse Achillem, in Rhoeteo autem Aiacem: ex Strab. Pomp. et Steph. notum est.

XIII. *Huius orae spatium a Rhoeteo vsque Sigeum et Achillis tumulum recta nauigantibus est stadiorum* LXX. Hic Strabo Sigeum cum Achillis tumulo copulat. Item Achillis monumentum in oppido Achilleo esse, idem Strabo in eodem loco testatur: *Achilleon*, inquit, *locus est in quo Achillis tumulus ostenditur*, et paulo post: *A priore autem aliis xxx. stadiis ad partem, quae est Idam versus, Achilles et templum habet et tumulum iuxta Sigeum.* Et rursus: *Demetrius*, inquit, *Timaeum mentiri ait, qui scribit e lapidibus Ilii Achilleon a Periandro munitum, dum Atheniensibus contra Pittacum auxiliaretur. Munitum quidem hunc locum a Mitylenaeis apud Sigeum contendit.* Stephanus quoque in Sigeo Achilleum vrbem statuit. Suffragatur Herodotus etiam in Terpsichore, Achilleon simul cum Sigeo memorans. Porro *Sigeum* scribendum sine diphthongo in penultima, meminimus in Pomponium. *Pint.*

Fuit et Achilleon) Haec Solinus iisdem verbis c. 40. p. 70. Stephanus: ἐστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχίλλειον. H.

h. In Sigeo) Ita Stephanus mox citatus. Solinus haud leui errore, in Rhoeteo cornu. H.

i. Fuit et Aeantium) Transscripsit haec quoque Solinus l. c. H.

k. In altero cornu) Nempe in Rhoeteo. Αἰάντειον ibi locante Mela, L. I. c. 18. et Strabone, L. XIII. p. 595. H.

l. XXX. stad.) Ita MSS. Solinus XL. H.

m. Et ipso in statione classis suae.) Scribo, *Et ipsum in statione classis suae.* hoc sensu: Sicut Achilleum conditum sit in Sigeo a Mitylenaeis et Atheniensibus iuxta Achillis tumulum, vbi classis eius steterat, sic Aeantion

tione classis suae Supra Aeolida *n.*, et partem Troadis, in mediterraneo est, quae vocatur Teuthrania *o.*, quam Mysi antiquitus tenuere. Ibi Caicus amnis iam dictus *p.* oritur. Gens ampla per se, etiam cum totum *q.* Mysia appellaretur. In ea Pioniae *r.*, Andera, Cale, Stabulum *s.*, Conisium *t.*, Tegium *u.*, Balcea *x.*, Tiare *y.*, Teuthranie *z.*, Sarnaca,

tion conditum a Rhodiis in Rhoeteo iuxta tumulum Aiacis, et ipsum in statione classis Aiacis. *Pint.*

Et ipso statione) Et in eo ipso cornu classis Aiacis stetit. Ita MSS. omnes. Editi tenebras huic loco offuderunt, vocula superaddita, *Et ipso in statione.* H.

n. Supra Aeolida) Habet haec quoque Solinus, c. 40. p. 71. H.

o. Teuthrania) Τευθρανία a Theutrante dicta, Pandionis filio, Mysiae rege, regio est inter Pergamum et Elaeam sita. Strabo L. XII. p. 571. Martianus, L. VI. cap. de Phrygia, p. 221. *Supra Troadem in mediterraneo Teuthrania est, quae regio Mysorum fuit.* Ita etiam Scylax, p. 35. et Scholiast. Pindari, p. 168. εἰς τὴν γῆν τȣ̃ Τεύθραντος, ἦγεν εἰς τὴν Μυσίαν. Haec igitur proprie dicta Mysia est Plinio. H.

p. Iam dictus) Sect. 32. *Ex Mysia veniens Caicus amnis.* H.

q. Cum totum) Tota Aeolis, cuius pars Teuthrania est. Plin. f. 32. *Aeolis - - quondam Mysia appellata.* H.

r. In ea Pioniae, etc.) Πιονίαι, vel Πιοναὶ, vnde Pionitae appellati, sup. sect. Ἄνδειρα Straboni, L. XIII. p. 610. iuxta Scepsin, Pioniam et Gargara: Stephano quoque, p. 82. H.

s. Cale, Stabulum) In MSS. *Tales, Tabulum.* Forte hic locum habet Κάλση, cuius mentio in Not. episc. prou. Asiae, p. 43. cum Gargaris, et Pergamo. Eadem videtur esse, quae p. 27. Κολοςή. H.

t. Conisium) In Notitia eccles. prou. Hellesponti, p. 27. Κονιοσίνη. H.

u. Tegium) MSS. Teium, Τήϊον. H.

x. Balcea) Βαλκεία, vrbs circa Propontidem, Stephano. H.

y. Tiare) Ita MSS. Hinc Tiareni, vel Tyareni incolae, paulo post appellandi. H.

z. Teuthranie) Τευθρανία Μυσίας πόλις, Stephano: ab ea datum regioni nomen.

naca, Haliserne *a.*, Lycide, Parthenium, [1] Thymbre *b.*, Oxyopum *c.*, [2] Lygdamum, Apollonia *d.*; longeque clarissimum Asiae Pergamum *e.*, quod intermeat Selinus *f.*, praefluit Cetius profusus Pindaso

1. *Cambre. Ch.* 2. *Lygdanum Gr. et Al.*

men. Martianus, l. c. *Ciuitas vero Teuthrania Caico flumine alluitur.* H.

a. Haliserne) Stephanus: Ἁλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας, ex Theopompo. Xenoph. L. VII. de Exp. Cyri, p. 426. meminit Ἑλισάρνης (lege Ἁλισάρνης) καὶ Τευθρανίας. H.

b. Thymbre) Θύμβρα, πόλις Τρωάδος Stephano: vbi Apollinis Thymbraei fanum. Strabo, L. XIII. p. 598. H.

c. Oxyopum) Ὀξυωπόν. In Not. episc. prou. Hellesponti p. 45. nominatur Ὤκη, cui forte locus hic debetur: Lygdamum vero, (sic enim MSS. legunt, non *Lygdanum*) a Lygdami Sardium expugnatore nomen traxisse videtur: de quo Strabo, L. I. p. 61. H.

d. Apollonia) Ex vrbibus eius nominis, quas Stephanus recenset, haec octaua est, Ἀπολλωνία Μυσίας, ab Apollonia, quae prope Rhyndacum amnem est, diuersa. Pergamo haec ad ortum obiacet, teste Strabone, L. XIII. p. 625. H.

e. Pergamum) Galeni patria: Attalicorum regum sedes: τὸ Πέργαμον, Straboni, L. XIII. p. 623. H.

f. Selinus — Cetius) Σελεινὸς, Κήτειος. Potuit et Caicum addere, quem non procul inde fluere, auctor est Strabo, L. XIV. p. 624. campumque rigare, qui Καΐκος vocetur. Vide Not. et Em. N. LXXXVI. (hic conspic.) *Selinus, — Cetius)* Ille Σελεινὸς, non Σελινοῦς, vt Ortelius existimauit: ille Κήτειος, cuius accolae Κήτειοι appellati ab Homero, Odyss. λ. v. 520. vbi Eustath. monet Cetios a nonnullis dici Pergamenos, quod iuxta Pergamum amnis ille laberetur. Hesychius Mysos, in quibus Pergamum fuit, sic appellat: Κήτειοι, γένος Μυσῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Κήτεως. Nummus M. Aurelii, apud Spanh. p. 485. fluuii nomen exhibet: cuius epigraphe huiusmodi est: ΕΠΙ CΤΡΑ. ΚΑΛΛΙCΤΕΟ. CΕΛΕΙΝΟC ΚΗΤΕΙΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc est, ἐπὶ στρατηγοῦ Καλλιστέος, Σελεινὸς, Κήτειος, Περγαμηνῶν δὶς Νεωκόρων. *Sub Praetore Callisteo, Selinus, Cetius, Perga-*

so monte. Abest haud procul [1] Elaea, quam in litore diximus *g.* Pergamena vocatur eius tractus iurisdictio. Ad [2] eam conueniunt [3] Thyatireni *h.*, Mygdones *i.*, [4] Mosyni *k.*, [5] Bregmenteni *l.*, [6] Hieracometae *o.*, Perpereni *p.*, Tiareni *q.*, [7] Hierolophienses *r.*, [8] Hermocapelitae *s.*, Attalenses *t.*, Pantaenses,

1. *Ialea. Pineus.* 2. *eandem. M.* 3. *Thiatyreni Gr. et Al.* 4. *Mossini Gr. et Al.* 5. *Bregmeni. Ch.* 6. *Hieracomitae Gr. et Al.* 7. *Hydropolienses. Hermacopolitae. V. Hierapolenses Gr. et Al.* 8. *Harmatopolitae Gr. et Al.*

Pergamenorum bis Neocorum nummus. H.

g. In litore diximus) Initio sect. sup. H.

h. Thyatireni) A Thyatira, quae alluitur Lyco, vt dictum est s. 21. H.

i. Mygdones) Mygdonum, Phrygum, Troumque fines, inter se dirimere haud procliue esse Strabo fatetur, L. XII. p. 564. Idem Olympi Mysiae montis incolas Mygdones facit p. 575. Phrygiae maiori Stephanus Μυγδονίαν adiudicat. H.

k. Mosyni) Ab oppido, cuius mentio in Not. episc. prou. Phrygiae Capatianae, p. 27. Μόσυνα. Leunclauius, p. 98. ὁ Μοσύνων. Ptolemaeo, L. V. ΜΟΞΙΑΝΟΙ, pro ΜΟΣΥΝΟΙ. H.

l. Bregmenteni) MSS. omnes, *Bregmeni.* H.

o. Hieracometae) Ieragermae Ptolemaeo ciuitas eorum dicitur. *Dalec.*

Hieracometae) Ἱερακομῆται, Polyb. in Exc. p. 69. ab Ἱερὰ κώμη, quae vox sacrum pagum sonat; sed Cariae ab eodem adscribitur. Vltra Maeandrum sita, apud Liu. L. XXXVIII. p. 472. H.

p. Perpereni) Perpereni, a Perperene, de qua sect. sup. Tiareni, a Tiare, de qua proxime dictum est. H.

q. Tiareni) A Thyatirenis supra commemoratis diuersi. Gron. dat *Tyareni.*

r. Hierolophienses) Ἱερολοφιεῖς, ab ἱερὸς λόφος, quae vox sacrum collem significat. Vide Not. et Em. N. LXXXVII. (hic pos.) *Hierolophienses*) Sic restituimus admonitu codicum R. 1. 2. Paris. etc. In Parm. ed. *Hierapolienses.* In reliquis *Hierapolenses*: quae vox nec Graecum idioma refert, nec Latinum. Barbarus *Hydropolienses* confinxit, quos hoc loco nobis obiiceret. Accedit eo quod Hierapolis non huius Pergameni conventus

ses, Apollonidienses *u.*, aliaeque inhonorae ciuitates. A Rhoeteo Dardanium *x.* oppidum paruum abest stadia [1] lxx. Inde xviii. M. promontorium Trapeza *y.*, vnde primum concitat se Hellespontus. Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes, Solymorum *z.*, Lelegum, Bebrycum, Colycantiorum, Trepse-

1. lxx. *M. Vet.*

ventus sit, sed Cibyratici, vt dictum est s. 29. Id nomen ab oppido factum videtur, cuius mentio in Not. episc. prou. Bithyniae, p. 45. ὁ Γάλλȣ, ἤτοι Λόφων. Vox ea ἱερὸς λόφος *sacrum collem* sonat. H.

s. Hermocapelitae) Ἑρμοκάπηλῖται, quasi Mercurii caupones. Vide Not. et Em. N. LXXXVIII. (hic coll.) *Hermocapelitae)* Eorumdem codicum ope, et quod tutius est, adstipulante Not. vetere episc. prou. Lydiae, in qua ὁ Ἑμοκοπηλίας legitur, p. 45. et p. 13. Ἑρμοκαπηλίας, hanc vocem sanauimus, quae in edit. Parm. in *Hermacopolitae*, auctore deinde Herm. Barbaro, in *Harmatopolitae* commutata erat. Quamquam Lydiae ea Notitia Hermocapelitas accenset, Pergamenae tamen illi, vt et Thyatireni, iurisdictioni paruerunt. Neque huc pertinet Ἁρματȣ̃ς oppidum, cuius Thucydides meminit, L. VIII. p. 626. vt Ortelio visum est: nam ex eo Hermatuntopolitas dici oportuisset. H.

t. Attalenses) Ab Attalia, de qua s. 32. Pantaenses, in MSS. *Pataenses.* H.

u. Apollonidienses) Ἀπολλωνὶς vrbs est Straboni, L. XIII. p. 625. a Pergamo stadiis XXX. totidemque a Sardibus. H.

x. Dardanium) De quo proxime hac sect. H.

y. Trapeza) Hodie, *Capo de Ianisseri*, vnde fit arctius mare, nec iam alluit terras, vt ait Mela, L. I. c. 18. sed rursus diuidens, angusto Hellesponti freto litus obuium findit. In Conc. Quinisexto, p. 119. Εὐγένιος ἐπίσκοπος πόλεως Τραπεζῶν Πακατιανῆς. H.

z. Solymorum) Solymi olim Pisidae appellati, vt diximus s. 24. Leleges Λέλεγες Cariam tenuere, Strabo, L. XIII. p. 611. A Bebrycibus Bithynia olim Bebrycia appellata: idem, L. XII. p. 541. et Euseb. in Chron. p. 104. De Colycantiis, Trepsedis-

Trepſedorum. Iſidorus [1] Arimos *a.*: et Capretas, vbi ſit Apamia *b.* condita a Seleuco rege, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam, Armeniam. Et quoniam ferociſſimas gentes domuiſſet, initio Dameam *c.* vocatam

XXXIV. (XXXI.) Inſularum ante Aſiam prima eſt in Canopico oſtio Nili, a Canopo *d.* Menelai gubernatore (vt ferunt) dicta. Altera iuncta ponte Alexandriae, colonia Caeſaris Dictatoris, Pharos *e.*: quondam diei nauigatione diſtans ab Aegypto: nunc e turri nocturnis ignibus curſum nauium regens. Namque fallacibus vadis Alexandria, tribus omnino aditur alueis mari *f.*, [2] Stegano *g.*, Poſideo, Tauro.

1. *Arimaeos. V.* pſedisque, vel vt codd. MSS. Trypſedis, nihil compertum. H.

a. Arimos) Sedes horum incertas fuiſſe Strabo fatetur L. XIII. p. 627. a quibuſdam in Phrygia collocatos, L. XII. p. 579. H.

b. Apamia) De qua ſect. 29. A Seleuco Nicatore condita, et vxoris nomine appellata. H.

c. Dameam) A δαμάω *ſubigo, perdomo.* Id vero nomen Aſiae potius haeſiſſe arbitramur, quae ferociſſimarum gentium victrix fuit, quam Apameae, etſi aliter Ortelio viſum, et auctoribus indicis Pliniani, ante hunc diem. H.

d. A Canopo) Tacitus, Ann. L. II. p. 61. *Condidere Canopum oppidum Spartani, ob ſepultum illic rectorem nauis Canopum, qua tempeſtate Menelaus Graeciam repetens, diuerſum ad mare, terramque Libyam eſt delatus.* H.

2. *maris, Tegamo. Gr. et Al.*

e. Pharos quondam diei etc.) Vide quae diximus L. II. ſ. 87. Nunc annexa continenti eſt: eius portus gemina arce clauditur, vulgo *les Farillons.* De nummis ad Pharum pertinentibus dicemus in Not. et Em. N. LXXXVIII. H. Vide ſupra, l. ſ.

f. Tribus omnino aditur alueis maris, etc.) Lege: *tribus omnino aditur alueis mari Stegano, Poſideo, Tauro.* Salmaſ. pag. 479. b.

g. Stegano etc.) Στεγανῷ, clauſo, ſiue munito: Ποσειδίῳ, ſiue Neptunio: et Ταύρῳ. De Poſideo, cui a Neptuni templo nomen eſt inditum, Strabo L. XVII. p. 764. H.

ro. In Phoenicio *h.* deinde mari est ante Ioppen Paria *i.*, tota oppidum, in qua [1] obiectam belluae Andro-

1. *subiectam. V.*

h. In Phoenicio deinde mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam belluae Andromedam ferunt, et iam dicta Arados.) Familiarem librariorum errorem permutandorum verborum, hoc etiam loco admissum opinor. Nam quod hic Pariae tribuitur, totam esse oppidum, non Pariae ignobili alioqui insulae alii auctores assignant, sed Arado celebratissimae apud cunctos insulae maris Phoenicii. de qua Strabonis et Pomponii verba supra retulimus. Erit ergo hoc loco verborum contextus talis: *in Phoenicio deinde mari est ante Ioppen Paria, in qua obiectam belluae Andromedam ferunt, et iam dicta Arados.* Quid si non *ante Ioppen*, sed *Antioppe*, et non *Paria*, sed *parua* scribendum est? vt sit Antioppe nomen insulae, sic dictae quod contra Ioppen sita sit: vt in montibus et promontoriis, Antilibanus, Anticragus, Antitaurus, Antirrhium, quod sint opposita Libano, Crago, Tauro, Rhio: et in oppidis Antarados, Antiphelus, Anticinolis, et in insulis, Antissa, quod opposita esset Lesbo, quae quondam Issa dicta fuit, auctore Myrsilo, referente in primo volumine Strabone, vt rursus in Plinio ad hunc posset modum legi, *In Phoenicio deinde mari est Antioppe, in qua obiectam belluae Andromedam ferunt, et iam dicta Arados, parua, tota oppidum.* quae lectio propius ad Pomponii verba accedit, a quo etsi exiguo, diuite tamen penore, multa Plinium mutuatum, in confesso est. *Pintian. In Phoenicio deinde mari est, ante Ioppen Paria, tota oppidum, etc.*) Nulla ad Ioppen est insula, neque vnquam fuit. Vide Isaacum Vossium in Melam p. 201.

i. Ante Ioppen Paria) Vnde Pariani dicti apud Ios. A. I. L. XIV. c. 17. p. 487. Paria porro id saxum est, quod Ioppae ciuitati proiacere ante dixit, s. 14. in quo vinculorum Andromedae vestigia seruari aiebant. Vide Not. et Em. N. LXXXIX. (hic adi.) *Ante Ioppen Paria*) Ita libri omnes, ex quibus emendandus Mela, L. II. c. 7. *Arados etiam in Phoenice est parua, quantum patet, tota oppidum.* Lege, *Arados etiam in Phoenice est, et Paria, quantum patet, tota oppidum.* Nec Vossio assentimur,

Andromedam ferunt: et iam dicta *k*. Arados: inter quam et continentem, quinquaginta cubita alto mari, (vt auctor est Mucianus *l*.) e fonte dulcis aqua tubo coriis facto, vsque [1] a vado trahitur.

XXXV. Pamphylium mare, ignobiles insulas habet. Cilicium ex quinque maximis Cyprum *m*., ad

Hh 2 ortum

1. *vsque ad vadum. V.*

timur, aienti, Annot. in Melam, p. 202. ex eo Pomponii textu Plinium potius, quam ex Plinio Melam emendandum esse. Nam praeterquam, quod Iosephus, vt dixi, L. XIV. A. I. c. 17. p. 487. Παριανῶν prope Ioppen meminit, Notit. ant. eccl. p. 85. inter suffraganeos Archiepiscopi Tyrensis, Accanensem habet, Sidoniensem, Berytensem, et quarto loco *Paris*. qua voce mutila, vt apparet, num Parisiensis pro Ioppensi sedes intelligatur, aestimandum aliis relinquimus. H.

k. Etiam dicta) sect. 17. H.

l. Mucianus) Adde et Aristot. Hist. Anim. L. VIII. c. 3. p. 865. Strabonem, L. XVI. p. 753. et 754. et Aelian. Hist. Anim. L. IX. c. 64. De ratione ea eliciendae aquae dulcis ex ipso mari Plinius iterum infra, L. XXXI. s. 37. H.

m. Cilicium ex quinque maximis Cyprum) Legendum reor, *ex* VII. *maximis Cyprum*. Strabo libro XIV. *Quidam post captam Troiam dicunt insulas Gymnesias ab eis habitatas, quarum maiorem Timaeus ait maximam esse post* VII. *Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Euboeam, Cyrnum, et Lesbum*. Pint.

Ex quinque maximis) Interni maris septem insulas maximas Strabo numerat, L. XIV. p. 654. Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Euboeam, Corsicam, Lesbum. Plinius Euboeam et Lesbum accenset minoribus, quae Ptolemaei quoque sententia est. In his regionibus Hermiam regulum Plinius laudat, L. XXXVII. s. 17. Est et in Thesauro Regio nummus e plumbo antiquus, in quo caput est diadematum, ac barbatum, regis Euagorae: retro, in ambitu: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΥΑΓΟΡΟΥ ΚΥΠΡΙΩΝ. Corona laurea, in medio aquila est, dextro pede fulmen, sinistro volucrem tenet. Titulus βασιλέως, et tota forma nummi, post Alexandrum M. vixisse hunc Euagoram clamant; sed ante Ptolemaeum Philometorem,

ortum occasumque Ciliciae, ac Syriae obiectam, quondam IX. regnorum *n.* sedem. Huius circuitum Timosthenes [1] CCCCXXVIII. *o.* M. D. prodidit. Isidorus CCCLXXV. M. Longitudinem inter duo promontoria, Dinaretum *p.* et Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus [2] CLXII. *q.* D. [3] Timosthenes CC. Vocatam ante Acamantida *r.*, Philonides: Cerastin *s.* Xena-

1. *Sic ex MS. emend. Hard. consent. Pineus CCCXXIX. Gr. et Al.* 2. *Sic et M. Vet. CLX. Gr. et Al.* 3. *Timost. vocauit. V.*

rem, cui Cyprus insula paruit, ac forte post ipsum. H.

n. IX. regnorum) Mela, L. II. c. 7. Id quomodo accipiendum sit, ex Strabone liquet, aiente L. XIV. p. 684. singulas vrbes singulis olim tyrannis paruisse: praecipuas nimirum. H.

o. CCCCXXVIII.) Strabo, L. XIV. p. 682. stadiis definit ambitum insulae ter mille et quadringentis, quae sunt omnino passuum millia CCCCXXV. Dissentit ab aliis Isidorus, quod is sinuum lacinias omnes non ingreditur. H.

p. Dinaretum) Hodie *Capo S. Andrea.* Acamantidi, cui ab Acamante Thesei F. Hesychio teste, nomen est inditum, nunc nomen est, *Capo S. Pifano*, hoc est S. Epiphanii. Ἀκάμας ἄκρα Ptolemaeo, L. V. c. 14. et Straboni, l. c. Hesychio, p. 47. Ἀκάμαντον ὄρος ἐν Κύπρῳ. H.

q. Artemidorus CLXII.) Vide Not. et Em. N. XC. (hic adi) *Artemidorus CLXII.)* Sic libri MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et vet. Dalec. Adstipulatur Artemidorus ipse, qui in epitome, quam Agathemerus fecit, L. I. Geogr. c. 5. longitudinem Cypri ait esse stadiorum α. τ', MCCC. quae passuum omnino efficiunt, CLXII. M. D. In editis hactenus, CLX. M. D. H.

r. Acamantida) Vel ab Acamante promontorio, vel ab Acamante Thesei F. H.

s. Cerastin) Cerastiam vocari Xenagoras scripsit ὅτι πολλὰ κέρατα, τοῦτ᾽ ἐστὶ πολλὰς ἐξοχὰς ἔχει, multis promontoriis superciliosa est ac erecta: quamuis sint qui ideo sic dictam putent, quod aliquando in ea cornuti fuerint homines. Dicta et Sphecia ab incolis Sphecibus, vel a Vespis. Rhod. cap. 1. XXX. *Dal.*

Cerastin) Κεραστὶς est Stephano, aliisque: Κεραστία Lyco-

Xenagoras, et Aspeliam *t.*, et Amathusiam, et Macariam *u.*: Astynomus Crypton *x.*, et Coliniam *y.* Oppida in ea xv. Nea *z.* 1 Paphos, Palaepaphos, Curias *a.*, Citium *b.*, Corineum *c.*, Salamis, Amathûs,

1. *Sic et Tol. Paphos Gr. et Al.*

Lycophroni, p. 72. Quem in locum Tzetzes animadvertit duplicem esse huius nominis rationem: alteram ab Androcle excogitatam, quod essent cornuti incolae: quod secutus videtur Ouid. Metam. L. X. v. 223. *Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu Frons erat, vnde etiam nomen traxere Cerastae.* Alteram a Xenagora, quem Plinius laudat, ob crebra promontoria, quae Graeci κέρατα appellant: ὡς δὲ Ξεναγόρας ἐν τῷ Περὶ νήσων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ὡς κέρατα καλοῦσι, Κεραςία ὠνομάσθη. H.

t. Et Aspeliam) Forte, et *Spheciam*, Σφήκειαν: sic enim a Lycophrone vocitatur, l. c. et a Stephano. H.

u. Macariam) A felicitate, seu vbertate soli, caelique temperie. H.

x. Crypton) Stephanus: Ἀςύνομος δέ φησι Κρύπτον κεκλῆσθαι, διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις, ὑπὸ τῆς θαλάσσης, quod saepe a mari absconditur. Sic Eustath. in Dion. H.

y. Coliniam) MSS. *Coloniam.* An Corineam, Coroneamue, a Corinaeo oppido, vel Corone, de quo mox vt ab Amathunte Amathusiam? An Κολωνία potius a crebris collibus et promontoriis? H.

z. Nea Paphos) Νέα Πάφος, καὶ ἡ πάλαι Πάφος; noua et antiqua Paphos. Vtriusque meminit Strabo, L. XIV. p. 683. Voculam *Nea* ex MSS. R. 1. 2. Col. 1. 2. Paris. addidimus. A vetere noua distabat, stadiis LX. teste Strabone. Nunc iacet vtraque. Olim in occidentali latere insulae. H.

a. Curias) Stephano, Κούριον, πόλις Κύπρου, ἡ χώρα Κουριάς. Ptol. L. V. c. 14. in latere est meridionali insulae. Nunc *Audimo*, iuxta promontorium, quod Ptolemaeo Κουριὰς ἄκρα dicitur, nunc est *Capo delle Gatte.* H.

b. Citium) Κίτιον πόλις, Ptol. l. c. in australi litore. Nunc *Chiti:* et vicino promontorio nomen inde, *Capo de Chiti.* Hinc Zeno Κιτιεὺς, perperam aliter statuente Cuiacio, L. III. Obs. c. 38. H.

c. Corineum, Salamis) In Notit. eccl. prou. Cypri insulae,

thûs *d.*, Lapethos *e.*, [1]Soloe *f.*: [2]Tamaſeus *g.*, Epidarum *h.*, Chytri *i.*, Arſinoë *k.*: [3] Carpaſium *l.*, Golgi *m.* Fuere et ibi Cinyria *n.*, [4] Marium *o.*, Ida-

1. *Solus. Pinetus.* 2. *Tamaſus, Epidaurum. V.* 3. *Carphalium, Golgae. V.* 4. *Murium. V.*

ſulae, quinto loco Κόρην nominatur, p. 35. quod Plinii Corineum eſt. Decimo tertio, Κυρηνία quae Scylacis, p. 39. Κερύνεια eſt, Ptolemaei Κερωνία, Boreae obuerſa, quae nunc *Cerines.* Plinii Corineum, auſtro: litus enim auſtrale in praeſenti legit: mox flectit curſum ad Solis exortum, vbi Salamis a Ptolemaeo collocatur, l. c. Haec poſtea Conſtantia Κωνςάντεια dicta, S. Epiphanii ſede clara. Ex eius deinde ruinis haud procul a vetere oppido, excitata *Famagouſta* eſt. Non eſt autem Plinii Corineum, Stephani et Porphyrii Κορώνη, vt Meurſio viſum, in Cypro: cum Κορώνη vetus ipſa Salamis ſit. H.

d. Amathûs) Ἀμαθȣ̃ς, Ptol. in meridionali ora. Nunc *Limiſſo.* H.

e. Lapethos) Λάπηθος, πόλις Κύπρου, Stephano: in boreali inſulae latere a Ptolemaeo collocatur, hodieque *Lapitho* dicitur. H.

f. Soloe) Σόλοι, Ptolemaeo l. c. contra Boream iacet. H.

g. Tamaſeus) In mediterraneis Cypri oppidis, Ταμασσὸς Ptol. L. V. c. 14. et in Notit. eccl. Ouid. Met. L. X. v. 644. *Eſt ager, indigenae Tamaſenum nomine dicunt, Telluris Cypriae pars optima.* H.

h. Epidarum) Luſignano, *Pitareuil.* H.

i. Chytri) Χύτροι Stephano, et Harpocr. In Not. eccl. p. 35. Κύθροι. Ptolemaeo, Χύτρος, in ciuitatibus mediterraneis. H.

k. Arſinoe) Gemina eo nomine fuiſſe videtur in Cypro ciuitas: altera in Boreali ora, quae nunc *Aleſandretta,* Ptolemaeo memorata L. V. c. 14. mediterranea altera, de qua nunc Plinius: incolis *Arzes.* Stephano, Μάριον vt mox dicemus. H.

l. Carpaſium) Καρπασία Stephano: Scylaci, p. 39. Καρπάσεια. In Not. eccl. Καρπασήν. Latere inſulae orientali collocatur a Ptol. L. V. c. 14. H.

m. Golgi) Nomen habet a duce Golgo, inquit Stephanus. Veneri ſacrum oppidum. Catullus, in Epithal. *Quaeque regis Golgos, quae-*

Idalium *p.* Abeſt ab Anemurio *q.* Ciliciae quinquaginta M. paſſ. Mare, quod praetenditur, vocant Aulona *r.* [1] Cilicium. In eodem ſitu *s.* Eleuſa inſula eſt: et quatuor, ante [2] promontorium *t.* ex aduerſo Syriae, Clides *u.*: rurſuſque ab altero capite *x.* Stiria. Contra Neampaphum Hierocepia *y.* Contra

1. *Cilicum. Ch.* 2. *promontoria. Ex aduerſo. Vet.*

quaeque Idalium frondoſum. Incerti plane ſitus. H.

n. Cinyria) Cui nomen a Cinyra rege datum teſte Nonno L. XIII. Dionyſ. p. 378. Non eſt Scylacis Κερύνεια, aut Κερωνία Ptolemaei, vt viſum eſt Spanhemio. H.

o. Marium) Scylaci p. 39. Μάριον πόλις ἑλληνίς. Ex ipſius ruinis creuiſſe mediterraneam Arſinoen, ex Stephano colligimus: Μάριον, inquit, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόν. Et verbo Ἀρσινόη. Ἀρσινόη Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη. H.

p. Idalium) Ἰδάλιον, πόλις Κύπρου, Stephano, Veneri, vt diximus, ſacrum. H.

q. Anemurio) De quo ſect. 22. H.

r. Aulona) Αὐλὼν Κιλίκιον pariter id fretum Ptolemaeus vocat, L. XV. c. 14. hoc eſt, *canalem Cilicium:* hodie *mer de Caramanie.* H.

s. In eodem ſitu) In Cilicio mari. Inſulae nomen Ἐλεοῦσα apud Strabonem, L. XIV. p. 651. et alibi paſſim: a Rhodo diſſidet ſtadiis CXX., hoc eſt paſſuum millia XV. Stephano eadem, vt videtur; Ἐλαιοῦσα, νῆσος Κιλικίας, niſi mendum ſit librariorum. H.

t. Ante promontorium) Damaretum ſcilicet, quod Syriae obuertitur. H.

u. Clides) Κλεῖδες Ptol. L. V. c. 14. quaſi claues. Straboni duae tantum exiguae inſulae, L. XIV. p. 682. ſed ſaxa verius appellaueris. Herodoto, L. V. Terpſichore, p. 330. n. 108. Κληΐδες τῆς Κύπρου. H.

x. Ab altero capite) Altero videlicet promontorio, Acamante, quod occaſum ſpectat. Aduerſam huic interpretationem ab aliis allatam nil moror. Styriam porro intelligi arbitror, cuius incolae ab Herod L. VIII. Vran. n. 1. p. 464. et n. 46. p. 477. Στυρέες appellantur. H.

y. Hierocepia) Ἱεροκηπία, ſeu ſacer hortus Straboni, iuxta Neam Paphum, L. XIV.

tra Salamina, [1] Salaminiae *z.* In Lycio *a.* autem mari Illyris, [2] Telendos, Attelebussa, Cypriae tres steriles, et Dionysia, prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promontorium pestiferae nauigantibus [3] Chelidoniae totidem *b.* Ab iis cum oppido Leucolla *c.*, Pactyae: [4] Lasia *d.*, Nymphais, Macris, [5] Megista *e.*, cuius ciuitas interiit. Multae deinde ignobiles. Sed contra Chimaeram [6] Dolichiste *f.*, [1] Chi-

1. *Salaminae Gr. et Al.* 2. *Tolandros. V.* 3. *Sic quoque Vet. Chelidoniae: totidem ab iis cum oppido Leucola Pactyae, Gr. et Al.* 4. *Elysia, Nymphalis, Meris. V.* 5. *Maxima. Ptol.* 6. *Dolichae. V.*

L. XIV. p. 684. sed num insula ea sit, non satis plane dicit. H.

z. *Salaminiae)* Contra Salamin, siue Famagustam, et Carpasium sitae: vnde et Καρπασίαι νῆσοι appellatae a Strabone, L. XIV. p. 682. et a Ptol. L. V. c. 14. H.

a. In Lycio) Ex iis hae ceteris scriptoribus memoratae. Ἀττελέβυσσα, sic appellata, a copia bruchorum: est enim Graecis ἀττελέβος *bruchus.* A Ptolemaeo, L. V. c. 5. inter Pamphyliae insulas collocatur. Διονυσιὰς vero νῆσος a Scylace p. 37. prope Chelidonias. Vide etiam Stephanum, verbo Δουνσία. H.

b. Chelidoniae totidem) Quot Cypriae, nempe tres. Χελιδονέαι, Straboni L. XIV. p. 666. Mela, L. II. c. 7. *Quae contra Tauri promontorium importune nauigantibus obiacent, Chelidoniae nominantur.* Festus Auienus, v. 694. *Inde Chelidoniae tres sese gurgite tollunt.* H.

c. Cum oppido Leucolla) Pactyas insulas pagis vicisque solum constare, non oppidis significat: oppidum aliud ibi nullum esse, quam quod in promontorio vicino Pamphyliae situm, cui Leucolla pariter nomen esse diximus, s. 26. H.

d. Lasia, etc.) Λασιά, quod siluis agrestibus horrens et hirsuta: Νυμφαίς, quod Nymphis sacra: Μακρίς, quod in longum porrecta: Haec quatuor insularum nomina, quae Pactyae vocantur. Quarta enim Megiste est. H.

e. Megista) Ptol. L. V. c. 3. et Stephanus: Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας. Scylaci, p. 37. νῆσος Ῥοδίων, Rhodiorum iuris, Μεγίστη maximam sonat. H.

f. Dolichiste) Inter Lycii

[1] Chirogylium *g.*, [2] Crambussa *h.*, [3] Rhoge *i.*, Enagora VIII. mill. passuum, Daedaleôn duae *k.*, [4] Cryeon tres, Strongyle, et contra [5] Sidyma Antiochi, Glaucumque versus amnem Lagusa *l.*, Macris *m.*, Didymae, Helbo, Scope, Aspis *n.*: et in qua oppidum interiit, [6] Telandria *o.*: proximaque *p.* Cauno Rhodussa *q.*

 XXXVI.

1. *Chirodyhon. Ch.* 2. *Crambis. V.* 3. *Aroge. V.* 4. *Cryeon, tres Strongylae. V. et M.* 5. *Solima. Strab.* 6. *Cyllandria. V.*

cii maris insulas Δολιχίςη Ptol. l. c. hoc est, *in longum porrecta.* H.

g. Chirogylium) Forte *Chirodilion.* Vide Not. et Em. N. XCI. (hic adi.) *Chirogylium*) MSS. proxime laudati, cum Chiffl. *Chirodilion,* quod sincerius arbitror: vt sit χειροδείλιον nomen insulae factum, ab incolarum timiditate et ignavia. H.

h. Crambusa) Stephano, Κράμβουσα, νῆσος περὶ Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας. Straboni, L. XIV. p. 680, iuxta Corycum promontorium, Κραμβοῦσα νῆσος. H.

i. Rhoge) Ῥώγη, νῆσος ἐπὶ τῇ Λυκίᾳ, Stephano. H.

k. Daedaleôn) Δαιδαλέων, hoc est, contra illud Cariae oppidum, quod Daedala diximus, f. 29. insulae duae Daedalensium appellatae in alto obiacent: contra Crya, Cryensium tres: contra Σίδυμα Lyciae, Antiochi nomine vna. Sic inferius, f. 38. *Insulae quae Pisistrati vocantur.* Tamen MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. pro *Cryeon tres*, habent *Cypron tres.* H.

l. Lagusa) Stephanus: Λαγοῦσα, νῆσος περὶ Κρήτην, post Strabon. L. X. p. 484. A copia leporum nomen accepit. De Glauco amne diximus in Caria, f. 29. H.

m. Macris) Μακρὶς, a longitudine: a numero, et paritate, Δίδυμαι. In MSS. deinde R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. vnica voce, *Helboscope*, forte pro *Helioscope*, Ἡλιοσκόπη. Sic enim Ἡλιοτρόπιον Thessaliae vrbem nouimus. H.

n. Aspis) Stephanus, verbo Ἀσπίς. Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. H.

o. Telandria) Contra Telandrum Lyciae, Cariaeue oppidum, de quo sect. 28. vnde et insulae nomen impertitum. H.

p. Pro-

XXXVI. Sed pulcherrima et libera Rhodos *r.*, circuitu *s.* [1] cxxv. mill. pass. aut si potius Isidoro credimus;

1. Sic et Ch. CXXX. Gr. et Al.

p. Proximaque Cauno Rhodussa.) Legebatur ante Hermolaum, *Proximaque Cunorbodosa*, ipse *Cynorbodossa* correxit, non recte. Nos tum ex Stephano, tum ex vetere vtroque codice sic scribimus, *Proximaque Cauno Rhodussa.* Nam ambo exemplaria *Cauno* legunt non *Cuno*, et Caunus vrbs est Cariae, parum a Rhodo submota, apud omnes decantata, vnde ficus illae Cauneae, quae Crasso in Parthos proficiscenti omen fecere. De Rhodussa autem insula Stephanus: Schinussa, vt Rhodussa, Phocica insula. Est eidem Rhodussa vrbs Argiuae regionis. *Pint.*

q. Rhodussa) Ῥόδουσσα. H.

r. Libera Rhodos) Rhodiis concessum, vt libertatem ac suas leges haberent, auctor est Strabo, L. XIV. p. 652. ἀπὸ Ῥωμαίων αὐτόνομος διετέλεσε. Suet. in Claudio, c. 25. *Libertatem Rhodiis ob poenitentiam veterum delictorum reddidit.* Quo αὐτονομίας beneficio vt fruerentur, pependisse didrachmon videntur: quod Iudaeos quidem fecisse vt eodem iure gauderent, scimus ex Dione, L. LX. Rhodiorum est, praeter alios a nobis alibi memoratos, nummus ille aereus magnae molis e Gaza Regia, qui ex vna parte caput turritum, non Agrippinae Claudii certe, quod ridiculum est suspicari, sed Ioniae, vt titulus admonet; quae prouincia ciuitates complectitur ab Herodoto memoratas, L. I. n. 145. et in his Rhodum. Epigraphe sic est diuisa, vt sit dextrorsum ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΥΠΕΡ; sinistrorsum, ΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. In parte auersa Sol stans capite radiato, hoc est, Oriens trophaeo coronam imponit, adiecta tantum ea voce, ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ: quae in nummis dumtaxat Rhodiorum legitur. Delineatus hic autem locus est Hyperioni, quod Solis nomen est apud Hom. Odyss. α. v. 24. Iam cur in contraria ipsius effigie parte scriberetur: et inter Κλαυδίου ac Σεβαστοῦ nomina? Sed legi oportet ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΥΠΕΡασπιστοῦ ΙΩΝων ΣΕΒΑΣΤΟΥ. *Claudii Propugnatoris Ionum Augusti.* Nihil simplicius, aut verius. Est et ex aere maximae molis nummus eximius, qui Iouis vultum parte priore exhibet: altera titulum ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙ-

dimus, CIII. Habitata vrbibus, Lindo *t.*, Camiro, Ialyso, nunc Rhodo. Distat ab Alexandria Aegypti I DLXXVIII. mill. vt Isidorus tradit: vt Eratosthenes, CCCCLXIX. mill. vt Mucianus *u.*, D. a Cypro CLXVI. Vocitata est antea Ophiusa *x.*, Asteria, Aethraea, Tri-

1. DLXXXIII. *Ch.*

ΒΑΣΙΛΕΩΣ: cum aquila, quae fulmini insistit: et inter aquilae pedes est: quod ibi esse arbitramur: Χαλκὸς Ῥοδίων, *Aes Rhodiorum.* H.

s. Circuitu) CXXV. Strabo, L. XIV. p. 655. stadia habet DCCCCXX. hoc est CXV. mill. pass. H.

t. Lindo etc.) Complexus est versiculo eas Hom. in Catal. v. 163. Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. In vnam deinde coaluisse vrbem, Rhodum nomine, auctor est Conon apud Photium in Bibl. cod. 186. p. 456. Diodor. L. XIII. Bibl. p. 196. Strabo, l. c. H.

u. vt Mucianus, D.) Muciano Strabo suffragatur, L. II. p. 125. cum a Rhodo Alexandriam traiectum ait esse stadiorum quater mille. H.

x. Ophiusa) Dicta est a multitudine serpentum, quos ea tempestate delatus Phorbas Triobae filius occidit: *Asteria* ab Astri figura, *Aethraea* a serenitate, quia illic nunquam tantae nubes sunt, vt aliquando de die sol non cernatur: *Trinacria* a tribus oppidis eminentibus: *Corymbia* a specie Corymborum hederae: *Poeessa* ab herbido virore. Had. Iun. c. 115. III. Straboni vocata fuit et *Stadia* et *Telchinia.* *Pontiam* vocat Pindarus, vt *Pelagiam* Marcellinus lib. XVII. Pindarus Ialyson, aureo imbre perfusam scribit ob diuitias et summas opes. ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν. *Dalecamp.*

Ophiusa) Ὀφίουσα Straboni, p. 653. Ὀφίουσσα Stephano, a copia serpentium, vt ait Heraclides, cap. de politia Rhodiorum, Ἀστερία, vel ab Asterio rege: vel quod a longe aspicientibus cerneretur, instar sideris, ὡς ἀστήρ, quod in simili alterius oppidi nomine Stephanus coniectat. Αἰθραία Stephano quoque Rhodus appellata, ob aeris serenitatem: Rhodi enim nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora Sol cernatur, diximus L. II. s. 62. Τρινακρία, a forma, quae illi triquetra, teste Const. Por-

Trinacria, Corymbia, Poeeessa, Atabyria ab rege: deinde [1] Macaria, et Oloëssa. Rhodiorum insulae *y.*, Carpathus, quae mari *z.* nomen dedit: Casos, [2] Achne olim *a.*: Nisyros distans ab Gnido XII. mill. D. Porphyris *b.* antea dicta. Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidumque Syme *c.* Cingitur [3] XXXVII. mill. D. Portus benigne praebet octo. Praeter has circa Rhodum, Cyclopis *d.*, [4] Steganos, Cordylusa,

1. *Sic et Pomp. Mela. Ex MSS. quoque em: Hard. Poeessa — Macaria. Macria, Gr.* 2. *ac duae Calymnae, Gyros. M. Suyrus. V.* 3. XXX. *ex recent.* 4. *Torgamon. V. Teganon Gr. et Al.*

Porphyrog. L. I. Them. 14. Κορυμβία, quod emineat: vel quod ederae corymbos referat. Ποιήεσσα, quod herbosa sit et frugifera. Ἀταβυρία, vel a rege, vel a monte, qui Rhodi celeberrimus. Ἀταβύριον ὄρος Ῥόδιον, apud Tzetz. Chil. IV. hist. 138. v. 390. vbi Iouis templum, qui Ἀταβύριος inde et ipse dictus est. Ταβυρίᴕ Διὸς ἱερὸν in insula Rhodo, apud Appian. in Mithridat. p. 187. pro Ἀταβυρίᴕ. Μακαρία, ob caeli solique temperiem, teste Mela, L. II. c. 7. et Diod. Sic. L. V. Ὀλοέσσα denique, hoc est, malefica, exitiosa, ob serpentium, quibus scatebat olim, venenum. H.

y. Rhodiorum insulae) Has quoque complexus Homerus, Il. β'. in Catal. v. 183. Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε. H.

z. Quae mari) Carpathio. Ipsa nunc *Scarpanto* dicitur: et ab ea mari nomen. H.

a. Achne olim) Ἄχνη Graecis maris asperginem, spumamque significat: atque id insulae fortassis nomen inditum, quod marinis fluctibus crebro illidatur. H.

b. Porphyris) A purpurarum multitudine. Stephanus: Νίσυρος, μία τῶν Κυκλάδων, — ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρὶς ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. Sic etiam Eustath. in Iliad. β'. p. 318. H.

c. Syme) Straboni, L. XIV. p. 656. Σύμη plane eodem situ. Stephano quoque et Scylaci, p. 38. et ante omnes Herodoto, L. I. Clio, p. 72 n. 174. H.

d. Cyclopis etc.) Κυκλωπὶς, Στεγανὸς, Κορδυλᴕσα. Pamphyliae vrbs est Κόρδυλος apud Stephanum, sed longe ea hinc dissita. H.

dylusa, [1] Diabetae *e.* IV. [2] Hymos *f.*, Chalce *g.* cum oppido, [3] Seutlusa *h.*, [4] Narthecusa *i.*, Dimastos, Progne: et a Gnido, [5] Cisserussa, [6] Therionarce: Calydne *k.* cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero: et in Arconneso *l.* oppidum Ceramus. In Cariae ora, quae [7] vocantur Argiae, numero viginti, et [8] Hyetussa *m.*, Lepsia, Leros. Nobilissima autem

1. *Diabate. Ch.* 2. *Hyrmos. Ch.* 3. *Teutlusa. Steph.* 4. *Marthecusa. Ch.* 5. *Ciserusa Gr.* 6. *Terion, Archia. V.* 7. *vocatur. V.* 8. *Ethecusa. V. Haetusa. Ch.*

e. Diabetae) Circa Symen positae. Stephanus: Διαβῆται, νῆσοι περὶ Σύμην. τὸ ἐθνικὸν, Διαβηταῖος. H.

f. Hymos) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. Chiffl. *Hyrmos.* Forte *Irmos*, Εἱρμός. H.

g. Chalce) Inter insulas circa Rhodum habitatas a Scylace haec numeratur: p. 37. Κατὰ δὲ τὴν Ῥόδον αἵδε νῆσοί εἰσιν οἰκεμέναι, Χάλκεια, Τῆλος, Κάσος. Thucydidi, L. VIII. p. 582. Χάλκη. Eadem Chalcia Plinio, L. XVII. f. 3. H.

h. Seutlusa) Attice Τευτλεσσα Stephano: Thucydidi, l. c. Τευγλεσσα mendose. Insula Ioniae est, haud procul Halicarnasso. H.

i. Narthecusa etc.) Ναρθηκόεσσα, a ferularum laeto prouentu: Διμαςὸς, a duplici montis iugo. Πρόκνη, ab hirundinum copia. Κισσηρόεσσα; a pumicum multitudine, Θηριονάρκη, ab insita terrae vi, serpentibus quae litus attigerint, torporem inferendi. H.

k. Calydne) Libentius *Calydnae* agnouerim, numero multitudinis; vt tres omnino fuisse videantur, et suum cuique oppidum assignetur. Et certe sunt, quas Homerus describit loco proxime citato: Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε, καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας. Vide quae de Calydnis diximus L. sup. in Not. et Em. N. LXXXVIII. H.

l. In Arconneso) Ἀρκόννησος, contra Halicarnassum posita, Straboni, L. XIV. p. 656. H.

m. Hyetussa) Ὑετόεσσα, obnoxia imbribus. Λεψία. Λέρος Straboni, L. XIV. p. 635. H.

autem in eo ſinu Cos *n.*, ab Halicarnaſſo quindecim mill. paſſ. diſtans, circuitu centum: vt plures exiſtimant, [1] Merope *o.* vocata: [2] Cea, vt Staphylus *p.*: Meropis *q.*, vt Dionyſius: dein Nymphaea *r.* Mons ibi Prion *s.*: et Niſyron *t.* abruptam [3] illi putant, quae Porphyris antea dicta eſt. Hinc [4] Caryanda *u.* cum oppido. Nec procul ab Halicarnaſſo Pidoſus. In Ceramico autem ſinu Priaponneſos *x.*, Hipponneſos, Pſyra, Mya, Lampſemandus *y.* Paſſala,

1. *Meropis vocata, vt Staphylus, Cos, Meropis. vt Dionyſ. Ex Strabon. et Higinio. Pint. Cea. V.* 2. *Cos, vt Staphylus, Gr. et Al.* 3. *illinc putant.* 4. *Cartanda. Ch.*

n. *Cos*) Κῶς, Hippocratis patria. Nautis *Lango* dicitur. Graecis *Stingo*, deriuata voce ab εἰς τὴν Κῶ. H.

o. *Merope*) A Merope quodam, qui eam inſulam tenuerit: ab eius deinde filia, Coon appellatam, auctor eſt Hygin. L. II. Aſtron. Poet. c. de Aquila, p. 67. Coenſes Homerus in hymno Apollinis, Μέροπες vocat. H.

p. *Cea, vt Staphylus*) Ita MSS. omnes, non *Cos.* H.

q. *Meropis*) Stephano quoque et Straboni, L. XV. p. 686. Μεροπὶς. Vide et Euſtath. in Il. β΄. p. 318. H.

r. *Nymphaea*) Ab vxore Meropis, cui nomen Ethemea: ortus a Nympharum genere. Hygin. l. c. H.

s. *Prion*) Πριὼν Graecis dicitur. H.

t. *Et Niſyron*) De qua dictum eſt proxime ante, hac ſect. Hanc inſulae Coo abruptam putauere, Apollodorus, L. I. de diis, p. 21. et Euſtath. ad Dionyſ. v. 526. p. 76. ὁ Νίσυρος -- οὕτω καλȣμένη ἀπὸ τȣ͂ νέω καὶ τῷ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κω -- ἐπεσύρη τῷ Γίγαντι, etc. H.

u. *Caryanda*) MSS. *Cartanda.* H.

x. *Priaponneſos*) Πριάπȣ νῆσος. Ἱππόνησος, πόλις Καρίας Stephano, qui πόλιν pro νήσῳ ſaepe vſurpat. Ψόρα, νῆσος μικρὰ, πλησίον Χίȣ, Stephano: Heſychio, Ψυρίη, Homero, Ψυρία, L. III. Odyſſ. H.

y. *Lampſemandus*) In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et *Lampſaemyndus.* Forte *Lampſis, Myndus:* Λάμψις, Μύνδος. H.

Passala z., Crusa a., Pyrrhe b., Sepiussa, Melano: paulumque a continente distans, quae vocata est Cinaedopolis, probrosis ibi relictis a rege Alexandro.

XXXVII. Ioniae ora [1] Tragias c., et Corseas d. habet, et Icaron, de qua e. dictum est: Laden f., quae prius Late vocabatur: atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas g. Mileto vicinas: [2] Mycalae h., Trogilias tres: Psilon, Argennon, [3] Sandalion: Samon

1. *Aegeas Gr. et Al. Trageas, ex Strab. et Ptol.* 2. *Mycalae Trogiliam, Trogilias tres, Phylion, Arch. etc. Ch. Mycalen, Trogilias, Trepsilion Gr. et Al.* 3. *cap. 7. III. Sardinia, Sandaliotis, et Ichnusa dicitur.*

z. *Passala*) Πάσσαλα, Μυλασσέων ἐπίνειον, Mylassensium nauale, Stephano. H.

a. *Crusa*) In MSS. *Crysa.* Forte pro *Crysa*, Χρύση. H.

b. *Pyrrhe*) In MSS. *Pyrrhaeusa* Πυῤῥαίουσα. Mox Σηπίουσα, a frequentibus in eo mari sepiis. Melano, vel Μέλαινα a nigredine, vt videtur. H.

c. *Tragias*) Τραγίας. Vide Not. et Em. N. XCII. (hic pos.) *Tragias*) Ita rescripsimus, pro *Aegeas*, quae in hoc tractu nullae fere fuerunt. At ibi Τραχίαν agnoscit Thucydides, L. I. p. 75. H.

d. *Corseas*) Κορσέαι, νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀντικρὺ Σάμου, ex aduerso insulae Sami posita, Stephano. Κορσίας appellat Strabo L. XIV. p. 636. H.

e. *Icaron, de qua*) L. IV. f. 23. H.

f. *Laden*) Λάδη, νῆσος Αἰολίδος, Stephano. Herod. L. VI. Erato, p. 336. n. 7. ἡ δὲ Λάδη, ἐστὶ νῆσος μικρὴ ἐπὶ τῇ πόλει τῇ Μιλησίων κειμένη, contra Miletum obiacens. Herodot. sequitur Strabo, L. XIV. p. 653. et Pausan., L. I. Attic. p. 66. H.

g. *Camelidas*) A protuberante, camelorum instar, dorso traxisse nomen videntur, καμηλίδες. H.

h. *Mycalae*) Habet, inquit, Ioniae ora Mycalae vicinas insulas tres, Trogilias appellatas: quarum haec nomina: Ψιλὸς, id est, glabra, seu arboribus et fruticibus vacua. Ἀργεννὸς, id est, candida. Σανδαλιὸς, vel Σανδαλιῶτις, a forma, qualem Sardiniae esse diximus libro superiore. Ante Τρωγίλιον promontorium, de quo sect. 31. Τρωγιλίαν νῆσον agnoscit Strabo, L. XIV. p. 836. Est autem Μυκά-

Samon liberam *i.*, circuitu octoginta septem mill. passuum: aut, vt Isidorus, centum: [1] Partheniam *k.* primum appellatam, Aristoteles tradit: postea [2] Dryusam *l.*, deinde Anthemusam. Aristocritus adiicit Melam-

1. *Partheniam. V. Basil. Parthenum. Rhodig. 48.* 2. *Adriissam, Steph. Strabo haec nomina omnia tribuit Samothraciae, non Samo.*

Μυκάλη locus in continente Ioniae contra Samum, teste Herodoto, L. I. n. 148. et Strabone, L. XIV. p. 637. H.

i. Samon liberam) Samon insulam Apul. 2. Florid. Frumento pigram, aratro irritam, foecundam oliuetis, ait, nec a vinitore, nec ab olitore scalpi, sed totam eius quamuis frequentibus incolis, hospitibus celebris, culturam esse in surculo, et sarculo. Vide locum. *Dal.*

Samon liberam) Hieronym. in Chronic. ad Olymp. 190. an. 5. *Augustus Samiis libertatem dedit.* Vide Not. et Em. N. XCIII. (hic adi.) *Samon liberam, circuitu LXXXVII. M.*) Strabo, L. XIV. p. 637. ait esse ambitum stadiorum ἑξακοσίων, DC. quae passuum efficiunt LXXV. M. Addit Agathemerus, L. I. c. 5. stadia XXX. quae efficiunt fere M. P. LXXIX. Quamobrem aut denarii notam in Pliniano numero abundare: aut, quod verius puto, apud Strabonem, ἑπτακοσίων legi oportere, censendum est. Proxime antea admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. scripsimus: *Duas Camelidas Mileto vicinas: Mycalae, Trogilias tres: Psilon, Argennon, Sandalion:* cum prius legeretur, *Mycalen, Trogilias, Trepsilion*, etc. H.

k. Partheniam) Παρθενία Straboni, L. X. p. 457. a Parthenio amne: sic enim Imbrasum Cares, cum ibi rerum potirentur, appellauerunt. Lactant L. I. Inst. c. 17. *Samum*, inquit, *insulam scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleuerit, ibique etiam Ioui nupserit.* H.

l. Dryusam) A quercuum copia, Δρυόεσσα, et contracte, Δρυȣσα, Stephanus, verbo Σάμος. Ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Ἀνθέμȣσα, καὶ Μελάμφυλλος. Sic Eustath. quoque ad Dionys. v. 534. p. 77. Apollon. vero Scholiast. ad L. II. v. 874. Μελάνθεμος, Παρθένια, καὶ Ἀνθεμȣ̃σα. Hesychius, p. 627. Μελάμφυλλος, ἡ Σάμος,

Melamphyllum, dein Cyparissiam: alii [1] Parthenoarusam *m.*, Stephanen. Amnes in ea, Imbrasus *n.*, Chesius, Ibettes *o.* Fontes *p.*: Gigartho, Leucothea. Mons Cercetius *q.* Adiacent *r.* insulae, Rhypara, Nymphaea, Achillea.

XXXVIII. Par claritate ab ea distat XCIII. M. passuum, cum oppido Chios libera *s.*, quam Aethaliam Ephorus *t.* prisco nomine appellat: Metrodorus et Cleobulus Chiam, a Chione *u.* nympha:

1. *Parthenorosam. Pint. Herosactiam Strab. dictam. Parthenarrusam. Ch.*

μος, Straboni, L. X. p. 457. Ἄνθεμος et Μελάμφυλλος. Cyparissiam a frequentibus cupressis dictam facile credimus. H.

m. Parthenoarusam) Vide Not. et Em. N. XCIV. (hic coll.) *Parthenoarusam*) Heraclides, Libro de Politiis, cap. de Samiis: Παρθενία, inquit, ὕστερον δὲ Ἀρυῦσα. Quo ex loco conflata e duabus vox ista Pliniana videri forsan possit, pro *Parthenon, Aryusam.* Sed in Heraclidis textu mendum latere suspicor: nec Ἀρυῦσαν, sed Δρυῦσαν, legi oportere. H.

n. Imbrasus) Ἴμβρασος, Χήσιος. Inde Χησιάδες Νύμφαι apud Nicandr. in Alexiph. p. 139. Inde Dianae cognomina, apud Callim. hymn. in Dianam, v. 228. p. 22. Χησιὰς, Ἰμβρασίη etc. ab vtroque nimirum amne. Nam Scholiasten hallucinari arbitror, qui Χήσιον τῆς Σάμου ἀκρωτήριον interpretatur, cum ποταμὸν dicere satius fuisset. Eidem Sch. Ἴμβ. ποτ. τῆς Σάμου, Athenaeo quoque, L. VII. p. 283. H.

o. Ibettes) In MSS. quibusdam, *Hybettes.* H.

p. Fontes, etc.) Γιγαρθὼ, Λευκοθέα. H.

q. Cercetius) Cercetius Nicandro, l. c. amnis esse, et montis nomen videtur: Κερκετέω νιφόεντος ὑπὸ σχοινώδεσιν ὄχθαις. *Iuxta Cercetii iuncosa fluenta niuosi.* H.

r. Adiacent) Ῥυπαρὰ, sordida, lutulenta, Νυμφαία, Ἀχίλλεια. H.

s. Chios libera) Nunc *Scio.* H.

t. Aethaliam Ephorus) Stephanus quoque, p. 40. Δύναται τὸ Αἰθαλίτης ἀντὶ τοῦ Χίος. οὕτω γὰρ ἡ Χίος ἐλεγέτο. *Potest accipi Aethalites, pro* Chius: *sic enim Chios insula dicebatur.* H.

u. A Chione.) Stephanus p. 720.

pha: aliqui a niue: et Macrin *x.*, et Pityusam. Montem habet Pellenaeum *y.*, marmor Chium. Circuitu [1] cxxv. mill. *z.* pass. colligit, vt veteres tradidere, Isidorus ix. millia adiicit. Posita est inter Samum, et Lesbum, ex aduerso maxime Erythrarum *a.* Finitimae sunt, Thallusa *b.*, quam alii [2] Daphnusam scribunt: Oenussa *c.*, Elaphitis, Euryanassa, Arginusa cum oppido: [3] Iam hae *d.* circa Ephesum, et quae

1. CXII. M. D. *ex recentiorib.* 2. *Dapnusam. Gr.* 3. *Iam haec. Basil.*

p. 720. Χίος — — — ἡ ἀπὸ τῆς χιόνος τῆς ἐκεῖ γινομένης πολλῆς· ἢ ἀπὸ Νύμφης τῆς Χίονος. H.

x. Et Macrin, etc.) Μακρὶς, quod longa foret: Πιτυοῦσα, quod pinuum ferax. Mirum est existimasse Liuium, L. XXXVII. p. 453. et 458. Aethaliam, Chion, et Macrin, tres insulas, vt nomine, ita re ipsa dispares fuisse. H.

y. Pellenaeum) Πελληναῖον ὄρος Χίου Stephano, verbo Πέλιννα, et Dion. v. 535. Straboni, L. XIV. p. 645. Πελιναῖον ὄρος Hesychio, Πελιναῖος ὁ Ζεὺς ἐν Χίῳ. H.

z. CXXV. mill.) Strabo, L. XIV. p. 545. stadia DCCCC, hoc est, CXII. M. D. pass. H.

a. Erythrarum) De quibus sect. 31. H.

b. Tallusa.) Sic Hermolaus legit coniectura tantum ductus, cum prius scriptum esset *Thellusa.* Ceterum legentes meminerint, insulam nomine Pelus circa Chium a Stephano locari. *Pintian. Thallusa*) Stephano hic Pelus insula collocatur. *Dal.*

Thallusa) Θαλλοῦσα, hoc est, florens ac virescens. Ea forte est, quae Pelûs a Stephano dicitur: Πηλοῦς, νῆσος περὶ Χίον. Nam in MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Tellusa* scribitur. Δαφνοῦσα siue Δαφνήεσσα, laurifera. H.

c. Oenussa) Vini prouentu laeta. Οἰνοῦσαι, νῆσος τῇ Χίῳ προσεχὴς, inquit Stephanus. Herod. quoque, L. I. Clio, n. 165. p. 68. Ἐλαφῖτις, a ceruorum multitudine. Εὐρυάνασσα, hoc est, late imperitans. Ἀργινοῦσα, hoc est, alba. H.

d. Iam hae) Proxime memoratae, Oenussa, et reliquae. Ἄνθιναι, floridae: Μυόννησος, inquit Stephanus,

quae Pisistrati vocantur: Anthinae, Myonnesos, [1] Diarrheusa. In vtraque oppida intercidere. Poroselene *e.* cum oppido: Cerciae *f.*, Halone, Commone, Illetia, Lepria, et [2] Rhesperia, Procusae, Bolbulae, Phanae, Priapos, Syce, Melane, [3] Aenare, Sidusa, Pela, [4] Drymusa, [5] Anhydros, Scopelos, Sycussa, Marathussa, [6] Psile, Perirrheusa, multaeque ignobiles. Clara *g.* vero in alto [7] Teos *h.*

Ii 2 cum

1. *Clareusa. V. Diareusa. Gr.* 2. *Aethraea, Hesperia. Pint.* 3. *Coenare. V.* 4. *Dilemusa. V.* 5. *Anydros. Gr.* 6. *Phile. V.* 7. *Theas. M.*

nus, post Strabonem, p. 643. μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδȣ. Διαῤῥέȣσα, dilabens siue irrigua. Haec fuere duarum Anthinarum nomina. Teiorum ditionis Myonnesos fuit, teste Thucyd. L. III. p. 190. H.

e. Poroselene) Πορoσελήνη, Straboni, L. XIII. p. 69. quae prius, inquit, obsceno nomine Πορδοσελήνη. Ita post Strabonem, Stephanus. Hesychius: Πορδοσελήνη, μεταξὺ Μυσίας, καὶ Λέσβȣ, νῆσος. Scylaci, p. 34. νῆσος, καὶ πόλις Πορδοσελήνη. H.

f. Cerciae, etc.) Strabo, p. 618. ait Poroselenem insulam viginti, aut etiam XL. vt Timostheni placet, esse finitimam: quae Lesbum inter Asiamque interiacent. Ex his duarum et XX. nomina Plinius recitat. Κέρκιαι, Ἀλώνη, de qua L. II. f. 89. Λεπρία, aspera, Προκȣσαι, hinnulis aut damis referta. Σιδȣσα, πόλις Ἰωνίας, Stephano: νῆσον voluit dicere. Πήλην, καὶ Μαραθȣσαν, καὶ Δρίμυσσαν ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομέναις νήσȣς, memorat Thucyd. L. VIII. p. 569. Rectius Stephanus Δρυμȣσαν vocat, ἀπὸ τῶν δρύμων, a vepretis. De Drymusa Liuius, L. XXXVIII p. 480. Σύκη, et Συκόεσσα, a ficubus nomen habent. Melane, a colore. Ἀνύδρος, ab aquarum penuria. Ψίλη, a nuditate seu sterilitate. Περιῤῥέȣσα, ab aquis circumfluentibus. Pro *Lepria* et *Resperia*, placet coniectura Pintiani legentis, *Aethraea, Hesperia.* H.

g. Clara vero in alto Teos.) Pro *Theos*, vt ante scriptum habebatur, Hermolaus *Teos* suffecit, et patriam Anacreontis accipit, procul, vt ego puto, a vero. Nam Teos

çum oppido, a Chio [1] LXXI. mill. D. [2] passuum, tantumdem ab Erythris. Iuxta Smyrnam sunt Peristerides *i.*, Carteria, Alopece, Elaeussa, Bachina, Pystira, Crommyonesos, Megale. Ante Troada, Ascaniae *k.*, Plateae III. Dein Lamiae, Plitaniae *l.* duae, Plate, Scopelos, Getone, [3] Arthedon, Coelae, Lagussae, Didymae.

XXXIX.

1. *Sic et V. Basil.* LXXXI. *Gr. et Al.* 2. *Sic et Ch. mill passuum Gr.* 3. *Arthcidon Gr.*

Teos Anacreontis patria, vrbs est continentis, vna ex XII. Ioniae vrbibus, vt geographi omnes iuxta historicique testantur. In peninsula sitam esse Teon, Strabo Pomponiusque testantur, insulam esse, et praecipue in alto ab Erythris Ioniae vrbe, LXXI. M. pass. submotam, vt Plinius adiicit, nec Strabo, nec Pomponius, nec omnino, quod sciam, alius. *Pint.*

h. Teos) Τέως, quam in peninsula positam Strabo, L. XIII. p. 644. ceterique scriptores docent: atque adeo continenti adnexam: sed ita vt aestuanti mari insulae in morem circum allueretur aquis. Haec Anacreontis patria. Incolae Teii appellati. H.

i. Peristerides) Περιστερίδες, ob multitudinem columbarum ibi degentium: vt mox Λαγȣ̃σσαι, ob leporum copiam sic appellatae: Ἀλωπεκὴ, vulpium, Κρομμυόννησος, caeparum. Καρτερία. arduam insulam, et munitam sonat: Μεγάλη magnam: Ἐλαιȣ̃σσα, oleae feracem. Elaeum, et Bacchium appellat istos Liuius, L. XXXVII. p. 456. Pystira, obscurae originis. In MSS. *Piscyra.* H.

k. Ascaniae, etc.) Ἀσκανίαι, Πλατεῖαι, Λαμίαι. H.

l. Plitaniae) Forte Πλινθανίαι, quod lateris ibi οἱ πλίνθοι coquerentur. Mox Πλάτη, Σκόπελος, Γειτώνη, Ἀρθηδών, Κοῖλαι, Λαγȣ̃σσαι, Δίδυμαι, seu Gemellae. De Lagussis, Eustath in Iliad. β. p. 306. Νῆσοι Λαγȣ̃σσαι, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἐκεῖ λαγωῶν, etc. H.

XXXIX. Clariffima autem Lesbos *m.*, a Chio *n.* LXV. mill. paffuum: [1] Himerte *o.* et Lafia *p.*, Pelafgia, Aegira *q.*, Aethiope *r.*, [2] Macaria *s.* appellata fuit, [3] nouem *t.* oppidis inclyta. Ex iis Pyrrha *u.* haufta eft mari, Arisbe *x.* terrarum motu fubuerfa. Antiffam *y.* Methymna traxit in feipfam: [4] nouem vrbibus Afiae [5] in XXXVII. mill. paffuum vicina. Et

1. *Hemerte, Gr.* 2. *fupra hoc eod. cap. legitur Macria.* 3. *Sic et M. et V. octo Gr.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard.* VIII. *vrbibus Gr. haec verba fupervacanea funt.* 5. *particula, in, non leg. in V.*

m. Lesbos) Hodie *Metelin*, ab oppido, quod ibi maxime infigne eft, Mitylene. H.

n. A Chio LXV.) A Chio, Lemno, Tenedo, aequali fere interuallo Lefbon diftare Strabo prodidit, L. XIII. p. 619. ftadiis nempe quingentis, hoc eft LXII. M. D. paff. H.

o. Himerte) Ἱμερτὴ defiderabilis. Hactenus male, *Hemerte.* Fuit et Ἱμέρα nomen vrbis in Lefbo, tefte Stephano, verbo Ἴσσα: quae et Pelafgia deinde, vt ipfa Lefbos, cognominata fuit. H.

p. Et Lafia) Λασία, horrida filuis agreftibus. Forte rectius, *Et Iffa.* Id enim Lefbo nomen fuit. H.

q. Aegira) Αἴγειρα. An idcirco id ei nomen inditum, quod arboris populeae ferax fit? αἴγειρος enim nigra populus eft. Methymnaei agri pagus fuit Αἴγειρος, tefte Strabone, L. XIII. p. 617. H.

r. Aethiope) Hefychius. p. 39. Αἴθιοψ, ὁ Λέσβιος, H.

s. Macaria) A Pyrrha quae et Μακαρία nuncupata eft, nomen id traxit. Huius filia Agamede, oppido nomen dedit. Stephanus, verbo Ἀγαμήδη. A Macare, Criafii F., Macariam appellatam putat Dion. Halic. Ant. Rom. L. I. p. 15. H.

t. Nouem) Ita MSS. omnes: editi, *octo* tantum. At ftatim appellantur, nouem. H.

u. Ex iis Pyrrha) Strabo, L. XIII. p. 618. ἡ δὲ Πύῤῥα κατέσκαπται. H.

x. Arisbe) Ἀρίσβα Straboni, πόλις ἐν Λέσβῳ, L. XIII. p. 590. H.

y. Antiffam) Ἄντισσαν Thucyd. vocat, L. III. p. 183. Plin. L. II. f. 91. *Rurfus*

Agamede *z.* obiit, et Hiera. Reſtant Ereſos *a.*, Pyrrha *b.*, et libera Mytilene *c.*, annis[1] M. D. *cc.* potens. Tota inſula circuitur, vt Iſidorus, [2] CLXVIII. mill. *d.* paſ-

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. annis D. potens Gr.* 2. *Sic et Baſil.* CLXXIII. *Gr.*

ſus abſtulit inſulas mari, iunxitque terris: Antiſſam Lesbo, etc. Hodie *Caſtel Petra.* Antiſſa diruta tranſductos Methymnam Antiſſaeos, auctor eſt Liuius, L. XLV. p. 482. L. Aem. Paulo II. C. Licinio Craſſo Coſſ. A. V. C. DLXXXVI. H.

z. Agamede) Ἀγαμήδη, τόπος περὶ Πύῤῥαν τῆς Λέσβου, inquit Nic. Damaſc. in Excerpt. p. 494. et Stephanus. H.

a. Ereſos) Ereſos Theophraſti patria praeſtantiſſimo et candidiſſimo tritico nobilis, cuius pollinem Mercurius ad Deos ferret, ſi qua farina veſci cuperent. Archeſtratus in Gaſtronomia, ἐν Λέσβῳ κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ λευκότερα χίονος· θεοὶ εἴπερ ἔδουσι ἄλφιτ᾽ ἐκεῖθεν, οἷον Ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει. Ea ratione Delphis olim Ereſii ſtatuam Cereris ἐρμέχου dicarunt. Hadrian. Iun. cap. 4. V. Infamis ea fuit infanda libidine, vnde λεσβιάζειν, vel ore morigari vel capiti illudere, vt φοινικίζειν, ἄῤῥητον μίξιν μίγνυσθαι, a Phoenicum execrandis moribus. Brod. c. 21. II. Hier. Mercurial. var. 13. IV. *Dalec.*

Ereſos) Ἔρεσος, πόλις ἐν Λέσβῳ, Stephano: Straboni, L. XIV. p. 618. Ἐρεσσός. Theophraſti, vt volunt, patria; Hodie *Geremia.* H.

b. Pyrrha) Pyrrhae, quae hauſta mari fuerat, ſuburbium. Strabo l. c. ἡ δὲ Πύῤῥα κατέσκαπται· τὸ δὲ προάστειον οἰκεῖται, καὶ ἔχει λιμένα, etc. H.

c. Libera Mytilene) *Mytilenaeis libertas, in vnius Theophanis gratiam, a Pompeio reſtituta eſt,* inquit Velleius, L. II. n. 18. p. 10. et Plutarch. in Pompeio, p. 641. Nunc *Metelino.* In Nummis Muſei noſtri Pariſ. et apud Spanh. p. 350. et 901. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. H.

cc. Annis MD.) Sic MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. Editi ſolum D. H.

d. CLXVIII. mill.) Artemidorus apud Agathem. L. I. Geogr. c. 5. et Strabo, L. XIII. p. 616. ſtadiis centum ſupra mille ambitum inſulae circumſcribunt, quae ſunt

passuum: vt veteres, cxcv. mill. Montes habet [1]Lepethymnum *e.*, [2]Ordymnum *f.*, Macistum *g.*, Creonem, Olympum. A proxima continente abest VII. M. D. *h.* passuum. Insulae appositae, Sandaleôn *i.*, Leucae *k.* quinque. Ex iis Cydonea, cum fonte calido. Argenussae *l.* ab [3] Aege *m.* IV. mill. pass. distant. Dein [4] Phellusa *n.*, Pedna. Extra Hellespontum aduersa Sigeo litori adiacet Tenedus *o.*, Leucophrys

Ii 4

1. *Lepethymum Gr.* 2. *Ordynum apud Theoph. cap. vlt. lib. III. Histor.* 3. *in M. et Vet. deest.* 4. *Phesula. V.*

sunt passuum millia CXXXVII et D. pass. H.

e. Lepethymnum) Antigon., in Hist. mirab. Λεπέτυμνος. Hodie *Leptimo*, et *le Mont S. Theodore.* H. Locus est c. 17. ap. Antig.

f. Ordymnum) Ὄρδυνον vocat Theophr. L. III. hist. c. 18. H.

g. Macistus etc.) Μάκιστος. Mox Κρέον, Aristoph. in Ranis, Λευκαὶ, περὶ τῶν Κρέων. H.

h. VII. M. D.) Omnino haec mensura cum Strabone congruit, qui L. XIII. p. 616. LX. stadiis interuallum id definit. H.

i. Sandaleon) MSS. libri, et vetustae editiones habent, *Sandalion.* H

k. Leucae) Λευκαὶ albae. Κυδώνεια, cotoneis malis abundans. H.

l. Argenussae) Ἀργινοῦσαι Straboni, L. XII. p. 617. tres exiguae insulae, litori proximae, iuxta Canas, de quibus f. 32. Nunc sunt duae tantum, nec vllius nominis. Harpocration, p. 45. Ἀργινοῦσαι, νῆσοι κείμεναι ἐναντι τῆς Λέσβου, ἀπὸ Ἀργίνου τινός. Arginusas pariter vocat Valer. Max. L. III. c. vlt. p. 189. et Diod. L. XIII. Bibl. p. 217. H.

m. Ab Aege) Quae vna est e quinque iis, quas antea Leucas nominauit. H.

n. Phellusa) A subere, quod gignit, nomen inuenit. Φελλὸς suber est Graecis. Πέδνα deinde, obscurae originis. H

o. Tenedus) Tennin Cycni filium, Neptuni nepotem, cum nouerca Philonome de stupro appellasset, recusantem apud patrem insimulauit, tanquam vim afferre voluisset. Credulus is iuuenem capsa inclusum in mare abiecit, quae Neptuno

cophrys dicta, et Phoenice, et Lyrnessos. Abest a Lesbo LVI. mill. passuum, a Sigeo XII. M. D.

XL. (XXXII.) Impetum deinde sumit Hellespontus, et mare incumbit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abrumpat Europae. Promontorium id appellauimus *p.* [1] Trapezam: ab eo decem mill. pass., Abydum *q.* oppidum, vbi angustiae septem *r.* stadiorum. Deinde Percote *s.* oppidum: et Lampsacum *t.*, antea Pityusa dictum. Parium colonia,

1. *Troeziam. Ch.*

ptuno innocenti, et nepoti propitio, cum Leucophrim delata fuisset, aperta illa, et re cognita, incolae regnum detulerunt, insulam de suo nomine appellarunt, mortuum pro Deo coluerunt. Muret. Var. cap. 12. I. *Dalec.*

Tenedus) Forte a Tene, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habebatur, vt ait Cicero in Verrem. Hodie *Tenedo*, notissima fama insula, vt cecinit Maro, L. II. Aen. Λεύκοφρυς prius appellata, teste Stephano, Suida, et Hesychio, verbo Λεύκοφρυς. Deinde Φοινίκη et Λυρνησσός, eadem nuncupata. H.

p. Appellauimus) S. 33. H.

q. Abydum) Ἄβυδος contra Seston Thraciae posita. Vtrique communis appellatio, *les Dardanelles.* H.

r. Septem stadior.) Siue quod idem est, passuum DCCCLXXV. H.

s. Percote) Περκώτη Hom. Il. β. v. 835. Straboni, L. XIII. p. 590. Arriano, L. de exped. Alex. p. 34. Incolae Περκώσιοι. H.

t. Lampsacum) Hodie *Lampsico.* Graecis Λάμψακος, πόλις Πιτύουσα λεγομένη, inquit Stephanus, vel ob pinuum, πιτύων, multitudinem, vt ait Schol. Arist. in Pluto, p. 62. vel ob thesaurum ibi a Phryxo defossum, vt Schol. Apoll. ad L. I. Argon. v. 933. Θρᾷκες γὰρ τὸν θησαυρὸν πιτύην λέγουσι. Πιτυόεσσαν vocat Plutarch. L. de virtut. mul. p. 255. Vide et Eustath. in Iliad β. p. 355. Distat ab Abydo stadiis CLXX. inquit Strabo, L. XIII. p. 589. hoc est, XXI. M. CCL. pass. Cur Lampsacum vocitatum sit, disces a Mela, L. I. c. 19. et a Plutarch. L. de virt. mul. H.

colonia *u.*, quam Homerus *x.* Adraſtiam appellavit. Oppidum Priapos *y.*, amnis [1] Aeſepus *z.*: Zelia *a.*, Propontis *b.*: ita appellatur, vbi ſe dilatat mare. Flumen Granicum *c.*, Artace *d.* portus, vbi oppidum fuit. Vltra inſula *e.*, quam continenti iunxit Alexander, in qua oppidum Mileſiorum [2] Cyzicum,

1. *Abſepus. M. Aeſapus. Strab.* 2. *duobus pontibus, vt ait Strabo, iuncta eſt continenti. In Priapeis Cyzicos oſtreoſa diuam Proſerpinam frequentat, veneratur, colit, pro cunctis aliis numinibus.*

u. Parium colonia) Πάριον Straboni, L. III. p. 588. et Ptol. L. V. c. 2. Huius coloniae meminit etiam Vlpian. L. L. Dig. tit. 5. De Cenſibus: *In prouincia Aſia,* inquit, *duae ſunt iuris Italici: Troas, et Parium.* H.

x. Homerus) In Catal. Il. β. v. 335. Οἵ δ' Ἀδράϛειαν, τ' εἶχον. Vbi Euſtathius, p. 355. adnotat Ἀδράϛειαν inter Parion et Priapum ſitam fuiſſe: μεταξὺ Πριάπȣ καὶ Παρίȣ τοῦ κατὰ Προποντίδα. Ab Adraſto rege id factum nomen colligimus ex Harpocrat. p. 8. verbo Ἀδρας. H.

y. Priapos) Habet a numine, quod ibi colitur, nomen: Πρίαπος. Thucyd. L. VIII. p. 629. et Strabo, L. XIII. p. 587. Ab ipſo Priapo conditum eſſe ait Schol. Theocriti ad verſ. 21. Idyll. α. H.

z. Aeſepus) Αἴσηπος, Straboni, l. c. Appiano in Mithrid. p. 222. et ante eos Homero, in Catal. v. 331. Nunc *Spiga,* Lampſacum alluit. H.

a. Zelia) Oppidi nomen. Homero, l. c. et Steph. Ζέλεια, πόλις Τρῳάδος. Cyzicenorum ditionis, ex Strabone, p. 583. H.

b. Propontis) Hodie *Mer de Marmora.* H.

c. Granicum) Γρανικὸς ex Ida monte profluens. Strabo, L. XIII. p. 602. Hodie *Lazzarra. Hic primum,* vt ait Mela, L. I. c. 19. *inter Perſas et Alexandrum pugna fuit nobilis.* H.

d. Artace) Ἀρτάκη Straboni, L. XIV. p. 635. poſt Herod. L. V. Terpſ. p. 344. n. 33. Artacii fontis prope Cyzicum, meminit Schol. Apoll. ad L. I. Argon. v. 957. H.

e. Vltra inſula.) Cyzicenorum inſula dicitur Straboni, l. c. ipſaque Κύζικος Mileſiorum colonia appellatur. Quare Miletum Cyzici ſolum

zicum, antea vocitatum [1] Arctonnesos *f.*, et Dolionis *g.*, et [2] Dindymis *h.*, cuius a vertice mons Dindymus. Mox oppida: Placia *i.*, Ariacos *k.*, Scylace, quorum a tergo mons Olympus, [3] Mysius *l.* dictus:

1. *Arconnesos*, *Gr.* 2. *Didymis, cuius a vert. mons Didymus. Ch.* 3. *Sic et Mysus. Man. Moesius Gr.*

solum genitale vocat Velleius, L. II. Continenti annexam gemino ponte Strabo prodidit, L. XII. p. 575. H.

f. Arctonnesos) Hoc est, vrsorum insula. Stephanus, verbo Κύζικος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἄρκτων νῆσος. Et p. 111. Ἄρκτων νῆσος· οὕτως ἡ Κύζικος ἐκαλεῖτο. Mons imminebat oppido, in quo vrsi frequentes: vnde ipsi monti nomen: τὸ Ἄρκτων ὄρος. Auctor Strabo, L. XII. p. 475. H.

g. Dolionis) Hinc Δολίονες apud Strabonem, vocati, qui circa Cyzicum degebant, ab Aesepo amne vsque ad Rhyndacum, et Dascylitidem regionem: atque haec veluti praefectura Δολιονὶς vocabatur. Δολιονία Callimacho; apud Schol. Apoll. ad L. I. Argon. v. 957. Stephanus quoque: Δολίονες, οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες, etc. H.

h. Dindymis) Ab altero monte, qui vrbi proximus Δίνδυμος vocatur etiam a Strabone, p. 575. quo in monte fanum Dindymenes fuit Deorum Matris, ab Argonautis dicatum. Scholiastes Apollonii ad L. I. Argon. v. 985. Δίνδυμον, ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ῥέας. Scholiastes Nicandri in Alexiph. p. 51. Δίδυμον ὄρος ἐν Κυζίκῳ vocat: sed negat ita recte vocari Strabo, l. c. H.

i. Placia) Mela, L. I. c. 19. *Post Cyzicum Placia, et Scylace, paruae Pelasgorum coloniae: quibus a tergo imminet mons Olympus, vt incolae vocant, Mysius. Is flumen Rhyndacum, in ea, quae sequuntur, emittit:* etc. Πλακίη Ionica dialecto, Herodoto, L. I. Clio Stephano, Πλάκη, πόλις Ἑλλησποντία. Incolae Πλακιανοὶ apud Dion. Halic. Ant. Rom. L. I. p. 23. H.

k. Ariacos, etc.) MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. *Ariace, Scylace.* Haec Melae memorata, l. c. Herodot. quoque Σκυλάκη, L. I. Clio, n. 57. p. 31. H.

l. Mysius) Ὄλυμπος Μύσιος, Herod. L. I. Clio, n. 36. p. 15. et Ptol. L. V. c. 1. Potest et *Moesius* scribi. H.

ctus: ciuitas Olympena. Amnes: Horisius *m.*, et Rhyndacus, ante Lycus vocatus. Oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolim *n.*: recipit Maceston *o.*, et plerosque alios, Asiam Bithyniamque distermi-nans. Ea *p.* appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliande, et Strymonis. Hos Homerus *q.* Halizonas dixit, quando praecingitur gens mari. Vrbs fuit immensa Attusa nomine: nunc sunt [1] XII. ciuitates, inter quas Gordiu-come *r.*, quae Iulio-polis

1. *Sic et Cb. XV. Gr.*

m. Horisius etc.) Ὀρίζιος, Ῥύνδακος. Huius meminere Mela, l. c. Scylax, p. 33. aliique. H.

n. Miletopolim) Vnde Miletopolitae dicti, de quibus f. 32. Stephanus: Μιλητούπολις, μεταξὺ Κυζίκε καὶ Βιθυνίας, περὶ τὸν Ῥύνδακον. H.

o. Maceston) Amnem Μάκεςον, Strabo vocat, L. XII. p. 576. aitque per Abrettenam Mysiam fluere, de qua egimus f. 32. H.

p. Ea) Bithynia scilicet. Κρονία, quod se priscos iactarent, et quemadmodum Arcades, προσελήνες. Θέσσαλις, vel a Thessalo rege, vel quod ibi rerum potiti sint aliquando Thessali. Pro *Maliande*, forte *Mariandyne* rescribendum, quae pars Bithyniae fuit, de qua dicemus L. VI. f. 1. In Graeco Chronico ad an. 594. Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος. ἡ τὸ πρὶν Μαριανδύνη καλουμένη, Στρυμονὶς denique ab aliquo insigniore amne, cui Thessali, dum ibi imperitarent Strymonis Thessaliae amnis nomen dederint. Hesychius, Στρυμόνιοι· οἱ Βιθυνοὶ τὸ πρότερον. H.

q. Homerus) Il. β'. v. 856. Αὐτὰρ Ἀλιζώνων. Ephorus apud Steph. p. 63. auctor est Halizones eam regionem obtinuisse, quae inter Mysiam, Cariam, et Lydiam iacet. Paphlagoniae Hesychius adiudicat: minus recte. H.

r. Gordiu-Come) Γορδίου κώμη. Ptol. L. V. c. 1. Ἰελιόπολις. Ex Gordo pago Cleo praedonum dux vrbem condidit, et Iuliopolim nominavit. Auctor Strabo, L. XII. p. 574. Liuio, L. XXXVIII. p. 472. est Gordiu-tichos, Γορδίε τεῖχος. In Concilio Quinisexto, p. 1149. Ἰσίδωρος ἐπίσκοπος Γορδοσέρβων τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας. *Isidorus Episcopus Gordoseruorum ciuitatis, Bithynorum prouinciae.* H.

polis vocatur; et in ora Dascylos *s*. Deinde flumen Gebes *t*.: et intus Helgas oppidum, quae Germanicopolis *u*., alio nomine Booscoete: sicut [1] Apamea *x*., quae nunc [2] Myrlea Colophoniorum: flumen Etheleum, antiquus Troadis finis, et Mysiae initium. Postea sinus *y*., in quo flumen Ascanium *z*.: oppidum Bryllion *a*.: amnes, Hylas, et Cios, cum oppido *b*. eiusdem nominis, quod fuit emporium non

1. Sic per e in Ch. perpetuo leg. Apamia Gr. *2. Myrtea. Ptol.*

s. Dascylos) Ptolemaeo locus est dictus Dascylaeum. *Dalec.*

Dascylos) Mela, L. I. c. 19. *Trans Rhyndacum est Dascylos, et quam Colophonii collocauere, Myrlea.* Δασκύλειον, Straboni, p. 575. Stephano: Δασκύλιον, πρὸς Βιθυνίαν. Dion. Hal. Ant. L. I. p. 38. Γῆ Δασκυλῖτης. In Conc. Quinis. p. 1194. Ἰωάννης ἐπίσκοπος πόλεως Δυσκολίας τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας. Corrige, Δασκυλίας. H.

t. Gebes) MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Gelbes.* H.

u. Germanicopolis) Nummum vidi cum epigraphe. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ. Nomen alterum *Helgas* sermonis barbarici est: tertium *Booscoete*, Graecanici: Βοὸς κοίτη, *Bouis cubile.* In Not. eccl. p. 37. prouinciae Isauriae attribuitur. H.

x. Apamea) Nomen haec habet ab vxore Prusiae regis, qui Hannibalem recepit. Auctor Strabo, L. XII. p. 563. Stephanus, Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν καλουμένη Ἀπάμεια. Colophoniorum coloniam Mela quoque appellat l. c. Cum Plinius *sicut Apamea* dicit, intus quoque positam innuit, vt Germanicopolim; hoc est, a mari seiunctam. H.

y. Postea sinus) Sine nomine. Mela, L. I. c. 19. *Myrlea: Duo sunt inde modici sinus: alter sine nomine Cion, amplectitur, Phrygiae haud longe iacentis opportunissimum emporium: alter, Olbianus.* H.

z. Ascanium) Ἀσκάνιος ποταμὸς, et ab ea dicta Ἀσκανία Φρυγίας, Stephano, p. 122. H.

a. Bryllion) Βρύλλιον Stephano. H.

b. Cum oppido) Mela, l. c. Κῖος, hodie incolis *Chorasia*. Turcis, *Cheris*, a cerasorum copia. Κίου ποταμοῦ ὁμωνύμου meminit Schol. Apollonii, ad L. I. v. 1321. Ἀσκα-

non procul accolentis Phrygiae, a Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiae vocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea [1]dicatur.

XLI. Phrygia Troadi *c.* superiecta, populisque a promontorio Lecto ad flumen Etheleum praedictis, septemtrionali sui parte Galatiae contermina: meridiana Lycaoniae, Pisidiae, Mygdoniaeque: ab oriente Cappadociam attingit. Oppida ibi celeberrima, praeter iam dicta *d.*, Ancyra *e.*, [2] Andria *f.*, [3] Celaenae *g.*, Colossae *h.*, Carina *i.*, [4] Cotyaion *k.*, Cera-

1. *dicetur. V.* 2. *Andira. Steph. Andraca. Ptol.* 3. *Celenae. Gr.* 4. *Cotion. Ch. Cotiaion. Gr.*

Ἀσκανίη Φρυγῶν locus est Homero, Il. β'. v. 863. Nummus Seueri Imp. quem vidimus ap. D. Fontaine Eq. Anglum: AT. KAIC. CEOTHPOC. ΠΕ. *Imp. Caesar Seuerus Pertinax.*)(. CEOTHPOT BACIΛETONTOC O KOCMOC ETTTXEI. H AΦAPΓOT KIANOIC. sic interpretati ei sumus: Σευήρε βασιλεύοντος ὁ κόσμος εὐτυχεῖ. ἡ Ἀσκανία Φρυγίας ἄρερα γόνιμος ὑπάρχει Κιανοῖς. *Seuero imperante felix est Orbis. Ascania Phrygiae tellus fecunda Cianis est.* H.

c. Phrygia Troadi) Transscribunt haec Solinus c. 40. p. 70. et Capella, L. VI. c. de Phrygia, p. 221. H.

d. Praeter iam dicta) Sect. 29. et 30. H.

e. Ancyra) Haec Ancyra Phrygiae, a Galatica longe diuersa, vt animaduertit Strabo, L. XII. p. 567. etsi e duabus vnam Stephanus temere conflare videtur. In Notit. episc. Phrygiae Capatianae, p. 2. Ἄγκυρα, XXIV. locum obtinet. In prou. Galatiae, p. 33. Ἄγκυρα μητρόπολις, primum. Haec Ptolemaeo, L. V. c. 2. Ἄγκυρα Φρυγίας. H.

f. Andria) Ita libri omnes. Caue credas esse τὰ Ἄνδειρα Strabonis et Stephani. Haec enim Aeolidis ciuitas, iuxta Astyren et Pitanen est. H.

g. Celaenae) Κελαιναὶ, vnde transducti Apameam ciues, vt dictum f. 29. De his Arrianus, L. I. de Exped. Alex. p. 79. H.

h. Colossae) Κολοσσαὶ Straboni, L. XII. p. 567. Colossenses Diui Pauli epistola nobilitauit. H.

i. Carina) In Notit. Eccl. p. 49. inter episcopos Phrygiae Capatianae, censetur ὁ Καρίας:

Ceranae *l.*, [1] Conium *m.*, Midaion *n.* Sunt auctores *o.*; transisse ex Europa Mysos, et Brygas, et Thynos, a quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni.

XLII. Simul dicendum videtur et de Galatia, quae superposita, agros maiori ex parte Phrygiae tenet, caputque quondam eius Gordium *p.* Qui partem

1. *Iconium. Gr.*

Καρίας: vnde Caria forte legi apud Plinium praestabilius fuerit. H.

k. Cotyaion) Κοτυάειον πόλις Φρυγίας Straboni, l. c. et Stephano, et Ptol. L. V. c. 2. In nummis est ΚΟΤΙΑΕΩΝ et ΚΟΤΙΑΕΙΣ. H.

l. Ceranae) An Κοιρανή? At in MSS. R. 1. 2. etc. *Cera* tantum legitur. Arbitror esse Κερατάπα, cuius mentio in Not. episc. prou. Phrygiae Capatianae. H.

m. Conium) Κονίον. Vide Not. et Em. N. XCV. (hic adi.) *Conium)* Prius *Iconium* legebatur, quo nomine nullum in Phrygia oppidum apud ceteros scriptores occurrit. At Conii mentio est in Notit. episc. prou. Phrygiae Capatianae, p. 27. Κονίου πόλις. H.

n. Midaion) Μιδαεῖον, πόλις Φρυγίας, Dioni, L. XLIX. p. 403. et Steph. et Ptol. L. V. c. 2. Straboni p. 576. Μιδάϊον. H.

o. Sunt auctores) Quorum, princeps Herod. L. VII. Polym. p. 409. n. 73. Bryges olim Macedonibus finitimi: Thyni, Strymonis accolae fuere, et inde Strymonii appellati, teste eodem Herodoto. Scholiastes Apollonii ad L. II. Argon. v. 462. ait esse Thraciae partem, quae Θυνὶς vocetur. Mida duce, eo videlicet cui asininas aures fabulae dederunt, Brygas in Mysiam transmeasse, atque exigua vocis immutatione Phrygas ibi esse appellatos, auctor est Canon, in Bibl. Photii, cod. CLXXXVI. p. 424. H.

p. Gordium) Haec Midae regia, Stephanus: Γορδίειον, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου, a Gordio Midae patre. Hic Alexander Gordium nodum soluit. Vrbem Sangarius amnis alluebat, teste Arriano, L. I. Exp. p. 80. vbi Γόρδιον oppidum appellat. In nummis, apud Spanh. p. 907. ΓΟΡΔΗΝΩΝ. Liu. L. XXXVIII. p. 474. *Gordium haud magnum quidem oppidum est, sed plusquam*

partem eam insedere *q.* Gallorum, [1] Tolistobogi *r.*, et Voturi, [2] et Ambitui *s.* vocantur: qui Maeoniae et

1. Tolistobogi. Ptol. Tolostobagi. Ch. Tolostobogi. Flor. 2. *Ambiam. Vet. quid igitur si A.*

quam mediterraneum, celebre et frequens emporium: tria maria pari ferme distantia interuallo habet, etc. H.

q. Qui partem eam insedere.) Strabo refert Volscorum Tectosages, cum robore et multitudine hominum valerent, seditione quodam tempore inter eos orta, magnum numerum hominum e finibus suis eiecisse, qui post longos errores in Phrygiam Paphlagoniae et Cappadociae profecti, illis non inuitis, loca illa occuparunt lib. IV. et lib. XII. vbi etiam ducem ipsorum vocat Λεονόριον, quem alii Lomorium, Pausanias fortean Cerethrium, nos Germani, ni fallamur, Leonhardum dicimus. Gentes autem tres tantum numerat Trocmos et Tolistobogos a Ducibus, ac Tectosages ab natione Celtica denominatos, institutaeque reip. commemorat formam. *Dal.*

r. Tolistobogi) Solino, c. 41. p. 71. *Tolistobogi.* Floro, L. I. c. 11. *Tolostobogi.* Ptolemaeo quoque, L. V. c. 4. Τολιςόβογοι. Liu. L. XXXVIII. p. 473. Tolistobogi, cum Trocmis et Tectosagis appellantur, vbi de Gallorum expeditione in Asiam prolixe differit. Strabo quoque, L. XII. p. 566. H.

s. Ambitui) Vide Not. et Em. N. XCVI. (hic adi.) *Tectosagum, Ancyra, Trocmorum Tauium, Tolistobogorum Pesinus.* Destituit memoria Photium, vt arbitror, dum Memnonis scripta redigens in Epitomen, cod. 224. Bibl. p. 721. permutat horum oppidorum sedes: ἐδείμαντο δὲ πόλις, Τρωγμοὶ μὲν Ἄγκυραν, Τολιςοβόγιοι δὲ Ταβίαν, Τεκτόσαγες δὲ Πεσινȣ̃ντα. Nam Plinium vt omittam, ex Strabone et Ptolemaeo constat, vt vidimus, Ancyram esse Tectosagum: Tauium Trocmorum, Tolistobogorum Pesinuntem. Tectosages Ancyranos etiam commemorat nummus antiquus ex aere apud D. Scherard nuper Consulem Anglum Smyrnae: ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ. Quod porro ad haec Galaticarum gentium nomina attinet, solam Tectosagum appellationem a Celtica gente deriuatam esse, qua de egimus, L. V. f. 3.

et Paphlagoniae regionem [1] Trocmi *t*. Praetenditur Cappadocia, a septemtrione et Solis ortu, cuius vberrimam partem occupauere Tectosages, ac Teutobodiaci. Et gentes quidem hae. Populi vero ac tetrarchiae omnes, numero cxcv. Oppida: Tectosagum, Ancyra *u*.: Trocmorum, Tauium *x*.: Tolistobogorum, Pesinûs *y*. Praeter hos celebres, Atta-

1. *Troemi. Ptol. Troemi. Strab.*

s. 3. Strabo admonet, L. XII. p. 566. ceteras a ducibus suis nomen habuisse, cuiusmodi sunt Trocmorum gentes, et Tolistobogorum. Horum ego numero censendos puto, et Voturos, siue Veturos, et Ambituos, quos MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Ambituutos* appellant; vt a ducibus ad gentes eas translata sint ea nomina, nec Celticorum vnquam populorum propria fuerint. Incidimus tamen in MSS. aliquos, in quibus ea vox *Ambitunti* ferme in litura esset; sic tamen vt fraus pateret: superiniectumque ei voci glossema, *Ambiani*. Sed id ab interpolatore aliquo, amore fortassis patriae, factum merito suspicamur; quamquam et in Gelenii editionem vox ea irrepsit. H.

t. *Trocmi*) Stephanus: Τρόκμοι, ἔθνος Γαλατικὸν, ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Τροκμηνοί. Appian. in Syriac. p. 107. Τεκτοσάγαι, Τρόκμοι, Τολιστόβιοι. H.

u. *Ancyra*) Ἄγκυρα μητρόπολις, Ptol. L. V. c. 4. Tectosagum oppidum Straboni, L. XII. p. 567. Galatiae metropolis, in Not. eccl. A Phrygiaca, de qua superius, diuersa. Ab Augusto Caesare conditam, Deiotaro rege deuicto, prodidit Tzetzes Chil. I. v. 132. Nunc *Angouri*. Vide Not. et Em. N. XCVI. H. Vide supra, p. 511. l. s.

x. *Tauium*) Ταούιον in Trocmis, Ptol. L. V. c. 4. et Straboni, L. XII. p. 567. In Not. eccl. p. 33. Ταβία. Stephano, Ταυία. H.

y. *Pesinûs*) Πεσσινοῦς in Tolistobogis, Ptol. l. c. In Not. eccl. prou. Galatiae Salutaris, p. 33. Πισινοῦς. De vocis originatione, vide Ammian. L. XXII. p. 219. H.

Attalenses z., [1] Arasenses a., [2] Comenses b., Dioshieronitae c., Lystreni d., Neapolitani e., Oeandenses, Seleucenses f., Sebasteni g., Timoniacenses h., [1] The-

1. *Alassenses. Ch.* 2. *Commenses, Didyenses, Hieronenses. V. et M. et Ch.*

z. *Attalenses*) Forte *Adadenses:* ab Ἄδαδα Pisidiae mediterraneo oppido, ap. Ptol. L. V. c. 5. et in Not. eccl. p. 29. H.

a. *Arasenses*) Vel ab Ἄραζος, quae Stephano vrbs in Ponto dicitur: vel ab oppido, quod in Not. eccl. prou. Isauriae, p. 37. Δαρασὸς perperam scribitur, pro Ἀρασὸς. Pisidiae tribui videtur ab Artemidoro, ap. Strab. L. XII. p. 570. H.

b. *Comenses*) Rectius *Chomenses.* A Choma mediterraneo Lyciae oppido, de quo egimus, f. 28. H.

c. *Dioshieronitae*) Vide Not. et Em. N. XCVII. (hic pos.) *Dioshieronitae*) Sic Froben. veterem lectionem pessumdedit, tum MSS. codicum, tum edit. Parmens. et ceterarum, in quibus legitur, *Didyenses, Hieronenses.* In R. 1. *Hierorenses.* De Didyensibus nihil habemus sane comperti. Nisi forte Dictienses legi placet, quoniam Galatarum Tectosagum Δικτὶς oppidum fuisse dicitur apud Ptol. L. V. c. 4. At pro *Hierorenses* scribi oportere *Aeorienses,* nihil propemodum dubitamus: quod in Not. eccl. prou. Galatiae Salutaris, p. 33. Αἰώριον legitur. Sane ἀναλογίας ratio Dioshieronitas dici non patitur, sed a Διὸς ἱερὸν, Dioshieritas, vt alibi vidimus. H.

d. *Lystreni*) Ab oppido cuius meminit Paul. 2. Tim. III. 11. et saepius Lucas in Actis, qui et Lystrani, et plurali numero Lystris habet. H.

e. *Neapolitani*) Quorum oppidum Νεάπολις in Not. Eccl. prou. Isauriae, p. 37. Oenandenses pro Oenoandenses perperam scriptum existimo: est enim Oenoanda, vt diximus, f. 28. Cabaliae oppidum, quae Galatiae, vt mox dicetur, contributa fuit. H.

f. *Seleucenses*) A Seleucia Pisidiae, Phrygiae alias contributa, vt ait Ptol. L. V. c. 5. H.

g. *Sebasteni*) De quibus Gruteri inscriptio p. 427. si tamen est genuina: Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ ϹΕΒΑϹΤΗΝΩΝ ΤΕΚΤΟϹΑΓΩΝ. H.

h. *Timoniacenses*) Τιμώνιον, φρούριον Παφλαγονίας, inquit,

[1] Thebaseni *i.* Attingit Galatia et [2] Pamphyliae [3] Cabaliam *k.*: et Milyas *l.*, qui circa Barin sunt, et [4] Cyllanticum *m.*, et [5] Oroandicum Pisidiae tractum. Item Lycaoniae partem Obigenen. Flumina sunt in ea, praeter iam dicta *n.*, Sangarium, et Gallus *o.*, a quo nomen traxere Matris Deûm sacerdotes.

XLIII. Nunc reliqua in ora, a Cio intus in Bithynia Prusa *p.*, ab Hannibale *q.* sub Olympo condita:

1. Tarbaseni. V. Tebaseni Gr. 2. Pamphilia. Ch. 3. Sic Basil. et V. Gabaliam. Gr. 4. Cyllanicum. Ch. 5. Crondicum. V.

inquit Stephanus: nempe in ea Paphlagoniae parte, quam Bithyniae confinem esse ait Strabo, L. XII. p. 562. et Τιμωνίτην vocat. H.

i. Thebaseni) Ab oppido Lycaoniae Θέβασα, de quo diximus, §. 25. H.

k. Cabaliam) Quae Καρβαλία Pamphyliae pars appellatur a Ptolem. L. V. c. 5. H.

l. Et Milyas) De his egimus, §. 25. Βάρις est Pisidiae oppidum mediterraneum, Galatiae vicinum, apud Ptol. l. c. et in Not. eccl. Prou. Pisidiae, p. 29. H.

m. Cyllanticum) MSS. *Cyllanicum.* Oroandicum vero tractum Isauriae Ptolem. adiudicat, L. V. c. 4. De oppido, vnde Oroandico tractui nomen, dictum est superius, §. 24. H.

n. Praeter iam dicta) Caystrum, Rhyndacum, Cion, etc. De Sangario dicemus, L. VI. c. 1. H.

o. Et Gallus, etc.) Ita Martianus, L. IV. c. de Phrygia, p. 221. *Galli qui vocantur Matris Magnae Comites, dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, vt se priuent virilitatis parte etc.* Vide etiam Stephanum, verbo Γάλλος. H.

p. Prusa) Προῦσα ἡ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ, Ptol. L. V. c. 1. Nunc *Bursia.* H.

q. Ab Hannibale) Operi fortasse is praefuit, dum apud Prusiam regem versaretur, qui eum patria profugum excepit hospitio. A Prusia ipso Nicomedis filio conditam scribit Tzetzes, Chil. III. hist. 143. v. 963. Οὗτος ὁ τοῦ μονώδοιτος τοῦτου πατὴρ Προυσίου τοῦ κτήτορος τῆς πόλεως Προύσης, τῆς παρ' Ὀλύμπῳ Ὁ Νικομήδης, etc. H.

ta: inde Nicaeam r. xxv. mill. pass. interueniente Ascanio lacu. Deinde Nicaea in vltimo Ascanio sinu, quae prius Olbia: et Prusa s. item altera sub [1] Hypio [2] monte. Fuere Pythopolis t., Partheno-

1. *Hippio, Gr.* 2. *Fluuio vel flumine. ex Ptol.*

r. *Inde Nicaeam)* Hodie *Isnich.* Νικαία Ptol. L. V. c. 1. et Straboni, L. XII. p. 565. ad Ascaniam paludem, ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ. Recte hic geminam a Plinio Nicaeam designari Surita vidit in Notis ad Anton. Altera semota a mari est, ad quam a Prusa XXV. pass. millia numerantur, Ascanio interueniente lacu, quem ab oculatis testibus accepimus, toto vnius diei itinere a mari abesse: hodie *Lago di Nicea.* Haec Concilio I. Generali notissima. Altera in ora, de qua deinde Plinius: Ptolemaeo, L. V. c. 1. Ὀλβία appellatur. Prioris Nicaeae nummi sunt plurimi, ab Augusto ad Gallienum. In nullo tamen metropolis appellatur. Domitiani Imp. nummus inscriptus, ΝΙΚΑΕΙϹ ΠΡΩΤΟΙ ΤΗϹ ΕΠΑΡΧΙΑϹ. *Niceenses primi prouinciae,* non primatum asserit Nicaeensibus, quamquam Dio Prusaeus sic intellexisse praue videtur: sed Nicaeenses docet, primos prouinciae Ioui litasse pro salute Domitiani. Nam id docet adiecta in nummo ara, cum titulo: ΔΙΟϹ ΑΓΟΡΑΙΟΥ: est ex aere in Thesauro Regio. *Iouis, qui Fori Custos et Praeses est.* H.

s. *Et Prusa item altera)* Sicut gemina, inquit, ibi Nicaea, sic et Prusa gemina. In nummo Diadumeni, e cimelio nostro Parisiensi, ΠΡΟΥϹΙΕΩΝ ΠΡΟϹ ΥΠΙΩ. Montem Plinius vocat, amnem Ptolem. L. V. c. 1. Προῦσα πρὸς τῷ Ὑπίῳ ποτ. falso: nisi forte ex eo monte amnis cognominis fluat. Sic in Actis Latinis Concil. Nic. p. 54. subscribit *Hesychius Prusensis, iuxta Hypium fluuium.* Haec Straboni, L. XII. p. 563. Προῦσιας dicitur: in nummis antiquis etiam ΠΡΟΥϹΙΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟϹ ΘΑΛΑϹϹΑΝ, *Prusiensium, qui sunt ad mare.* H.

t. *Pythopolis)* Πυθόπολις, Menecrati, qui historiam Nicaeae Bithynicae scripsit, vt auctor est Plutarchus in Theseo, p. 12. H.

polis, Coryphanta. Sunt in ora amnes, Aesius *u.*, Bryazon, Platanеus, Areus, [1] Aesyros, Gendos, qui et Chrysorrhoas. Promontorium, in quo [2] Megarice *x.* oppidum fuit. [3] Vnde Craspedites *y.* sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat. Fuit et Astacum *z.*, vnde et ex eo Astacenus *a.* idem sinus. Fuit et Libyssa *b.* oppidum, vbi nunc Hannibalis *c.* tantum tumulus. Est in intimo sinu Nico-

1. *Sic Ch. Siros, Gr.* 2. *Megaricon. Steph.* 3. *Sic Ch. Inde Gr.*

u. Aesius, etc.) Αἴσιος, Βρύαζων, Πλατανεὺς, Ἄρειος, Αἴσυρος, etc. Bryazonti alterum nomen Olachas diceumus fuisse, vt dicemus L. XXXI. S. 18. H.

x. Megarice) Stephanus: Μεγαρικὰν πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν, oppidulum, quod inter Bithynorum vrbes numeratur. Megarenses certe hanc oram tenuisse, testis est Mela, L. I. c. 19. et Strabo, L. XII. p. 563. Vterque enim Astacon ipsam a Megarensibus conditam scribit. Promontorio nomen est hodie, *Capo Fagona*, vt aiunt. H.

y. Craspedites) Idem Olbianus Melae dicitur, L. I. c. 19. ab Olbia oppido, de quo supra. Est autem Graecis κράσπεδον, quod Latinis fimbria, siue lacinia. Translate vero tum litoris margo, tum veluti limbi et extremae montium orae ac radices κράσπεδα appellantur: quod laciniarum recessibus ac prominentiis similitudinem referunt. H.

z. Astacum) Ἀςακὸς Straboni, L. XII. p. 563. a Lysimacho deleta. Vide et Pausan. in Eliac. prior. siue L. V. p. 310. H.

a. Astacenus) *Le Golfe de Comidia*, ab vrbe Nicomediensi. H.

b. Libyssa) Stephanus: Λίβυσσα, Φρέριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον, castellum maritimum. Nunc *Gebise*, vt credi vulgo Busbequius asseuerat, cap. I. p. 30. H.

c. Vbi nunc Hannibalis) Referunt id quoque Plutarch. in Flaminio, p. 380. Appianus, in Syriac. p. 92. Ammian. L. XXII. p. 219. Eutropius, L. II. p. 766. Martian. L. VI. c. de Phrygia, p. 221. et Solin. c. 42. p. 72. Etiamnum superesse hunc Hannibalis tumulum, testis est oculatus Petrus Bellonius, L. I. de admir. oper. ant. c. 33 H.

Nicomedia *d.* Bithyniae praeclara. Leucatas *e.* promontorium, quo includitur Astacenus sinus, a Nicomedia [1] XXXVII. M. D. Rursusque coëuntibus terris angustiae *f.* pertinentes vsque ad Bosphorum Thracium. In iis Chalcedon *g.* libera, [2] a Nicomedia *h.* LXII. D. Procerastis antea dicta, dein *i.* [3] Colpusa, postea

Kk 3

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* LXII. *Ch.* XLII. *Gr.* 2. *Man. leg.* a Nicemedia. LXXXII. M. D. *pass. Cerastis antea dicta, dein Colpoessa. Ch. exemp.* XXXVII. M. D. *pass. Cerastis antea dicta; dein Colposa.* LXXII. *quoque Gr. et Al.* 3. *Compusa Gr. et Al.*

d. Nicomedia) Νικομήδεια, hodieque *Comidia.* H.

e. Leucatas) Idem Ptol. L. V. c. 1. Ἀκρίτας. H.

f. Angustiae) Le Canal de la Mer Noire. H.

g. Calchedon) Stephanus verbo Καρχηδὼν, Χαλκηδὼν τῆς Βιθυνίας διὰ τȣ̃ λ. κ. Tamen nummi veteres, cuiusmodi est eximius Caracallae, in Parisiensi nostro Museo, ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ. Alteritem Traiani, apud Patin. p. 186. atque ita constanter omnia vetustiora paulo monumenta. Hodie Graecis *Chalcedona*: Turcis *Kadikioi.* A ciuitate *Scutari*, tribus passuum millibus distat. H.

h. A Nicomedia, LXXII. M. d. Procerastis ante dicta.) Legendum reor, *A Nicomedia LXXII. M. d. pass. Cerastis ante dicta.* Nam ut coniicio, pro litera p. passus significante, imperiti librarii aut correctores *pro* scripserunt, sequenti verbo *Cerastis* adiungentes. Dicta autem sic Chalcedon, forte propter frequentiam promontoriorum, seu cubitorum in pontum excurrentium. Etenim Cyprum ob eandem causam Cerastin dictam esse a Philonide supra meminit hoc ipso volumine, cap. 31. *Pint.*

Procerastis) Προκεραςὶς, idcirco, opinor, quod ex aduerso sit posita illius promontorii, in quo Byzantium est conditum: cui promontorio Chrysoceras nomen fuit, vt dictum est L. IV. S. 18. H.

i. Dein Compusa) vtrumque exemplar *Colposa legit,* non *Compusa.* Scribendum puto *Colpoessa* hoc est sinuosa: quod optime quadrat cum praecedenti nomine Cerastis, ad multa namque promontoria multi sinus consequantur necesse est, *Pint.*

Colpusa) Ita MSS. omnes: non Compusa. Κολπόεσσα, con-

postea [1] Coecorum *k.* oppidum; quod locum eligere nescissent, septem stadiis [2] distante Byzantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Ceterum intus in Bithynia colonia Apamena *l.*, Agrippenses, Iuliopolitae, [3] Bithynion *m.* Flumina *n.*: Syrium, Lapsias, [4] Pharmacias, Alces, Crynis, [5] Lilaeus, Scopius, Hieras, qui Bithyniam et Galatiam disterminat. Vltra Chalcedona Chrysopolis *o.* fuit. Deinde Nicopolis, a qua nomen etiamnum sinus retinet: in

1. *Caecorum Gr.* 2. *distans a. V.* 3 *Sic Ch.* 4. *Pharmicas Gr.* 5. *Lylaeus Gr.*

contracte Κολπῶσα, sinuosam significat, H.

k. Coecorum) Vide, quae dicturi sumus, L. IX. S. 20. De egregio Byzantii situ, multa Polybius, L. IV. p. 425 et 433. Tacit. quoque, Annal. L. XII. p. 191. H.

l. Apamena) Siue Myrlea, de qua superius S. 40. vbi et de Iuliopoli egimus, vnde Iuliopolitae dicti. In nummis antiquis, ΙΟΥΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. De Apamea, Vlpian. Dig. L. L. tit. 5. de Censibus: *Est et in Bithynia colonia Apamena.* H.

m. Bithynion) Βιθύνιον Straboni, L. XII. p. 505. in mediterraneis Bithyniae vrbibus. Ptol. L. V. c. 1. Κλαυδιόπολις, ἡ καὶ Βιθύνιον. Haec Antinoi patria qui Hadriani Aug. ex concubina filius. Nummos ipsius honori percussos alibi exposuimus: sed ex his vnus est diligentius explicandus, qui est ex aere maximo in Gaza Regia. ΑΝΤΙΝΟΟΝ ΘΕΟΝ Η ΠΑΤΡΙΣ Capite Antinoi nudo. *Diuum Antinoum sua patria veneratur.*)(. ΒΕΙΘΥΝΙΕΩΝ ΑΔΡΙΑΝΕΩΝ. *Bithyniensium, qui et Hadrianenses cognominantur, nummus.* Bithyniensis capite nudo, pateram tenet, ante palmam, indicemque victoriae ab Antinoo relatae. Post Bithyniensem bos est, prona ceruice, vt victima mox immolanda animae Antinoi sideribus (vt credi volebant) receptae: id quod stella notat superne fulgens. Me pudet eorum, qui hic Endymionem cogitant, et sidus pro Luna accipiunt. H.

n. Flumina) Omnia ea ceteris scriptoribus cognita. H.

o. Chrysopolis) Χρυσόπολις, πλησίον Χαλκηδόνος Stephano: apud quem et Νικόπο-

in quo portus Amyci *p.*: [1] deinde Naulochum *q.* promontorium: Estiae *r.* templum Neptuni. Bosphorus D. pass. interuallo Asiam Europae iterum auferens, abest a Chalcedone XII. mill. D. pass. Inde fauces primae VIII. mill. [2] DCCL. pass., vbi [3] Phinopolis *s.* oppidum fuit. Tenent oram *t.* omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiae est, populorumque CCLXXXII. qui ad eum locum a sinu [4] Lyciae *u.* numerantur. Spatium Hellesponti et Proponti-

1. *Neulochos. Pint. ex Strab. lib.* VII. 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. conf. Ch.* CCL. *Gr.* 3. *Sphyropolis. V. alii Bosphoropolis.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. V. M. Lydiae Gr. et Al. A fine Lydiae, ed. Elzeu.*

κόπολις Βιθυνίας legitur, hodie *Scutari.* H.

p. In quo portus Amyci.) Is fuit Bebricum rex, pugil eximius a Polluce in eo certamine victus et occisus, cum Argonautas hospitio prohiberet. *Gelen.*

Portus Amyci) Bebrycum Regis. Plin. L. XVI. s. 89. In Ponto *portus est Amyci, Bebrycum rege interfecto clarus*: etc. Vide Seru. in illud Aen. L. V. v. 225. -- *Qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. H.*

q. Naulochum) Ναύλοχος, statio nauium est. H.

r. Estia) Ἑςία promontorii nomen esse videtur, quod simile ei sit, cui sedem in opposita Bosphori Thracii ripa statuit Polyb. L. IV. p. 433. τὰ περὶ τὰς Ἑςίας ἄκρα καλέμενα τῆς Εὐρώπης. Ei loco nomen est hodie *Algiro.* Ibi templum Neptuno Timosthenes: ceteri scriptores, Diis duodecim dicatum aiunt: Mela, L. I. c. 9. Ioui. H.

s. Phinopolis) A Phineo fabulis notissimo. At codd. MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Spiropolis*, multo sincerius: nam Phinopolin in Europa diximus, L. IV. s. 18. H.

t. Tenent oram, etc.) Consentit Eustath. fere, in Dionys. v. 795. p. 105. H.

u. A sinu Lyciae) De quo s. 28. *Vltra, par sinus priori. Ibi Pinara, et quae Lyciam finit, Telmessus* —— *A Telmesso Asiaticum mare, et quae proprie vocatur Asia.* Neque enim Lycia, vt diximus, Ciliciaue, aut Cappadocia, Asiae propriae nomine censebatur. H.

pontidis ad Bosphorum [1] Thracium esse CCXXXIIII. mill. pass. diximus *x*. A Chalcedone Sigeum Isidorus [2] CCCXXII. M. D. p. tradit.

XLIV. Insulae in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus *y*., vnde Cyzicenum marmor: eadem Neuris

1. *Thracium esse etc. Ch. Thracium* CLXXXVIII. *Gr. et Al. omisso esse.* 2. *Sic et Ch.* CCCLXII. *Gr. et Al.*

x. Diximus) L. IV. s. 24. Vide Not. et Em. N. XCVIII. (hic adi.) CCXXXVIIII. *mill. pass. diximus)* Libro nimirum quarto, vt monuimus, s. 24. his verbis: *Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX. mill. passuum.* Sic enim eo loci animaduertimus maximo consensu codices omnes MSS. impressosque, Martianumque ipsum, Plinii transscriptorem, scribere. Quamobrem praepostera huius numeri lectio hoc loco, CLXXXIX. quae hactenus in libris impressis obtinuit, centenarii nota perperam in quinquagenarium detorta, a nobis merito animaduersa, emendataque est. H.

y. Elaphonnesus) Ἐλαφόννησος, Scylaci, p. 33. Vide Not. et Em. N. XCIX. (hic adi.) *Elaphonnesus)* Scylax, p. 33. a Plinio diffidere prima facie videtur: nam Proconnesum ab Elaphonneso diuersam facit. Circa Cyzicum, inquit, νῆσός ἐςι καὶ πόλις Προκόννησος, καὶ ἑτέρα νῆσος Ἐλαφέννησος - - γεωργῦσι δ' αὐτὴν Προκοννήσιοι. *Proconnesus insula cum oppido, aliaque praeterea insula Elaphonnesus, commodo instructa portu: huius agrum colunt Proconnesii.* Sed nodum soluit Strabo, geminam Proconnesum agnoscens, L. XIII. p. 588. nouam ac veterem, modico forte euripo ambas inter se discretas: nomine alioqui similes: nam appellationis ratio par, πρὼξ enim et ἔλαφος, ceruini generis animalia significat, quibus ea insula videtur fuisse referta. Docet id pluribus Apollonii Scholiastes, ad L. II. Argonaut. v. 279. cuius verbis huic libro coronidem imponere, operae sane pretium fuerit. Διονύσιος δέ φησιν ὁ Ἀθηναῖος, inquit, ἐν ταῖς κυήσεσι τὰς ἐλάφους λέγεσθαι πρόκας. ὅθεν καὶ Προκόννησος· ἐπεὶ καὶ ἐν ταύτῃ πληθύουσιν ἔλαφοι - - - οἱ δὲ Προχόννησον ἐτυμολογῦσι, καθὸ πρότερον οὖσα νῆσος προσεχώθη. Cum prius esset

Neuris z. et Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa a., Acanthus, Phoebe, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido. Delphacia, Polydora, Artacaeon cum oppido. Est et contra Nicomediam Demonnesos b. Item vltra Heracleam bb. aduersa Bithyniae [1] Thynias c., quam barbari Bithyniam vocant. Est et [2] Antiochia; et contra fauces Rhyndaci [3] Besbicos d. decem et octo mil. circuitu. Est

Kk 5 et

1. *Thynnias Gr. et Al.* 2. *Antipchiae. M. V.* 3. *Berbicos. Cb.*

esset insula, aggesto solo alteri insulae, n e m p e Elaphonneso, annexa est: vnde eadem Proconnesus quibusdam est, quae Elaphonnesus: ὑπό τινων δὲ Προκόννησος καὶ Ἐλαφόννησος ἐκλήθη. Φιλήτας δέ φησιν Πρόκας λέγεσθαι τὰς ἐλάφȣς τὰς πρώτως τικτȣ́σας, οἷον πρωτοτόκȣς. Sunt igitur πρόκες, ceruae primiparae. Sed et cum eadem Elaphonnesos et Neuris vocitata fuisse dicatur: apparet Νεβρὶς a Stephano scribi oportuisse, ab hinnulis: non vt scripsit imperite, Νευρίς. Est enim νεβρὸς *hinnulus*, vt ἔλαφος *ceruus*. H.

z. *Neuris*) Νευρὶς, et Προκόννησος. Νευρὶς et Προχώνη apud Stephanum, cognomina sunt Ἁλώνης insulae: sed hallucinari probe hominem puto. H.

a. *Ophiusa etc.*) Ὀφιοῦσα, Ἄκανθος, Φοίβη, Σκόπελος, Πορφυριώνη, Ἁλώνη, Δελφακία, Πολυδώρα. De hac postrema Stephanus: Πολυδώρα, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ. H.

b. *Demonnesos*) Stephanus: Δημόνησος, περὶ Χαλκήδονα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσȣ τινος. H

bb. *Vltra Heracleam*) De qua Libro sq. s. 1. H.

c. *Thynias*) Stephanus: Θυνιὰς, νῆσος, πρὸς τῷ ςόματι τȣ̃ Πόντȣ. De ea Schol. Apollonii ad L. II. Argon. v. 178. Ἔςι δὲ καὶ ἑτέρα Βιθυνία, νῆσος μετὰ τὸν Πόντον, ἐν ᾗ ἐςιν Ἀπόλλωνος ἱερόν. Et idcirco Apollonia Thynias vocabatur, vt dicemus L. VI. s. 13. Mela, L. II. c. 7. *Thynias — — quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant.* H.

d. *Besbicos*) Straboni, L. XII. p. 577. et Stephano: Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον. H.

et Elaea *e.*, et duae [1] Rhoduſſae, [2] Erebinthodes, Megale, Chalcitis, Pityodes.

1. *Rhodiuſſae.* *V.* 2. *Erebinthus*, *Magale*, *Gr.* *et Al.*

e. Eſt et Elaea et duae Rhodiuſſae, Erebinthus, Megale, Chalcitis.) Scribendum, *Rhoduſſae* non *Rhodiuſſae*, vt admonuimus. Item *Erebinthodes* oſtentant duo ſcripta exemplaria eximie, hoc eſt Ciceraria, vt quod ſtatim ſequitur, *Pityodes*, id eſt, Pinaria. Videtur quoque ſcribendum potius *Calcetis*, quam *Chalcitis*, ex Stephano in dictione Chalcedon. *Pintian.*

Elaea) Ἐλαία, ab olea: Ῥοδοῦσσαι, a roſarum copia: Ἐρεβινθώδης, a cicerum vbere prouentu: Μεγάλη, magna: Χαλκῖτις, cuius Stephanus meminit, aeraria: Πιτυώδης, pinaria. Heſychio, p. 244. Χαλκῖτις et Πιτυῦσσα communi vocabulo Δημόννησοι appellantur. Num vero pro *Erebinthus*, vel *Erebinthodes*, legi oporteat *Terebinthos*, quo nomine inſulam circa Byzantium agnoſcunt Nicetas, Zonaras, aliique, amplius conſiderandum. H.

C. PLINII

C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER VI.

I. Pontus *a.* Euxinus, antea ab inhoſpitali feritate Axenos *b.* [1] appellatus, peculiari inuidia naturae ſine vllo fine indulgentis *c.* auiditati maris, et ipſe [2] inter Europam Aſiamque funditur. Non fuerat ſatis oceano ambiſſe terras, et partem earum *d.* aucta

1. *appellatus eſt, pecul. Ch.* 2. *In Europam. Pintet.*

a. Pontus Euxinus antea ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus eſt, etc.) Ex caeſo vno, duo facta ſunt, falſa interpoſitione ſubſtantiui verbi *eſt*, quod in neutro habetur ſcriptorum exemplarium. Legendum igitur: *Pontus Euxinus, ante ab inhoſpitali feritate Axenos appellatus, peculiari inuidia naturae, ſine vllo fine indulgentis auiditati maris, et ipſe in Europam Aſiamque funditur.* Pint.

b. Axenos) Auctor Peripli Ponti Euxini, p. 13. *τὸν Πόντον τὸν πρὶν Ἄξενον λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν βαρβάρων*, etc. Vide quae diximus, L. IV. ſ. 24. H.

c. Indulgentis) Rapacitati maris tanta ſubinde terrarum ſpatia abſorbenda et obtegenda permittentis. H.

d. Et partem earum aucta immanitate abſtuliſſe.) Exemplar Salmanticenſe et fere Toletanum, *inanitate*, legunt: non *immanitate*, quod et melius. Eſt enim familiare Plinio, quae non habitantur, *inania* appellare. *Pint.*

Aucta inanitate) Aucto vehementer eo ſpatio, quod incoli iam propter aquarum illuuionem non poteſt. Vide Not. et Em. N. I. (hic poſt.) *Aucta inanitate)* Ita MSS. omnes: editi perperam, *aucta immanitate:* eſt enim familiare Plinio, vt obſeruauit ante nos Pintianus, quae non habitentur, ea inania appellare. H.

aucta [1] inanitate abstulisse: non irrupisse fractis montibus, Calpeque Africae auulsa *e.* tanto maiora absorbuisse, quam reliquerit, spatia: non per Hellespontum Propontida infudisse, iterum terris deuoratis: a Bosphoro quoque in aliam vastitatem *f.* panditur nulla satietate, donec exspatianti [2] lacus Maeotii rapinam suam iungant *g.* Inuitis hoc accidisse terris, indicio sunt tot angustiae, atque tam parua naturae repugnantis interualla, ad Hellespontum octingentorum *h.* [3] septuaginta quinque passuum: ad Bosphoros *i.* duos, vel bubus meabili transitu: vnde nomen ambobus, [4] et iam quaedam in dissociatione germanitas concors. Alitum quippe cantus, canumque latratus inuicem audiuntur *k.*: vocis etiam humanae commercia, inter duos orbes [5] manente collo-

1. *Vide M. Turnebus c. 19. lib.* XII. *Aduers. immanitate Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. emend. Hard. lacus Moeotis rapinam suam iungat. Basil. lacus a Maeoti rapinam Gr. et Al.* 3. XXV. *Ch.* 4. *etiam quaedam. Ch. et tanquam Gr. et Al.* 5. *manante: alii meante, vt mox ante, vel bubus meabili transitu. Pint.*

e. Calpeque Africae auulsa.) Legendum puto, *Calpeque Abylae auulsa.* Alioqui dicendum videbatur *Europaque Africae auulsa.* Pint.

f. In aliam vastitatem) In vastissimum mare, quod Pontum Euxinum vocant. H.

g. Iungant) Per fretum Cimmerium suas aquas misceant, quae terras sorbent. H.

h. Octingentorum, etc.) Siue, quod idem est, septem stadiorum interuallo, vt dictum est L. IV. s. 18. aliasque saepius. H.

i. Bosphoros) Thracium, Cimmeriumque. Graecis βόσπορος, a bouis transitu, propter freti angustias. H.

k. Inuicem audiuntur) Ab vtroque litore. H.

colloquio, nisi cum id ipsum auferunt venti. Mensuram Ponti a Bosphoro ad Maeotium lacum quidam fecere XIV triginta *l.* octo mill. [1] passuum. Eratosthenes centum minorem *m.* Agrippa a Chalcedone ad Phasin X. mill. *n.* Inde Bosphorum Cimmerium trecenta sexaginta mill. Nos interualla generatim ponemus comperta in nostro aeuo, quando etiam in ipso ore *o.* Cimmerio pugnatum est. Ergo a faucibus *p.* Bosphori est amnis Rhebas *q.*, quem aliqui Rhesum *r.* dixerunt. Deinde [2] Psillis *s.*, portus

1. *Sic et Ch. Gron. et Al. addunt D.* 2. *Syris Ch.*

l. XIV. triginta) Hoc est, quatuordecies centenûm, ac triginta et octo mill. pass. H.

m. Centum minorem) Hoc est centum millibus passuum minorem facit mensuram, vt sint tantum millia pass. omnino tredecies centena ac triginta octo. H.

n. X. mill.) Hoc est, decies centena passuum millia. Strabo enim L. XII. p. 548. a fano Chalcedonio, vsque ad Phasin nauigationem ait obtinere stadiorum millia octo, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ μέχρι Φάσιδος περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους εἰσίν. Quamobrem Agrippae et Strabonis mensura fere cum Eratosthenica congruit. H.

o. In ipso ore) In mensura definienda angustiarum Cimmerii freti. H.

p. Ergo a faucibus) Haec Solinus, c. 43. p. 72. et Martian. L. VI. c. de Phrygia, p. 221. H.

q. Rhebas) Ῥήβας, Arriano in Periplo: Stephano, Scylaci, p. 32. Festus Auienus, in descript. orbis, v. 974. *Rhebas, argento similem qui porrigit vndam, Rhebas, cyanei qui disiicit aequora Ponti.* H.

r. Aliqui Rhesum) Ita Solinus et Martianus. Sed vereor magnopere, ne ii qui Rhesum hunc vocarunt, Ῥῆσον Homericum, de quo Strabo, L. XIII. p. 602. quem Ida mons effundit, affinitate vocis, cum Rheba confuderint. H.

s. Psillis) Ψίλλις, Ptol. L. V. c. 1., Ψίλλις, Straboni, L. XII. p. 543. ceteris Ψίλις. H.

tus Calpas *t.*, [1] Sagaris fluuius *u.* ex inclytis: Oritur in Phrygia *x.*, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium *y.* et Gallum *z.*: Idem Sangarius a plerisque [2] dictus: a quo incipiunt *a.* [3] Mariandyni sinus,

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. Ouid. IV. de Ponto: Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Cratesque. Sangaris. Tol. Ch. Sangarius, Gr. et Al.* 2. *dictus Coralius: a quo etc. Al. dictus: Coralius, a quo etc. Gr.* 3. *Mariandrini. Ch. Maryandini sinus, Gr. et Al.*

t. Portus Calpas.) Stephano, p. 347. Κάλπη λιμήν. Et Arriano item in Periplo ex Xenoph. A cognomine vt apparet, amne influente, portui nomen inditum. Meminit amnis illius Strabo, cum Psillide et Sangario, l. c. Item Ptolemaeus. H.

u. Sangarius fluuius ex inclytis. Oritur in Phrygia, accipit, etc.) Legend. *Sagaris fluuius ex inclytis oritur in Phrygia, accipit vastos amnes, inter quos Tembrogium et Gallum, idem Sangarius a plerisque dictus, a quo incipiunt Mariandinus sinus, oppidumque Heraclea, Lyco flumini adpositum.* Vide Salm. p. 880. b. et 881. a.

Sangarius) Solinus, l. c. *Sagaris fluuius, dictusque a plerisque Sangarius.* Strabo, l. c. Σαγγάριος. Sagaris hodieque appellatio esse in vsu dicitur apud indigenas. H.

x. In Phrygia) Stadiis circiter CL. a Pesinunte. H.

y. Tembrogium) Qui Liuio Thymbres, L. XXXVIII. p. 474. *Sangarius*, inquit, *ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Thymbreti fluuio. Inde maior iam geminatis aquis per Bithyniam fertur, etc.* Vide Not. et Em. N. II. (hic pos.) *Tembrogium)* Non is est Θύμβριος de quo Strabo, L. XIII. p. 598. vt perperam Ortelius censuit. Is enim Troianus amnis est in Scamandrum influens per campum sibi cognominen, a quo et Thymbraeus Apollo cognominatus est. Sed neque Coralius, de quo mox, cum amne Sangario commiscendus, vt idem Ortelius fecit. H.

z. Et Gallum) Γάλλος Straboni, l. c. Claudian. L. II. in Eutrop. v. 263. — *Dindyma fundunt Sangarium, vitrei qui puro gurgite Galli Auctus Amazonii defertur ad aequora Ponti.* H.

a. A quo incipiunt) A Sangario nimirum. Vide Not. et

ſinus *b.*, oppidumque Heraclea *c.* [1] Lyco flumini *d.* apposi-

1. *Celeci fluu. appoſitum.*

et Em. N. III. (hic adi.) *A quo incipiunt Mariandyni ſinus, oppidumque Heraclea)* His verbis voculam *Coralius* praefigunt libri plerique: ab iis haud dubie confictam, qui Sagarii nomen alterum quaerebant, cum illud alterum non eſſe quam Sagarim, perſpicua res ſit. Hanc certe vocem in ſua paraphraſi non agnoſcit Solinus, c. 43. p. 72. *Sagaris fluuius*, inquit, *ortus in Phrygia, dictusque a pleriſque Sangarius, exordium facit Mariandyni ſinus, in quo oppidum Heraclea*, etc. Neque Martianus, L. VI. c. de Phrygia, p. 221. *Amnem Rheſum, Sagarimque ſinus Mariandyni* etc. Horum auctoritati niſi concedendum aliquid putarem, locum hunc Plinianum interpungendum pronunciarem in hunc modum: *a quo incipiunt Mariandyni. Sinus, oppidumque Heraclea*, etc. H.

b. Mariandyni ſinus) Nomen ei ſinui dedere finitimi Μαριανδυνοὶ, de quibus Pauſan. L. I. Eliac. pr. p. 340. Μαριανδυνία χώρα, Stephano, p. 444. Hodie *le Golfe de Sangari*, cui nomen oppidum fecit in ipſo oſtio cognominis fluuii poſitum. H.

c. Heraclea) Ponti cognominata, a vicino mari, Ponticaque prouincia. Mariandynorum vrbs a Mela vocatur, L. I. c. 19. *ab Argiuo*, inquit, *Hercule condita, cui fama et fidem adiecit, quae iuxta eſt Acheruſia palus*, de qua mox. Vetus Gordiani tertii nummus, quem Occo perperam legit, ΗΡΑΚΛΕΩΤΩΝ ΠΟΝΤΩ, pro ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ ΕΝ ΠΟΝΤ. Hercules ibi effingitur canem ex antro extractum mactans. Hodie *Penderachi*. Alius eiuſdem oppidi nummus, caput Herculis exhibet laureatum: parte altera, clauam Herculis erectam: cum epigraphe, ΗΡΑΚΛΕΟΣ ΣΩΤΗΡΩΣ, latere ſiniſtro: dextro: ΗΒ pro Ἡρακλεία Βιθυνίας, vt nunc quidem videtur. Infra, ΤΡΑΚΩΝ, nomen magiſtratus. Eſt ex aere mediocri, apud D. Abb. *de Fontenu.* H.

d. Lyco flumini) Solinus, l. c. Ouid. L. IV. de Ponto, El. 10. v. 47. *Huc Lycus, huc Sagaris* etc. Vide Not. et Em. N. IV. (hic adi.) *Lyco flumini appoſitum)* Ita MSS. omnes, et excuſi libri ante Dalecampium, qui *oppoſitum* maluit. Quid vero ſit *oppoſitum fluminis oppidum*, fateor me non ſatis percipere.

Appo-

appositum. Abest *e*. a Ponti ore millibus ducentis; portus Acone *f*., veneno Aconito dirus, specus Acherusia *g*. Flumina: [1] Paedopides *h*., [2] Callichorum *i*., Sonautes *k*. Oppidum Tium *l*., ab Heraclea

1. *Sic et Ch. Pedopyles Gr. et Al.* 2. *Callichaeum. V.*

Appositum vero seu iuxta positum intelligo, quod modico a ripa fluminis distat interuallo: quemadmodum ipsis vicenis stadiis Heracleam a Lyco dissitam esse scribit Arrianus in Periplo Ponti Euxini: ἀπὸ δὲ Λύκου εἰς Ἡρακλείαν πόλιν — — στάδιοι εἴκοσι. Impositum vero amni oppidum dicimus, quod est in ipsa ripa positum. H.

e. Abest) Abest Heraclea millibus pass. ducentis, ab ipsis Ponti angustiis. A fano Chalcedonio, in ipsi Bosphori faucibus posito, Strabo distare ait stadiis circiter mille et quingentis, hoc est, passuum millibus centum octoginta octo. H.

f. Acone) Acone Solino, et Martiano. Stephano, Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας, vbi multa ille et de cotibus quas ἀκόνας vocant, et de aconito. H.

g. Acherusia) Mela, L. I. c. 19. *Iuxta Heracleam specus est Acherusia, ad Manes (vt aiunt) peruius: atque inde extractum Cerberum existimant.* Ita et Solinus, l. c. H.

h. Paedopides) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. et Paris. Editi, *Pedopyles*. H.

i. Callichorum) Ποταμὸς Καλλίχορος Paphlagoniae attributus a Scylace, p. 42. Martiano Heracl. p. 103. et Arriano in Periplo, Ὀξείνης. De eo Ammianus, L. XXII. p. 214. *Flumina Callichori, ex facto cognominati: quod superatis post triennium Indicis nationibus, ad eos tractus Liber reuersus, circa huius ripas virides et opacas, orgia pristina reuocauit, et choros*, etc. H.

k. Sonautes) Contracte dictum pro *Soonautes*. Acheronti flumini in Mariandynis id nomen dedisse, Σοωναύτης, Nisaeos Megarenses, qui Heracleam condiderunt, auctor est Apollon. Rhod. L. II. Argonaut. v. 748. Vocis etymon Scholiastes explicat: ἐπειδὴ πάντας τοὺς ναυτιλλομένους διασώζειν, ἀπαθεῖς ἔχων καὶ ἠρεμαίους λιμένας, quod nautis salutem portus sui opportunitate afferat. H.

l. Tium) Ptol. L. V. c. 1. Τίον. Hodie intercidit. *Tios oppidum*, inquit Mela,

clea *m.* triginta octo mill. passuum. Fluuius [1] Billis *n.*

II. [2] Vltra quem *o.* gens Paphlagonia, quam [3] Pylaemeniam *p.* aliqui dixerunt, inclusam *q.* a tergo Galatia. Oppidum Mastya *r.* Milesiorum, deinde Cromna *s.* Quo loco [4] Henetos adiicit *t.* Nepos Corne-

1. *Aliis Bilis.* 2. *Vltra fluuium Billim gens est Paphlagonia. M.* 3. *Pylaemoniam. Ch.* 4. *Venetos. V.*

la, l. c. *Milesiorum quidem colonia, sed iam soli gentisque Paphlagonum.* Stephanus, p. 657. Τίος, πόλις Παφλαγονίας. At Straboni, Τήϊον, L. XII. p. 543. Philetaeri patria, a quo Attalici reges. H.

m. Ab Heraclea) Scribit Menippus in Paphlagoniae Periplo, ap. Steph. l. c. distare Tium ab Heraclea stadiis CCCLXX. ἀπὸ Ἡρακλείας ἐς Τίον πόλιν, καὶ ποταμὸν Βίλαιον, ςάδιοι τριακόσιοι ἑβδομήκοντα. Haec milliaria efficiunt XLVI. et ducentos passus. H.

n. Fluuius Bilis.) *Fluuius Billis, vltra quem gens Paphlagonia.* Haec ita cum capite sequenti continuanda. *Salm.* p. 888. a.

Billis) Ita libri MSS. omnes. Steph. Βίλαιος. Scholiastes Apollonii, ad L. II. Argon. v. 791. Βιλλαῖος ποταμὸς Παφλαγονίας. Martian. Heracl. p. 102. Βίλλαιος, ὅτος ποταμὸς ὁρίζει Βιθυνίαν. H.

o. Vltra quem) Martian. l. c. H.

p. Pylaemeniam) Vt Aegypti Ptolemaei, Bithyniae Nicomedes, sic Paphlagoniae reges Pylaemenes vocabantur, ab antiquo illo Pylaemene, cuius Homerus meminit in Boeotia, Il. β. Hinc regio ipsa Pylaemenia dicta. Strabo, p. 543. Vide et Liu. L. I. p. 2. H.

q. Inclusam) Martian. l. c. iisdem verbis. Sensus est, Paphlagoniam ab ortu Galatia, quam attingit, claudi. H.

r. Mastya) Μαςύα a Milesiis condita, vt Tium. Forte Μόσον vel Μόςον Ptolemaei in Galatia, L. V. c. 6. H.

s. Cromna) Κρώμνα πόλις Παφλαγονίας, Steph. p. 390. Κρώμνα χωρίον, Martiano Heracl. p. 104. H.

t. Henetos adiicit.) Ἐνετοί — — ᾤκεν παρὰ Παφλαγονίας, Steph. Primariam Paphlagonum gentem Stra-

Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum *u*. Venetos[1] credi postulat *x*. Sesamum oppidum, quod nunc Amastris *y*. Mons Cytorus *z*. a Tio[2] LXIII. mill. passuum *a*. Oppida: Cimolis *b*., Stephane *c*.: amnis Parthenius *d*. Promontorium Caram-

1. *credere putat. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard.* LXIV. *Gr. et Al.*

Strabo appellat l. c. Vide Not. et Em. N. V. (hic pos.) *Henetos adiicit*) Hunc locum dum raptim legit Martianus, neque intellexit, et foedum commentus est simul errorem: *Henetosa ciuitas*, inquit, *a cuius ciuibus in Italia ortos Venetos asserunt.* Hausit hoc a Solino, qui c. 44. p. 72. Paphlagoniam ait insignem esse loco Heneto, a quo Paphlagones in Italiam transuecti, mox Veneti sunt nominati. H.

u. Cognomines eorum Venetos credi postulat.) Legend. *Cognomines eorum Venetos credi ea re putat.* Ea re putat credi Venetos Italiae ex Henetis Paphlagonia ortos, quod idem nomen habeant, ac sint eorum cognomines. Vide *Salmas.* p. 888. b.

x. Credi postulat.) Nepoti Strabo subscribit L. XII. p. 544. qui L. IV. abire in alias partes videbatur. Subscribit et Scymnus, p. 16. Curtius item, L. III. n. 3. Liuiusque: et Solinus c. 44. p. 72. Alii a Venetis Galliae populis, quorum Caesar meminit, duci originem Venetorum Italiae malunt. H.

y. Amastris) Dionysii Heracleae tyranni vxor Amastris suo nomine vrbem insigniuit, e quatuor pagis conflatam, Sesamo, Cytoro, Cromna, Tio. Strabo, L. XII. p. 544. Ipsa arx Sesamus Melae, L. I. c. 19. Σήσαμος ἀκρόπολις Straboni. Nummi veteres, AMACTPIANΩN. Hodie *Semastro.* H.

z. Cytorus) Cuius Virgil. meminit Georg. L. II. v. 437. *Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum.* H.

a. LXIII. mill. pass.) Ita R. 1. 2. etc. ac Solinus, c. 44. p. 72. H.

b. Cimolis) Κίμωλις Straboni, L. XII. p. 545. Κιμωλὶς Martiano Heracl. p. 105. H.

c. Stephane) Στεφάνη κώμη, Martiano Heracl. l. c. Στεφανὶς, πόλις Μαριανδυνῶν Stephano, p. 617. H.

d. Parthenius) Παρθένιος ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων, Stephanus

Carambis *e.* vasto excursu, abest a Ponti ostio [1] cccxxv. mill. *f.* pass.: vel, vt aliis placuit, cccl. mill. Tantumdem *g.* a Cimmerio, aut vt aliqui maluere, cccxii. M. D. Fuit et oppidum: eodem nomine *h.*, et aliud inde [2] Armene *i.*: nunc est, colonia [3] Sinope *k.*, a Cytoro clxiv. mill. Flumen [4] Euarchum *l.*: Gens

1. cccxv. *Gr. et Al.* 2. *Armine Gr. et Al.* 3. *Sinope Pteria, a, etc. vetust. Synope. Cyteros M.* 4. *Varetum Gr. et Al.*

phanus, p. 528. Strabo, p. 543. Mela, L. I. c. 19. Vide Not. et Em. N. VI. (hic adi.) *Parthenius*) Scylacem hic emendabis, qui Παρθένιον hunc amnem vocat, pro Παρθένιον, p. 32. vbi hanc oram describit: Μετὰ δὲ Ἀσσυρίαν Παφλαγονία ἔθνος· ἐςὶ δὲ ἐν αὐτῇ Στεφάνη λιμὴν Κόλουσσα πόλις ἑλληνίς. Κάραμβις πόλις ἑλληνίς· Κύτωρος πόλις ἑλληνίς. Σήσαμος πόλις ἑλληνίς, καὶ Παροίνιος (lege Παρθένιος) ποταμός. H.

e. Carambis) Κάραμβις Straboni, p. 545. Huic promontorio alterum opponitur, versus boream, quod Κριȣ μέτωπον, ceu frontem Arietis vocant. His duobus Euxinum mare in duo velvti maria dispescitur. Carambis, *Capo Pisello.* H.

f. CCCXXV. *mill.*) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. Martianus, L. VI. cap. de Phrygia, p. 221. legit, CCXX. tantum, sed vitiose, vt constat, deficiente, vt minimum, centenarii nota. H.

g. Tantumdem) Martianus, l. c. H.

h. Eodem nomine) Κάραμβις, πόλις ἑλληνίς, Scylaci, p. 32. H.

i. Armene) Ἀρμένη κώμη Martiano Heracl. p. 105. Ἀρμένη πόλις ἑλληνὶς καὶ λιμὴν, Scylaci p. 32. Sinopensium pagus Straboni, p. 545. Armenen et Carambin intercidisse iam inde ab aeuo suo Plinius contestatur familiari illo suo, *Fuit.* Mela, L. I. c. 19. *Quae Paphlagoniam finit, Armene.* H.

k. Sinope) Σινώπη Diogenis Cynici patria: Mithridatis quoque Eupatoris appellati, ortu, regno, sepulcroque nobilis. Coloniae eo deductae testes sunt nummi veteres, Antonini, Seueri: C. I. AV. SINOP. *Colonia Iulia Augusta Sinopensis*, apud Patin. p. 299. et Getae, p. 317. C. I. F. SINOPES, *Colonia Iulia Felix Sinope*, vel

Gens Cappadocum, oppidum Gaziura *m.*, et Gazelum *n.*: amnis Halys *o.*, a radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrens. Oppida: Gangre *p.*: [1] Carusa *q.*: Amisum liberum *r.*, a Sinope

1. *Cariſſa. Gr. et. Al.*

vel *Sinopenſis*. Vlpianus item, L. L. Dig. tit. 15. de Cenſibus. H.

l. *Euarchum*) Εὔαρχος. Vide Not. et Em. N. VII. (hic poſ.) *Euarchum*) Corruptum huius amnis nomen, quod editi hactenus libri ſic repraeſentant, *Flumen Varetum*, reſtituimus admonitu Martiani Heracleotae, in Periplo, p. 106. eum ipſum hoc terrarum tractu collocantis. Ἀπὸ Σινώπης, inquit, εἰς Εὔαρχον ποταμὸν ϛαδία π'. Οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Παφλαγονίαν etc. Diſterminat hic amnis Paphlagones a Cappadocibus. Plinius ſane ſimiliter poſt Sinopen Euarchum, poſt hunc Cappadocum gentem, ceu amni proximam, appellat. Subſcribit et Menippus apud Stephanum, verbo Καππαδοκία. Εὔαρχος ποταμὸς, inquit, ὃς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν. Quamobrem Varetum a ſuo Indice expungat Ortelius. H.

m. *Gaziura*) Τὰ Γαζίουρα παλαιὸν βασίλειον, antiqua regia, Straboni, L. XII. p. 447. 547. Vide Not. et Em. N. VIII. (hic colloc.) *Gaziura*) Dio, l. XXXV, p. 5. ὁ μὲν Μιθριδάτης τῷ Τριαρίῳ πρὸς Γαζιούροις ἀντεκάθητο, *Mithridates ad Gaziurſa Triario caſtra oppoſuit*, Scribe Γαζιούροις, et *Gaziura*. H.

n. *Gazelum*) Γάλωρον, vt arbitror, Ptolemaei, L. V. c. 6. inter Sinopen et Halys fluminis oſtia. H.

o. *Halys*) Gillio nunc, *Caſilirmar*. Scholiaſt. Apollon. ad. L. II. Argon. v. 366. Ἅλυς ποταμὸς Παφλαγονίας. H.

p. *Gangre*) Γάγγρα Stephano, p. 191. Hic Synodus Gangrenſis habita. Poſtea Theodoſiam Gangrorum aiunt appellatam, vnde detorta hodie nomenclatura *Toria* vocatur. H.

q. *Caruſa*) Κάρουσσα πόλις ἑλληνὶς Scylaci, p. 32. Καροῦσα Martiano Heracl. p. 106. Vide Not. et Em. N. IX. (hic conſp.) *Caruſa*) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. In editis perperam, *Cariſſa*, quamquam ita Ptol. L. V. c. 6. Sed is ex Scylace, Martiano, Arriano, aliisque emendandus. H.

r. *Amiſum liberum.*) Scribe, *Amiſus*

pe cxxx. mill. passuum *s*. Eiusdemque nominis *t*. sinus tanti recessus, vt Asiam paene insulam faciat, cc. mill. passuum [1] haud amplius per continentem ad Issicum Ciliciae sinum. Quo in omni tractu proditur, tres tantum gentes Graecas iure dici, Doricam, Ionicam, Aeolicam, ceteras Barbarorum *u*. esse. Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria *x*., a Mi-

1. *aut. Ch.*

Amisus libera, ex Stephano, Arriano in Periplo, et Strabone undecimo, apud quem tamen interdum *Aminsus est*. Cui orthographiae subscribit Suidas, per *i*, et item per *e*, in penultima scribi tradens *Aminsus et Amesus*, Ptolemaeus cum duplici *ss*, *Amissus*. Pintian.

Amisum liberum) Ab Augusto Caesare post Actiacam victoriam libertate donatum, vt auctor Strabo, L. XII. p. 547. Ἀμισὸς Ptolemaeo, L. V. c. 6. et Straboni, aliisque. Plinius de more dixit, quoniam *oppidum* subintellexit. Nummus Hadriani, ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. H.

s. A Sinope cxxx. M. pass.) Exemplar Salmant. vero propius, *cxx.* *M. pass.* Nam Stephanus interuallum ab Amiso ad Sinopen, nongentorum stadiorum esse tradit, quae agunt passuum XII. M. D. Scripsit et ante Stephanum id quoque Strabo XII. volumine. *Pint.*

CXXX mill.) Vide Not. et Em. N. X. (hic pos-) *CXXX m. p.*) Incuria librariorum irrepsisse hoc loco mendum suspicamur: qui cum in primitiuis codicibus scriptum offendissent, *centum tr. mill.* triginta pro *tredecim* posuerint. Strabo enim L. XII. p. 547. dissitam esse Sinopen ait ab Amiso stadiis omnino nongentis, περὶ ἐννεακοσίας σταδίας. Strabonem sequitur Stephanus, p. 74. Efficit haec mensura passuum millia CXII. cum quingentis pass. H.

t. Eiusdemque nominis) Sinus Amisenus, tam vasto recessu in ortum secedens, et in meridiem reflexus, vt Asiam quam minorem vocamus (veteres Asiam intra Halym dixere) paene insulam faciat. H.

u. Ceteras Barbarorum) Cur Barbari dicantur vide apud Strabonem. *Dalec.*

Barbarorum) Vernaculo ac proprio, non Graeco fere sermone vtentium. H.

x. Eupatoria) A Mithridate

a Mithridate conditum. Victo eo *y.*, [1] Pompeiopolis vtrumque appellatum est.

III. Cappadocia *z.* intus habet coloniam Claudii Caesaris Archelaidem, quam praefluit Halys. Oppida:

1. vtrumque Pomp. Ch. transpositione.

te cui Eupatoris nomen fuit. Solin. c. 44. p. 72. Martianus, L. VI. p. 222. H.

y. Victo eo) A Pompeio, Vide L. VII. f. 27. Igitur vrbes duae iunctae, Eupatoria et Amisos, in Pompeii nomen transiere. Eupatoria noua vrbs adtexta veteri fuit a Mithridate. Sic Appian. in Mithrid. Vtrumque Pompeiopoleos nomine appellatum Πομπηϊόπολις, πόλις Παφλαγονίας, ἢ Πομπηιόπολις, Stephano, p. 558. Hodie *Amid.* H.

z. Cappadocia) Haec totidem verbis Solinus, c. 45. p. 73. Martianus, L. VI. c. de Cappadocia, p. 222. Nomen habet Ἀρχέλαις ab Archelao Cappadociae rege, cuius regnum Tiberius in prouinciae formam redegit, teste Suetonio in eius vita, c. 37. Alii porro sunt, qui in editione Vulgata, et in Graeco, Cappadoces appellantur, Hebraice כַּפְתֹּרִים *Caphtorim.* Isthmum illum olim ii tenuere, qui est inter duos sinus Arabici siue Rubri maris, Aelaniticum et Heroopoliticum, simul cum Philisthinis, qui exinde egressi terram Chanaan de suo nomine terram Philistiim appellarunt, Gen. X. 13. 14. et 1. Paral. I. 12. *At vero Mesraim genuit Ludim - - et Phetrusim, et Chasluim: de quibus egressi sunt* PHILISTHIIM *et* CAPHTORIM. Mesraim Aegyptios esse constat, quorum pars et soboles Philisthiim et Caphtorim fuere: qui ex Aegypto egressi in vicino habitarunt tractu terrarum. Deutr. II. 23. *Heuaeos quoque qui habitabant in Haserim usque Gazam,* CAPPADOCES (Hebraice כַּפְתֹּרִים) *expulerunt: qui egressi de* CAPPADOCIA *deleuerunt eos et habitauerunt pro illis.* Cappadocia Hebraice כַּפְתּוֹר est. Egressi inde Cappadoces expulerunt et deleuerunt, hoc est, interfecerunt Heuaeos, illius regionis incolas, quae est ab Haserim vsque Gazam. Est autem חֲצֵרִים prope desertum Pharan, vt constat ex Num. XIII. 1. *Profectusque est populus de Haseroth, fixis tentoriis in deserto Pharan.*

ran. Nam siue feminina declinatione חֲצֵרוֹת dixeris, siue חֲצֵרִים masculina, nihil interest. Hoc exemplo Israelitas suos Moses incitabat ad expellendos, delendosque Chananaeos, sicut hi Cappadoces siue Caphtoraei deleuere, hoc est interficiendo expulere Heuaeos; et filii Esau Horraeos, Deutr. II. 12. Iam Ier. XLVII. 4. *Depopulatus est enim Dominus Palaestinos reliquias insulae Cappadociae*. In Hebraeo, insulae כַּפְתֹּר. At insulae profecto nomen omnino credi vocat, Cappadociam illam intelligi, quae a profanis scriptoribus, atque in ipsis etiam libris Noui Testamenti Cappadocia nuncupatur: quam qui insulam appellabit, aeque risum de se praebebit, ac si Persidem insulam velit esse. Neque enim aliter Cappadocia Asiatica mari, quam Persis, alluitur, aut ex Iudaea per mare petitur. At insulam nominari terrarum angustias inter duo maria, quem Isthmum dicimus, sacris scriptoribus familiare est. Vnde in insigni illo Isaiae vaticinio, de quo Christus dux gentium instituitur, c. XLIX. 1. *Audite insulae, et attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me* etc. *Insulae* sunt prouinciae populi Rom. in quibus erat praecipue futura sedes religionis Christianae. Insulae autem idcirco pleraeque ex illis appellantur, quod fere mari cinguntur, aut gemino certe latere mari alluuntur; vt Hispania, Italia, Graecia; praeter insulas proprie dictas; cuiusmodi sunt Anglia, Sicilia, Creta, Cyprus, Sardinia, Corsica. Et Gen. X. 5. post enumerationem filiorum Iapheth, de iis dicitur: *Ab his diuisae sunt* INSVLAE *gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam, et familias suas in nationibus suis*. Denique Amos IX, 7. *Numquid non Israel* ASCENDERE *feci de terra Aegypti, et Palaestinos de* CAPPADOCIA, *et Syros de Cyrene?* Cappadocia ibi quoque כַּפְתּוֹר est, vnde Palaestini ascendisse dicuntur aeque ac Israelitae de terra Aegypti, ac Syri de Cyrene; hoc est, Palaestini siue Cappadoces a meridie, vbi mare Rubrum est; et Syri, hoc est, Damasceni, ab Aquilone, vbi *Cyrene* illa nobis esse videtur. Nam Syri quidem Damasceni sunt, Is. VII. 4. 8. *Cyrene*, Cyrrhestice regio nobis videtur esse, Plinio memorata L. V. c. 19. longe supra Damascum et Antiochiam, ad Boream. Et hic locus etiam collatus cum allato superius, Deutr. II. 23. docet esse eosdem Cappadoces ac Philistiim, seu ve-

 teres

pida: Comana *a.*, quod Sarus: Neocaesaream *b.*, quod Lycus *c.*: Amasiam *d.*, quod Iris in regione Gaza-

teres Palaestinos, aut certe coniunctissimos, sociosque: siquidem egressi de Cappodocia Cappadoces alii esse non possunt, quam quos ascendere fecit Deus de Cappadocia Palaestinos, ad delendos Heuaeos, veteres incolas terrae illius, quam Palaestini deinde occuparunt. Gradationem etiam in hac oratione seruari apparet, ordinemque temporis, sed retrogradum: Syros nimirum egressos de Cyrene fuisse prius, quam egrederentur Philistiim siue Cappadoces de sua Cappadocia; et hos antequam Israelitae egrederentur de Aegypto. Itaque mari Rubro egressi Israelitae in illam ipsam primum intulere pedem, quae veterum Cappadocum siue Palaestinorum sedes fuerat. Ex his manifestum est, in libris V. Testamenti, vt Aethiopiam ab Africana diuersam, sic etiam Cappadociam aliam longe esse ab Asiatica; quae hoc nomen obtinuisse videtur circa regum Medorum initia, et ex illa aetate apud omnes scriptores. Nec alibi priscos illos Cappadoces posse collocari, quam in illo, quem diximus, Isthmo, qui nimirum inter vtrumque intimum maris Rubri sinum protenditur. Geminum illum maris R. sinum describit Plin. L. XI. s. 33. H.

a. Comana, quod Sarus.) Hoc est, quod oppidum Sarus amnis praefluit. Τὰ Κόμανα Straboni, L. XII. p. 535. et Appiano in Mithrid. p. 214. Διὰ μὲν ἐν τῆς πόλεως ταύτης ὁ Σάρος ῥεῖ ποταμὸς, inquit Strabo, qui hanc Cataoniae vrbem adiudicat: alteram deinde eiusdem nominis ab ea discriminat, quae Iri amni erat imposita. De vocis etymo multa ibi digna scitu: et de Iphigeniae gladio, quem penes se esse vtraque vrbs gloriatur. Nummi veteres ΚΟΜΑΝΕΩΝ. Colonia eo missa est sub Seuero Imp. et a coniuge Iulia Pia Felice Aug. nomen accepit. Vnde sunt nummi Antonini Seueri, COL. IVL. AVG. F. COMANORVM. H.

b. Neocaesaream) Georgii Thaumaturgi episcopali sede nobilem. Nunc esse *Tocat* videtur, magnificum oppidum, emporiumque eo tractu celebre: quod Lycus amnis praefluit, a moenibus vix passus quingentos dissitus: aut e ruinis certe Neocaesareae creuit. H.

c. Lycus) Fluuiolus, qui in Irim amnem labitur, vt dicetur initio sect. sq. H.

Gazacena *e*. In Colopena *f*. vero Sebastiam *g*. et Sebastopolin. Haec parua, sed paria supra dictis. Reliqua sui parte *h*. Melitam, a Semiramide conditam, haud procul Euphrate: Diocaesaream *i*. [1] Tyana *k*., [2] Castabala *l*., Magnopolim *m*., Zelam *n*.: et

1. *Tyanam. hodie Tina.*

2. *Castabalam. V.*

d. Amasiam) Strabonis haec patria, quam ille pereleganter describit, L. XII. p. 561. Ἀμάσεια — — δι' ἧς ὁ Ἶρις φέρεται ποταμὸς. Priscum retinet nomen, oppidum hodieque insigne. Describitur a Tauernerio, in Itin. T. I. p. 9. H.

e. Gazacena) Γαζακηνὴ regio Straboni L. XII. p. 553. qui hanc vocem Paphlagonicam esse, et barbaram ait. H.

f. In Colopena) Ab vrbe Χολόη regio nomen traxisse videtur: quae inter mediterranea oppida Ponti Galatici, vt et Sebastopolis, a Ptolemaeo describitur, L. V. c. 6. Sebastia vero, Σεβάστεια, inter ea quae Polemoniaci Ponti dicebantur. Haec hodie *Siuas* appellatur. Vide Tauernerium, Tom. I. Itiner. p. 11. In Notit. Eccl. Hieroclis, p. 15. inter episcopos primae Armeniae, ὁ Σεβαστείας, et Σεβαστουπόλεως appellantur. Et p. 35. Σεβάστεια et Σεβαστούπολις. Sic etiam Leunclauius, p. 92. H.

g. Sebastiam.) Ptolemaeo Augusti ciuitas. *Dalec.*

h. Melitam) A qua Melitene, de qua mox. Ptolemaeo L. V. c. 7. Μελιτήνη. A Semiramide conditam auctor est quoque Martianus L. VI. p. 222. Solinus, c. 45. p. 73. et Strabo, L. XII. p. 573. Iuxta Euphratem positam, παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, Ptol. l. c. De ea diximus libro sup. f. 20. H.

i. Diocaesaream) Διοκαισάρεια in Garsauritide Cappadociae praefectura, de qua mox dicetur, Ptolemaeo l. c. H.

k. Tyana) Τὰ Τύανα, Philostrato L. I. c. 4. de vita Apollonii, cui patria Tyanei nomen fecit. H.

l. Castabala) Τὰ Καστάβαλα Straboni, L. XII. p. 537. prope Tyana. H.

m. Magnopolim) Haec Eupatoria primum est appellata, ab alia eiusdem nominis, de qua sup sect. dictum est, diuersa: ad confluentes Lyci et Iris posita: quam imperfectam a Mithridate relictam Pompeius agro et ciuibus additis, Magnopolim de suo nomine appellauit. Strabo, L. XII. p. 559. et Appi-

et ſub monte Argaeo *o.* Mazacam *p.*, quae nunc Caeſarea nominatur. Cappadociae pars praetenta Armeniae maiori, Melitene *q.* vocatur: Commagenae, Cataonia *r.*: Phrygiae, Garſauritis, [1] Sargarauſene *s.*, [2] Cammanene: Galatiae, Morimene: vbi diſter-

1. *Sargarauſene Gr. et Al.* Appian. in Mithrid. p. 251. H.

2. *Quibuſdam Comane.*

ius regno in prouinciam verſo, Mazacam nobiliſſimam ciuitatem Caeſaream appellari iuſſit. H.

n. Zelam) Armeniae locum hunc adiudicant Stephanus et Strabo. Ille, p. 289. Ζῆλα τόπος Ἀρμενίας. Iſte L. XII. p. 559. in Armenia, Ζηλῆτις ἔχει πόλιν Ζηλὰ, ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην, etc. H.

o. Et ſub monte Argaeo) Martianus, L. VI. p. 222. et Solin. c. 45. p. 13. Ἀργαῖον ὄρος Straboni, p. 538 vnde in vtrumque mare proſpectum eſſe aiunt, in Euxinum et Iſſicum. H.

p. Mazacam.) Τὰ Μάζακα, ἡ μητρόπολις, καλεῖται δ' Εὐσέβεια καὶ αὐτη, etc. Strabo, l. c. et Stephanus. Ptolemaeus, L. V. c. 6. Μάζακα ἡ καὶ Καισάρεια Baſilii M. ſedes epiſcopalis. Non a Claudio Caeſare Caeſarea dicta, vt ait Nicoph. Calliſt. L. X. eccl. hiſt. p. 15. ſed a Tiberio potius, vt ait Suidas T. II. p. 903. Hieron. quoque in Chron. p. 157. *Tiberius multos Reges ad ſe per blanditias euocatos numquam remiſit: in quibus et Archelaum Cappadocem, cu-*

q. Melitene) Hae quoque Cappadociae praefecturae Straboni memorantur, L. XII. p. 534. Μελιτηνὴ, καὶ Καταονία. Ἰσαυρῖτις, (lego Γαρσαυρῖτις) Καμμανηνὴ, vel vt p. 540. Κωμμανηνὴ, Μοραμηνὴ, pro Μοριμηνή. H.

r. Cataonia) Cuius oppidum Claudiopolin eſſe diximus, L. V. ſ. 20. H.

s. Sargarauſene) Σαργαραυσήνη Straboni, p. 537. et Ptol. L. V. c. 6. Vide Not. et Em. N. XI. (hic poſ.) *Sargarauſene)* In vnica voce bis peccarunt Plinii editores, qui ſic curarunt ſcribi: (*Phrygiae, Garſauritis:* Subintellige, *praetenditur,* ex ſuperioribus:) *Sargauraſanae, Cammanene.* Nam et praefecturae nomen vitiatum eſt, pro Sargarauſene, vti ex Strabone diſcimus: et corrupta interpunctione perturbatus ſitus: eſt enim ipſa Sargarauſene e Cappadociae quoque praefecturis vna, cum Garſauritide et Cam-

disterminat eos Cappadox *t.* amnis, a quo nomen traxere, antea Leucosyri *u.* dicti. A Neocaesarea supradicta minorem Armeniam Lycus amnis disterminat. Est et Ceraunus *x.* intus clarus. In ora autem ab Amiso oppidum et flumen Chadisia *y.*, Lycastum *z*, a quo [1] Themiscyrena regio.

IV. Iris *a.* flumen deferens Lycum. Ciuitas Ziela *b.* intus, nobilis clade Triarii *c.*, et victoria C. Cae-

1. *Sic ex MSS. emend. Hard. conf. M. Ch. et V. vt et infra. Themiscyra regio. Gr. et Al.*

Cammanene: vt loci huius plane sententia sit, Phrygiae praetendi ex aequo tres illas, Garsauritidem, Sargarausenen, Cammanenen. H.

t. Cappadox) Fluuiolum esse satis indicat, qui in interiore Cappadocia fluat, atque in Halyn deinde labatur. H.

u. Leucosyri) Λευκοσυροι Straboni, p. 544. hoc est *Syri albi.* H.

x. Est et Ceraunus) Amnis id, non oppidi nomen, Κεραυνός. Id enim orationis textura postulat. Vide Not. et Em. N. XII. (hic pos.) *Est et Ceraunus)* In Reg. 1. *Coeranus*, κοίρανος. Suspecta mihi vero pariter vox vtraque: cum haud alibi, quod sciam, exstet. *Caruanis* forte legi satius fuerit, quo nomine oppidum appellatur in hoc ipso terrarum tractu, Ponti nempe Polemoniaci praefectura, Καρανὶς, a Ptol. L. V. c. 6. H.

y. Chadisia) Χαδισία, πόλις Λευκοσύρων, hoc est, Cappadocum, Steph. p. 708. ex Hecataeo, qui Themiscyrae inde regionis initium duxit, Martian. Heracl. p. 106. εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδέσιον. H.

z. Lycastum) Oppidum, Mela, L. I. c. 19. p. 22. *Secundum Halyn vrbs est Lycasto. Ad Thermodonta, campus: in eo fuit Themiscyrium oppidum etc.* H.

a. Iris) Strabo, L. XII. p. 566. H.

b. Ziela) Ζίηλα, quae a conditore Ziela Nicomedis F. nomen tulit. Steph. p. 289. Ζῆλαν Plutarch. in Caes. p. 731. Ζέλειαν Dio vocat, L. XLII. p. 207. H.

c. Triarii) Romani ducis, qui cum Lucullo in Asia Mithridatico bello interfuit. Ingenti praelio a Mithridate victum referunt Dio, L. XXXV. p. 5. Plutarch. in Lu-

C. Caesaris *d.*: in ora amnis [1] Thermodon *e.*, ortus ad castellum, quod vocant [2] Phanaroeam, praeterque radices Amazonii montis lapsus. Fuit oppidum eodem nomine *f.*, et alia quinque: [3] Amazonium *g.*, Themiscyra *h.*, Sotira, Amasia, Comana: nunc

1. *Thermodoon. Gr.* 2. *Pharnaciam. V.* 3. *Phamizonium*, *Gr. et Al.*

Lucullo, p. 515. Appian. in Mithrid. p. 249. Vide Not. et Em. N. XIII. (hic adi.) *Triarii)* Insigni hallucinatione Gallicus interpres Pinetus, editoresque Pliniani, qui Indicem totius operis confecerunt, Triarium a Caesare superatum opinati sunt, hoc scripto lemmate, *Vbi Caesar Triarium superauit*, remisso ad hunc locum lectore. Hunc nos errorem in obseruationibus nostris abunde confutauimus. H.

d. C. Caesaris) Dictatoris, qui Pharnacem Mithridatis F. superauit, trophaeumque statuit ei aduersum: quod eo ipso in loco de Triario deuicto Mithridates fixerat: quoniam istud euertere, quod erat belli Diis dedicatum nefas putabatur. Dio, L. XLII. p. 207. H.

e. Thermodon) Θερμώδων, Straboni, L. XII. p. 547. ῥέων ἐκ τῆς καλεμένης Φαναροίας. H.

f. Eodem nomine) Thermodontis nomine: sed fuit, hoc est, intercidit. Quare apud ceteros scriptores nulla huius mentio. H.

g. Amazonium) Vide Not. et Em. N. XIV. (hic consp.) *Amazonium) Phamizonium* libri editi exhibent: at R. 1. et alii, *Amazonium:* atque hanc lectionem, quod multo certius est, Mela ipse constabilit, L. I. c. 19 *Ad Thermodonta,* inquit, *Themiscyrium oppidum: Fuere et Amazonum castra, et ideo Amazonium vocant.* Et vero Phamizonium, vt Stephanus quidem scribit, vel potius Phazemonium, vt Strabo, L. XII. p. 560. Phazemonitisque regio longo hinc interuallo fuit dissita, trans Thermodontem et Irin. H.

h. Themiscyra) Straboni, p. 547. ἡ Θεμίσκυρα. Reliquae, Σώτειρα, Ἀμάσεια, Κόμανα, quae cum iam tum interierint, ab aliis scriptoribus praetermissae sunt: praeter τὰ Κόμανα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ a Comanis Cappadocicis, de quibus supra, diuersa. De his Strabo multa, p. 557. H.

nunc [1] Manteium *hh.* (IV) Gentes *i.* Genetarum, Chalybum *k.* Oppidum Cotyorum *l.* Gentes: Tibareni, Mossyni *m.* notis signantes corpora. Gens, Macrocephali *n.*, oppidum Cerasûs *o.*, portus [2] Chordule *p.* Gentes Bechires *q.*, Buzeri. Flumen Melas.

1. *Mantaeum. Pin.* 2. *Cordulae Gr. et Al.*

hh. Nunc Manteium) Nunc, inquit, solum superest, μαντεῖον, id est Oraculum. H.

i. Gentes Genetarum.) Quarum cap. in manuscripto incipit a duobus posterioribus vocabulis cap. praecedentis hoc modo, Nunc Matium gentes, etc. *Dal.*

Genetarum) Id eis a cognomine promontorio nomen, ὁ Γένετης Straboni, L. XII. p. 548. vbi et portus fluminisque cognominis, teste Stephano, p. 204. iuxta Tibarenorum gentes Γενηταίȣ Διὸς ἄκρην locat Apollon. L. II. Argon. v. 1011. H.

k. Chalybum) Χάλυβες περὶ τὸν Πόντον ἔθνος ἐπὶ τῷ ποταμῷ Θερμώδοντι. Chaldaeos Χαλδαίȣς vocat Plutarch. in Lucullo, p. 500 Lustrat hanc oram Festus Auienus in descr. orbis. v. 958. *Inde Tibareni, Chalybes super, arua vbi ferri Ditia vulnifici crepitant incudibus altis.* H.

l. Cotyorum) Κοτύορος Straboni, L. XII. p. 548. Κοτυώρα πρὸς τῷ Πόντῳ Stephano, p. 381. et Arriano in Periplo Ponti. H

m. Mossyni) Μόσυνοι Nicol. Damasc. in Excerpt. p. 517. Iidem Μοσυνοικοι appellati a Strabone, L. XII. p. 549. et Diodoro, L. XIV. p. 260. hoc est turricolae. Mela, L. I. c. 19. p. 22. *Tibareni Chalybas attingunt, quibus in risu lusuque summum bonum est. Vltra Mossyni turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur, etc.* H.

n. Macrocephali) Mela, l. c. *Minus feri, verum et hi inconditis moribus, Macrocephali, Bechiri, Buzeri.* H.

o. Cerasus) Κερασȣ̃ς Straboni, L. XII. p. 548. vnde cognominata Cerasa, vt ait Ammianus, L. XXII. p. 213. Ergo vero de arbore magis patriam, quam de patria arborem nomen traxisse crediderim. Dicemus ea de re, L. XV. f. 30. H.

p. Chordule) Prius *Cordulae* scribebatur. At Χορδύλη est Ptol. L. V. c. 6. Arriano in Periplo, Κορδύλη. H.

Melas. Gens, Macrones *r.*: [1] Sidene *s.*, flumenque Sidenum, quo alluitur oppidum [2] Polemonium *t.* ab Amiso CXX. mill. pass. Inde flumina; Iasonium *u.*, Melanthium *x*: et ab Amiso LXXX. mill. passuum, Pharnacea *y.* oppidum, Tripolis *z.* castellum et fluvius. Item [3] Philocalea *a.*, et sine fluuio Liuiopolis:

1. *Sideni, Gr. et Al.* 2. *Palemonium. Ch.* 3. *Cocalia. Vet. Philocalia Gr.*

q. Bechires, Buzeri) Illi Scylaci, p. 31. Βέχειροι dicuntur, et Apollonio L. II. v. 395. Stephano Βέχειρες. Isti Straboni, L. XII. p. 549. Βύζηρες: *Buzeres* Prisciano in Perieg. p. 386. H.

r. Macrones) Μάκρωνες siue Σάννοι, de quibus Strabo, p. 548. De his iterum sect. 11. H.

s. Sidene) Σιδηνὴ regio, quae Themiscyrenae iungitur, auctore Strabone, l. c. Vide Not. et Em. N. XV. (hic pos.) *Sidene*) Ita rescripsi ex Strabone, atque ab ipso orationis contextu admonitus. Nam si *Sideni*, vti ante nos editum fuit, potius foret, *Gentes: Macrones, Sideni*, Plinius dixisset haud dubie, vt proxime antea, *Gentes: Bechires, Buzeri:* non *gens*. H.

t. Polemonium) Quod a Polemone rege nomen habet, ac Ponti certae parti dedit, Ponti Polemoniaci. Eius regis ditio Neronis tantum principatu in Romanorum ditionem venit. Πολεμώνιον, Stephano p. 557. In Notit. Eccl. p. 35. inter sedes Episcopales prouinciae Ponti Polemoniaci, Τολεμόνιον, pro Πολεμώνιον. Rectius apud Leunclauium, p. 94. ὁ τοῦ Πολεμωνείου H.

u. Iasonium) Straboni, p. 548. et Arriano in Periplo, Ἰασόνιον promontorium est, cuius nominis et flumen fuisse coniicitur: vt Heracleum in ea ora, et promontorii idem et amnis nomen fuit, vt mox dicetur. H.

x. Melanthium) Μελάνθιος ποταμὸς, Arriano in Periplo, a Cotyoris, de quibus superius, stadiis dissitus LX. H.

y. Pharnacea) Φαρνακία Ptol. L. V. c. 6. et Straboni, p. 555. Φαρνάκεια Arriano. H.

z. Tripolis) Meminit huius loci Arrianus, quem a Philocalea distare centum ac decem stadiis ait. H.

a. Philocalea) Castellum, ac fluuius. Φιλοκάλεια Arriano,

lis: et a Pharnacea centum mill. passuum *b.*, Trapezûs *c.* liberum, vasto monte clausum. Vltra *d.* quod gens Armenochalybes, [1] a maiore Armenia xxx. mill. passuum distans. In ora ante Trapezunta flumen [2] Pyxites *e.*: vltra vero gens Sannorum *f.* Heniochorum. Flumen [3] Absarum *g.*, cum castello cognomine in faucibus, a Trapezunte [4]. CXL. mill. passuum. Eius loci a tergo *h.* montium Iberia est: in

1. *Sic ex MSS. em. Hard. et maior Armenia Gr. et Al.* 2. *Pyssites. V.* 3. *Absarus. Arrian. in Periplo. Absorus. Ptolemaeus.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. et Ch. CL. Gr. et Al.*

riano, in Periplo Ponti. Ptol. L. V. c. 6. perperam Κωκάλια. H.

b. Centum mill. pass.) Ab Amiso autem Pharnacea distat LXXX. mill. Sunt omnino igitur CLXXX. mill. pass. terrestri scil. ac recto itinere: nam mari nauigatio, per sinuum anfractus, duûm millium est stadiorum cum ducentis, ab Amiso Trapezuntem vsque, vt Strabo monet, L. XII. p. 548. hoc est milliarium ducentorum et XXV. H.

c. Trapezûs liberum.) Vide Strabonem lib. XII. *Dalec.*

Trapezûs) Τραπεζοῦς Graecis. Nobis, *Trebizonde.* Graecorum imperii quondam sedes. Trapezunta insulam Ammianus vocat, L. XXII. p. 213. quoniam peninsulae cum insulis saepe confundi solitae. H.

d. Vltra quod) Versus orientem, a mari longius. H.

e. Pyxites) Πυξίτης Arriano in Periplo. H.

f. Sannorum Heniochorum) Ex Heniochis, Sannisque, qui et Macrones, mixti, vt Armenochalybes ex Armenis et Chalybibus. Σάννες et Λάζες, de quibus mox dicetur, etsi Romanis subactos armis, Romanis tamen vnquam legibus seruiisse negat Theodoretus, serm. 9. de legibus. H.

g. Absarum) Ἄψαρος ποταμὸς Scylaci, p. 31. Ptol. L. V. c. 6. Ἄψοῤῥος. Castellum vero Ἄψαρον vocat, Arrianus in Periplo Ponti, positum in ipsis fluuii faucibus. H.

h. A tergo) In mediterraneo, versus ortum a mari recedendo. H.

in ora vero Heniochi, [1] Ampreutae *i.*, Lazi. Flumina: [2] Acampsis *k.*, Isis, Mogrus, Bathys. Gentes Colchorum. Oppidum *l.* Matium [3], flumen Heracleum *m.*, [4] promontorium eodem nomine, clarissimusque Ponti Phasis *n.* Oritur *o.* in Moschis: nauiga-

1. *Zidritae. Arrian.* 2. *Acampsionisis. M. legendum videtur, Acampsis, Acinasis, Mogros, Bathys ex Arriano in Periplo. Campsis,* Nogrus *Gr.* 3. *Marium Gr. et Al.* 4. *Et prom. Gr.*

i. Ampreutae) Ampreutarum loco Zydretas habet Arrianus in Periplo, quos Heniochius inter et Lazos collocat. Ἡνιόχων ἐχόμενοι Ζυδρεῖται· Ζυδρειτῶν δὲ Λαζοί. Hi Λαζαί Ptol. dicti, L. V. c. 10. maritima Colchidis obtinent, ad vtramque Phasidis ripam appositi, teste Procopio, L. II. belli Persici, c. 29. p. 164. Hodie, *la Mingrelie.* In Notit. Eccl. p. 19. et 51. Ἐπαρχία Λαζικῆς· ὁ Φασίδος, ὁ Ῥοδοπόλεως. ὁ Πετρῶν etc. H.

k. Acampsis, etc.) Vide Not. et Em. N. XVI. (hic adi.) *Acampsis, Isis, Mogrus*) Libri hactenus editi, *Flumina: Campseonysis: Nogrus.* Errorem detexit, et emendationem nobis suggessit Arrianus in Periplo, horum fluminum nomina ita scribens, Ἄκαμψις, Ἶσις, Βαθὺς, Μῶγρος. Scylax hinc emendandus pariter, p. 31. apud quem Ἶρις amnis in Colchis pro Ἶσις legitur. H.

l. Matium) Forte Μαδία Ptol. L. V. c. 30. in mediterraneis Colchidis ciuitatibus. H.

m. Heracleum) Aliud hoc promontorium est ab Heracleo, cuius Strabo meminit, L. XII. p. 548. quod oram maritimam ab Amiso legentibus, etiam ante Iasonium, de quo supra, primum occurrit: cum hoc Plinianum ab Amiso millibus pass. distet amplius trecentis et sexagenis. H.

n. Phasis) Argonautarum nauigatione celebratus. Nostris, *le Phase.* H.

o. Oritur in Moschis) Ita Solinus, c. 15. p. 35. Strabo, L. XI. p. 498. ἐξ Ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, hoc est, ortum habet ex ea Moschicae regionis parte, quam Armeni obtinent. Est enim Moschica tripartita: pars Colchis, pars Iberis, pars Armenis cedit: ἡ δ᾽ ἐν

nauigatur quamlibet magnis nauigiis XXXVIII. mill. D. passuum. Inde minoribus longo spatio, pontibus CXX. peruius. Oppida in ripis habuit complura *p.*: celeberrima, [1] Tyndarida, Circaeum *pp.*, Cygnum *q.*, et in faucibus Phasin. Maxime autem inclaruit Aea *r.*,

[1] XV.

1. *Celeberrimum Tyndaridaceum. M. et Ch. Tyritacen, Cygnum Gr. et Al.*

ἐν Μοσχικῇ, inquit idem Strabo, p. 499. τριμερής ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἔχουσιν αὐτῆς Κόλχοι, τὸ δὲ Ἴβηρες, τὸ δὲ Ἀρμένιοι. Sunt igitur hi Moschi, quos Georgos, *les Georgiens*, posterior aetas appellauit, vnde tandem petita haec recens appellatio est. Horum enim in agro, qua vergit in occasum, a montibus, quos Ptolemaeus Caucasios vocat, haud procul ab ipsis Euphratis fontibus, oritur Phasis. Ab iis quos Moscouitas nos appellamus, longa terrarum, vt apparet, intercapedine disiuncti. H.

p. Habuit complura) Familiaris haec Plinio formula praeteriti temporis, *habuit*, *inclaruit*, desiisse iam tum oppida illa significat. H.

pp. Tyndarida, Circaeum) Vide Not. et Em. N. XVII. (hic adi.) *Tyndarida, Circaeum*) Prius *Tyritacen* legebatur, cuius vrbis in hoc tractu nullum apud ceteros scriptores vestigium: nisi cui Stephani Τυριτακίτη pertinere huc videatur. At MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. vet. Dalec. etc. habent, *Tyndaridaceum:* vnde nos *Tyndarida, Circaeum*, effingi curauimus, Dionysii Periegetae admonitu persuasi, qui Tyndaridarum regionem, Circaeumque campum, ad Phasis ripas in intimo Ponti recessu, iuxta Colchos collocat, v. 688. H.

q. Cygnum, et in faucibus Phasin) De Cygno inferius. De Phasi Mela, L. I. c. 19. p. 23. *Hic Phasis erumpit: hic eodem nomine, quo amnis est, a Themistagora Milesio deductum oppidum.* Stephanus: Φάσις, πόλις πρὸς τῷ Φάσιδι ποταμῷ ἐν Κόλχοις. Instaurata denuo, hodieque praeampla ciuitas est, *le Phase.* H.

r. Aea.) Plinio Aea et Dioscurias, ciuitates duae sunt diuersae, Stephano vero vna et eadem. *Dal.*

Aea) Αἶα Stephano, p. 30. sed paulo a mari remotius quam Plinius statuit: nempe CCC. ipsis stadiis, στάδια τριακόσια, quae millia passuum efficiunt XXXVII. cum pass. quingentis. H.

[1] xv. mill. passuum a mari, vbi Hippos et [2] Cyaneos *s.* vasti amnes e diuerso in eum confluunt. Nunc habet Surium *t.* tantum, et ipsum ab amne influente ibi cognominatum, vsquequo *u.* magnarum nauium capacem esse diximus. Et alios accipit fluuios, magnitudine numeroque mirabiles, inter quos Glaucum *x.* In ore eius *y.*, insulae sine [3] nomine, ab [4] Absaro *yy.* [5] LXX. M. Inde aliud flumen [6] Charien *z.* Gens Salae, antiquis Phthirophagi *a.* dicti, et Suani *b.* Flumen [7] Cobum *c.* e Caucaso per Suanos fluens.

1. *Stephan.* CCC, *stadia (id est)* XXXVII. M. D. *pass. Pint.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Cyanos Gr. et Al.* 3. *nomine, ab Asmo. V. sic Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. nomine Abest Absaro Gr. et Al.* 5. *Sic et Ch.* LXXV. *Gr. et Al.* 6. *Charicis ex Arriano. Charistus. Ptolemaeo.* 7. *Cobus Arriano.*

s. Hippos et Cyaneos) Stephano, et Ptolemaeo, L. V. c. 10. Ἵππος καὶ Κυάνεος, ille a celeritate, quod incitatissimi equi more fertur: a colore iste caeruleo, nomen inuenit. Vterque in Phasin influit. H.

t. Surium) Σούριον in mediterraneis Colchorum oppidis Ptolemaeo, l. c. H.

u. Vsquequo) Hoc est, influente ibi Surio amne in Phasin, vbi, vel quo vsque magnis nauigiis Phasin diximus nauigari, hoc est, a mari, XXXVIII. mill. D. pass. H.

x. Glaucum) Γλαῦκος Straboni, L. XI. p. 489. H.

y. In ore eius) Vbi se Phasis in mare deuoluit. H.

yy. Ab Absaro LXX. M.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Paris. Nonnulli alii, LXXV. H.

z. Charien) Neutro id genere expressit, quia flumen praefatus. Arriano in Periplo, Χαρίεις ποταμός. Ptol. l. c. Χάριστος. Straboni p. 499. ὁ Χάρις. H.

a. Phthirophagi) Φθειροφάγοι Straboni l. c. quos ait a sordibus et squalore nomen habere. Horum et Mela meminit, L. I. c. 19. H.

b. Suani) Σόανες Straboni lib. XI. vbi tamen πόανες perperam legebatur: vt et apud Eustath. super Dionys. Θοᾶνες, commonente Hartungo decur. 2. num. 6. *Dal.*

Et Suani) Σοῦανοι Ptol. L. V. c. 9. Σόανες iidem Straboni l. c. et Stephano. H.

c. Cobum) Arriano in Periplo, Κῶβος ποταμός. H.

fluens. Dein Rhoas. Regio Ecrectice *d.* Amnes: [1] Singames *e.*, Tarsuras, Astelephas, Chrysorrhoas; Gens [2] Absilae *f.*, castellum Sebastopolis, a Phaside *g.* centum mill. passuum. Gens [3] Sannigarum *h.*, oppidum Cygnus *i.*, flumen *k.* et oppidum [4] Penius.

1. *Alias sic: Singames, Tapsuras, et Astelephus, ex Arriano et Ch. Sigania, Tersos, Atelpos, Gr. et Al.*
2. *Apsilae Arrian.* 3. *Samnigarum. V.* 4. *Pityûs Gr.*

d. Regio Ecrectice) Ptolemaeus, vt puto, appellat regionem hanc *Necreticen*: Arrianus *Niticen*. Pintian.

Ecrectice) Ptol. L. V. c. 10. ex Palatino cod. Ἐκρηκτικὴν χώραν appellat: quae germana vocis huiusce scriptura est. Inuenisse nomen ea regio videtur, vel quod abrupto salebrosoque solo est, vel quod frequentibus fluuiorum ac torrentium alveis excauato, vel denique crebris imbrium eruptionibus obnoxio, ταῖς συῤῥόαις τῶν ποταμῶν, καὶ ἐκρήγμασι τῶν ὑδάτων, καὶ χαράδραις. Vnde et eius orae fluuio Ῥόας inditum nomen. Ecrectices et Mela meminit, L. I. c. 19. Pars est Mingreliae borealis. H.

e. Singames, etc.) Vide Not. et Em. N. XVIII. (hic adi.) *Singames, Tarsuras Astelephos)* Nomina haec amnium refinximus ex Arriano, ita ea repraesentante in Periplo Ponti: Σιγγάμης, Ταρσούρας, Ἀστέλεφος. In Plinianis libris ita hactenus editum, *Sigania, Tersos, Atelpos.* In MSS. R. 1. etc. *Sigania, Thersos, Asthelpus.* H.

f. Absilae) Ἀψίλαι Arriano in Periplo. Horum castellum Sebastopolis, in vrbis deinde amplitudinem creuit, hodieque *Sauatòpoli*, retento vtcunque vetusto nomine, appellatur. H.

g. A Phaside) Ab oppido scilicet, in ore amnis cognominis posito, distat id castellum, cui Sebastopoleos nomen fuit. H.

h. Sannigarum) Arriano Σανίγαι, in Periplo Ponti. Stephano, Σαννίγαι, ἔθνος Σκυθίας. H.

i. Cygnus) Ab altero eiusdem nominis oppido, de quo superius, longe diuersum: etsi nomenclaturae par forte ratio. Illud enim in Phasidis ripa, istud a Phaside centum amplius passuum millibus disiunctum: illud sua aetate interiisse, istud integrum superesse significat. De appellationis occasione Mela, L. I. c. 19. *Oppidum est,*

nius *l.* Deinde multis nominibus *m.* Heniochorum gentes.

V. Subiicitur *n.* Ponti regio [1] Colica*nn.*, in qua iuga Caucasi ad Riphaeos montes torquentur, vt dictum

1. *Obliqua ex Pompon. lib. I. Tolet. Collita. Salm. et Manusc. exemp. quoque Colica. Colchica Gr.*

est, inquit, *quod Graeci mercatores constituisse, et quia cum coeca tempestate agerentur, ignaris quae terra esset, cygni vox notam dederat, Cygnum appellasse dicuntur.* H.

k. Flumen et oppidum Pityus) Sic Hermolaus, cum tamen antiqua omnis et recentior lectio *Penius* habeat, non *Pytius*: quam lectionem approbare videtur poëta Ovidius, quarto libro de Ponto, *Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Cratesque.* Itaque antiquam lectionem mutandam non censeo. Hanc castigationem debes Ouidiano enarratori. *Pint.*

l. Penius) Vide Not. et Em. N. XIX. (hic coll.) *Penius)* Sic antiqua omnis, recentiorque lectio ante Hermolaum, qui *Pityus* rescripsit: quamquam veterum codicum, quos secuti sumus, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. auctoritatem constabilit ipse Naso, L. IV. de Ponto, El. 10. v. 47. *Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque, Cratesque Influit, et crebro vertice tortus Halys.*

Et vero sane de Pityunte dicetur suo loco inferius. H.

m. Multis nominibus) Ex his Sanni Heniochi superius memorati. H.

n. Subiicitur regio Ponti Colchica) Locus frequens erroribus. Nam et in capitum distinctione erratum est, et in ordine verborum, et verba ipsa corrupta sunt. Aperiam igitur libere, vt soleo, sententiam meam, etiamsi periculum adeam, audax, et temerarius, et quibusuis aliis probrosis nominibus appellari, qui res tot iam seculis veluti communi doctissimorum hominum consensu receptas et persancte habitas, conuellere coner. Affirmo igitur initium quinto Capiti assignandum esse, vnde prius admonui, deinde processum continuationemque verborum sic concipiendam esse: *Deinde multis nominibus Heniochorum gentes, vrbe Colchorum Dioscuriade iuxta fluuium Anthemunta, nunc deserta, quondam adeo clara, vt Timosthenes in eam trecentas nationes, quae dissimilibus linguis vterentur,*

tentur, descendere prodiderit: et posteà a nostris cxxx. interpretibus n e g o c i a ibi gesta. Sunt qui conditam eam ab Amphito et Telchio Castoris ac Pollucis aurigis putant, a quibus ortam Heniochorum gentem feram constat. Reliqua littora ferae nationes tenent, Melanchlaeni, Coraxi, Achei, Mardi, Cercetae. Post eos Serri, Cephalotomi. Subiicitur Ponti regio Colchica, in qua iuga Caucasi ad Riphaeos montes torquentur, vt dictum est, altero latere in Euxinum et Maeotin deuexa, altero in Caspium et Hyrcanum mare. A Dioscuriade oppidum Heracleum, distat a Sebastopoli, LXXX. m. pass. In intimo eo tractu Pityus oppidum, et reliqua vsque ad finem capitis quinti. Nunc ostenso verborum ordine, ex collatione Strabonis, Ptolemaei, Arriani, Pomponii, cum verbis Plinianis, reliquum est vt v e r b a ipsa corrigamus. *Subiicitur Ponti regio Colchica.)* Neutrum ex nostris exemplaribus *Colchica* habet, sed alterum *collita*, alterum *colica*, vt putem scribendum esse, *obliqua*, et totum locum legendum esse sic: *Subit tum Ponti regio obliqua, etc.* Mouet me tum Arrianus in Periplo, qui enumeratis Heniochis et quibusdam aliis gentibus, quas hic refert Plinius, subdit: *A Sigame fluuio deflexímus in latus sinistrum Ponti vsque ad fluuium Hippum et ab Hippo ad Asclephum et Dioscuriada vrbem vidimus Caucasum, altitudine Gallicarum Alpium. Apparebat autem et i u g u m quoddam Caucasi nomine Strobilus, vnde fabulantur Prometheum Iouis imperio suspensum fuisse a Vulcano.* Hactenus Arrianus. Pomponius quoque primo libro, memoratis Melanchlaenis, Coraxis, Phthirophagis, Heniochis, Achaeis, Sindis, subiungit: *In Heniochorum finibus Dioscurias a Castore et Polluce pontum cum Iasone ingressis, Sindos in Sindorum ab ipsis terrarum cultoribus condita est. Obliqua tunc regio et in latum modice patens, inter pontum paludemque in Bosphorum excurrit.* Pintian.

nn. Regio Colica) Κωλική Stephano, et Scylaci. Vide Not. et Em. N. XX. (paulo post) Subiicitur haec regio supradictae Ecrecticae versus meridiem, vbi Caucasii montes ad Boream flectuntur ac veluti resiliunt, vsque ad Riphaeos. Hic igitur sese iuga findunt, serie eorum altera versus Euxinum, Maeotinque deflexa, altera versus Hyrcanum mare abscedente, vt duo maria geminis veluti brachiis attingere videantur. *Regio C o l i c a)* Ita diserte scriptum vidimus in R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. tum hoc loco, tum in Indice

dictum est *o.*, altero latere in Euxinum et Maeotin deuexa, altero in Caspium et Hyrcanium mare. Reliqua *p.* [1] litorum ferae nationes tenent, Melanchlaeni *q.*, Coraxi *r.* vrbe Colchorum Dioscuriade *s.*, iuxta

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. reliqua litorum Gr. litora Al.*

dice huius libri. Vidit et Pintianus in suis codd. quos ab eo neglectos miror, vt *obliqua* mallet rescribere. Editores Pliniani, quibus esset ignota regio Colica, *Colchica* posuerunt: cum de Colchis a Plinio nondum oratio instituatur. Sane Colices in hoc tractu meminere Mela, L. I. c. 19. *Reliquae*, inquit, *ferae incultaeque gentes, vasto mari adsidentes tenent, Melanchlaeni, Ecrectice, Colice, Coraxi etc.* Stephanus ex Hecataeo in Asiae descriptione: Κῶλοι, ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ· αἱ δὲ ὑπώρειαι τῦ Καυκάσου καλοῦνται Κώλικα ὄρη, ἡ χώρα Κωλικὴ etc. Certe non alia Colice, praeter istam, nota Hecataeo fuit: nam is Alexandri tempora antecessit, cuius expeditione detecta primum ora Indiae est, quae Colias similiter est appellata. Hinc Scylacem emendabis, p. 30. μετὰ δὲ Ἡνιόχους Κοραξοὶ ἔθνος. Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Κορικὴ (lege Κωλικὴ) ἔθνος. Μετὰ δὲ Κορικὴν (similiter Κωλικὴν) Μελάγχλαινοι. Id enim ipse situs locorum postulat. H.

o. Vt dictum est) Lib. sup. s. 27. H.

p. Reliqua) Sic et Pomp. Mela, L. I. c. 19. H.

q. Melanchlaeni) Μελάγχλαινοι. Scylax p. 30. Μετὰ δὲ Κοραξοὺς Μελάγχλαινοι· μετὰ δὲ τούτους Κόλχοι ἔθνος, καὶ Διοσκουριὰς πόλις, etc. His atra vestis, et ex ea nomen. Auctor Mela, L. I. c. 19. H.

r. Coraxi) In Colchis, inquit, Coraxi sunt, quorum oppidum Dioscurias. Stephanus: Κόραξοι, ἔθνος Κολχῶν. H.

s. Dioscuriade) Hodie *Prozonde*, vt Niger recte censuit: non *Seuastopoli*, vt aliis visum. Nummus antiquus ex aere minimo, cuius effigies est ad nos transmissa ex vrbe Roma, duos exhibet τῶν Διοσκούρων, hoc est, Castoris et Pollucis pileos: In altera parte clauam Herculis erectam, cum hac epigraphe ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑΔΟΣ: vbi forma literae Σ tempora denotat Caesaribus vetustiora. H.

iuxta fluuium Anthemunta *t.*, nunc deserta: quondam adeo clara, vt Timosthenes *u.* in eam ccc. [1] nationes, dissimilibus linguis, descendere prodiderit. Et postea a nostris cxxx. interpretibus negotia ibi gesta. Sunt qui conditam *x.* eam ab Amphito et Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam *y.* Heniochorum gentem feram constat.

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. nationes, quae dissimilibus linguis vterentur, descendere etc. Gr. et Al.*

t. Anthemunta) Ab Ἀνθεμοῦς, Ἀνθεμοῦντα. H.

u. Vt Timosthenes) Et Strabo quoque, L. XI. p. 498. H.

x. Sunt qui conditam eam ab Amphito et Telchio Castoris ac Pollucis aurigis putant.) Solinus deprauatam Plinii lectionem secutus, vt in plerisque omnibus solet, *Amphito* quoque et *Telchio* legit. Nos ad normam Graecorum scriptorum Plinii verba redigentes, non *Amphito* hic et *Telchio*, sed *Amphistrato*, et *Rheca* scribendum asserimus. Strabo libro vndecimo: *Tradunt Phthiotas Achaeos ex Iasonis exercitu Achaiam, quae hic est habitasse: Laconas vero Heniochiam, quorum duces Rhecas et Amphistratus fuerunt Castoris et Pollucis aurigae, vnde Heniochi, vt verisimile est, ab his fuerunt nominati.* Pint.

Sunt qui conditam) Solinus, c. 15. p. 35. aliisque. Vide Not. et Em. N. XXI. (paulo post) Ab ipsis Castore et Polluce, cum Iasone Pontum ingressis conditam esse Dioscuriadem, Mela est auctor L. I. c. 19. p. 23. *Sunt qui conditam eam ab Amphito et Telchio*) Pro Amphito et Telchio, Amphistratum et Rhecam, scribi putat oportere Pintianus, ex Strabone, L. XI. p. 496. cui addere etiam Eustathium potuit, qui Stephanum secutus est in Dionys. v. 685. p. 92. Verum Ammianus, L. XXII. p. 215. Solinus, c. 15. p. 35. et Isidor. ex Solin. L. XV. Originum, Amphitum et Cercium vocant: quamquam Ammianus, ex P. Castelli recensione, Telchium prae Cerchio mauult. H.

y. A quibus ortam Heniochorum gentem feram constat.) Pomponius in primo, feras incultasque gentes appellat omnes, quas hic Plinius memorat, Melanchlaenos, Coraxos, Phthirophagos, Heniochos, Achaeos, Cercetas. Itaque vbi omnes sunt ferae

ſtat. A Dioſcuriade oppidum Heracleum: diſtat a Sebaſtopoli *z.* [1] LXX. mill. paſſuum *a.* Achaei *b.*, Mardi *c.*, Cercetae: poſt eos *d.* Serri, Cephalotomi. In intimo *e.* eo tractu Pityûs oppidum opulentiſſimum, ab Heniochis direptum eſt. A tergo eius *f.*, Epage-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* LXX. *Gr. et Al.*

ferae gentes, nihil attinebat Heniochos feros appellare. Quapropter probo magis veterem vtriusque codicis lectionem, in quibus non, *feram:* ſed *fere* legitur. *Pint.*

z. A Sebaſtopoli) Caſtello, de quo ſup. ſect. mox vrbe, *Sauatopoli.* Nunc aquis obruta interiit. Heraclei promontorii, a quo et oppido nomen, meminit Arrianus in Periplo. H.

a. LXX. mill. paſſ.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. Alii quidam, LXXX. H.

b. Achaei etc.) Hos quoque Scylax enumerat, p. 30. Κερκέται, ἔθνος — — μετὰ δὲ Κερκέτας, Ἀχαιοὶ ἔθνος· μετὰ δὲ Ἀχαιὰς Ἡνίοχοι ἔθνος, etc. Tenuere hi olim intimum Ponti Euxini receſſum, angulumque eum, qui maxime ſpectat ortum, et in boream flectitur. Hodie, *l' Avogaſie.* H.

c. Mardi) Non vnius gentis haec propria appellatio eſt, ſed communicatur cum pluribus, quibus eadem feritas morum par nomen afferuit. Alios in hoc ipſo libro Mardos offendemus. H.

d. Poſt eos) Hoc eſt, a tergo, verſus ortum. Legendum porro forte coniunctim, *Serri Cephalotomi*, vt eo cognomine diſcriminentur hi Serri ab alia gente cognomine, cuius montes arduos ac inacceſſos in Dacia memorat Ammianus, L. XXVII. p. 341. Hi vero ab ingenii feritate, quod captos hoſtes capite ſtatim minuerent, Κεφαλοτόμοι dicti videntur. H.

e. In intimo) In receſſu Ponti, ſinuque maris eius vltimo, in Colchidis ora, ἐν τῇ Κολχίδος παραλίᾳ, Pityus eſt: Πιτυοῦντα τὸν μέγαν Strabo vocat, L. XI. p. 496. a Dioſcuriade ſtadiis CCCLX. hoc eſt mill. paſſ. LXV. Id oppidum eſt, quod in boreali ora Ponti Euxini a S. Sophia nomen habet. H.

f. A tergo eius) Verſus ortum, et Caſpium mare. H.

Epageritae *g.*, Sarmatarum populus in Caucasi iugis: post quem Sauromatae. Ad hos [1] profugerat *h.* Mithridates *i.* Claudio principe, narrauitque Thallos [2] iis *k.* esse confines, qui ab oriente Caspii maris fauces attingerent: siccari eas aestu recedente. In ora autem *l.* iuxta Cercetas, flumen [3] Icarusa, cum

 oppi-

1. *Sic et Ch. confugerat Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Thalos Gr. et Al.* 3. *Tarusa. M.*

g. Epageritae) Ἐπαγειρῖται, sic appellati, quod vel ad arma, vel ad concionem vocati statim conuolarent, et congregarentur: ἐπαγείρω *congrego*: vel quod haec Sarmatarum portio in certos collecta pagos, non sparsa, vt ceteri, et vaga foret. H.

h. Ad hos confugerat Mithridates Claudio *principe, narrauitque* Thalos, *etc.)* Lege: *Ad hos Sauromatas profugerat Mithridates Claudio principe, narrauitque Thalos his esse vicinos, qui ab oriente Caspii maris fauces attingerent.* Thali vicini Sauromatis qui Thalii, Caspii maris fauces attingebant. *Salmas.*

Ad hos) Ad Sauromatas. Hi Sarmatis supradictis ad orientem adiacent, versus Hyrcanum mare. De his, et de Thallis Solinus, c. 15. p. 35. *Vltra Sauromatas, qui Mithridati latebram, et quibus originem Medi dederant, confines sunt Thalli his nationibus quas ab oriente contingunt.* Obtinuere ii Sauromatae partem Georgiae borealem, qua in ortum inclinat. Ab aliis Sauromatis, qui vltra Tanaim panduntur in latitudinem, hos recte discriminat Ammianus, L. XXII. p. 215. H.

i. Mithridates) Non ille Ponti, quem Pompeius deuicit, vt satis ipsa temporum diuersitas admonet, sed Iberiae rex, de quo Tacit. Annal. L. VI. p. 144. et alibi passim. H.

k. Thallos iis) Erant, inquit, Sauromatis Thalli confines, vltimique tractus illius populi, qui Caspii maris fauces attingerent, vnde a Scythico, (vt credebatur olim) irrumpit oceano. Hunc Plinii locum, vt alia multa, perperam Solinus accepit. Thallos nunc dici arbitror, qui regnum Astracani, vt appellant, obtinent. H.

l. In ora autem) In ora boreali Ponti, qua versus Bosphorum Cimmerium reflectitur: nam, vt Ammianus monet,

oppido Hiero *m.* et flumine, ab Heracleo CXXXVI. *n.* mill.[1] Inde promontorium *o.* Crunoe, [2] a quo supercilium arduum tenent Toretae. *p.* Ciuitas Sindica *q.*, ab

1. *Sic et Basil. exem. Ch. M. et Tol.* κρȢνοι. *Graece. Cronea Gr. et Al.* 2. *cuius V.*

net l. c. *Post terga Cercetarum Cimmerii agitant incolae Bosphori, vbi Milesiae sunt ciuitates, Panticapaeum, etc.* Pars haec est Auogasiae, vt vocant, occidentalior. H.

m. Oppido Hiero) Λιμὴν ἱερὸς Arriano in Periplo Ponti. H.

n. Ab Heracleo CXXXVI. mill.) Arrianus ibid. ab Heracleo ad Hierum stadia numerat omnino MDCCLXXX. quae mensura efficit millia pass. CXLVII. cum quingentis pass. sed forte longiora quaerit nauigando sinuum diuerticula et anfractus. H.

o. Inde promontorium Cronea, quo supercilium arduum, etc.) Nostra exemplaria rectius: *Inde promontorium Crunoe, a quo supercilium, etc.* Nam et Dionysopolin vrbem Thraciae Crunos ante dictam, siue mauis Crunus, hoc est salientes, Plinius supra docuit, et Strabo ac Stephanus et reliqui tradunt. Erit ergo rectus pluralis, *Crunoe*, vt Soloe, et capite sequente Cepoe, et multa huius notae. *Pint.*

Crunoe) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Graecis ΚρȢνοι. H.

p. Toretae) Τορέαται, ἔθνος Ποντικὸν, Stephano. Iidem Τορέαται Straboni, inter Maeoticos populos, L. XI. p. 495. et Melae, L. I. c. 19. Vide Not. et Em. N. XXII. (hic adi.) *Toretae)* Prisciano in Periegesi, p. 383. *Oretae* mendose hi appellantur, pro *Toretae*, vel *Toreatae.* Festus item Auienus similiter emendandus, in descript. orbis p. 877. — *Cercitia gens est Atque Oretarum propter genus: indeque Achaei Ab Xanthi ripis, atque Idaeo Simoente Transuexere larem*, etc. Scribe, *Cercetia, et Toretarum.* H.

q. Sindica) Ciuitas Sindos Melae, L. I. c. 19. a quo et Sindones populi in confinio Maeotidis collocantur. ΣίνδȢς hos Strabo vocat, L. XI. p. 495. A meridie paludi subiici eos scribit Stephanus, verbo Σινδοί. Ptol. L. V. c. 9. Σίνδα κώμη. Arriano Σινδικὴ, vt et Straboni. H.

ab Hiero *r.* LXVII.[1] M. D. paſſ. Flumen[2] Setheries *s.* (VI.) Inde ad Boſphori Cimmerii introitum *t.* LXXXVIII. mill. D. paſſ.

VI. Sed ipſius peninſulae inter Pontum et Maeotim lacum excurrentis, non amplior[3] LXVII. mill. D. paſſ. *u.* longitudo eſt: latitudo nuſquam[4] infra duo iugera. [5] Eionem *x.* vocant. Ora ipſa Boſphori, vtrimque ex Aſia atque Europa, curuatur in Maeotin. Oppida, in aditu *y.* Boſphori primo Hermonaſſa *z.*,

1. *Sic et Ch. M. paſſ. Gr. et Al.* 2. *Sceaceriges. Gr.* 3. *Sic et Ch.* LXXXVII. *Gr. et Al.* 4. *Intra. V.* 5. *Eonem. Ch.*

r. Ab Hiero LXVII. etc.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. At Arrianus in Periplo, Sindicae ab Hiero interuallum ſtatuit dimidio fere minus, ſtadiorum ſcilicet trecentorum: hoc eſt milliarium XXXVII. D. paſſ. H.

s. Setheries) Vnde *Sceaceriges* Plinii editores hauſerint, aut qua vi ingenii excuderint, non video: MSS. certe proxime appellati, *Setheries* legunt. H.

t. Introitum) Boſphori anguſtias, ſeu fauces. H.

u. LXVII. mill. D. paſſ.) Vide Not. et Em. N. XXIII. (hic conſp.) *LXVII. mill. D. paſſ.)* In libris hactenus editis, repetito perperam ſuperiore numero, hic rurſum legebatur, *LXXXVII. mill. D. paſſuum.* Verum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Pariſ. aliorumque codicum admonitu, LXVII. quae vera menſura eſt, reſtituimus: Congruit enim ea mirum in modum cum Arriani menſura, qui ſtadiis omnino quingentis et XL. ſpatium illud definit, quod per totam peninſulam a Sindica ad Boſphorum excurrit: hoc eſt, LXVII. mill. D. paſſuum. H.

x. Eionem) Ἠϊόνα, quae vox oram et litus ſonat. H.

y. In aditu) In ipſa peninſula, qua iter eſt ad Boſphorum. Mela L. I. c. 19. *obliqua tunc regio, et in latum modice patens, inter Pontum paludemque* Maeotin, *ad Boſphorum excurrit: quae duobus alueis in lacum et in mare profluens, Corocondamam peninſulam reddit. Quatuor vrbes ibi ſunt, Hermonaſſa, Cepoe, Phanagoria, et in ipſo ore Cimmerion.* H.

nassa z., dein Cepi Milesiorum. a. Mox Stratoclia b., et Phanagoria c., et paene desertum [1] Apaturos d., vltimoque in ostio Cimmerium e., quod antea Cerberion f. vocabatur. (VII.) Inde Maeotis lacus, in Europa dictus. g.

VII. A Cimmerio accolunt Maeotici h., Vali, Serbi, [2] Arrechi, Zingi, Psesii. Dein Tanain amnem, gemino

1. *Apaturon. Strab. Lib. XI.* 2. *Sic V. Archi Gr. et Al.*

z. *Hermonassa.)* Ἑρμόνασσα Straboni, l. c. H.

a. *Cepi Milesiorum)* Κῆποι, hoc est, Horti: ab amoenitate loci nomen effictum. Phanagoriam, et Hermonassam, colonias esse Ionum, seu Milesiorum, auctor est Dionysius Periegetes, v. 553. atque id de vicinis Cepis affirmat auctor Peripli Ponti Euxini, p. 2. Κῆπος ἀποικισθεῖσα ὑπὸ Μιλησίων. H.

b. *Stratoclia)* Στρατοκλεία. H.

c. *Phanagoria)* Φαναγόρια Straboni: et Stephano: Φαναγορία auctori Peripli Ponti Euxini, p. 1. H.

d. *Apaturos)* Ἀπάτουρον fanum fuit, vbi Venus Ἀπάτουρος, hoc est *Dolosa*, colebatur, ob interfectos dolo gigantes. Strabo, L. XI. p. 495. et ex Strabone Stephanus. H.

e. *Cimmerium)* Κιμμερὶς πόλις, auctori Peripli p. 2. Ad hos Cimmerios densissimarum tenebrarum fama pertinere credita, quae venit in adagium Ea de re vide Bochart. in Geogr. parte II. L. I. p. 653. et Eustath. in Odyss. λ. v. 14. p. 1670. H.

f. *Cerberion)* Cimmerios quidem Cerberios Crates appellabat, vt docet Eustath. l. c. p. 1671. et Hesychius: Κερβέριοι — — Φασὶ δὲ τοὺς Κιμμερίους Κερβερίους, καὶ τὴν πόλιν οἱ μὲν Κερβερίαν καλοῦσιν, οἱ δὲ Κιμμερίην. H.

g. *In Europa dictus)* L. IV. f. 24. H.

h. *Maeotici)* Vel Maeotae, Μαιῶται, quorum plura genera: Vali, Serbi Σέρβοι Ptol. L. V. c. 9. Arrechi Ἀρρηχοὶ ἔθνος Μαιωτῶν Stephano p. 114. ex Strabone L. XI. p. 495. Zingi, Psesii Ψησσοὶ Stephano p. 726. Vide Not. et Em. N. XXIV. (paulo post) Quam hi regionem obtinuere olim, nunc *la Commanie*. *Maeotici, Valli, Serbi, Arrechi, Zingi, Psesii)* Ex his Maeotarum gentibus Arrechis suum nomen restituimus,

gemino ore *i.* influentem, colunt Sarmatae *k.*, Medorum (vt ferunt) soboles, et ipsi *l.* in multa genera diuisi. Primo Sauromatae *ll.* Gynaecocratumeni, [1] Amazonum *m.* connubia. Dein Euazae *n.*, [1] Cottae,

1. *Amazonum regna. V. Gynaecocratumeni, vnde Amazonum. con. Gr. et Al.*

mus, quod in *Archi* foede hactenus contractum fuerat. Zingos retinuimus, quos cum Sindis, de quibus sect. 5. dictum est, Ortelius perperam confundit: Sindi enim Ponti, Zingi latus Maeotidis oram accolebant, versus boream, Tanaisque ostia. H.

i. Gemino ore) Strabo L. XI. p. 493. gemina Tanais ostia stadiis ait sexagenis inter se distare. H.

k. Sarmatae, Medorum) Sauromatas, quae Sarmatarum natio est, a Medis trahere originem auctor est Solinus, c. 15. p. 35. H.

l. Et ipsi) Vt Maeotae in plura genera nominaque gentium diuisi, sic et Sarmatae in Sauromatas, aliosque: Sauromatae rursus in Gynaecocratumenos, etc. Sic etiam Mela, L. I. c. 19. *Tanais ripas, inquit, Sauromatae, et ripis haerentia possident. Vna gens, aliquot populi, et aliquot nomina. Primi Maeotici γυναικοκρατέμενοι, Amazonum regna.* Scylax quoque, p. 29. Σαυρομάτων δέ ἐςιν ἔθνος, Γυναικοκρατέμενοι. Τῶν Γυναικοκρατεμένων ἔχονται Μαιῶται, etc. H.

ll. Primo Sauromatae Gynaecocratumeni, etc.) Lege: *Primo Sauromatae Gynaecocratumeni Amazonum connubia.* Vide Vossium in Melam pag. 107.

m. Amazonum connubia) Quibuscum coiere Amazones e praelio reduces ad Thermodontem amnem commisso: vnde Γυναικοκρατέμενοι appellati, quod victricibus obsequantur ad procreandam eis sobolem. Sic auctor Peripli Ponti Euxini p. 1. Τέτοις δὲ ἐπιμεμίχθαι τὰς Ἀμάζονας τοῖς Σαυρομάταις λέγεσιν, ἐλθέσας ποτὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν γινομένης μάχης· ἐφ᾽ οἷς ἐπεκλήθησαν οἱ Σαυρομάται Γυναικοκρατέμενοι. Haec quoque Dionysius in Periegesi, v. 656. cuius mentem carmine Auienus expressit, v. 865. Sunt hi porro Sauromatae, qui nunc Tartari Pettigori vocantur in Tanais ripis, qua spectat Asiam, quoque proxime in Maeotin infunditur. Vide Not. et Em. N. XXV. (hic adi.) *Vnde Amazonum*

[1]Cottae *o.*, Cicimeni *p.*, [2]Meſſeniani *q.*, Coſtoboci, Choatrae, Zigae *r.*, Dandari *s.*, Tuſſagetae *t.*, Tur-

1. Choatrae. V. Cottae Gr. Coritae Al. 2. Meſſeneiani. V.

zonum connubia) Addidere voculam *vnde* editiones antiquae, Romana, Parmenſis, aliaeque, haud temere, vt arbitramur; quamuis eam nec R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. aliiue MSS. quos vidimus, vlli agnoſcunt. H.

n. Euazae) Forte ab εὐάζω dicti, quaſi Bacchi orgia celebrantes, vel vt Maro canit, *Euantes orgia.* In R. tamen 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. legitur *Dein naeuazae*, forte pro *Eunazae* ab εὐνή. H

o. Cottae) In MSS. *Coitae.* An a κοίτη, quae vox, vt εὐνή cubile et coitum ſonat? H.

p. Cicimeni) Forte Ciccimeni, a κίκκη, quae συνεσία. Vt vt eſt de voce, quotquot hic Tanais accolae nominantur, nunc vna fere cenſentur appellatione Moſcouitarum, quorum in ditionem ac poteſtatem venerunt. H.

q. Meſſeniani.) Moſchouitae, qui, vt Apollonius tradit, a Graecis Μοσσυνοικοὶ dicuntur. Modacas Ptolemaeus vocat. *Dalecamp.*

r. Zigae) Vide Not. et Em. N. XXVI. (hic coll.) *Zigoe)* Neque ſunt hi Strabóni Ζύγοι, L. XI. p. 495. nec Plinii Ptolemaeique Sinbi, vt Nicoloſio viſum: Herculis part. 3. p. 280. aliisque. Nam Zigae Tanais, Sindi, Zygique Ponti oram accolunt: et a Zygis Ζυγόπολις appellata, a Stephano ex ipſo Strabone, prope Trapezuntem eſſe dicitur, παρὰ Τραπεζοῦντα. H.

s. Dandari) Δανδάριοι Straboni, L. XI. p. 495. inter Maeoticas gentes: Stephano item, p. 221. Vide Not. et Em. N. XXVII. (hic poſ.) *Dandari)* Ex Plinio, Strabone ac Stephano, Plutarchi librariorum mendum agnoſcimus, in Lucullo, p. 501. Γένος δ' εἰσὶν οἱ Δαρδάριοι βαρβάρων τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν οἰκοῦντων. Legendum Δανδάριοι. H.

t. Tuſſagetae, Turcae) Thyſſagetae Pomponio, et Turcae, prope Amazonum regna et Gelonos, vaſtas ſiluas occupare dicuntur, alique venatu. Tanais oram coluiſſe mihi videntur ii, in eo amnis flexu, qua maxime ad Volgam fluuium, et Caſpium mare curuatur: vbi Aſtracani regnum. Hinc profecti qui nunc imperium Orientis tenent. H.

[1] Turcae, vsque ad solitudines saltuosis conuallibus asperas: vltra quas [2] Arimphaei *u.*, qui ad Riphaeos pertinent montes. Tanain ipsum Scythae [3] Silin *x.* vocant, Maeotin Temerinda, quod significat matrem maris. *y.* Oppidum in Tanais *z.* quoque ostio fuit.

1. *Iyrcae, siue Iurcae. Pint.* 2. *Agrippaei. Pint.* 3. *Silyn. Gr.*

u. Vltra quas Arimphaei) Et hi quoque nunc Moscovitici iuris, Tanais olim riparum incolae, iuxta illius fontes: nam is ex Riphaeo monte deiicitur, vt Mela testatur L. I. c. 19. p. 24. quem ad montem vsque pertinent Arimphaei. H.

x. Silin vocant) Atque ad huius similitudinem id quoque nomen ad alios maiores amnes transtulerunt. Nam et Iaxartem iidem Selin vocauere, vti dicemus §. 18. De Tanai Eustath. in Dion. v. 17. Ἰςέον δὲ ὅτι ὁ ποταμὸς ἔτος, διὰ τὸ τεταμένως ῥεῖν Τάναϊς ἑλληνιςὶ καλȣμένος, Σίλις, ὡς φασί τινες παρὰ τοῖς παροικȣ̃σι βαρβάροις ὠνόμαςαι. H.

y. Matrem maris.) Sic et Dionys. μητέρα πόντȣ vocare: at reuera Scythicum Temerinda maris finem potius denotare auctor M. Anton. Delr. super Sen. trag. par. vlt. pag. 297. Fuerit itaque *Themers-end*, seu vt nos enunciamus, *Dess-moers-end.* Dal.

Matrem maris) Quoniam aquas in Euxinum effundit, et perennes eidem sufficit, ipso paene mari haud minor lacus: idcirco ἡ Μαιῶτις ȣ̓ πολὺ ἐλάττων τȣ̃ Πόντȣ ἐςὶ, λεγομένη καὶ Μήτηρ τȣ̃ Πόντȣ, inquit Eustath. in Dion. Perieg. v. 17. ex Herodoto. Temerinda Maris finem potius significare auctor est Delrio, in Com. ad Herc. Furent. Καρπαλȣ̀κ a Scythis vocari, eaque voce Matrem intelligi ac velvti piscium obstetricem, quorum palus tota feracissima est, scribit Io. Tzetzes, Chil. VIII. hist. 224. v. 773. parem proinde vim esse Scythicae vocis Καρπαλȣ̀κ, et Graecae Μαιῶτις, a Μαιόομαι, quod est *obstetricor*, et μαιευτρία, *obstetrix*. Μαιῶτις δὲ παρ᾽ Ἕλλησιν αὕτη πλȣτεῖ τὴν κλῆσιν, Ὡς μήτηρ καὶ Μαιευτρία γένȣς παντὸς ἰχθύων. H.

z. In Tanais quoque ostio fuit) Et est hodieque ex integro instauratum: *Asof* Tabulae, vocant. Τάναϊς πόλις Ptolem. L. III. c. 5. μεταξὺ τῶν ςομάτων. H.

fuit. Tenuere finitima *a.* primi Cares, dein Clazomenii et Maeones, postea [1] Panticapenses. Sunt, qui *b.* circa Maeotin ad Ceraunios [2] montes has tradant gentes: A litore [3] Napitas: supraque Essedones Colchis iunctos, [4] montium cacuminibus. Dein Carmacas *c.*, Oranos, [5] Autacas, Mazacas *d.*, [6] Cantoca-

1. *Ponticapenses.* *Ch.* *ex glossemate.* 2. *montes altiores Gr. et Al. altiores non legitur in vetust. cod. neque in manusc. nec in Ch.* 3. *Sic. V. Napaeas Gr.* 4. *ac montium Gr. ac, in M. del.* 5. *Sic Ch. Antacas Gr.* 6. *Ascanticos, Acapeatas, Agagammatas, Phycaros, Rhimosolos, Gr. et Al. Ascanticos, Agapetetas V.*

a. Tenuere finitima) Paruere, inquit, diuersis subinde populis tractus hi terrarum, qui Tanais ostiis ripisque adiacent. De Carum migrationibus Strabo, L. I. p. 61. H.

b. Sunt qui) Quae circa Maeotin habitant gentes, inquit, ad Ceraunios vsque montes, supra Caspium mare, aliis alii distinguunt nominibus: ac primum quidem statim in ipso Maeotidis litore Napitas, etc. Vide Not. et Em. N. XXVIII. (hic adi.) *Sunt qui* — — *ad Ceraunios montes has tradant gentes: A litore Napitas etc.*) Geminum hoc loco mendum curauimus: Altera vocula *altiores*, quam his vocibus *ad Ceraunios montes* subtexuerant, inuitis codd. omnibus MSS. interpolatores Pliniani, erasa: altera leuiter immutata, *Napitas* pro *Napaeas.* Quoniam Stephano Νάπις κώμη Σκύθιας est: ὁ οἰκήτωρ Ναπάτης ἢ Ναπίτης, καὶ Ναπίται ἐθνικόν. H.

c. Dein Carmacas) Vide Not. et Em. N. XXIX. (hic consp.) *Dein Carmacas, Oranos, Autacas, Mazacas, Cantocaptas, Agamathas, Picos, Rhymozolos, Ascomarcos, - - Ramos - - Authiandas*) Aliter paulo libri hactenus editi: *Dein Carmacas, Oranos, Antacas, Mazacas, Ascanticos, Acapeatas, Agagammatas, Phycaros, Rhimosolos - - Ranos - - Asuciandas.* Ignota perinde fere ac barbara, fateor, vtrimque nomina: sed quae nos exhibemus, ea plane ex fide codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. repraesentamus. Inconsulti sane Plinii editores, Phycaros Indiae populos, de quibus L. XXXVII. s. 33. huc trans-

tocaptas, [1] Agamathas, Picos, Rhymozolos, Afcomarcos: et ad iuga Caucafi Icatalas, [2] Imaduchos, [3] Ramos, Anclacas, Tydios, Caraftafeos, [4] Authiandas. Lagoum amnem ex montibus Catheis, in quem defluit Opharus: [5] ibi gentes Caucadas, Opharitas: Amnes, [6] Menotharum *e.*, Imityem ex monti-

1. *Agancimatas Ch.* 2. *Modacas. V.* 3. *Ranos Gr. et Al.* 4. *Antiandas. V. Afuciandas Gr. et Al.* 5. *Sic et in M. et Ch. vbi Gr.* 6. *amnem Menotharum, Imituenis ex montibus fciffum, Gr. et Al.*

tranfuexerunt. Pro *Agamathas* rectius forfan *Agametos* fcripferis, quafi connubia hae gentes nefciuerint, ἀγαμητος. Rhymozoli, quod fordes o l e r e n t, ῥυμοζόλοι vel ῥυμμοζόλοι dici potuerunt. Cetera, atque haec forte ipfa, Scythicae potius videntur effe nomina, quam Graecanicae originationis. H.

d. Mazacas) Alii funt Mazaces Africae gens, quorum praecurrentium, ac iter explorantium comitatu nobiles Romani delectabantur. Suetonius in Nerone cap. 30. *Armillata et phalerata cum Mazacum turba et curforum.* Claud. in Panegyr. ad Stiliconem, *pauidus proiecit miffile Mazax.* Id mirum eft quod fcribit Seneca epift. 124. lib. XXII. *Omnes iam fic peregrinantur, vt illos Numidarum praecurrat equitatus, vt agmen curforum antecedat.* Mart. lib. X. epift. 13. *Cum cathedralitios portet tibi rheda miniftros, Et Libys in longo puluere fudet eques.* Turneb. cap. 3. XXX. *Dal.*

e. Amnem Menotharum Imituenis ex montibus fciffum) Vetufta exemplaria caftigatius, *Amnes, Menotharum, Imituem, ex montibus Ciffiis.* Vnde et quod fequitur ftatim, *Circaque fontem Imitiffi*, emendandum erit, *Imituis*, a quo etiam *Imitui* populi dicti videntur. *Pintian.*

Amnes, Menotharum etc.) Vide Not. et Em. N. XXX. (hic adi.) *Amnes, Menotharum*) Certiora multo fincerae lectionis veftigia fecuti fumus, quae in laudatis proxime exemplaribus deprehendimus, quam quae libri hactenus editi repraefentarunt, n e m p e huiufmodi: *Amnem Menotharum, Imituenis ex montibus fciffum, inter Agedos, Carnapas, Gardeos, Accifos, Gabros, Gregaros. Circaque fontem Imityis Imityos, et Aparthenos, Alii influxiffe eo Suitas, Auchetas, Satarneos, Afampatas.*

montibus Cissiis, inter [1] Acdeos, Carnas, Vscardeos, Accisos, Gabros, [2] Gogaros. Circaque fontem [3] Imityis, Imityos, et Aparthenos. Alii influxisse eo [4] Scythas Auchetas, Atarneos, Asampatas. Ab his Tanaitas et [5] Inapaeos viritim deletos. Aliqui flumen [6] Ocharium labi per Cantecos et Sapeos: Tanain vero transisse [7] Phatareos, Herticeos, Spondolicos, Synhietas, Amassos, Issos, Catazetos, Tagoros, [8] Catonos, Neripos, Agandeos, [9] Mandareos, [10] Satarcheos, Spaleos.

VIII. Peracta est interior ora, omnesque accolae: [11] nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus *f.*: in

1. *Agedos, Carnapas, Gardeos, Gr. et Al.* 2. *Sic Ch. Gregaros Gr. et Al.* 3. *fontem Imitissi, Imituos Gr. et Al. Imituis Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. Suitas, Auch. Gr. et Al. Satarneos Gr.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. Nepheonitas Gr. et Al.* 6. *Opharium. Gr.* 7. *Satareos. V.* 8. *Caronos. Ch.* 9. *Gandareos. V.* 10. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. Saturcheos Gr. et Al.* 11. *Sic ex MSS. em. Hard. cons. M. et Ch. et Basil. nunc reddantur gentes in mediterraneo sinu: Gr. et Al.*

tas. Ab his Tanaitas, et Nepheonitas viritim deletos. Nihilominus, etsi *Gegaros* laudati mox codices exhibent, praeter Chiffletianum, qui *Gogaros* habet: huic vni magis tribuendum duximus, quoniam inter Colchos et Iberos orientales Γωγαρηνὴ regio a Stephano collocatur, p. 217. De Scythis vero Auchetis cognominatis dictum iam superius est, L. IV. f. 26. Cetera nihilo meliora sunt, quae retenta librorum publicorum scriptura edimox fiuimus, quam quae conditiui habent, in hunc fere modum: *Tanain vero transisse Satarcheos, Herticleos, Spondolicos, Synhietas, Anasos, Issos, Catetistagoras, Caronos, Neripos, Agandeos, Meanduraeos, Satarchaeos, Spalaeos.* Digna Cimmeriis tenebris, quas prope adsident, ista nomina. H.

f. Nunc reddantur gentes in mediterraneo sinus.) Castior lectio antiquorum codicum, *Nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus.* Impressa quoque

in quo multa aliter, ac veteres, proditurum me non eo inficias, anxia perquisita cura, rebus nuper in eo situ gestis a Domitio *g.* Corbulone, regibusque inde missis supplicibus, aut regum liberis obsidibus. Ordiemur autem *h.* a Cappadocum gente. Longissime haec Ponticarum omnium introrsus *i.* recedens, minorem Armeniam, maioremque, et Commagenen laeuo suo latere *k.* transit: [1] dextra vero omnes in Asia dictas *l.* gentes, plurimis superfusa populis: magnoque impetu scandens ad ortum Solis et Tauri iuga, transit Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam: vadit super Antiochiae *m.* tractum, et vsque ad [2] Cyrrhesticam eius regionem parte sua, quae vocatur Cataonia, contendit. Itaque ibi longitudo Asiae XII. [3] quinquaginta *n.* mill. passuum efficit, latitudo, DCXL. mill.

 IX.

1. *dextro.* 2. *Cirrhesticam Gr. et Al.* 3. *Martianus, vndecies centena quadraginta. et sic Gr.*

quoque omnis lectio *ingens*, agnoscit, non *gentes.* Appellat autem Plinius certos quosdam terrae tractus *sinus*, vt in mari fit, infra etiam cap. XI. *Ita se habet*, inquit, *terrarum sinus e clarissimis.* Pint.

g. A Domitio) Quem retinendae Armeniae Nero praefecerat. Vide Tacit. L. XIII. Annal. p. 199. et toto fere L. XIV. H.

h. Ordiemur autem) Haec totidem ferme verbis Martianus exscripsit, L. VI. c. de Cappadocia, p. 222. H.

i. Introrsus) In medias terras irrumpens, ita Coro versus Eurum, hoc est, ab Euxino Ponto ad Syriae limites. H.

k. Laeuo suo latere) Qua spectat orientem. H.

l. In Asia dictas) Phrygiam, Pisidiam, Pamphyliam, Ciliciam, etc. H.

m. Vadit super Antiochiae tractum, et vsque ad Cyrrhestiam, etc.) Per *Antiochiam* non vrbem intelligit, sed *Syriam Antiochiam.* Salmas. p. 627. a.

n. XII. quinquaginta) Hoc est, duodecies centena quinquaginta mill. passuum. Vide Not. et Em. N. XXXI. (hic adi.) *XII. quinquaginta)*

IX. Armenia autem *o.* maior incipiens a [1] Paryadris *p.* montibus, Euphrate amne (vt dictum est *q.*) aufertur Cappadociae: et qua discedit *r.* Euphrates, Mesopotamiae, haud minus claro amne Tigri. Vtrumque fundit ipsa, [2] et initium Mesopotamiae facit, inter duos amnes iturae. Quod [3] iter est ibi, tenent Arabes Orei. Sic finem vsque in Adiabenen *s.* perfert. Ab ea transuersis iugis inclusa, latitudinem in laeua pandit ad Cyrum amnem [4] transuersa Ara-

1. *Pariedris Gr. et Al.* 2. *Rectius vetustiss. cod. et initium Mesopotamiae facit inter duos amnes sitae. Terrae quod interest ibi, tenent Arabes, etc.* 3. *Interest ibi Gr. et Al.* 4. *transuersim. transuersa in Ar. Gr. et Al.*

ta) Martianus L. VI. c. de Cappadocia, p. 222. vtrumque numerum minuit, scribens duntaxat, *vndecies centena quadraginta.* Sed nostri nobis pluris sunt codices R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. etc. quam vnus Martianus. H.

o. Armenia autem) Martianus, l. c. Nunc *Armenie, Turcomanie.* H.

p. A Paryadris) Horum montium iuga eminent paulo supra Claudiopolim Cappadociae, vbi Euphrates sese flectens cursum ad occasum et meridiem agit. H.

q. Vt dictum est) Lib. V. s. 20. *Fluit* Euphrates, inquit, *Armeniae regiones a Cappadocia excludens*, ab occasu nimirum. H.

r. Et qua discedit) Qua parte maxime a Tigri occasum versus abscedit Euphrates, ibi latius se extendens Armenia, atque vltra Tigrim in ortum prouecta, a Mesopotamia ipso amne Tigri dispescitur. Nam vtrumque amnem fundit ipsa, ac simul Mesopotamiae initium facit, iam tum a Tigris amnis fontibus: est enim μεσοποταμία spatium inter duo flumina. Quantum autem terrarum ibi primum interiacet, inter vtrumque amnem, Arabes Orei tenent, quorum vrbes Edessa, et Cartha, vt diximus L. sup. s. 20. H.

s. In Adiabenen) Assyriam attingunt Armeniae fines. Ab ea Niphatis montis iugis disclusa, latitudinem a meridie ad boream pandit vsque ad Cyrum amnem, qui in Caspium mare voluitur, trans ipsum Araxem fluuium prouecta. H.

Araxem *t.*: longitudinem vero ad minorem vsque Armeniam, Absaro amne in Pontum defluente, et [1] Paryadris montibus, qui fundunt Absarum, discreta ab illa.

X. Cyrus oritur in Heniochiis *u.* montibus, quos alii Coraxicos vocauere: Araxes *x.* eodem monte, quo Euphrates, VI. mill. passuum interuallo: auctusque amne [2] Musi *y.*, et ipse (vt plures existimauere *z.*) a

1. *Pariedris Gr. verba: qui fundunt Absarum, vncis inclusa in ed. Gr.* 2. *Vsi. Ch.*

t. Transuersa Araxem) Ita MSS. omnes. Forte rectius, *Transuecta*: vel vt libri veteres editi, *transuersa in Araxem.* H.

u. In Heniochiis) Moschici iidem appellati, ea ex parte, vnde Phasis oritur, in Georgia, *le Gurgistan.* Amni vetustum hodieque nomen in tabulis, *Kori.* A Cyro rege nomen habere, auctor est Ammianus, L. XXIII. p. 254. abolito vetere, cum ereptum ire regna Scythica destinaret. Frustra sunt igitur, qui Κύῤῥον vel Κύρνον scribunt, vt Ptolemaeus, et Dio. H.

x. Araxes) Ἀράξης, ex eodem monte, quo Euphrates, profluens: Capoten, siue Abum diximus vocari, L. sup. sect. 20. Vide Not. et Em. N. XXXII. (paulo post.) Huius amnis cursus, mox placidus et silens, mox citus, eleganter a Mela describitur L. III. c. 5. p. 54. Hodie *Arassow*, Vinc. le Blanc. in Itin. Virgilio, *Pontem indignatus Araxes.* — *Araxes eodem monte*) Solinus haec raptim legens, de eo monte, de quo proxime sermo erat, accipienda haec verba ratus, *Heniochorum montes*, inquit, *Araxem fundunt* etc. At fallitur: eodem tamen quo Cyrus: sed Capote, vt dictum est, siue Abo, L. V. s. 20. quod et ipse Solinus agnoscit, c. 37. p. 66. Strabo, L. XI. p. 527. ὁ Ἄβος, ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης. H.

y. Amne Musi) MSS. omnes, *Amne Vsi.* H.

z. Vt plures existimauere) Strabo L. XI. p. 529. et Plutarch. in Pompeio, p. 637. receptum a Cyro Araxem in Caspium mare deuolui aiunt. Proprio se ore effundere Mela est auctor, l. c. scilicet proprio alueo fertur in mare, sed altero veluti brachio Cyrum petit, cum quo rursum coniunctis aquis idem mare petit. Ita Ptol. L. V. c. 13. H.

[1] a Cyro defertur in Caspium mare. Oppida celebrantur in minore *a.*, Caesarea *b.*, Aza *c.*, Nicopolis *d.*: in maiore, [2] Armosata *dd.* Euphrati proximum, Tigri Carcathiocerta *e.*: [3] in excelso *f.* autem Tigra-

1. *De Cyro. Tol. et Salm. Ptol. Arsamote Gr.* 2. *Arsamosata. V. et Ptol. Arsamote Gr.* 3. *Sic et Tol. M. et Ch. in excelsis Gr.*

a. In minore) Armenia scilicet minore, quae ab ortu Euphrate clauditur, Cappadocia ab occasu: a septemtrione, Paryadra monte: Amano, a meridie. H.

b. Caesarea) Hanc esse Neocaesaream existimo, quam in Euphratis ripa conditam ait Niceph. Callistus, L. VIII. Eccl. Hist. p. 560. H.

c. Aza) Hanc habet Antonin. in Itin. a Satala Armeniae ciuitate, cuius alii meminerunt, M. P. XXVI. H.

d. Nicopolis) In minore Armenia a Pompeio M. posita, eo ipso loco quo de Mithridate victoriam retulit, ex qua factum oppido nomen, vt referunt Strabo, L. XII. p. 555. et Dio. L. XXXVI. p. 25. Steph. p. 496. Νικόπολις τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. H.

dd. Armosata) Ἀρμόσατα. Vide Not. et Em. XXXIII. (hic coll.) *Armosata* in Plinianis libris *Arsamote.* Apud Tacit. Annal. L. XV. et Ptol. L. V. c. 13. *Arsamosata* vocatur id oppidum. Verum et in illis transpositas, et apud istos superuacuas ac redundantes hac in voce literas agnoscimus primum ex Polybii Excerpt. p. 26. Ὅτι Ξέρξε βασιλεύοντος πόλεως Ἀρμόσατα, ἣ κεῖται πρὸς τῷ καλῷ πεδίῳ καλουμένῳ μέσον Εὐφράτου καὶ Τίγριδος etc. Deinde ex M. Aurelii nummo, quem Spanhem. laudat in opere *De vsu Numism.* p. 903. nobis vero valde suspectum, cuius epigraphe ΑΡΜΑϹΑΙΤΤΗΝΩΝ. Simili traiectione literarum Ἀνάβαρζα legas apud Zonaram, pro Ἀνάζαρβα. H.

e. Carcathiocerta) Strabo, L. XI. p. 527. Βασίλειον δὲ τῆς Σωφηνῆς Καρκαθιόκερτα, Sophenes regia haec fuit. H.

f. In excelso) In ipso fere Armeniae Assyriaeque confinio, loco montano et praerupto a Tigrane conditore Τιγρανόκερτα, nomen inuenit. Nam Parthorum lingua ea vox Tigranopolim sonat, inquit Steph. p. 655. Et

Tigranocerta: at in campis iuxta Araxem Artaxata. *g.* Vniuersae *h.* magnitudinem Aufidius quinquagies centena mill. prodidit. Claudius Caesar longitudinem [1] a Dascusa *i.* ad confinium Caspii maris, XIII. mill. passuum *k.*: latitudinem dimidium [2] eius, a Tigranocerta ad Iberiam. Diuiditur (quod certum est) in praefecturas, quas [3] στρατηγίας vocant, quasdam ex iis vel singula regna quondam, barbaris nominibus *l.* cxx. [4] Claudunt eam *m.* ab

Nn 4 orien-

1. *Dascuta, Ptol. estque minoris Asiae vrbs.* 2. *eius. A Tigrane ad Iberiam diuiditur, etc. M. Vet.* 3. *Sic ex cod. Salm. et Tol. quas ii στρ. Gr. et Al.* 4. *Sic M. et Ch. Cludunt Gr.*

Et Hesych. p. 521. Κέρτα, πόλις ὑπὸ Ἀρμενίων. Nempe ab Hebraeo קרית a quo et Chaldaicum קריתא ciuitas. Aliam eiusdem nominis versus Heriam et septemtrionem agnoscit Strabo, L. XI. p. 532. Haec ad austrum sita, vnde mox ad Iberiam vsque latitudo petatur totius Armeniae: quo in situ et ab ipso Ptol. locatur, L. V. c. 13. H.

g. Artaxata) Ἀρτάξατα Dioni, L. XXXVI. p. 25. Straboni, L. XI. p. 528. Ἀρτάξατα, eadem Ἀρταξίασατα appellata Armeniae regia, ab Hannibale condita regis gratia, cui Artaxias nomen fuit, in campo cognomine, πρὸς τῷ Ἀρταξηνῷ πεδίῳ Steph. p. 117. Ingentis olim oppidi tenue modo superesse vestigium, scribit Tauernerius Tom. I. Itin. p. 33. testis αὐτόπτης H.

h. Vniuersae) Maioris ac minoris Armeniae ambitum. De Aufidio in Praef. ad Titum diximus. H.

i. A Dascusa) Cum sit haec vrbs posita ad Euphratis ripam, vt superiore libro vidimus, f. 20. Armeniae maioris dumtaxat inde ad Caspium mare longitudinem peti perspicua res est. H.

k. XIII. mill.) Hoc est ter et decies centena mill. pass. Iustinus, L. XLII. c. 2. p. 306. angustiore definit spatio: *Armenia*, inquit, *a Cappadocia vsque mare Caspium vndecies centum millia patet: sed in latitudinem millia passuum septingenta porrigitur.* H.

l. Barbaris nominibus) Huiusmodi haec sunt Armeniae prouinciarum nomina apud

oriente montes, sed non statim, Ceraunii, nec Adiabene [1] regio. Quod interest spatii, Sopheni tenent: ab his [2] iuga: vltra Adiabeni tenent. Per conualles autem proximi Armeniae sunt Menobardi, et Moscheni. Adiabenen Tigris, et [3] montes inuii *n.* cingunt. Ab laeua eius *o.* regio Medorum [4] est, et prospectus Caspii maris. Ex oceano hoc (vt suo loco *p.* dicemus) infunditur, totumque Caucasiis montibus cingitur. [5] Incolae *q.* per confinium Armeniae nunc dicentur.

XI. (X.) [6] Planitiem omnem a Cyro vsque, Albanorum gens *r.* tenet: mox Iberum *s.*, discreta ab iis

1. *Regionis. M.* 2. *iuga Ceraunia. Vet.* 3. *montium sinus inuii cingunt: montes imperuii. M. aliis: sinus multi montes inuii Ch. et montium sinus cingunt Gr. et Al.* 4. *est ad prospectum. Tol.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. Harum incolae Gr. et Al.* 6. *Per planitiem. Ch.*

apud Strabonem, L. XI. p. 527. Σωφηνὴ, Ἀκιλισηνὴ, Γοργοδυλινὴ, Σακασσηνὴ, Γωγαρηνὴ, Φανηνὴ, Κωμισηνὴ, Ὀρχηστενὴ, Χορζηνὴ, Καμβυσηνὴ, Ὀδεμαντὶς, etc. H.

m. Claudunt eam) Claudunt, inquit, Armeniam ab ortu aequinoctiali montes Ceraunii, (quae Caucasii pars est) et Adiabene a brumali ortu: non tamen Adiabenem Armenia statim attingit: sed spatium interest aliquod, vbi Sophene regio: deinde Ceraunia iuga sequuntur, vltra quae Adiabene, quae pars Assyriae, posita. In horum montium conuallibus, ab Armeniae latere, Menobardi incolunt, et Moscheni. Assyrium hodie *Arzerum* vocant: qua parte in Boream vergit, *le pais des Curdes.* H.

n. Et montes inuii) Ita R. 1. 2. Paris. etc. H.

o. Ab laeua eius) Armeniae scilicet, cui ab ortu Media annectitur. H.

p. Vt suo loco) Sect. 15. H.

q. Incolae) Regionum earum, inquit, quae Caspium inter mare et Caucasios montes interiacent, quibus illud cingitur, incolae nunc dicentur, ducto ab Armeniae limitibus initio. H.

r. Albanorum gens) Quos hodie Georgianos appellamus, et Zuirianos, qui Caspii

iis amne [1] Alazone *t.*, in Cyrum e Caucasiis montibus defluente. Praeualent oppida, Albaniae, [2] Cabalaca *u.*: Iberiae, [3] Harmastis *x.* iuxta flumen, Neoris *y.*: regio Thasie, et Triare vsque ad [4] Paryadras *z.* montes. Vltra *a.* sunt Colchicae solitudines, quarum a latere ad Ceraunios *b.* verso, Armenochalybes habitant et Moschorum tractus ad Iberum amnem in Cyrum defluentem: et infra eos *c.* Sacassani, et deinde Macrones *d.* ad flumen Absarum.

Nn 5 Sic

1. *Alagone. V.* 2. *Chabala. V.* hodie *Chilan.* 3. *Pharmasus. M.* 4. *Pariedros. Basiliense exemp. Parteodoros. Ch. Partedoros Gr. et Al.*

pii maris litus accolunt, et praeterea Georgiae illam partem obtinent, quae magis in Austrum vergit, Armeniamque contingit. Planities ea porro a Strabone describitur, L. XI. p. 500. H.

s. Mox Iberum) Ἴβηρες, ad Albaniae occasum: communi fere cum Albanis Georgianorum appellatione continentur. Vide quae de Moschis diximus f. 4. Vnde haec ei genti recens nomenclatio Georgianorum obtigerit, incompertum: a Georgis Plinii, Melaeque deducere imperitorum est: a S. Georgio Martyre, mendacium ac fabulatorum. H.

t. Alazone) Ἀλαζώνιος Straboni, L. XI. p. 500. H.

u. Cabalaca) Χαβάλα, Ptol. L. V. c. 12. Albaniae oppidum. H.

x. Harmastis) Inter Iberiae oppida Ἀρμακτίκα Ptol. L. V. c. 11. forte pro Ἀρμαςίκα. H.

y Neoris) Forte Οὐάρικα Ptolemaei, inter Iberiae oppida, l. c. H.

z. Ad Paryadras) Vnde Absarum flumen prodit, vt diximus, quod in Pontum per Colchos labitur. MSS. tamen, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. *Parteodoros* hoc loco legunt. H.

a. Vltra) Versus occasum, et Pontum, vbi Colchidis ora est. H.

b. Ad Ceraunios) Ad Ceraunorium montium, hoc est, Caucasi partem illam quae Boream defendit ab Iberia. H.

c. Et infra eos) Meridiem versus. Σακασσηνὴ regio dicta Straboni, L. XI. p. 528. Albaniam attingit, et Cyrum amnem. H.

d. Et deinde Macrones) Archetypum Toletanum, *Macaero-*

Sic plana *e.* ac deuexa obtinentur. Rursus ab Albaniae *f.* confinio, tota montium fronte gentes Siluorum ferae, et infra Lubienorum: mox Diduri et Sodii.

XII. (XI.) Ab [1] his *g.* sunt portae Caucasiae, magno errore *gg.* [2] multis Caspiae dictae, ingens naturae opus montibus interruptis repente: vbi fores *h.* [3] obditae ferratis trabibus, subter medias amne [4] diri odoris fluente, citraque in rupe castello (quod vocatur Cumania) communito ad arcendas transitu gentes innumeras: ibi loci, terrarum orbe portis discluso, ex aduerso maxime [5] Harmastis oppidi Iberum.

1. *Iis Gr.* 2. *Sic Ch. errore a multis, Gr.* 3. *additae. Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. Dyriodori fluente Gr. et Al.* 5. *Hermasti. M. et Ch. hodie, Dasandaran. Hermastica. Ptol.*

caerones. Legendum forte, *Machelones.* Sic enim eos appellat Arrianus in Periplo: ceteri fere omnes *Macrones.* Pint.

Macrones) Qui et Μάκρωνες et Σάννοι dicti a Strabone, L. XII. p. 548. De Flumine Absaro, cuius ad ripam regio illa Macronum pertinuit, dictum est superius. H.

e. Sic plana) Hae quas modo appellauimus, gentes, planitiem totam eam obtinent, quae Ceraunios siue Caucasios inter montes, et Caspium mare includitur. H.

f. Rursus ab Albaniae) Qua vero Iberiam contingit Albania, ibi series montium ab occasu in ortum obtenditur, quam veluti frontem obtinent primo Sylui, infra quos Lubieni: Syluos deinde sequuntur ad ortum Diduri, et Sodii. Δίδουροι Ptolemaeo cogniti, L. V. c. 9. H.

g. Ab his) Post Diduros et Sodios. Haec iisdem ferme verbis Martianus, L. VI. c. de Assyria, p. 222. H.

gg. Magno errore) De quo dicetur vberius, f. 15. Albaniae portae, Ptolemaeo dictae, L. V. c. 12. H.

h. Vbi fores) Hodieque exstare fores eas, recentiores historici aiunt. H.

rum. A portis Caucasiis per montes [1] Gordyaeos *i.*, Valli, Suarni indomitae gentes, auri [2] tamen metalla fodiunt. Ab iis ad [3] Pontum vsque Heniochorum plura genera, mox Achaeorum. Ita se habet terrarum [4] sinus *l.* e clarissimis. Aliqui inter Pontum et Caspium mare CCCLXXV. mill. *m.* passuum, non amplius interesse tradiderunt: Cornelius Nepos *n.* CCL. [5] mill. *o.* Tantis iterum *p.* angustiis infestatur

1. *Gordynios. Ch. Ibi stetit Arca Noë.* 2. *tantum Gr.* 3. *portum. Ch.* 4. *situs. V.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. CL. Gr. et Al.*

i. Gordyaeos) Γορδυαῖα ὄρη Ptolemaeo L. V. c. 13. Sic iuga ea montium appellantur, in quibus sunt portae Caucasiae. H.

k. Suarni) Haud dubie hi sunt Ptolemaei, L. V. c. 9. Σουανοκόλχοι, Suanorum gens ea videlicet, quibus a metallis fodiendis cognomen fuit: Habent enim ii, vt Plinius animaduertit, a latere Pontum versus, Heniochos, et Achaeos, de quibus actum superius, f. 5. Hodie, *les Circasses.* H.

l. Terrarum sinus) Longus ille terrarum in mediterraneo tractus, cuius descriptionem exorsus est his verbis sect. 18. *Nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus,* etc. H.

m. CCCLXXV. mill.) Sive, ter mille stadia, vt Strabo ait, L. XI. p. 491. quae mensura plane cum Pliniana congruit. H.

n. Cornelius Nepos CL. M. pass.) Concinnior lectio veterum codicum CCL. ne sit tanta in numero differentia inter Cornelium Nepotem et ceteros auctores. *Pint.*

o. CCL. mill.) Vide Not. et Em. N. XXXIV. (hic adi.) *CCL. mill.*) Sic scripsimus pro CL. mill. admonitu Codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. et eorum quos Pintianus vidit, ne foret inter Cornel. Nepotem, ceterosque scriptores, sententiarum tanta dissensio. Nam et Posidonium Strabo ait, huius isthmi interuallum definiisse mille et quingentis stadiis, L. XI. p. 491. quae mensura efficit CLXXXVII. mill. D. pass. quamquam id breuius spatium Straboni et angustius videtur. H.

p. Tantis iterum) Arctatis iam semel pari modo terris, Asia paene insula facta, vix CC. millibus passuum a Ponto

festatur Asia. Claudius Caesar a Cimmerio Bosphoro ad Caspium mare CL. mill. prodidit *q.*: eaque perfodere [1] cogitasse Nicatorem *r.* Seleucum, quo tempore a Ptolemaeo Ceranno sit interfectus. A portis *s.* Caucasiis ad Pontum CC. mill. passuum esse constat fere.

XIII. (XII.) Insulae in Ponto [2] Planctae *t.*, siue Cyaneae siue Symplegades. Deinde Apollonia, [3] Thynias *u.* dicta,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Nicanorem. M. excogitasse Gr. et Al.* 2. *Planiteae. M. Planetae. Vet. Planctae. Pint. in Pomp.* 3. *Thynnias Gr. et. Al.*

to Euxino per continentem ad Issicum Ciliciae sinum relictis, vt dictum est, sect. 2. H.

q. CL. mill. prodidit) Centena modo quinquaginta millia passuum. H.

r. Nicatorem) A quo Seleucidae appellati Syriae reges. Hunc Ptolemaeus Ceraunus, Ptolemaei Lagidae Aegypti Regis F. Philadelphi frater, occidit per insidias. Qua de re videndus Memnon apud Photium in Bibl. cod. 224. c. 13. p. 715. H.

s. A portis) Haec Martianus ad verbum, L. VI. c. de Assyria, p. 222. H.

t. Insulae in Ponto Planctae, siue Cyaneae) Rectam hanc esse scripturam convincunt ea, quae nunquam satis laudata in Onomast. seu Thesauro suo notauit Ortel. ex Strabon. ab Homero iam olim πλάγκτας (ita enim scribendum norunt vel pueri Grammatici) dictas puto, Od. μ. his versibus: Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, προτὶ δ᾽ αὐτὰς Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης. Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσι. Pindar. Pyth. 4. od. str. 10. συνδρόμους πέτρας vocat. Ea autem quae de his insulis fabulati sunt veteres, cum passim sint obuia vulgoque protrita, vti hic inculcentur pluribus nil est necesse. Vnicum hoc tantum addere libuit; ortum id omne ex Opticis, vti elegantibus quidem, sed sectae suae consentaneis attingit versibus, Lucret. lib. IV. *Exstantesque procul medio de gurgite montes, Classibus inter quos liber patet exitus. Idem: Apparent: et longe diuolsi licet absunt, Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.* Dalecamp.

Planctae) Πλάγκται Homero dictae, quae aliis Κυάνεαι

dicta, vt distingueretur ab ea *x.*, quae est in Europa. Distat a [1]continente passibus M.: cingitur *z.* tribus mill. Et contra Pharnaceam *a.* [2]Chalceritis, quam Graeci Ariam *b.* dixerunt, sacramque Marti, et in ea volucres cum aduenis pugnasse, [3] pennarum ictu. *c.*

XIV. (XIII.) Nunc omnibus, quae sunt interiora Asiae, dictis, Riphaeos montes *d.* transscen-dat

1. *Sic M. continenti Gr.* 2. *Achalceritis. M.* 3. *Sic quoque M. iactu. Ch. pinnarum Gr.*

νεαι et Συμπληγάδες, inquit Strabo, L. I. p. 21. De his egimus L. IV. s. 27. Vtrumque enim Ponti ostium obsident, et quod Europam alluit, et quod Asiam: vnde Europaeae aliae, aliae Asiaticae appellantur. H.

u. Apollonia Thynias) De qua dictum est L. sup. s. 44. H.

x. Ab ea, quae est in Europa) Ab ea scilicet Apolloniatarum insula, quam in Ponto pariter esse, sed circa Istrum, atque adeo in Europa, diximus L. IV. s. 27. H.

z. Cingitur) Circuitu colligit milliaria tria. H.

a. Et contra Pharnaceam) De qua dictum s. 4. H.

b. Ariam) De hac vide Theophrast. cap. 5. lib. IV. histor. *Dal.*

Ariam dixerunt) Haec Ἄρεος νῆσος Stephani, p. 106. πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ, ex Scymno in Asia. Mela, L. II. c. 7. p. 42. *Non longe a Colis Aria, quae Marti sacrata, vt fabulis traditur, tulit aues cum summa clade aduenientium, pennas quasi tela iaculantes.* Ea νῆσος ἀρητιὰς Apollonio dicitur, L. II. Argon. v. 1033. vbi hanc de auibus fabulam, pennas ceu iacula mittentibus, fuse tractat. Ab auibus, quas χαλκήρεις et σιδηροπτέρυς fabulati sunt, χαλκηρῖτιν insulam fuisse cognominatam, simile veri est. H.

c. Pennarum ictu) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. At Chiffl. *iactu.* H.

d. Riphaeos montes) In Moscouiae fere vmbilico, vt nunc res sunt, assurgunt ii, supra Tanais fontes: inter ipsum, et Rham siue Volgam amnem. Erumpit enim ex Riphaeo monte Tanais, teste Mela, L. I. c. 19. H.

dat animus, dextraque [1] litori oceani *e.* incedat. Tribus hic e partibus caeli alluens Asiam: Scythicus a septemtrione, ab oriente Eous, a meridie Indicus vocatur, varieque per sinus et [2] accolas in complura nomina diuiditur. Verum Asiae quoque magna portio apposita septemtrioni, iniuria sideris rigentis, vastas solitudines habet. Ab extremo Aquilone *f.* ad initium orientis aestiui, Scythae sunt. Extra eos [3] vltraque Aquilonis *g.* initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos *h.* Primum inde *i.* [4] noscitur promontorium Celticae *k.* Lytarmis *l.*, fluuius Carambucis *m.*, vbi lassata *n.* cum siderum

1. *Litora. Vet. litore Gr. et Al.* 2. *ab accolis. M.* 3. *vltraque in man. non leg.* 4. *nascitur.*

e. Litori oceani) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. non *litore*, vel *litora.* H.

f. Ab extremo Aquilone) Quem spirare diximus, L. II. s. 46. inter septemtrionem, et exortum Solis aestiuum. Hic Scytharum regio est: vbi nunc Moscouiae pars septemtrionalis. H.

g. Vltraque Aquilonis) Ad septemtrionem propius, inter Volgam, et mare quod nunc Album vocant: intra Moscouitici fines imperii. Haec Solinus iisdem cum Plinio verbis, c. 16 p. 36. H.

h. In Europa dictos) L. IV. s. 26. H.

i. Primum inde) Ab Hyperboreorum litore. H.

k. Celticae) Celticam τὴν Κελτικὴν veteres appellabant, totum illud terrarum spatium quod ab Herculis freto ad Scythicum vsque Oceanum continetur, adeoque Europam vniuersam. Ita Plutarch. in Mario, p. 411. et Strabo, L. XI. p. 507. H.

l. Lytarmis.) Id hodie Capo de Oby, hoc est, promontorium Obycum, ab Obyo fl. eo loci in mare sese exonerante dici videre est in Ortel. et Mercatoris tab. geograph. *Dalec.*

Lytarmis) Ad mare quod Album vocant, *la mer Blanche.* H.

m. Fluuius Carambucis, vbi lassata cum siderum vi Riphaeorum montium deficiunt iuga, etc.) Intelligit vbi montium Riphaeorum iuga deficiunt, ibi quoque vim siderum rigen-

sIderum vi Riphaeorum montium deficiunt iuga.[1] Ibique Arimphaeos *o.* quosdam accepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentem. Sedes illis nemora; alimenta baccae, capillus iuxta feminis virisque in probro existimatur: ritus clementes. Itaque sacros haberi narrant, inuiolatosque *p.* esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modo, sed illos [2] quoque, qui ad eos [3] profugerint. Vltra *q.* eos plane iam Scythae, Cimmerii *r.*, [4] Cissianthi *s.*, [1] Geor-

1. *Considere videntur vi Riphaeorum montium deficientia iuga.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. etiam Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. perfugerint Gr. et Al.* 4 *Sic quoque Bas. Ciciantbi Gr. et Al.*

gentium lassari, et maiorem esse aëris temperiem. Sic paulo ante loquitur: *verum Asiae quoque magna portio apposita septemtrioni, iniuria sideris rigentis vastas solitudines habet.* Salmas.

Carambucis) Qui nunc *Duuina* in Moscouia: is in Album mare, ad S. Michaelis oppidum portumque deuoluitur. H.

n. Vbi lassata) Ibi Riphaeorum montium, inquit, iuga deficiunt; ibi vis quoque lassatur ac deficit rigentium siderum: molliore iam et clementiore caeli temperie. H.

o. Ibique Arimphaeos) Haec quae deinceps de Arimphaeis dicuntur, et Hyperboreis, Solinus totidem verbis habet, c. 17. p. 37. et Martian. L. VI. p. 214. H.

p. Inuiolatosque esse etiam feris accolarum populis.) Legend. *inuiolatosque esse etiam feris accolarum populorum.* Graeca locutio est, τοῖς ἀγρίοις τῶν περιοικούντων ἐθνῶν. Salmas. pag. 209. b.

q. Vltra eos plane iam Scythae, Cimmerii, etc.) Lege: *Vltra eos plane iam Scythae, Cimmerii, Cissianti, Georgi et Amazonum gens.* Vid. *Isac. Vossium* in Melam, pag. 12.

Vltra eos) Adiacent Arimphaeis, inquit, ad ortum Scythae iam supra memorati: deinde Cimmerii, etc. Sic Martian. l. c. p. 215. H.

r. Cimmerii) Oceani Asiaeque oram vltimam occupabant, teste Plutarcho in Mario, p. 411. quo a Scythis pulsi ex Maeotidis paludis litore migrauere. Ab his

[1] Georgi, et Amazonum gens. Haec vsque *t.* ad Caspium [2] et Hyrcanium mare.

XV. [3] Nam et irrumpit *u.* Scythico oceano *x.* in auersa Asiae *y.*, pluribus nominibus accolarum appellatum, celeberrimis duobus, Caspio et Hyrcanio. Non minus hoc esse quam Pontum Euxinum, Clitarchus putat *z.* Eratosthenes *a.* ponit et

1. Cherorgi. Ch. 2. *Seu V. Hyrcanum Gr.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Nam et erumpit e Scythico. V. lego.: Erumpit, id est, etc. Namque id erumpit Scythico Gr. et Al.*

his orti Cimbri, quos Marius profligauit. H.

s. Cissianthi) Mela, L. I. c. 2. *Super Amazonas,* inquit, *et Hyperboreos Cimmerii, Cissianthi, Achaei, Georgi.* Cissianthos, Georgosque et Amazonas, arbitror tenuisse eas regiones, quibus nunc *Bulgar* regnum circumscribitur, in Moscouiae Tartariaeque confinio. In MSS. omnibus *Gerorgi,* legitur. H.

t. Haec vsque ad Caspium et Hyrcanum mare, etc.) Leg. *Haec vsque ad Caspium et Hyrcanum mare: nam id erumpit e Scythico Oceano in auersa Asiae, etc.* Salmas. p. 210.

u. Nam et irrumpit) Fuit ea veterum sententia, vsque ad Ptolemaeum, si Herodotum, Aristotelem, et Diodorum excipias, Caspium mare angusto fluento connecti cum Scythico, seu septemtrionali: quem fere ad modum ex meridiano oceano Persicus effluit. Dedit huic errori ansam Patrocles, Macedoniae classis praefectus, qui Volgae fluminis ostium, fretum esse angustum credidit, quo se Scythicum mare, siue septemtrionale, in Caspium effunderet. H

x. Erumpit Scythico Oceano.) Errat Plinius: Caspium enim mare in continenti est velut lacus: nulloque ostio ex Oceano erumpit. Communem hunc veteribus errorem fuisse iam ante notavimus ad lib. II. cap. 67. Vide et infra cap. 17. *Dal.*

y. In auersa Asiae) A tergo Asiae illius, quae hactenus descripta est: quam priorem Asiae partem appellat Strabo, L. XI. p. 506. H.

z. Clitarchus putat) Et Patrocles apud Strab. L. XI. p. 508. H.

a. Eratosthenes) Hunc ipsum Eratosthenis locum recitat Strabo, L. XI. p. 507. H.

et menſuram: ab exortu [1] et meridie, per Caduſiae *b.* et Albaniae oram quinquies mill. cccc. ſtad. Inde per [2] Anariacas, Amardos *c.*, Hyrcanos, ad oſtium [3] Oxi *d.* fluminis, quater mill. [4] DCCC. ſtad. Ab eo ad

1. *Sic quoque Tol. et Man. ab exortu ad meridiem. Gr. et Al.* 2. *Aratiaticos, Amarbos, Gr. et Al.* 3. *Zoni Gr. et Al.* 4. DCCCC. *Cb.*

b. Ab exortu et meridie per Caduſiae) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Tolet. etc. A latere, meridionali, inquit, Caſpii maris, qua ſpectat Solis exortum, ducta menſura per Caduſios Albanosque, ſpatium eſt quinque millium et CCCC. ſtadiorum. Καδούσιοι oram Mediae montuoſam tenent, fere per quinque ſtadiorum millia, inquit Patrocles apud Strabon. l. c. p. 508. quem locum Stephanus non intellexit, qui Caduſios inter Pontum et Caſpium mare a Strabone locari exiſtimauit. Mediae quoque a Ptolemaeo adiudicantur, L. VI. c. 2. H.

c. Inde per Aratiaticos, Amarbos, etc.) Leg. *Inde per Anariacas, Amardos, Hyrcanos ad oſtium Oxi fluminis quater mille octingenta ſtadia.* Salmaſ. pag. 210. a.

Inde) A Caduſiorum finibus: inde enim Anariacae incipiunt, mox Amardi, deinde Hyrcani, per meridionale Caſpii maris latus, qua in ortum boreamque reflectitur. Vide Not. et Em. N. XXXV. (hic coll.) *Inde per Anariacas, Amardos etc.)* Deprauata haec gentium nomina reſtituimus, ex Strabone, L. XI. p. 508. vbi Ἀμάρδους et Ἀναριάκας Caſpii maris accolas facit. Ptolemaeus, L. VI. c. 2. pro Ἀμάρδους, Μάρδους corrupte, et Ἀμαριάκας pro Ἀναριάκας habet. A cognomine fluuio, cuius meminit Ptolemaeus, nomen Amardi ſortiti videntur. Mardi hinc longo terrarum ſpatio disiuncti. Librorum hactenus editorum vitioſa haec ſcriptura fuit, *Inde per Aratiaticos, Amarbos,* etc. H.

d. Ad oſtium Oxi) Vide Not. et Em. N. XXXVI. (hic adi.) *Ad oſtium Oxi) Ad oſtium Zoni* perperam libri MSS. impreſſique exhibent: ac paulo poſt, ad oſtium Iaxartis, *mille CCCC.* pro *bis mille.* Quem errorem, non modo calculi ratio detegit, defuturis alioqui mille ſtadiis ſummae ſequenti: ſed et Strabo ipſe, L. XI. p. 507. vbi haec plane Eratoſthenica verba, qualia

ad ostium Iaxartis [1] MM. [2] cccc. Quae summa efficit quindecies centena [3] septuaginta *e.* quinque mill. pass. Artemidorus hinc detrahit viginti quinque M. passuum. Agrippa Caspium mare, gentesque quae circa sunt, et cum his Armeniam determinans, ab oriente oceano Serico, ab occidente Caucasi iugis, a meridie Tauri, a septemtrione oceano Scythico, patere qua cognitum est, ccccxc. M. p., in longitudinem: ccxc. M. in latitudinem *f.* prodidit. Non desunt vero qui eius maris vniuersum circuitum a freto $\overline{XXV}$. M. pass. *g.* tradunt. Irrumpit autem *h.* arctis faucibus, et in longitudinem spatiosis. At vbi coepit in latitudinem pandi, lunatis obliquatur corni-

1. *Melior haec vetusta lectio :* M, M. CCCC. *Ita exigente et calculi ratione, defuturis alioqui summae sequenti mille stadiis.* 2. *M. Gr. et alii.* 3. *quadraginta millia stadia. V.*

lia afferuntur a Plinio, idem recitat. Φησὶ δὲ Ἐρατοσθένης τὸν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων γνώριμον περίπλουν τῆς θαλάσσης ταύτης, τὸν μὲν παρὰ τοὺς Ἀλβανοὺς καὶ τοὺς Καδουσίους εἶναι πεντακισχιλίων καὶ τετρακοσίων· τὸν δὲ παρὰ τὴν Ἀναριάκων καὶ Ἀμάρδων καὶ Ὑρκανῶν, μεχρὶ τοῦ στόματος τοῦ Ὤξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων. ἔνθεν δ' ἐπὶ τοῦ Ἰαξάρτου δισχιλίων τετρακοσίων. H.

e. Quindecies centena septuagin.) Plane calculi ratio constat. H.

f. CCCCXC. M. P. in longitudinem : CCXC. in latitudinem.) Cum hunc locum exscriberent Missi Theodosii, excidit iis ab vtroque hoc numero denarii nota: Sic enim illi: *Armenia maior, et mare Caspium, et quae circa gentes sunt ad oceanum, finiuntur ab oriente, oceano Serico; ab occidente iugis montis Caucasi, et mari Caspio: a septemtrione, oceano: a meridie, monte Tauro: in longitudinem, M. passuum CCCCLXXX. in latitudinem, CCLXXX.* H.

g. $\overline{XXV}$. M. pass.) Hoc est, vicies et quinquies centenis millibus pass. H.

h. Irrumpit autem) Mela, L. III. c. 53. *Mare*, inquit, *Caspium, vt angusto, ita longe etiam freto primum terras, quasi*

cornibus: velut ad [1] Maeotium lacum ab ore *hh:* [2] descendens, [3] sicilis *i.* (vt auctor est M. Varro) similitudine. Primus sinus *k.* appellatur Scythicus:

O'o 2 vtrim-

1. Maeotin. Gr. et Al. 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. discedens Gr. et Al.* 3. *Scythici arcus, Gr. et Al.*

quasi fluuius, irrumpit: atque vbi recto alueo influxit, in tres sinus diffunditur: contra os ipsum, in Hyrcanium: ad sinistram, in Scythicum: ad dextram, in eum quem proprie et totius nomine Caspium appellant. H.

hh. Ab ore) Veluti ab eo freto, (qua irrumpere a Scythico mari in terras credebatur,) hoc est, ab ostio Volgae fluminis, Maeotium lacum petat mucrone. H.

i. Scythici arcus, vt auctor est M. Varro, similitudine.) Toletanum apographon non *Scythici arcus* habet, sed *silicis.* Salmanticense commodius, et minore a vero distantia *sicilis:* legendum reor *sicilicis.* Sextus Pompeius, *Sicilices,* inquit, *hastarum spicula lata.* Confirmare videntur hanc lectionem verba paulo post sequentia: *Ab introitu dextra mucronem ipsum faucium tenent,* etc. Pint.

Sicilis) In mucronis, seu spiculi similitudinem. Vide Not. et Em. N. XXXVII. (hic adi.) *Sicilis.)* Hic interpolatores Plinii, quibus haec vox haud familiaris fuit, pro *sicilis,* felici, vt quidem rebantur, coniectatione, *Scythici arcus* similitudinem ex Ponto Euxino ad Hyrcanium mare transtulerunt. Nos eam vocem admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Salmant. restituimus. Quae vis sit illius, Festus explicat: *Sicilices,* inquit, (malim ego, *Siciles*) *hastarum spicula lata.* Ennius: *Incedit veles volgo sicilibu' latis.* Sic enim MSS. habent, Vossio teste in Etymol. Et nostrorum nos fidem secuti sumus, cum extrema fere hac sect. scripsimus: *Oram omnem a Caspio praealtis rupibus inaccessam.* Sic enim R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. situsque huius orae postulat: Editores Plinii, *Oram omnem a Caucaso praealtis rupibus inaccesso.* Sic enim R. 1. H.

k. Primus sinus) Qui ad sinistram, siue ad ortum curuatur. H.

vtrimque enim *l.* accolunt Scythae, et per angustias inter se commeant: hinc Nomades *m.*, et Sauromatae multis nominibus, illinc *n.* Abzoae non paucioribus. Ab introitu *o.* dextra, mucronem ipsum faucium tenent Vdini Scytharum populus. Dein per oram Albani *p.* (vt ferunt) ab Iasone [1] orti: ante quos mare quod est, Albanum nominatur. Haec gens superfusa montibus Caucasiis, ad Cyrum amnem, Armeniae confinium atque Iberiae, descendit, vt dictum est. *q.* [2] Supra maritima eius *r.* Vdinorumque gentem, Sarmatae, Vtidorsi, Aroteres *s.* praetenduntur: quorum a tergo indicatae *t.* iam

1. *Creti.* M. 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. super Gr. et Al.*

l. Vtrimque enim) Ab vtroque freti illius, sinusque, et angustiarum latere. H.

m. Hinc Nomades) Ab occasu, et iuxta Rham siue Volgam amnem. Strabo, p. 507. Mela, L. III. c. 5. p. 53. *Ad introeuntium dextram Scythae Nomades freti litoribus insident.* Videntur ii esse, aut ex iis certe qui Thalli superius dicti sunt, s. 5. H.

n. Illinc) Ab ortu, trans fretum. H.

o. Ab introitu.) Qua se incipit mare in latitudinem pandere in ipso freti mucrone, ac promontorio. Non sunt hi *Vdini*, qui *Vidini* Ammiano, L. XXXI. p. 438. H.

p. Dein per oram Albani (vt ferunt) ab Iasone orti.) Per oram intelligit Plinius Caspii maris, cuius fauces ad mucronem ipsum Vdinos dicit tenere Scythiae populum, dein per oram Albanos: ante quos mare quod est, vocatur Albanum. Sed hoc minus bene. Vide *Salmas.* Plin. exerc. p. 189. 190.

Dein per oram) Occiduam scilicet, vbi Albania est. Solinus, c. 15. p. 34. *Albani in ora agentes, qui posteros se Iasonis credi volunt, albo crine nascuntur, etc.* H.

q. Vt dictum est) Sect. 11. H.

r. Supra maritima eius) Supra maritimam Albaniae oram. H.

s. Aroteres) Ἀροτῆρες Herodoto, L. IV. Melpom. p. 231. num 17. hoc est, aratores. H.

t. Indicatae iam) Sub finem

iam [1] Amazones Sauromatides. Flumina per Albaniam decurrunt in mare, [2] Casius et Albanus *u.*: deinde Cambyses *x.* in Caucasiis ortus montibus: mox Cyrus in Coraxicis, vt diximus *y.* Oram omnem a [3] Casio praealtis rupibus inaccessam *z.*, patere ccccxxv. mill. pass. auctor est Agrippa. A Cyro *a.* Caspium mare vocari incipit: accolunt Caspii. Corrigendus est error *b.* in hoc loco multorum, [4] eorum etiam, qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere. Namque hi Caspias appellauere portas Iberiae *c.*, quas Caucasias diximus vocari: situsque depicti et inde missi, hoc nomen inscriptum habent. Et Neronis *d.* principis comminatio, ad Caspias portas tendere dicebatur: cum peteret

1. *Amazones et Sauromatid.* 2. *Cassios et Albanos Gr. et Al.* 3. *a Caucaso - - inaccesso Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Et eorum etiam Gr. et Al.*

nem sectionis superioris. Aliae sunt Amazones Sauromatides pariter nuncupatae ab Ephoro apud Steph. prope Thermodonta fluuium, de quibus alias egimus, s. 4. H.

u. Casius et Albanus) Κάσιος et Ἄλβανος Ptol. L. V. c. 12. H.

x. Et Cambyses) Forte qui Σόανας alio nomine in Albania locatur a Ptolem. l. c. H.

y. Vt diximus) Sect. 10. H.

z. Oram omnem a Caucaso praealtis rupibus inaccesso.) Archetypum Toletanum non *Caucaso*, sed *raso* praefert: Salmant. *Caso*. Fortasse vera est lectio, *Cassio*. Flumine videlicet mox ante dicto. Et in eisdem exemplaribus *inaccessam* fere legitur, vt intelligas *oram*. Pintian.

Oram omnem) Albaniae. Vide Not. et Em. N. XXXVII. (Supra p. 579. l. i.)

a. A Cyro) Ante Cyri ostia, Albanum vocabatur, vt dictum est superius. H.

b. Corrigendus est error) Quo in errore et Strabo fuit, L. XI. p. 523. H.

c. Portas Iberiae) Quae et Albaniae portae: de his egimus sect. 12. H.

d. Et Neronis) Vide Sueton. in Nerone, c. 19. H.

teret illas, quae per Iberiam in Sarmatas tendunt, 1 vix vllo propter appositos montes aditu ad Caspium mare. Sunt autem aliae *e.*, Caspiis gentibus iunctae: 2 quod dignosci non potest, nisi comitatu *f.* rerum Alexandri Magni.

XVI. Namque Persarum regna, quae nunc Parthorum intelligimus, inter duo maria, Persicum et 3 Hyrcanium Caucasiis iugis attolluntur *g.* Vtrimque per deuexa *h.* 4 laterum Armeniae maiori, a frontis parte, quae vergit in Commagenen, Sophene (vt diximus) copulatur, eique Adiabene Assyriorum initium: cuius pars est *i.* Arbelitis, vbi Darium

1. *Sic ex MSS. em. Hard. et quoque Man. sic legit mutata distinctione, etc. appositos non legit. Ch. Vix vllo propter appositos montes aditu. Ad Caspium mare sunt aliae, Caspiis gentibus iunctae Gr. et Al.* 2. *quod cognosci non potuit, nisi in dominatu rerum etc.* 3. *Hyrcaniam. Ch.* 4. *laterum. Armeniae.*

e. Sunt autem aliae) Sunt aliae portae, Caspiae verius appellandae. H.

f. Nisi comitatu) Nisi relatu eorum qui comites fuerunt expeditionum Alexandri. H.

g. Iugis attolluntur.) In Persarum regnis crebra occurrunt montium Caucasiorum iuga, quibus tota regio veluti sublimis attollitur. Strabo, de Media, L. XI. p. 525. ἡ πολλὴ μὲν ἐνὐψηλή ἐςι, καὶ ψυχρά. Plinius L. V. s. 31. de Epheso: *Attollitur monte Pione.* H.

h. Vtrimque per deuexa) Eadem iuga, inquit, Caucasia pariter a quibusdam appellata, quae Tauri siue Antitauri pars quaedam est, longa serie latus obuertunt Armeniae maiori, qua fronte, siue qua parte vergit illa in Commagenen Syriae. Deuexa siue conualles horum montium ex vtraque parte Spheni tenent, vt dictum est s. 10. Sophenen attingit Adiabene, quae Assyriorum regio ibi primum sese offert, etc. Sophene Dioni L. XXXVI. p. 26. Σωφανήνη χώρα τοῖς Ἀρμένιοις πρόσορος. De eius situ Strabo, L. XI. p. 527. H.

i. Cuius pars est) Haec iisdem verbis Solinus, c. 46. p. 74. Vide quae dicturi sumus, s. 30. Arbelitidis caput Ἄρβηλα, vicus, quem Persi-

rium Alexander debellauit, [1] proxima Syriae *k.* Totam eam *l.* Macedones [2] Mygdoniam cognominauerunt *ll.*, a similitudine *m.* Oppida: Alexandria *n.*, item Antiochia *o.*, quam Nisibin vocant. Abest ab Artaxatis DCCL. M. p. Fuit et Ninus *p.* imposita Tigri,

Oo 4

1. *proxime. M.* 2. *Mygdaniam Gr. et Al.*

Persidi Stephanus attribuit. H.

k. Proxima Syriae.) Scribendum arbitror, *Assyriae*, hoc sensu: Assyriae initium esse Adiabenem, et eius partem, quae sit proxima Assyriae proprie dictae, nominari Arbelitin. *Pint.*

Proxima Syriae) Osroenae nimirum, et Mesopotamiae, quae Syriae quondam attributa, vt dictum est L. V. s. 15. H.

l. Totam eam) Adiabenem videlicet. H.

ll. Mygdaniam cognominauerunt a similitudine.) Vide Strabonem lib. XVI. *Dal.*

m. A similitudine) Ad similitudinem Macedonici in Europa imperii, iisdem nominibus prouincias orientis signabant, quae nota in Europa erant. De Mygdonibus Macedoniae dictum est, L. IV. s. 17. De Assyriis Strabo, L. XVI. p. 747. H.

n. Alexandria) De hac ceteri scriptores silent. Ibi condita, vbi Darium Alexander vicit, sane videtur. H.

o. Antiochia) Plutarch. in Lucullo, p. 514. Νίσιβιν, οἱ δὲ Ἕλληνες Ἀντιόχειαν Μυγδονικὴν προσηγόρευον. Mesopotamiae Stephanus adscribit: Ἀντιόχεια — — τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη — — ἥτις Νισίβη λέγεται, καὶ Νισιβίς. Strabonem videlicet secutus, L. XI. p. 527. Et L. XVI. p. 747. Hodie vetusto nomine seruato, *Nisibin* vocant, et *Neshin*, insignis olim oppidi tenue nunc vestigium. Vide Tavernier. Itin. L. II. p. 172. H.

p. Ninus.) *Mosul*, indeque Assyria vulgo dicitur *Mosul.* Eius Metropolis est Niniue, vbi Ionas Propheta praedicauit poenitentiam. *Dal.*

Fuit et Ninus) Quae et Niniue, Herodoto quoque, Νῖνος. Excidium vrbis signat obiter Plinius suo illo familiari vocabulo, *Fuit.* Instaurata denuo tamen, quamquam non eodem fortassis loco, quo steterat primum, floruit Ammiani aeuo. *In Adiabena*, inquit, L. XXIII. p. 251. *Ninus est civitas,*

Tigri q., ad Solis occasum spectans, quondam clarissima. Reliqua vero fronte, qua tendit ad Caspium mare, Atropatene r., ab [1] Armeniae Otene regio-

1. *Et ab Armenia Otone regio. M. alii opere.*

vitas, quae olim Persidis regna possederat, nomen Nini potentissimi Regis quondam Semiramidis mariti, declarans, et Arbela, et Gaugamela etc. Stephanus: Νῖνος, πόλις Ἀσσυρίων. H.

q. Imposita Tigri) Herod. L. I. Clio, N. 102. et L. II. Euterpe N. 150. p. 148. Fallitur Diodorus, qui L. II. Bibl. p. 92. ad Euphratem locat, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν. Diruta nunc et exhausta, vicinitate *Mosal* oppidi in parte fluminis opposita ad Solis exortum conditi, solo ponte intermedio, vt vulgo suasit Beniamin Iud. *Inter Almosal et Niniuen pons tantum intercedit: haec deuastata est: attamen multos pagos et vicos habet.* Reipsa tamen *Moussul*; (sic enim Tauernerius appellat, L. II. p. 173.) ad occasum Tigris amnis est, atque adeo vbi olim Niniue fuit. Quod Plinius addit fuisse quondam clarissimam, confirmat Ionas c. III. 3. 4. *Niniue erat,* inquit, *ciuitas magna itinere trium dierum. Et coepit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius,* etc. Erat Niniue ciuitas magna, inquit, cuius vicos omnes nemo pererrare posset nisi itinere trium dierum. Neque enim murorum ambitum dicit esse itinere trium dierum, sed ciuitatem ipsam: in quam non perhibetur Ionas introisse nisi itinere vnius diei. Si murorum ambitus intelligeretur trium dierum esse, diametros vix esset itineris diei vnius; atque adeo ingressus Ionas per portam vnam, emensusque iter diei vnius; iam e ciuitate pedem extulisset per portam oppositam. Ergo iter trium dierum in ipsa ciuitate intelligendum est, et per vicos ciuitatis singulos ea mensura accipienda est. Clamauit Ionas per vicos, quot potuit deambulare itinere vnius diei: id quod tertiam vrbis partem efficit. Inde rumor ad ceteros peruasit, ac postridie ad regem ipsum. H.

r. Atropatene) Subintellige ex superioribus, Armeniae maiori copulatur, a cuius parte orientali, quae Otene vocatur, solo amne Araxe dispescitur. Ὠτηνὴ Eusebio, L. VI. Praep. p. 277. Quadrato item, L. II. et III. Parthic. apud Steph. verbo Ὠτηνή. Apud Ptol. perperam scriptum Μωτηνή, et

regione difcreta *s.* Araxe. Oppidum eius *t.* Gazae, ab Artaxatis *u.* CCCCL. M. p.: Totidem ab Ecbatanis Medorum, quorum pars funt Atropateni.

XVII. (XIV.) Ecbatana *x.* caput Mediae Seleucus *y.* rex condidit *z.*: a Seleucia magna DCCL. M. p.: a

et *Totene.* Atropatene vero Ἀτροπατηνὴ Mediae regio eft, ab Atropato duce cognominata, qui ne pars ea in Macedonum poteftatem veniret, Alexandro mortuo, arte effecit. Vide Strab. L. XI. p. 522. et Steph. p. 156. H.

s. Difcreta Araxe) Strabo, p. 523. τȣ̃ Ἀράξȣ ποταμȣ̃ τȣ̃ ὁρίζοντος τήν τε Ἀρμενίαν καὶ τὴν Ἀτροπατηνήν. Ptolemaeo mendofe, Τροπατηνὴ, L. VI. c. 2. Huic regioni nunc nomen eft *Servan.* Turcis paret. H.

t. Oppidum eius) Non Otenes regionis Armeniae, vt vifum Ortelio, fed Atropatenes Mediae: vt ipfa orationis ftructura admonet, atque ipfe etiam Strabo, L. XI. p. 523. cui haec Γάζα Atropatenes βασίλειον, feu Regia dicitur. Porro Gaza nomen oppido Parthi imponebant, in quo belli opes et pecuniam vellent afferuari. Nam Gaza pecunia regia eft lingua Perfarum, tefte Curtio, L. III. Hodie Taurifium vocatur, *Tauris.* H.

u. Ab Artaxatis CCCCL.) Ab Araxe, cui Artaxata impofita funt, ftadiis bis mille CCCC. diftare Strabo affirmat, l. c. hoc eft, paffuum dumtaxat trecentis millibus. H.

x. Ecbatana) Nunc *Cafbin*, in ipfo fere Mediae veteris meditullio pofita. Graecis, τὰ Ἐκβάτανα. Fuit etiam Ecbatana montis nomen, multo citra oppidum iftud: quo in monte *pofita* fuit *Rages ciuitas* tunc ditionis *Medorum*, quatuor tantum dierum itinere diftans a ciuitate Niniue: vnde poft triduanam quietem redux effet Tobias iunior *vndecimo die*, Tob. V. 8. et XI. 1. H.

y. Seleucus) Is qui Σέλευκος Νικάτωρ eft cognominatus, primus Regum Syriae: tametfi auctor eft Charax, apud Steph. verbo Ἀγβάτανα, Epiphaneam vocatam Ecbatanam fuiffe a Seleuco Epiphane fortaffis, Antiochi Magni filio. H.

z. Condidit) Cum aliquo bello dirutum illud oppidum fuiffet, quod antea condiderat eo nomine Deioces primus rex Medorum, Aftyagis proauus, tefte Herod. L. I.

portis vero *a.* Caspiis XX. M. Reliqua Medorum oppida, [1] Phazaca *b.*, [2] Aganzaga, Apamia *c.* Rhaphane cognominata. Caussa portarum *d.* nominis eadem, quae supra, interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra, longitudine VIII. mill. p., toto opere manu facto. Dextra laeuaque ambustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per [3] XXVIII. *dd.* mill. p. Angustias impedit [4] corriua.

1. *Phiscanzaga. M. Ardonil. Phausia Gr. et Al.* 2. *Ptolemaeo Aganzagua. Agamzua Gr. et Al.* 3. *Sic quoque M. et Ch.* XXXVIII. *Gr. et Al.* 4. *Deriuatus salis liquor e cautibus.*

L. I. Clio, N. 98. p. 43. et Euseb. in Chron. p. 119. ad Olymp. XVIII. Quin si Diodoro fides, qui Ctesiam sequi se profitetur, iam inde ab aeuo Semiramidis exstabant Ecbatana. H.

a. A portis vero Caspiis) Sic vocantur interrupta angusto transitu iuga Caspii montis in confinio Parthiae Mediaeque XX. mill. hoc est, vicies centenis millibus passuum. H.

b. Phazaca, Aganzaga) Vide N. et Em. N. XXXVIII. (hic adi.) *Phazaca, Aganzaga)* Libri hactenus editi habent, *Phausia, Agamzua.* Tolerabilius vero fuisset, si *Phaunia* edidissent: quod oppidi esse potuit illius nomen, vnde Φαυνίτη regio suum traxerit, quam Medis ereptam, et adiunctam Armeniae ab Artaxia rege, auctor est Strabo, L. XI. p. 528. Sed coniecturae locus esse non debet, vbi se veritas ipsa patefacit. In R. 1. 2. Colb. 1. 2. etc. legitur *Phiscanzaga*, vnico, vt perspicua res est, ex duobus conflato vocabulo. Laudantur a Ptol. L. VI. c. 2. hae Mediae ciuitates, Φαζάκα et Ἀγανζανά, vel Ἀγανζαγανά. H.

c. Apamia) Ἀπαμεία Straboni, L. XI. p. 324. vna e Graecanicis vrbibus, quas in Media Macedones condiderunt. H.

d. Caussa portarum) Descripsit haec Solin. c. 47. p. 75. H.

dd. Per XXVIII.) Solini paraphrasis: *In his angustiis etiam illud asperum, quod praecisorum laterum saxa, liquentibus inter se salis venis, exundant humorem affluentissimum; qui constrictus vi caloris, velut in aestiuam glaciem corporatur: ita labes inuia accessum*

riuatus salis e cautibus liquor, atque eadem emissus. Praeterea serpentium multitudo, nisi hieme, transitum non sinit. (XV.) Adiabenis *e.* connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc [1] Cordueni, praefluente *f.* Tigri: his Pratitae *g.*, [2] Paredoni *h.* appellati, qui tenent Caspias portas. Iis a latere *i.* altero occurrunt deserta Parthiae, et Citheni

1. *Gordyeni. V.* 2. *Parodon. Tol.* παρ' ὁδόν.

cessum negat. Praeterea octo et XX millibus passuum tractus omnis, quoquo inde pergitur, nullis puteis vel fontibus sine praesidio sitit: tum serpentes vndique gentium conuenae, verno statim die illuc confluunt. Ita periculi ac difficultatis concordia, ad Caspios, nisi hieme, accessus negatur. In Plinianis libris perperam editum, XXXVIII. MSS. inuitis, et Solino. H.

e. Adiabenis conneсtuntur Carduchi) Non *Cadurci.* nam *Cadurci* Galliae sunt prouinciae, non Parthorum regni. Et Carduchorum appellationem Macedones postea in mollius deflexerunt Corduenos vocantes. *Gelen.*

Carduchi) Καρδοῦχοι, quos Mediae Stephanus adiudicat, p. 356. Parthiae Strabo, L. XVI. p. 747. iidem appellatione in mollius deflexa a Macedonibus Γορδυαῖοι, a Gordye, vt volunt, Triptolemi F. appellati. Regionem ipsam Gorduenen vocat Ammianus, L. XVIII. p. 125. Κορδουηνὴν Dio, L. XXXVII. p. 31. de qua Tigrani cum Phraate, sub iudice Pompeio lis fuit. Igitur hi Adiabenis siue Assyriis, ab occasu aestiuo iunguntur. H.

f. Praefluente Tigri) Gordyenen Tigris praeterlabitur. Strabo, l. c. Haud sane procul a fontibus ipsius amnis, vt monet Ptol. L. V. c. 13. H.

g. His Pratitae) Carduenis Pratitae connectuntur. Πρατίται et Πρατῖται, *mercatores.* Sunt ii e Medorum populis. H.

h. Parcdoni) Ita libri omnes editi. Pintianus emendat παρ' ὁδὸν, voce hic nihil significante. Hi tenere Caspias portas dicuntur, quamuis hinc longe positas: quoniam eorum custodiae a Medorum regibus commissae sunt hae portae. In quibusdam MSS. nostris legitur Paredoti. H.

i. Iis a latere altero) Portis Caspiis, inquit, a latere altero, hoc est, ab exortu brumali connectuntur deserta Parthorum, et longa Cithe-

theni iuga. Mox eiusdem *k.* Parthiae amoenissimus sinus, qui vocatur Choara *l.* Duae vrbes ibi Parthorum, [1] oppositae quondam Medis: Calliope *m.*, et alia in rupe Issatis quondam. Ipsius vero Parthiae caput [2] Hecatompylos *n.* abest *o.* a portis CXXXIII. mill. p. Ita Parthorum quoque regna foribus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens

1. *Appositae. Ch.* 2. *Hecatompylos a centum portis. Pineus.*

theni iuga. Huc enim vsque Parthia pertinet, quae ab occasu, vt dicetur f. 29. habet Pratitas Medos, vbi Parthia citerior, deserta et occidentalis vocatur. H.

k. Mox eiusdem Parthiae amoenissimus situs) Legendum *amoenissimus sinus*, vt supra cap. 8. huius lib. ostendi, fauente etiam antiqua lectione. *Pintian.*

Amoenissimus sinus) Sic longum terrarum in mediterraneo tractum passim appellat, vt diximus, f. 12. H.

l. Choara) Haec Χωρομιθρήνη Ptolemaei est, L. VI. c. 2. quam ille Mediae adiudicat. Vide Not. et Em. N. XXXIX. (hic consp.) *Choara*) Non est haec regio vel Strabonis Χοαρηνή, L. XV. p. 725. vel Χοροανὴ Ptol. L. VI. c. 5. vt Ortelio visum est: Haec enim ex omnibus prouinciis, quae sunt Parthicae ditionis, Indiae maxime finitima dicitur, ad Solis proinde exortum: *Choara* ab occasu Parthiae esse tum hoc loco dicitur, tum sect. 29. vbi eius regionis oppida, Issatis et Calliope, ab occasu Parthiae collocantur. H.

m. Calliope) Καλλιόπη, πόλις Παρθυαίων, Stephano, p. 347. et Appiano in Syriac. p. 125. H.

n. Hecatompylos) Graeca appellatione, ob centum portas, ἑκατὸν πύλας. Parthorum haec Arsacidarum regia, Straboni, L. XI. p. 514. De ea rursum, f. 29. Aiunt nunc esse *Ispaham:* est enim in Parthia vetere, quae nunc *Erack.* H.

o. Abest a portis) Caspiis videlicet, quo eorum olim ditio pertinuit, inquit Strabo, l. c. De interuallo a Plinio diffidet Apollodorus apud eumdem Strabonem, p. 514. qui spatium illud esse censet stadiorum M. CCLX. χίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα: quae millia passuum efficiunt CLVII. cum quingentis passibus. Breuius aliquanto facit Ammianus, L. XXIII.

gens Caſpia *p.*, ad litora vſque, quae nomen portis et mari dedit. Laeua, [1] montuoſa. Ab ea gente retrorſus *q.* ad Cyrum amnem produntur [2] CXXV. mill. p. Ab eodem amne ſi ſubeatur ad portas, DCC. mill. *r.* p. Hunc enim *s.* [3] cardinem Alexandri Magni itinera [4] fecere, ab iis portis ad Indiae principium, ſtadia quindecim *t.* millia ſexcenta octoginta prodendo: ad Bactra oppidum, quod appellant Zariaſpa *u.*, MMM. ſeptingenta. Inde ad *x.* Iaxartem amnem, V.

XVIII.

1. *Montoſa. Gr.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard.* CXX. *Ch.* CCXX. *Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Hunc enim deinde cardinem Gr. et Al.* 4. *Fecere. Ab iis portis ad Indiae principium octoginta procedendo ad Bactra, etc. V.*

XXIII. p. 254. mille dumtaxat, et XL. ſtadiorum, hoc eſt millium paſſuum CXXX. quod propius ad Plinianam menſuram accedit. Eratoſthenis menſura apud Strabon. in mendo cubat, ἐννεακοσίους, pro ἑπτακοσίους, manifeſto errore ſcribens, quem prodit ſumma quae ex ſingulis interuallis colligitur. H.

p. Gens Caſpia) Ad Caſpium litus, in Armeniae confinio, Ptol. L. VI. c. 2. H.

q. Retrorſus) Verſus ſeptemtrionem. H.

r. DCC. mill.) Eratoſthenes apud Strabonem l. c. ſtadia numerat quinquies millia, et LX. ἀπὸ τȣ̃ Κύρȣ ἐπὶ Κασπίας πύλας, πεντακισχιλίȣς ἑξακοσίȣς. Colligit haec menſura millia paſſuum fere DCXXXIII. H.

s. Hunc enim cardinem) Hinc duci omnis menſurae initium, hinc interualla dignoſci voluerunt vlteriorum regionum. H.

t. Stadia quindecim etc.) Eratoſtheni l. c. ſunt tantum ſtadia quindecim millia cum quingentis, ὁμȣ̃, μύριοι πεντακισχίλιοι φ'. Sunt paſſuum millia amplius decies nouies centena. H.

u. Zariaſpa) Strabo l. c. εἶτ' εἰς Βάκτραν τὴν πόλιν, ἣ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται, τρισχίλιοι ἑπτακόσιοι ſic, enim legendum ex Plinio. Efficit haec ſumma fere CCCCLXIII. mill. paſſ. De Zariaſpis etiam Stephanus. H.

XVIII. (XVI.) A Caſpiis *y.* ad orientem verſus regio eſt, [1] Apauortene *z.* dicta, et in ea fertilitatis inclytae locus [2] Dareium *a.* Mox gentes Tapy-

1. Sic et Ch. Zapauortene Gr. et Al. *2. Dareium mons Gentes Tapyri, etc. Man. Vet. Ch. Darieum Gr. et Al.*

x. Inde ad Iaxartem) Strabo ex MSS. l. c. εἶτ' ἐπὶ τὸν Ἰαξάρτην ποταμὸν ἐφ' ὃν Ἀλέξανδρος ἧκεν, ὡς πενταχισχιλίους, ſtadiorum quinque millia, efficiunt DCXXV. mill. paſſ. H.

y. A Caſpiis) A Caſpiorum gente, et litore Caſpio. Solinus haec deſcripſit a Plinio, c. 48. p. 75. H.

z. Zapauortene dicta, et in ea fertilitatis inclytae locus, Daraeon mons: gentes Tapyri Anariaci, Hyrcani.) Id eſt, τῶν Δαραίων ὄρος. An Plinio *Daritis* eadem eſt? lib. VI. c. 23. *Arianae partem aliqui Daritin eſſe volunt.* Sed Daritis in ea Ariana non erat, quam Plinius eo capite deſcripſit. Vide *Salmaſ.* pag. 982. b.

Apauortene) Ita MSS. omnes. Iſidorus Characenus in Σταθμοῖς, p. 188. Ἀπαυαρκτικὴν et Ἀπαυαρκτικηνὴν appellat ab vrbe cognomine. Iuſtinus mox laudandus, *Zapauortene.* H.

a. Dareium) Δαρήϊον. Vide Not. et Em. N. XL. (hic adi.) *Dareium,* Verſatus eſt in huius loci ſitu illuſtrando Salmaſius ſatis infeliciter. Dareium, vt ex Plinii verbis apparet, vltra Caſpiam gentem ad Solis exortum ſitum eſt, atque adeo ſupra Mediam, ad litus Hyrcanii maris, verſus ipſam Hyrcaniam. At Salmaſ. in Solin. p. 982. Meſopotamiam eo transfert, cum Procopii Daras eumdem exiſtimat locum eſſe cum Plinii Dareio. Procopius enim L. I. Perſic. Daras ait, diſtare Niſibi ſtadiis XCVII. a Perſarum vero finibus, octo et XX. Euagrius, L. III. c. 37. diſertis verbis affirmat, Daras locum eſſe Meſopotamiae, in finibus Romani imperii ſitum, et vtriusque ditionis velut limitem, quem ex agro oppidum fecerit Anaſtaſius, et ſuo nomine Anaſtaſiopolim appellarit. Dareium vero Plinii Iuſtinus deſcribit, L. XLI. c. 5. p. 303. vbi de Arſace Parthorum rege: *Vrbem,* inquit, *nomine Daram, in monte Zapaortenῶν condit; cuius loci ea conditio eſt, vt neque munitius quidquam eſſe, neque amoenius poſſit. Ita enim et praeruptis rupibus vndique cingitur, vt tutela loci nullis defenſoribus egeat:*

Tapyri *b.*, Anariacae, Stauri, Hyrcani, a quorum litoribus idem mare Hyrcanium vocari incipit, a flumine 1 Sideri *c.* 2 Citra *d.* id amnes 3 Maxeras, Stratos, omnia ex Caucaſo *e.* Sequitur regio *f.* 4 Margiane, apricitatis inclytae, ſola in eo tractu vitifera, vndique incluſa montibus amoenis, ambitu.

1. *Syderi Gr.* 2. *Cira Ch. Circa Gr. et Al.* 3. *Mazara quibuſdam.* 4. *Margiana. Ch.*

egeat: et ſoli circumiacentis tanta vbertas eſt, vt propriis opibus expleatur. Ab hac vrbe Dareium potius, quam Darieum, vt libri editi habent, circumiacenti agro nomen fuit. Et ſane Dareium, exhibent MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. etc. H.

b. Tapyri) Ταπύρους et Ἀναριάκας Strabo quoque cum Hyrcanis copulat, L. XI. p. 514. De Stauris apud ceteros ſilentium. De Anariacis ſuperius, ſ. 15. De Tapyris, Dion. in Perieg. v. 733. Hyrcaniae vicinos facit Polybius, L. V. p. 542. Alii ſunt Ptolemaei in Margiana Τάπορoι, L. VI. c. 10. Hyrcaniae regioni nomen hodie *Tabareſtan*; Tapyrorum, et Anariacarum, *Gilan.* H.

c. A flumine Sideri) In extrema Hyrcania verſus ortum citra Oxum amnem. H.

d. Citra id) Citra id flumen, retrorſus verſus occaſum in eadem Hyrcania amnes ſunt, Maxeras Μάξηρας Ptol. L. VI. c. 9. vnde et accolis nomen Μάξηραι. Et Stratos, eidem Ptolemaeo Στράτων e Media per Anariacas in Caſpium fluens. Vide Not et Em. N. XLI. (hic poſ.) *Citra id amnes, Maxeras)* *Citra* reſcripſimus, tum ex locorum ſitu ad Tabularum omnium fidem exacto, tum ex admonitu codicum proxime laudatorum; vbi editi mendoſe *circa* exhibebant. Et ſane qui poſſint intelligi *circa* flumen amnes, haud promtum eſt agnoſcere: at *citra* flumen alios amnes decurrere, res eſt in primis obuia. Maxeras item, non Mazeras ſcribi oportuit, vt praeter Ptolemaeum laudatum a nobis, teſtatur Ammianus, L. XXIII. p. 256. H.

e. Ex Caucaſo) Id nomen commune montibus iis quibus Perſarum regna omnia veluti praetexuntur. H.

f. Sequitur regio) Haec iiſdem verbis Solinus c. 48. p. 75.

tu g. ſtadiorum mille quingentorum, difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines per cxx. mill. paſſuum; et ipſa contra Parthiae tractum ſita: In qua h. Alexander Alexandriam condiderat. Qua diruta i. a barbaris, Antiochus k. Seleuci filius, eodem loco reſtituit [1] Syriam l. Nam interfluente Margo, qui cor-

1. *Seleuciam. Nam interfluente Margo, qui corriuatur in Zotale, malueram illam appellare Antiochiam. M. Ptolem. Stephanus Pint. qui corriuatur. Maluerunt alii Antiochiam appellare. Syrianam interfluente Margo Gr. et Al.*

p. 75. et Martianus, L. VI. c. de Aſſyria, p. 222. Sequitur porro Margiana Hyrcaniam ab oriente. H.

g. *Ambitu ſtadiorum)* Conſentit et Strabo, L. XI. p. 516. H.

h. *In qua Alexander)* In Margiana videlicet, vt Solinus recte intellexit, l. c. H.

i. *Qua diruta a barbaris, etc.)* Legend. *Quam dirutam a barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit. Syrii, amne eam interfluente Margo, qui corriuatur in Zothalicis, maluerunt illam Antiochiam appellari.* Antiochus Alexandriam Margianae dirutam a barbaris eodem loco et nomine reſtituerat. Syri quos incolas dedit vrbi, maluerunt eam *Antiochiam* appellari de nomine conditoris ſiue reſtitutoris. Vel ſic potius emendes: *Qua diruta a barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco reſtituit. Seleuciam, interfluente Margo qui corriuatur ab incolis: maluere et illam Antiochiam appellari.* Seleuciam in loco Alexandriae reſtituit Antiochus Seleuci filius, indito patris nomine. Eam interfluit Margus, qui corriuatur ab incolis, hoc eſt, in riuos deducitur ad irrigandam regionem, εἰς τὰς ὀχετείας ἀνὰλίσκεται. *Salmaſ.*

k. *Antiochus)* Eius nominis primus, Seleuci Nicatoris F. Soter cognominatus, Strabo, l. c. H.

l. *Reſtituit Syriam)* Loci ſententia haec eſt; Alexandria diruta a barbaris, eodem loco vrbem Antiochus inſtaurauit, ac Syriam repraeſentare voluit, hoc eſt, Syrio nomine inſignire. Antiochiam igitur potius quam Alexandriam, iuſſit appellari, quod eam Margus amnis interflueret ad ſimilitudinem An-

corriuatur in Zotale *m.*, | is maluerat illam Antiochiam

Antiochiae Syriae, quae Oronte amne diuiditur, vt dictum est, L. V. f. 18. Vide Not. et Em. N. XLII. (hic adi.) *Restituit Syriam. Nam interfluente Margo)* Haec sincerissima lectio est codicum omnium, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. quam interpolatores ita corruperant: *restituit Syrianam interfluente Margo*, qua lectione stante tota loci sententia pessumdatur. Sed foedius a Salmasio deformatur, ita legente in Exerc. in Solin. p. 983. *Quam dirutam a barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit, Syrii amne eam interfluente Margo: — maluerunt illam Antiochiam appellari.* Vel sic potius: *Eodem loco restituit. Seleuciam, interfluente Margo, qui corriuatur ab incolis: maluere et illam Antiochiam appellari.* At tantam in permutandis verbis euertendisque scriptorum sententiis licentiam, quis porro ferat, aut patiatur? H.

m. In Zotale) Agri nomen id est, vbi Margus in riuos deducitur, ad irrigandam regionem. Atque hinc est, quod Isidorus Characenus, in Σταθμοῖς p. 188. irriguam hanc Antiochiam vocat, ἐν Μαργιανῇ Ἀντιόχεια ἡ καλεμένη ἔνυδρος. A Margo amne Margianae nomen. Hanc Antiochiam *ab interfluente Margo* sic appellatam, deductosque eo ab Orode Parthorum rege, vt Plinius mox refert, Romanos milites Crassiana in clade captos, totamque Margianam regionem, spectauit quoque Virgil. in Eclog. I. siue Tityro, v. 65. loco ab interpretibus saepe vexato, nec intellecto, sed hic demum exponendo occasione data: *At nos hinc alii sitientes ibimus Afros; Pars Scythiam, et rapidum Cretae veniemus Oaxem, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Meliboeus*, cuius ea oratio est, in Europa se nouit esse: itaque cum sit conscriptus miles, coactus bella sequi, se, si capiatur in bello, exsulem fore dicit extra orbem Romanum: vel ad meridiem, in Africae solitudinibus scilicet: vel ad ortum Solis, in Asiatica Scythia et subiecta ei Margiana, vbi fluit Oxus amnis, *et quo deduxerat Orodes* Parthorum rex *Romanos Crassiana clade captos*, recenti memoria ante annos decem: vel denique ad Aquilonen, apud Britannos extra Romanam ditionem positos. *Oaxes*, Oxus amnis est, atque id nomen verius arbitramur graece Ὦξος scriptum fuisse, vt in eodem

chiam *n.* appellari. Vrbis amplitudo [1] circuitu LXX. ſtad. *o.* In hanc *p.* Orodes Romanos, Craſſiana clade captos deduxit. Ab huius excelſis per iuga Caucaſi protenditur ad Bactros vſque gens *q.* Mardorum,

1. *Circuitur. Ch.*

eodem tractu Ochus amnis eſt Ὄχος, quam Ὄξος, vt in quibuſdam libris Graecis legitur. Inde Poeta vocalem longam diremit in breves duas, et *Oaxem* pro Oxum ſcripſit. Vel in amne appellando aeque balbutiiſſe militem ruſticanum credi voluit, quam in proferendo, vt mox videbimus, nomine prouinciae quam alluit Oxus amnis. Deuoluitur is in Caſpium mare ab ortu Solis, et ibi Scythiam interſecat. Amnis *Cretae Oaxes* dicitur, non Europaeae, et Romanis ſubiectae, ſed Aſiaticae, hoc eſt, Margianae: cui nempe nomen vel datum, vel exiſtimatum eſt eſſe a Marga. Eſt autem Marga genus Cretae, qua laetificantur et aluntur agri ad pinguitudinem. Eius genera multa et varias dotes deſcribit Plinius, L. XVII. c. 6. 7. 8. *Margam vocant*, inquit, — — *Duo genera fuerunt, Plura nuper exerceri coepta proficientibus ingeniis. Eſt enim alba, rufa, columbina, argentaria, tofacea, arenacea.* — — *Quae pingues eſſe ſentiuntur, ex his praecipua alba. Plura eius genera. Mordaciſſimum, quod ſupra diximus. Alterum genus* ALBAE CRETAE *argentaria eſt. etc.* Miles vateſque ruſticus inducitur, qui eruditus affectet videri; neque a verbo diſcedere, ſi vt verſum rotundet, pro Margiana Cretam dixerit, ſiquidem Margam pro Cretae genere dici ruſtici nouerant. Genuinus, opinor, hic loci iſtius ſenſus eſt. H.

n. Antiochiam) Ἀντιόχεια Μαργιανή Ptolemaeo, L. VI. c. 10. et Stephano, p. 88. Martianus c. l. vt furtum diſſimularet, et eum ſecutus Solinus, Seleuciam aiunt fuiſſe appellatam de familiae nomine. H.

o. LXX. Stad.) Ita libri omnes, etiam MSS. Martianus tamen, et Solinus quinque addunt ſtadia. Porro LXX. ſtadiis fere millia paſſuum nouem continentur. H.

p. In hanc) Solinus, c. 48. p. 75. De Orode Parthorum rege, et Craſſi clade, Plutarchus in Craſſo. H.

q. Gens Mardorum) In parte Margianae orientali, qua

dorum, fera, sui iuris. Ab eo tractu *r.* gentes Ochani, Chomari *s.*, Berdrigei, Harmatotrophi *t.*; Bomarei, [1] Comani *u.*, Marucaei, [2] Mandrueni *x.*, Iatii. *y.* Flumina: Mandrum, Gridinum: vltraque Chorasmii *z.*, [3] Candari *a.*, Attasini *b.*, Paricani *c.*, Saran-

1. *Coammani. V. Commani Gr. et Al.* 2. *Mandradani. V.* 3. *Gaudari Gr. et Al.*

qua Bactros contingit. Ab Amardis, de quibus superius f. 15. et appellatione et situ diuersi. H.

r. Ab eo tractu.) Versus boream, et exortum Solis aestiuum. Ex his Mela hos nominat, L. I. c. 2. Candaros, Parianos, Harmatotrophos, Comaros, Choamanos. H.

s. Chomari) Χόμαροι, Ptolemaeo, in Bactriana, L. VI. c. 11. H.

t. Harmatotrophi) Qui curules equos alunt, vnde ἁρματοτροφεῖν, et ἁρματοτροφία. H.

u. Comani) Idem atque Κῶμοι Ptolemaei, l. c. et Melae *Comari*. Nisi forte *Thomanii* satius legi fuerit, Θωμάνιοι, quos Herodot. L. III. Thalia, N. 117. cum Chorasmiis, Hyrcanisque, iungit. Forte haec Κομανία Xenophontis est, L. VII. Exped. Cyri, p. 426. H.

x. Mandrueni) Ab amne Mandro. Μαρδυηνοί, credo, Ptolemaei, L. VI. c. 12. in Sogdiana. H.

y. Iatii) Ἰάτιοι, Ptolemaeo, l. c. H.

z. Chorasmii) Χωράσμιοι Dion. Perieg. v. 746. Athenaeo, L. II. p. 70. aliisque. Ptolemaeo l. c. in Sogdiana. Hi patria pulsi in Syriam penetrauere olim, vnde Francos fugarunt, anno 1244. Vincent. Bellou. L. XXIX. et XXXI. Straboni, L. XI. p. 513. Χωρασμιοι, H.

a. Candari) Et hi quoque in Sogdiana Ptolemaeo, Κάνδαροι. Alii sunt ab istis Gandari Indiae populi: de quibus Hesychius: Γάνδαρος ὁ ταυροκράτης παρ' Ἰνδοῖς, a fortitudine sic appellari. Salmasius, vt hos cornutos faceret, legit ταυροκέρατος. H.

b. Attasini) Ἀττάσιοι Straboni, L. XI. p. 513. H.

c. Paricani) Stephanus: Παρικάνη, πόλις Περσική — — — τὸ ἐθνικὸν, Παρικάνιοι, καὶ Παρίκανοι. Forte ii sunt quos Βαρηκανίους vocat Ctesias apud Phot. in Bibl. cod. 72. p. 109. Παρικάνιος

Sarangae *d.*, Parrhasini *e.*, Maratiani *f.*, Nasotiani, [1] Aorsi *g.*, Gelae, quos Graeci Cadusios *h.* appellavere, [2] Matiani. *i.* Oppidum Heraclea *k.*, ab Alexandro conditum: quod deinde subuersum ac restitutum, Antiochus *l.* Achaida *m.* appellauit: Derbices,

1. *Asilegi, quos. V. et M.* 2. *Materni. M.*

ρικάνιοι Herod. L. III. Thalia, p. 200. N. 93. et L. VII. Polymn. p. 408. H.

d. Sarangae) Σαράγγαι Herod. loco posterius appellato. H.

e. Parrhasini) Solinus et Strabo *Parrhasios* vocant. H.

f. Maratiani) Vide Not. et Em. N. XLIII. (hic adi.) *Maratiani*) In R. 2. *Marotiani.* Verum haud dubie *Maruciani* scribi oportuit, ab oppido Μαρέκα, quod iuxta Oxum amnem in Sogdiana a Ptolemaeo collocatur, L. VI. c. 12. H.

g. Aorsi, Gelae) Gentes illis fortasse cognomines, quae alio in tractu terrarum nominantur. Namque sunt et Aorsi ad Tanaim, et Gelae ac Legae prope Albaniam et Amazones. Sunt et prope Iaxartem fluuium Ἄορσοι apud Ptol. L. VI. c. 14. de quibus modo Plinius. H.

h. Cadusios) Non illos quidem, quos Albanis esse confines diximus, s. 15. sed in Sogdiana sitos, vltra Caspium mare, Gelas cognominatos. H.

i. Matiani) Ματιανοὶ quos cum Καδδεσίοις coniungit Polyb. L. V. p. 542. H.

k. Oppidum Heraclea) Solin. c. 48. p. 75. Haec Stephani Ἡράκλεια, μεταξὺ Σκυθίας, καὶ Ἰνδικῆς. H.

l. Antiochus Achaida appellauit.) Ergo ab Achaeo aliquo condita, non ab Alexandro. De alio Achaeo non possumus intelligere, quam de illo, qui Antiochum Seleuci regis filium cognatione contingebat, et Asiam cis Taurum dynastae nomine, mox regis aliquamdiu tenuit Vide *Salmas.* pag. 984. b.

Antiochus) Seleuci F. de quo supra. H.

m. Achaida) De Achaei fratris sui nomine, quem alicui Syriae parti regio titulo praeesse post obitum suum Seleucus pater iusserat: et vt φιλάδελφον se Antiochus probaret, de eiusdem paulo postea defuncti nomine vrbem Ἀχαΐδα nuncupauit. Exstat huius Achaei nummus eximius ex aere minimo in Thesauro Regio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΧΑΙΟΥ. Aquila coronae laureae

cees *n.*, quorum medios fines secat Oxus amnis *o.*, ortus in lacu [1] Oxo *p.*: Syrmatae *q.*, [2] Oxydracae *r.*, Heniochi, Bateni *s.*, [3] Saraparae *t.*, Bactri, quorum

 oppi-

1. *Oxia. V. Axo. Ch. Vide cap. seq.* 2. *Oxii, Tagae, Gr. et Al.* 3. *Saapare. Basil.*

laureae et fulmini insistit. In auersa parte caput Achaei est, tectum pelle leonina: quod tegmen extra Seleucum Nicatorem, Achaei patrem, nullus regum Syriae gestat in nummis. Hunc exhibet etiam D. Vaillant in hist. Reg. Syriae, p. 150. Diuersa porro haec Achais est ab Achaia Strabonis, L. XI. p. 516. quae vrbs Ariae, ad Margianae meridiem sitae: haec eidem Margianae prouinciae ad septemtrionem superiacet, prope Oxum amnem. Tota adeo prouinciae vnius, aut alterius etiam, latitudine ambae inter se dissident; nequicquam eas confundente Salmasio, in Solin. p. 984. H.

n. Derbices) Δέρβικες Straboni, L. XI. p. 514. in Hyrcania: in Margiana circa Oxum iidem Δερβίκκαι appellati a Ptol. L. VI. c. 10. H.

o. Oxus amnis) Ὄξος Graecis: quam Araxim alii appellarunt, et cum vero Araxe Armeniae saepe confuderunt: quod animadversum deinde a Viro Cl. Du-Cangio vidimus in Not. ad Niceph. Bryen. p. 301. *Gihon et Gichon* amnem eum Arabes vocant, vt recte monet Paulus Rhamnusius in Geogr. In latus orientale Caspii maris delabitur. In ostio vrbs est hodieque insignis, *Zahaspa*, Auicennae Philosophi, vt creditur, patria. H.

p. In lacu Oxo) Solin. c. 49. p. 76. Ὀξιανὴ λίμνη Ptol. L. VI. c. 12. H.

q. Syrmatae) Ibidem Συρμάται Stephano, qui Σαυρομάται. H.

r. Oxydracae) Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic adi.) *Oxydracae)* In libris editis, *Oxii, Tagae.* Solin. c. 49. p. 76. *Oxistacae.* Nos ex Ptol. L. VI. c. 12. *Oxydracae*, Ὀξυδράγκαι. Plutarcho, L. II. de fort. Alex. p. 343. Ὀξυδράκαι. H.

s. Bateni) Solinus, l. c. H.

t. Saraparae) Ita MSS. omnes. Forte Σαλατάραι Ptolemaei, L. VI. c. 11. qui Bactrianae septemtrionalia, iuxta Oxum fluuium, tenere dicuntur. H.

oppidum Zariaspe *u.*, (quod postea Bactrum) a flumine *x.* appellatum est. Gens haec *y.* obtinet auersa montis Paropamisi, [1] ex aduersus fontes *z.* Indi: includitur flumine Ocho *a.* Vltra Sogdiani *b.*, oppidum Panda *c.*, et in vltimis eorum finibus Alexandria *d.* ab Alexandro Magno [2] conditum. Arae ibi sunt

1. *Sic ex MSS. em. Hard. et aduersus fontes Indi. M. Vet. Ex aduerso fontis Indi, Gr. et Al.* 2. *Oppidum. M. et Vet.*

u. Zariaspe.) De quo sup. sect. diximus. H.

x. A flumine) Non Bactri a flumine, sed Zariaspis nomen scito traxisse. Idcirco haec verba, *quod postea Bactrum*, parenthesi inclusimus: ne te, vt Solinum, in fraudem impellerent. Ζαριάσπης, siue Ζαρίασπις, amnis a Ptolemaeo memoratur, L. VI. c. 11. H.

y. Gens haec obtinet auersa montis, etc.) Sic lege: *Gens haec obtinet auersa montis Paropamisi, ex aduersus fontes Indi.* Sic infra: *Ex aduersum Bactrianos haec oppidum.* Vide *Salmas.* p. 985. b. Infra ibid. legitur, *Demonax*, pro *Demonas* et hoc pro *Demodamas*. Vide Salmas. p. 948.

Gens haec) Bactriana regio, inquit, a tergo est Paropamisi montis, quo monte ea a meridie clauditur: nec toto tamen: sed ea iugorum parte dumtaxat, quae ex aduerso mittit Indum amnem. Haec omnia mire perturbat Solinus, dum illustrare nititur. Auersa sunt latera montis, quae boream: aduersa, quae meridiem spectant. H.

z. Ex aduersus fontes) Ita MSS. omnes, pro *ex aduerso fontis.* H.

a. Ocho) Ὦχος est, qui in Oxum influit, Bactrianamque claudit ab occasu. Ptol. L. VI. c. 11. H.

b. Vltra Sogdiani) Vltra hos, inquit Solinus, Bactros scilicet, *Panda oppidum Sogdianorum*, etc. Hodie *Zagatay* in Tartaria vltra Oxum amnem, qui Bactrios a Sogdiis diuidit, inquit Strabo, L. XI. p. 517. H.

c. Panda) Ita MSS. cum Solino, l. c. et Martiano, L. VI. p. 223. Meminit Paracandae in Sogdiana Strabo, l. c. et Arrianus, L. III. Exped. Alex. Sed ab Alexandro ea euersa dicitur: Panda stetisse etiam tum videtur. H.

d. Alexandria) Ἀλεξάνδρειαν ἐσχάτην appellat Ptol.

ſunt ab Hercule *e.* ac Libero patre *f.* conſtitutae, item Cyro *g.*, et Semiramide *h.*, atque Alexandro *i*: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte *k.*, quod Scythae Silin *l.* vocant: Alexander militeſque eius, Tanain *m.* pu-

Ptol. L. VI. c. 12. quoniam in finibus Sogdianorum vltima. Appiano in Syriacis, p. 125. ἐν Σκύθαις Ἀλεξανδρέσχατα. Stephano, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπαμισάδαις. H.

e. Ab Hercule) Solinus, l. c. Has aras Herculei itineris fines eſſe ea terrarum parte exiſtimant, vt cum columnis, quae ſunt ad Gades, ſimile quiddam habere videantur. H.

f. Ac Libero patre) Bacchi expeditiones in Indiam deſcribit Lucianus in Baccho. Columnas ibi araſue ſtatuiſſe, auctor eſt praeter ceteros Feſtus Auienus, in deſcr. Orbis, p. 835. quibus pares et in Sogdiana nunc poſitae dicuntur. *Hic adſtare procul Bacchi fert fama columnas. Vltimus oceani qua terras alluit aeſtus, Indica qua rupes tumet extima.* Et v. 1390. *Oceani Eoi praetento denique Bacchus Litore, et extrema terrarum victor in ora Ducit laurigeros poſt Indica bella triumphos: Erigit et geminas telluris fine columnas, Inuiſitque dehinc Iſmeni fluminis vndam.* Accepit hoc a Dionyſio Perieg. v. 624. et Apollod. L. III. de Diis, p. 175. H.

g. Item Cyro, etc.) Solinus, l. c. Vbi certe metam expeditionum ſuarum Cyrus poſuit, ibi vrbem ſuo nomine Κυρέσχατα condidit, vt dicemus in Not. et Em. N. XCVII. H. Vide c. 31.

h. Et Semiramide) Semiramidis columnae appoſitam inſcriptionem recitat Polyaenus, L. VIII. Strateg. p. 598. H.

i. Alexandro) Curtius, L. IX. Alexandri arae cuiusmodi fuerint, prolixe deſcribit, c. 9. p. 361. Sed eae in India: in Sogdiana Plinianae. H.

k. Iaxarte) Ἰαξάρτης. In mare Caſpium ab oriente aeſtiuo deuoluitur. H.

l. Scythae Silin) Quo nomine appellant et Tanain, vt dictum eſt ſ. 7. H.

m. Tanain putauere) Vnde Alexandriam, de qua proxime dictum eſt, ad Tanaim conditam Arrianus ait, hoc eſt, ad Iaxartem, L. IV. Exped. Alex. Et Stephanus inter vrbes, quibus Alexandria nomen eſt, hanc

tauere esse. [1] Transscendit eum amnem [2] Demodamas *n.*, Seleuci et Antiochi regum dux, quem maxime sequimur in iis; arasque Apollini Didymaeo *o.* statuit.

XIX. (XVII.) Vltra sunt *p.* Scytharum populi Persae illos Sacas *q.* in vniuersum appellauere a proxima gente, antiqui Aramaeos. *r.* Scythae ipsi Persas, Chorsaros *s.*; et Caucasum montem, [3] Groucasum,

1. *Transgressus est. M.* et *Vet.* 2. *Demonax Gr.* et *Al.* 3. *Graucasum Gr.*

hanc decimam octauam appellat, ἐπὶ τῦ Τανάιδος. Deceptus hac nominum similitudine Ptolemaeus, Alexandri aras ad Tanaim Ponticum statuit, L. III. c. 5. Cautius Eustath. in Dionys. p. 10. ad Tanaim Scythicum, hoc est, ad Iaxartem. Suidas, p. 1212. Ἰαξάρτης, ὁ Τάναις ποταμός. Acesinen quoque Tanais nomine signatum in India, Stephanus prodidit, p. 633. H.

n. Demodamas) Vide Not. et Em. N. XLV. (hic adi.) *Demodamas)* Ita Martianus, L. VI. c. de Assyria, p. 223. Solinus, c. 49. p. 76. et quod his certius est, Index huius libri Demodamantem vocat. Perperam *Demonax* hactenus scribebatur. H.

o. Apollini Didymaeo.) De Didymaeo vide supra cap. 19. lib. V. *Dalec.*

p. Vltra sunt) Haec quoque Solinus, c. 49. p. 76. H.

q. Persae illos Sacas) Solinus, l. c. Herod. L. VII. Polymn. N. 64. p. 407. quem et Eustath. laudat in Dion. v. 750. p. 99. H.

r. Aramaeos) Ceterorum scriptorum nemo, qui quidem occurrat, Scythas Aramaeos ait fuisse appellatos id vero Syris nomen fuisse omnes confitentur. Strabo, L. XVI. p. 785. sub libri finem: Σύρυς οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίυς ἐκάλυν. MSS. omnes, *Aramos.* H.

s. Chorsaros) Vide Not. et Em. N. XLVI. (hic pos.) *Chorsaros)* Ita libri omnes, et Solinus, l. c. At Salmasius, *Chorsacos* mauult: in cuius vocis originatione demonstranda operam male posuit Bochartus, in Geogr. sacra, L. IV. c. 10. p. 254. cum Persas a Scythis sic appellatos per retaliationem, sic enim ait, hoc est, conuitii regerendi causa, coniicit: vt Chorsaci, vel Chorsacae dicti videantur, quasi Φυγο-

casum *t.*, hoc est, niue candidum. Multitudo populorum innumera: et quae cum Parthis ex aequo *u.* degat. Celeberrimi eorum Sacae *x.*, Massagetae *y.*, Dahae *z.*, Essedones *a.*, [1] Ariacae *b.*, Rhymmici *c.*, Pp 5 Paesi-

1. *Astocae. V. et M.*

Φυγεσάκαι, vel Σακόφοβοι, ex quo Cyri contigit in Scythia clades. Id vero ariolari esse, neque aut ex Plinii, aut Solini verbis confici certo posse, haud leue argumentum est, quod sequitur, de Caucaso, quem Groucasum Scythae dixerunt: an cuiusquam, amabo, contumeliae, irrisionisue causa? Cur probri notam in priore voce latere, quam in posteriore verius suspicere, aut ex scriptorum verbis efficias? H.

t. Groucasum) Ita R. 1. etc. Solinus, *Croucassim.* H.

u. Ex aequo) Paribus institutis ac legibus. Solinus, l. c. H.

x. Sacae) Strabo, L. XI. p. 511. Plerique Scytharum, inquit, qui a Caspio mari incipiunt, Dahae Δάαι appellantur: orienti viciniores Massagetae, et Sacae, Μασσαγέται καὶ Σάκαι. Reliquos communi nomine Scythas dicunt: quamquam singuli populi sua nomina habent. Sacae Ptolemaeo supra Iaxartis fontes, atque adeo in orientali parte regionis illius sedes habuere, quam nunc *Zagatay* et regnum *Samarcand* appellamus. Ceteri ad boream vergebant, vbi nunc deserta Tartaria est. H.

y. Massagetae.) Negotiatores qui mercium gratia Cambalum petunt prohibentur edicto magni Cham Massagetas transgredi. *Dalec.*

Massagetae) Quorum regina Tomyris Cyrum deuicit, Herod. L. I. sub finem. H.

z. Dahae) Δάαι, Σκυθικὸν ἔθνος, Stephano. Virg. Aen. L. VIII. v. 728. *Indomitique Dahae.* H.

a. Essedones) Ἰσσηδόνες Herodoto, L. I. Clio, n. 201. p. 84. Solino, *Essedones.* H.

b. Ariacae) Ptol. L. VI. c. 14. Ἀριάκαι παρὰ τὸν Ἰαξάρτην. H.

c. Rhymmici) Ῥύμμικοι, a Ῥύμμῳ amne cognominati, in Scythia, quae est intra Imaum montem, Ptol. L. VI. c. 14. H.

[1] Paesicae *d.*, Amardi, Histi *e.*, Edones, Camae, Camacae, Euchatae, Cotieri, Antariani, Pialae, Arimaspi, antea Cacidari, Asaei, Oetei. Ibi Napaei interiisse dicuntur, et Apellaei. Nobilia apud eos flumina, [2] Mandragaeum et Caspasium. Nec in illa parte [3] maior auctorum inconstantia: credo propter innumeras vagasque gentes. Haustum ipsius *f.* maris dulcem esse et Alexander Magnus prodidit: et M. Varro, talem perlatum Pompeio, iuxta res gerenti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentium amnium victo sale. Adiicit *g.* idem, Pompe-

1. *Pesici, Amordi. Gr. et Al.* 2. *Mandragaeum et Caspasum. Ch.* 3. *maiorem auctorum inconstantiam. V. et Man.*

d. Paesicae, Amardi) Et hos pariter Mela coniungit, L. III. c. 5. p. 54. Ptolemaeo, L. VI. c. 12. haud procul amne Iaxarte, et Oxo, Πάσκας locat, pro Παισίκας, vt arbitror. Iidem Apasiacae nominati, vt Mardi Amardi quoque dicti sunt. Stephanus: Ἀπασιακαὶ Μασσαγετῶν ἔθνος, ex Strab. L. XI. Et Polyb. L. X. οἱ δὲ Ἀπασιακαὶ Νομάδες κατοικȣ̃σι μὲν ἀναμέσον Ὤξȣ, *habitabant inter Oxum amnem.* Mardorum autem appellationem latronibus omnibus, flagitiisque montium incolis inditam a Persis fuisse iam ante monuimus, f. 5. H.

e. Histi) Forte Ἰαςαὶ Ptolemaei, L. VI. c. 14. in Scythia, quae est intra Imaum montem, haud procul a Rhymmicis montibus, παρὰ τȣ̃ Ἰαςȣ̃ ποταμȣ̃, a fluuio cognomine appellati; qui Iaxarti est proximus. De Arimaspis nos alibi. Πιάλαι Ptolemaei in Serica sunt, L. VI. c. 16. a Plinianis remotissimi. H.

f. Haustum ipsum) Haec deinceps Solinus iisdem verbis, c. 19. p. 38. De haustu maris eius dulci, eadem Polycletus apud Strabonem, L. XI. p. 509. H.

g. Adiicit idem Pompeii ductu exploratum in Bactros septem diebus ex India perueniri ad Icarum flumen, quod in Oxum influat.) Lege: *Perveniri ad Achrum flumen quod in Oxum* (an *Ochum*) *flumen influit.* Mens Plinii est, cum Romani ductu Pompeii ibi locorum ad Caspium scil. mare cum Mithridate vel Tigra-

Pompeii ductu exploratum, in Bactros *h.* septem diebus ex India perueniri ad Icarum *i.* flumen, quod in Oxum influat: et ex eo *k.* per Caspium in Cyrum subuectas, quinque non amplius [1] dierum terreno itinere, ad Phasin in Pontum Indicas posse deuehi merces. Insulae toto eo mari multae, vulgata vna maxime [2] Tazata. *l.*

XX. A Caspio mari *m.* Scythicoque oceano, in Eoum *n.* cursus inflectitur, ad orientem conuersa litorum

1. *Diebus. V.* 2. *Talga, vel Talca. V. Tazata: a Caspio mari — — in eam cursus inflectitur. Gr. et Al. in Eoum Pint. et Ch. quoque i. e. orientalem oceanum.*

Tigrane bellum gererent, exploratum illis esse septem diebus ex India Bactros vsque ad Icarum flumen perveniri posse. *Salmas.* p. 216.

h. In Bactros) Ex India Bactros vsque, vbi flumen Icarum in Oxum influit, septem diebus peruenire posse. Plinium Solinus non intellexit, qui Pompeium ipsum existimet in Bactros vsque penetrasse. H.

i. Ad Icarum) Septem omnium nomina, qui in Oxum delabuntur, recitat Ptol. L. VI. c. 11. hunc praetermisit: nisi eorum aliquis gemina donatus appellatione sit. H.

k. Et ex eo per Caspium in Cyrum, etc.) Plin. scribit ex flumine Dargilo, quod in Oxum influit, Indicas merces per Caspium mare subvehi posse in Cyrum amnem, qui fines Iberiae et Armeniae interluit: ex Cyro porro amne quinque dierum tantum iter esse terrenum vsque ad Phasin: inde in Pontum deuehi. *Salmas.* pag. 216. b.

Et ex eo) Ex Icaro ait in Oxum, ex eo in Caspium mare: inde in Cyrum amnem, qui Albaniae Armeniaeque fines interluit: ex Cyro deinde quinque dierum tantum iter esse terrenum ad Phasin, qui in Pontum decurrit. Strabo, L. XI. p. 509. H.

l. Tazata) In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. *Zozata.* Sed vt vt est de nomine, eam esse insulam, quae Ptolem. L. VI. c. 9. contra litus Hyrcaniae Τάλκα appellatur, situs ipse declarat. H.

m. A Caspio mari) A Caspio mari, inquit, in Scythicum oceanum, per angustum

litorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars o., a Scythico promontorio, ob niues: proxima inculta, saeuitia gentium. Anthropophagi p. Scythae insident, humanis corporibus vescentes. Ideo iuxta vastae solitudines, ferarumque multitudo, [1] haud dissimilem hominum immanitatem obsidens. q. Iterum deinde Scythae. Iterumque deserta cum belluis, vsque ad iugum [2] incubans mari, quod vocant Tabin. r. Nec ante dimidiam ferme longitudinem eius orae quae spectat aestiuum orientem, inhabitatur illa regio. Primi sunt hominum s., [3] qui noscan-

1. *Haud dissimili homines immanitate occidens.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. incumbens Gr. et Al.* 3. *qui vocantur. M.*

gustum illud fluentum, de quo superius diximus: inde in Eoum mare cursus inflectitur, vbi litora ad orientem frontem obuertunt. H.

n. In Eoum) Ita MSS. omnes. Ipsa quoque oratio postulat hinc nouae sectionis initium duci. Libri hactenus editi, *in eam.* H.

o. Eius prima pars) Sic etiam Mela, L. III. c. 7. Eius maris ora extrema, vbi Scythicum promontorium, ad illas freti angustias, vnde in Caspium erumpere Scythicus oceanus credebatur, versus septemtrionem. Ibi nunc sunt deserta Tartariae, vltra amnem Obium. H.

p. Anthropophagi) Haec Solinus a Plinio mutuatur, c. 15. p. 34. et Martianus, L. VI. c. de Perside, p. 223. H.

q. Haud dissimilem hominum immanitate obsidens.) Lege: *haud dissimilis hominum immanitati, obsidens.* Id est, iuxta solitudines et eas obsidens ferarum multitudo hominum immanitati haud dissimilis. *Salmas.* p. 189. b.

r. Quod vocant Tabin) Mela Pompon. L. III. c. 7. p. 58. Ipsius id oceani nomen esse Solinus putauit, cum sit ea iugi, seu montis appellatio, in vltimo mucrone Tartariae, quae spectat orientem aestiuum: *la vieille Tartarie.* H.

s. Primi sunt hominum) Transscribit haec Solin. c. 50. p. 77. H.

noſcantur, Seres *t.*, lanicio ſiluarum *u.* nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem: vnde geminus feminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico *x.* matrona transluceat. Seres mites *y.* quidem, ſed et ipſis feris

t. Seres lanicio ſiluarum nobiles, etc. vnde geminus feminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſumque texendi.) Hinc colligitur, Serica texta quae ex Seribus adferebantur, quod preſſius denſata eſſent, filatim reſolui ſolita a mulieribus Europaeis, et rurſus texi, tenuiore ac rariore textura, vt inde ſcilicet veſtes fierent, quae feminas tegendo nudarent, et per quas in publico totae traluceren. Vide *Salmaſ.* in Tertull. de pall. pag. 246. 247. *Seres, lanicio ſiluarum nobiles.*) Virg. II. Georgicorum: *Velleraque vt folii depectant tenuia Seres.* Dalec.

Seres) Quorum regio Serica Σηρική Ptolemaeo, L. VI. c. 16. Hodie *le Cathay, et la partie ſeptentrionale de la Chine.* H.

u. Lanicio ſiluarum) Nobiles, inquit, ſunt Serum ſiluae, quae lanicium praebent: ſunt enim cuidam arborum generi lanata folia, eaque candida, quae primum perfunduntur aqua, mox depectuntur: tum ducuntur in fila, ac denique nentur in ſubtegmina. Haec Serum texta, quod eſſent denſata preſſius, mulieres Europaeae ſoluebant, texebantque rurſum: hic illis geminus labor. Horum meminit Virgil. Georg. L. II. *Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.* Ammianus item, L. XXIII. p. 258. vbi ſiluas ſublucidas vocat. Vide quae dicturi ſumus, L. XI. ſ. 26. et L. XII. ſ. 22. H.

x. Vt in publico) Solin. c. 50. p. 77. Seneca egregie, L. VII. de Benef. *Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandae ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi corpus, aut denique pudor poſſit: quibus ſumtis, mulier parum liquido nudam ſe non eſſe iurabit: Haec ingenti ſumma ab ignotis etiam ad commercium gentibus accerſuntur, vt matronae noſtrae ne adulteris quidem plus ſui in cubiculo, quam in p u b l i c o oſtendant.* Vide quae dicemus, L. XI. ſ. 26. H.

y. Seres mites quidem, ſed et ipſis, etc.) Legend. *Seres mites quidem, ſed et ipſi feris ſimiles, coetum reliquorum mortalium fugiunt, commercia deſpe-*

feris z. persimiles coetum *a.* reliquorum mortalium fugiunt, commercia [1] expectant. *b.* Primum eorum noscitur flumen Psitaras *c.*, proximum [2] Cambari *d.*: tertium Lanos, a quo promontorium [3] Chryse,

1. *Expetant. V.: cum commercia expectent. Gr. et Al.* 2. *Carabi Gr. et Al.* 3. *promontorium: Chryse sinus, Cyrnaba flumen, Attanos sinus. Et gens hominum, Gr. et Al.*

despectant, id est, despiciunt, *Salmas.* p. 989. a.

Seres mites quidem, etc.) Claudianus: *Stamine quod molli tondent de stipite Seres.* Seneca Poeta: *Quae fila ramis vltimis Seres legunt.* Arrianus in Periplo, νῆμα σηρικὸν vocat. Dionys. lib. μγ. σηρικὸν ὕφασμαλλίδες Βαρβάρε ἔργον. Strab. l. XVIII. τοιαῦτα δὲ τὰ σηρικὰ ἔκ τινῶν φύλλων (non φλοιῶν) ξενομένης βύσσε. *Dalec.*

z. *Sed et ipsis feris*) Si gentis animum, si mores contemplere, nihil neque mitius, neque cultius esse potest. Si legem sancitam, de non admittendis hospitibus, quorum commercia expetant, feri videri merito, ac dici possint. Martianus, L. VI. c. de Perside, p. 223. *Seres aliarum gentium homines aspernantur, et appositione mercium sine colloquio gaudent implere contractum.* Vide et Ammianum, l. c. H.

a. Coetum mortalium reliquorum fugiunt, cum commercia expectent.) Hodie vbi merces exposuere venales pretium in tabulis scribunt, in oraque dimittunt. Mercatores igitur mutata negotiatione euntes deponunt pretium et merces auferunt. *Dalec.*

b. Commercia exspectant.) Ita R. 1. Colb. 2. *Expetunt*, Colb. 1. Contra fidem codicum, ac scriptorum veterum mentem Salmasius legit, *despectant*: secutus, credo, Solinum, qui Plinii verba perperam intellecta, in alienam, vt solet, torquet sententiam. H.

c. Psitaras) Is esse videtur, qui in regno *Cathay*, Tenduc vrbem praeterfluit, et in Eoum mare deuoluitur. Ptolemaeo, L. VI. c. 16. Οἰχόρδας. H.

d. Cambari) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Si quid affinitas nominis fauere nunc coniecturae potest, id amni nomen esse videbitur, qui vrbem Cathaii amplissimam *Cambalu* diuidit. H.

se *e.*, sinus Cyrnaba: flumen[1] Atianos: sinus, et gens hominum Attacorûm *f.*, apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt, temperie. De iis priuatim condidit volumen Amometus, sicut Hecataeus de Hyperboreis. Ab Attacoris gentes *g.* [2] Phruri, et Tochari *h*: et iam Indo-

1. *Sic et Ch. Attanos Gr.*

2. *Thuni. M. Thyri Gr.*

e. Promontorium Cryse) Vide Not. et Em. N. XLVII. (hic pos.) *Promontorium Chryse: sinus Cyrnaba: flumen Attanos: sinus, et gens hominum Attacorum)* Hoc loco omnia susdeque vertit praepostera, quae recepta est hactenus, interpunctio, in hunc modum: *Promontorium: Chryse sinus: Cyrnaba flumen, Attanos sinus. Et gens hominum Attacorum.* Quam lectionem secutus Ortelius, in Thesauro Geographico, multa peccauit. *Chryse* sane soli potius metallo fertilis nomen videtur esse, quam sali. Sinui vero posteriori, ita vt genti, Attacori nomen fuisse Martianus est auctor, L. VI. c. de Perside, c. 223. *Hinc*, inquit, *Attacorus sinus, Hyperboreis bonitate consimilis*, etc. quamquam Solinus, c. 51. p. 77. Plinium, Martianumque deprauans, sinum Attacenum vocat. H.

f. Hominum Attacorum) Hoc est, Attacorarum. Neque enim descendit hoc nomen a recto Attaci, sed ab Ἀττακόραι, qui Ptolemaeo, L. VI. c. 16. in Serica, Ἡταγκρί. Vnde subiungit statim Plinius, *Ab Attacoris*, non *ab Attacis*. Haec porro de iis totidem verbis narrant Solinus, c. 51. p. 77. et Martianus L. VI. c. de Perside, p. 223. H.

g. Ab Attacoris, gentes Thyri et Tochari.) Inde Attacoros populos hic nobis reddiderunt, atqui legendum est: *Ab Attacorum gente, Thyni et Tochari.*

h. Phruri, et Tochari) Φροῦροι et Τόχαροι. Vide Not. et Em. N. XLVIII. (hic pos.) *Phruri et Tochari)* Libri hactenus editi, *Thyri et Tochari.* R. 1. et Colb. 1. *Thuni et Tochari* Colb. 2. *Thimi.* Rigaltianus, teste Salmasio, in Solin. p. 989. *Thyni et Phocari.* Nos permutatis literis scribimus, *Phruri*, vel *Phryni*: *et Tochari*: Dionysii Periegetae auctoritate adducti, v. 752. Καὶ Τόχαροι, Φροῦροί τε, καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηρῶν. *Et Tochari, Phrurique, et barbara natio Serum.* Vbi Eustathius

Indorum *i.* [1] Casiri; introrsus ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur. Nomades *k.* quoque Indiae vagantur. Sunt qui ab Aquilone *l.* contingi ab ipsis et Ciconas [2] dixere *m.*, et Brysanos.

XXI. [3] Sed vnde plane *n.* constent gentes, Emodi montes assurgunt, Indorumque gens incipit, non

1. *Casibi. Pineus.* 2. *Cyconas Gr.* 3. *Sic et Tol. Salm. et M. Sed inde (vt plane consentiunt omnes) Emodi etc. Gr. et Al.*

stathius animaduertit Phruros a nonnullis Phrynos appellari. Priscianus in Perieg. p. 385. *Et Tochari, Phrurique, et plurima millia Serum.* Adde et Ioh. Tzetz. Chil. XI. hist. 388. v. 841. H.

i. Et iam Indorum Casiri) Et Casiri, inquit, qui potius Indicae videntur ditionis esse, quam Serici iuris. Hi sunt quos Κασίες Ptolemaeus vocat, L. VI. c. 15. et 16. et Κασίαν χώραν. Hi a mari semoti introrsus versus Scythias et occasum recedunt. H.

k. Nomades) Νομάδες vocantur pecuariae rei dediti, vbicumque demum ii sint, gens vaga, et a pabulis mutandis nomen sortita. H.

l. Ab Aquilone) Inter exortum Solis aestiuum, et septemtrionem. H.

m. Ciconas dixere, et Brysanos) Quasi Ciconum, Brysarumque Europaeorum colonos, de quibus egimus, L. IV. s. 18. H.

n. Sed inde, vt plane consentiunt omnes.) Lege: *Sed inde vt plane constat inter omnes, etc.* Salmas. 991. a.

Sed vnde plane) Sed in ea parte terrarum, inde gentes, quae citimae sunt, plane sunt ac liquido exploratae, Emodi Ἠμωδοὶ montes assurgunt, et gens ibi Indorum incipit. Vide Not. et Em. N. XLIX. (hic consp.) *Sed vnde plane constent gentes.*) Terruit huiusmodi forma loquendi contracta et concisa Plinii editores, qui cum haud satis perciperent, quae vis subesset his vocibus, sic interpolarunt: *Sed inde, (vt plane consentiunt omnes)* etc. Salmas. in Solin. p. 991. *Sed inde, vt plane constat inter omnes.* Nos fidem secuti, vt solemus, codicum primitiuorum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Tolet. et Salmant. Nec multo post, *non Eoo tantum mari*, rescripsimus, pro *non eo.* Nam quis *eo mari adiacens*, pro *ei mari* ferat, qui vel

non [1] Eoo tantum mari adiacens, verum et meridiano, quod Indicum appellauimus *o.*: quaeque pars *p.* orienti aduersa recto praetenditur spatio, [2] ad flexum et initium Indici maris XVIII. XXXV. mill. passuum colligit. Deinde qua flectitur *q.* in meridiem XXVI. LXXV. mill. pass. vt Eratosthenes tradit, vsque ad [3] Indum amnem, qui est ab occidente finis Indiae. Complures autem totam ipsius longitudinem XL. dierum noctiumque velifico nauium cursu determinauere: et a septemtrione ad meridiem [4] XXVIII. quinquaginta *qq.* mill. passuum. Agrippa longitudinis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. eo mari vulgg.* 2. *et Gr. et Al.* 3. *Sic quoque Ch. Indum, qui Gr. et Al.* 4. XXVII. *Gr.*

vel primoribus labris Latini sermonis praecepta degustarit? H.

o. Indicum appellauimus) Sect. 14. H.

p. Quaeque pars.) Et quae pars Indicae regionis orienti obuertitur, rectoque ac longo praetenditur spatio, vsque ad eum locum, vbi se mare flectit, curuatque ad meridiem, et incipit Indicum appellari: id, inquam, eius orae spatium colligit XVIII. hoc est, decies et octies centena septuaginta quinque millia passuum. Strabo, L. XV. p. 689. ait esse μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων, sedecim millium stadiorum, quae millia passuum efficiunt omnino vicies centena millia. H.

q. Qua flectitur) Latere meridiano obtinet vicies et quater centena LXXV. millia passuum. Strabo, l. c. ex Eratosthene, nouem et decem millia stadiorum, quae efficiunt vicies et ter centena LXXV. millia pass. vt in Pliniano contextu pro XXIIII. scribendum sit fortasse XXIII. H.

qq. X. XVIII. quinquaginta) Hoc est, vicies et octies centena quinquaginta mill. pass. Vide Strabo, L. XV. p. 690. Sic Agrippae mensura accipienda est; longitudinis quidem, tricies et ter centenûm millium passuum: latitudinis, ter et vicies. H.

dinis [1] XXXIII. prodidit. Posidonius *r.* ab aestiuo Solis ortu ad hibernum exortum metatus est eam, aduersam Galliae statuens, quam ab occidente aestivo ad occidentem *s.* hibernum metabatur totam a Fauonio. *t.* Itaque [2] aduersam *u.* eius venti afflatu iuuari Indiam, salubremque fieri, haud dubia ratione docuit. Alia illius caeli facies, alii siderum ortus: [3] binae aestates *x.* in anno, binae messes, media

1. XIII. *Ch.* 2. *aduersum eius venti afflatum iuuare Indiam salubrem haud dubia ratione docuit Man. obversam Gr. et Al.* 3. *Sic quoque Pint. binae messes in anno, binae aestates Gr. et Al.*

r. Posidonius) Haec similiter Solinus ex Posidonio, c. 52. p. 78. H.

s. Quam ab occidente aestivo ad occidentem, etc.) Legend. *quam ab occidente aestiuo, ad occidentem hiberno metabatur totam. Fauonio itaque obuersam, eius venti afflatu iuuari Indiam, salubremque fieri ea ratione docuit.* Salmas. 991. a.

t. A Fauonio) Qui medius est inter vtrumque occasum, hibernum, et aestivum: nam ab occidente aequinoctiali spirat, vt dictum est, L. II. s. 46. Inde igitur ad vtrumque occasum ducta mensura Posidonius Galliam metabatur. Vide Not. et Em. N. L. (hic app.) *A Fauonio*) Ita MSS. omnes. Non placet tamen Salmasio haec scriptura: sed expuncta literula, interpunctionem, sententiamque peruertit. Sic enim legendum monet: *Quam ab occidente aestiuo, ad occidentem hibernum metabatur totam. Fauonio itaque obuersam, eius venti afflatu iuuari Indiam, etc.* Fecunda errorum emendatio, vno partu geminos edit: Et literulam enim expungit, quam et MSS. et orationis structura exigit: et Fauonio deinde Indiam facit esse obversam, quod nec MSS. aiunt, nec veritas patitur, aut locorum situs. Spirat enim ab occidente aequinoctiali Fauonius: India ad ortum patet. H.

u. Itaque aduersam) Ita MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. Forte, *auersam.* Spirat enim a tergo Indiae Fauonius, nempe ab occasu aequinoctiali. H.

x. Binae messes in anno, binae aestates, etc.) Leg. *binae aestates in anno, binae messes*

media inter illas hieme Etesiarum flatu: nostra [1] vero *y.* bruma lenes ibi aurae, mare nauigabile. [2] Gentes ibi *z.* et vrbes innumerabiles, si quis omnes persequi velit. Etenim patefacta *a.* est non modo Alexandri Magni armis, regumque qui ei successere, circumuectis etiam in [3] Hyrcanium mare, et Caspium, Seleuco et Antiocho, praefectoque classis eorum Patrocle *b.*: verum et aliis auctoribus Graecis, qui cum regibus Indicis morati (sicut Megasthenes, et Dionysius a Philadelpho missus ex ea caussa) vires quoque gentium prodidere. Non tamen [4] est diligentiae locus *c.*, adeo diuersa et incredibilia traduntur.

Qq 2

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Nostra vero brumali. Lenes ibi aurae Gr. et Al.* 2. *gentes ibi, vrbesque* Ch. *gentes et vrbes Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Hyrcanum Gr. et Al.* 4. *Sic et Tol. et Ch. deest dilig. Gr. et Al.*

ses, media inter illas hieme Etesiarum flatu, nostra vero bruma. Salm. ibid.

Binae menses) Martiani paraphrasis, L. VI. de India, p. 223. *Secunda aestate annis singulis vegetatur, bisque frugem mittit: pro hieme Etesias perfert.* Diximus de Etesiis, L. II. s. 48. H.

y. Nostra vero) Cum nobis bruma est. H.

z. Gentes ibi) Sic paulo post, *Par labor montes enumerare.* H. V. Em. N. LIII. p. 614. l. o.

a. Etenim patefacta) Exscripsit haec Solinus, c. 52. p. 78. H.

b. Patrocle) Quem Ptolemaei Lagidae triremium quoque praefectum appellat Pausanias, L. I. in Attic. p.

1. De Megasthene et Dionysio diximus in Auctorum Indice. H.

c. Non tamen deest diligentiae locus, etc.) Leg. *Nec tamen est diligentiae locus, adeo diuersa, etc.* Non esse diligentiae locum dicit, vbi tam diuersa et tam incredibilia narrantur. *Salmas.* p. 991. a.

Non tamen est) Ita MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Tolet. Quamvis, inquit, Alexandri, et aliorum postmodum regum diligentia peragrata India, penitus cognitioni nostrae addita videatur, (verbis Solini vtor:) nihilominus adeo sunt diuersa et incredibilia, quae inde ad nos perferuntur,

duntur. Alexandri Magni comites *d.* in eo tractu Indiae, [1] quem armis subegerant, scripserunt quinque millia *e.* oppidorum fuisse, [2] nullum Co minus *f.*; [3] gentes IX. *g.* Indiamque *h.* tertiam partem esse terra-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. quem subegerant Gr. et Al.* 2. *nullumque minus. V. et M. nullum cogi minus. Ch. nullum cominus Gr. et Al.* 3. *Gentium Gr. et Al.*

tur, vt nulla extricari, illustrari, probariue diligentia nostra possint. H.

d. In eo tractu Indiae, quem subegerant, etc.) Leg. *in eo tractu Indiae quem is subegerit.* Et pro *nullum Cominus*, libri scribunt: *nullum cogi minus.* tralaticia, *nullum Coi minus*, pro *nullum Coo minus.* Puto itaque in libris Plinii scriptum esse: *scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, nullum Coo minus, gent.* IX. hoc est, *gentes nouem*, vt subintelligatur, *millia*, ex superiore repetendum. Vide *Salmas.* pag. 992. a.

e. Quinque millia) Solinus, c. 52. p. 78. H.

f. Nullum Co minus) Nullum ex iis oppidis circuitu minore fuit, quam eius insulae oppidum, quae Cos vocatur, Hippocrate alumno nobilis: cuius insulae ambitum diximus esse, vt plures quidem existimant, centum millium pass. L. V. s. 36. H.

g. Gentium IX.) Solinus cap. 53. *gentium* IX. M. *etc.* Nouem enim, non plures, esse Indiae gentes, verisimile non est, cum mox paulo sequatur, Senecam duodeviginti centumque posuisse. Pint.

Gentes nouem) Vide Not. et Em. N. LI. (hic adi.)

Gentes nouem) Habent libri omnes, *gentium nouem:* perinde, ac si subintelligi *millia* oporteat, ex superioribus repetenda. Quod quidem Solinus existimauit, locum hunc transscribens, c. 52. p. 78. *Tradunt ergo in India,* inquit, *fuisse quinque millia oppidorum praecipua capacitate, populorum nouem millia.* Quis credat plures in eo tractu non gentes modo, sed et populos fuisse, quam oppida? Non habuit vniuersa India gentes omnino plures, quam centum et octodecim, auctore Seneca, quem Plinius ipse in praesenti laudat: et quisquam putet in eo tractu, quem Alexander peragrauit, millia gentium nouem fuisse? Detegit errorem Strabo, sub ipsum initium

terrarum omnium, multitudinem populorum innumeram, probabili ſane ratione. Indi enim prope gentium ſoli numquam [1] migrauere *i.* finibus ſuis. Colliguntur *k.* a Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum CLIV. *l.* [2] annis VI. M. CCCCLI. adiiciunt et menſes tres. Amnium mira vaſtitas. Proditur Alexandrum nullo die minus [3] ſtadia ſexcenta *ll.* nauigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante menſes quinque enauigare, adiectis paucis diebus: et tamen minorem Gange *m.* eſſe conſtat. Seneca etiam

1. *emigrauere. Gr.* 2. *Sic et M. V. et Cb. annis V. M.* CCCCII. *Gr. et Al.* 3. *quam ſtadia.*

tium L. XV. *Apollodorus,* inquit, *qui Parthica ſcripſit, affirmat Macedones ſub ſe habuiſſe gentes, quae ſunt numero nouem inter Hydaſpem et Hypanin, atque vrbium quinque millia, quarum nulla* Κῶ τῆς Μεϱώπιδος *Co Meropide minor eſſet:* αὐτὰ τὰ μεταξὺ ἔϑνη τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ὑπάνιος τὸν ἀϱιϑμὸν ἐννέα, etc. H.

h. Indiamque) Solinus ex Plinio l. c. Vide et Strab. L. XV. p. 689. H.

i. Nunquam migrauere) Solinus, l. c. H.

k. Colliguntur a Libero patre, ad Alexandrum Magnum, etc.) Sic leg. *Colliguntur a Libero patre ad Alexandrum Magnum reges eorum* CLIII. *annis ſex millibus* CCCCLI. *adiiciunt et menſes tres.* Salmaſ. 992. a.

l. Reges eorum CLIV. etc.) Vide Not. et Em. N. LII. (hic conſp.) *Reges eorum CLIV. annis VI. M. CCCCLI.)* R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. *Reges eorum* CLIII. Totidem numerat Arrianus in Indicis, p. 528. a Libero patre ad Androcottum, quem Alexander vicit. Annorum numerum ex iiſdem codicibus, atque ex Solino refinximus, ita ſcribente, c. 52. p. 78. *A Libero Patre ad Alexandrum Magnum numerantur annorum ſex millia, quadringenti quinquaginta et vnus, additis et amplius tribus menſibus.* Annos numerat Arrianus tantum VI. M. XLII. δύο καὶ τεσσαϱάκοντα, καὶ ἑξακισχίλια. H.

ll. Stadia ſexcenta) CLXXV. mill. paſſ. H.

m. Minorem Gange) Arrianus in Indicis, p. 514. H.

iam *n.* [1] apud nos tentata Indiae [2] commentatione sexaginta amnes eius prodidit, gentes duodeviginti centumque. Par [3] labor sit *o.* montes enumerare. Iunguntur inter se Imaus *p.*, Emodus, Paropamisus, [4] Caucasus, a quibus tota *q.* decurrit in planitiem immensam, et Aegypto similem. Verum vt terrena *r.* [5] demonstratio intelligatur, Alexandri Magni vestigiis insistamus. Diognetus et Baeton itinerum eius mensores *s.*, scripsere, a portis Caspiis Hecatompy-

1. *Apud nos (vt et Megastenes) M.* 2. *commendatione. M.* 3. *labos Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. Caucasi partes Gr. et Al.* 5. *demonstratione. Tol.*

n. Seneca etiam) In iis libris, qui temporum iniuria interciderunt. Hauserat id a Megasthene, vt intelligimus ex Arriano in Indicis, p. 521. ita scribente: ἔθνεα δὲ Ἰνδικὰ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰ ἅπαντα λέγει Μεγασθένης δυοῖν δέοντα. H.

o. Par labor sit.) Vide Not. et Em. N. LIII. (hic adi) *Par labor sit)* Vt gentes ac vrbes, sic montes etiam enumerare par labor fuerit. Respondent haec superioribus illis huiusce sectionis verbis: *Gentes et vrbes innumerabiles, si quis omnes persequi velit.* Quaedum Salmas. in Solin. p. 991. sic immutat: *Gentes est vrbesque numerare, si quis omnes persequi velit*, nec Plinii stilum sapit, nec mentem capit. H.

p. Iunguntur inter se Imaus, Emodus, etc.) Lege: *Iunguntur inter se Imaus, Paropamisus, Caucasus.* Vide *Salmas.* p. 788. b.

Imaus) Cingitur fere montibus India: claudit Imaus ab Aquilone: Emodus, a septemtrione: Paropamisus, a Coro: a Fauonio Caucasus. H.

q. A quibus tota) India. H.

r. Terrena) Itineris terrestris. H.

s. Diognetus et Beton itinerum eius mensores, etc.) Legend. *Diognetus et Beton itinerum eius mensores scripsere a portis Caspiis Hecatompylon Parthorum quot diximus millia esse: inde Alexandriam Arion, quam vrbem is rex condidit* CCCCLXXV. *inde ad Prophthasiam Drangarum* CXCIX. *Hinc ad Arachosiorum oppidum* CCCCLXV. *Hortospanum* CLXXV. *Inde ad Alexandri oppi-*

tompylon Parthorum, quot diximus *t.* millia esse: inde Alexandriam Ariôn *u.*, quam vrbem is rex condidit, [1] DLXVI. mill. *x.* Inde ad Prophthasiam *xx.* Drangarum CXCIX. M. Inde ad Arachosiorum *y.* oppidum DXV. mill. Inde Ortospanum *z.* [2] CCL. mill. Inde Alexandri oppidum *a.* quinquaginta mill. In

 quibus-

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* DLXXV. *Ch.* DLXV. *Gr. et Al.* 2. CLXXV. *Ch.*

oppidum quinquaginta. In quibusdam exemplaribus diuersi numeri reperiuntur. Hanc, etc. Vide *Salmas.* p. 792. a.

t. Quot diximus) Sect. 17. H.

u. Alexandriam Ariōn) Hoc est in Aria conditam, τὴν ἐν Ἀρίοις. Dicemus de ea, sect. 25. ad ea verba; *Arius amnis, qui praefluit Alexandriam, etc.* H.

x. DLXVI. mill.) Vide Not. et Em. N. LIV. (hic app.) DLXVI. mill.) MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. DLXXV. Libri editi DLXV. Eratosthenis mensura, quam Plinius sequitur, apud Strabonem exstat, L. XI. p. 514. εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις, τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα. Stadiorum quatuor millia, cum quingentis et triginta, efficiunt millia passuum, DLXVI. cum CCL. pass. non vero, vt Salmasius ait, in Solin. p. 792. DLXI. mill. H.

xx. Inde ad Prophthasiam) De quo oppido s. 25. Mensura Eratosthenis stadiorum est mille et DC. εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δράγγῃ, χιλίους χ'. hoc est, mill. pass. CC. Vno milliari minor est Pliniana. H.

y. Ad Arachosiorum) De hoc oppido, s. 25. ad ea verba, *Arachosia cum oppido et flumine.* Interuallum porro idem apud Strabonem, εἰς Ἀραχωτοὺς τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσιν. Quater millia stad. efficiunt plane millia pass. DXV. H.

z. Inde Ortospanum) Oppidum Paropamisadarum Ptolemaeo, L. VI. c. 18. in confinio Bactrianorum. Strabo, L. XI. p. 514. εἶτ εἰς Ὀρτόσπανα, ἐπὶ τὴν ἐν Βάκτρων τρίοδον, δισχιλίους. Inde ad Ortospana ad triuium e Bactricis. Stadia bis mille omnino sunt millia pass. CCL. H.

a. Inde Alexandri oppidum.) Quid sit aliud Alexandri oppidum, quam Alexandria, non video. Nec item intelligo qua ratione, si ab Alexandro conditum est, non sit Alexandria potius;

quibusdam exemplaribus diuersi numeri reperiuntur: hanc vrbem sub ipso Caucaso esse positam. Ab ea ad flumen [1] Copheta *b.*, et oppidum Indorum [2] Peucolaitin *c.*, ccxxvii. mill. Inde ad flumen Indum et oppidum Taxila *d.*, sexaginta mill. Ad [3] Hydaspen *e.* fluuium clarum, cxx. mill. Ad Hypasin *f.* non

1. *Chepta Gr. et Al.* 2. *Peucodatin* ccxxxvii. *Ch.* 3. *Bidaspen*, *Ptolemaeo.*

tius, aut Alexandropolis vocatum, vt hactenus visum est, quam Alexandri oppidum, insolita nominatione. Quapropter suspicio me tenet, non *Alexandri oppidum*, sed *Alexandriam Opianes* hic esse scribendum, ex Stephano, qui eam circa Indiam locat. *Pintian.*

Inde Alexandri) Oppidum illud intelligit, de quo sect. 25. *Ad Caucasum — — oppidum ab Alexandro conditum.* H.

b. Ab ea ad flumen Chepta, et oppidum, etc.) Lege: *Ab ea ad flumen Copheta*, *et oppidum Indorum Peucelaotin* ccxxvii. *Salmas.* 795. a. *Ab ea flumen Chepta.*) Scribo *Copheta* ex vtroque exemplari. Fluuius est Cophes Indiae, celebratus ab omnibus Graecis iuxta ac Latinis: qui et Cophen etiam in recto dicitur. Plinius de eo infra capite xxiii. *Flumen Cophes. Influunt in eum nauigabilia, Sadarus, Parospus, Sodinus.* Pintian.

Ad flumen Copheta.) Vide Not. et Em. N. LV. (paulo post) De eo amne dicemus, s. 24. *Ad flumen Copheta.*) Ita restituimus, pro *Flumen Cephta*, admonitu R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. atque adeo Tolet. et Salmant. quos Pintianus vidit. H.

c. Peucolaitin) Πευκελαῶτις Arriano in Indicis, p. 516. qua in regione oriri Cophenem scribit. H.

d. Taxila) Πόλιν Τάξιλα εὐμεγέθη appellat Strabo, L. XV. p. 691. Τὰ Τάξιλα Philostrato, L. II. de vita Apollonii, c. 9. p. 79. vbi eam prolixe describit: Τάξιλαν idem vocat, c. 6. p. 69. Inter Indum pariter et Hydaspen, ab Arriano ponitur, L. V. de Exped. Alex. p. 328. H.

e. Ad Hydaspen) Ὑδάσπην, vbi Pori regio, ἡ Πώρου χώρα. Strabo, l. c. In Indum amnem decurrit. H.

f. Ad Hypasin) Ita R. 1. 2. *Hypanim* Colb. 1. 2. cum Strabone, l. c. et Diod. L. II. Bibl. p. 122. Ὕφασιν vocat Arrianus in Indicis p. 515.

non ignobiliorem, [1] XXIX. CCCXC. *g.* mill. qui fuit *h.* Alexandri itinerum terminus, exſuperato tamen amne, ariſque *i.* in aduerſa ripa dicatis. Epiſtolae quoque regis ipſius conſentiunt his. Reliqua inde *k.* Seleuco Nicatori peragrata ſunt: ad Heſidrum, CLXVIII. mill. Iomanem amnem tantumdem. Exemplaria aliqua adiiciunt quinque millia paſſuum. Inde ad Gangem CXII. mill. Ad Rhodapham [2] CXIX. mill. Alii CCCXXV. mill. in hoc ſpatio produnt. Ad Calinipaxa oppidum, CLXVII. D. alii [3] CCLXV. mill. Inde ad confluentem Iomanis amnis, et Gangis, DCXXV. mill. plerique adiiciunt XIII. mill. ad oppidumque Palibothra CCCCXXV. Ad oſtium *l.* Gangis DCXXXVIII. mill. paſſ. Gentes, quas memorare non pigeat, a montibus Emodis, quorum promontorium *m.* Imaus vocatur, incolarum lingua niuoſum ſignificante, Iſari, Coſyri, Izgi, et per iuga Chiſiotoſagi, multarumque gentium cognomen [4] Brachmanae *n.*, quorum Maccocalingae. Flumina: Pri-

1. XXIX. CCCLXXX. *Ch.* XLIX. *Gr. et Al.* 2. DLXIX. *Ch.* 3. CCXLV. *Ch.* 4. *Bracmanae Gr.*

515. et Philoſtratus, qui Danubio parem eum facit, L. III. de vita Apollonii c. 1. p. 108. De eo rurſum ſect. ſq. H.

g. XXIX. CCCXC.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. Hoc eſt, nouem et viginti milliaria, cum trecentis et XC. paſſ. H.

h. Qui fuit Alexandri etc.) Haec quoque Solinus, c. 52. p. 78. H.

i. Ariſque) De quibus et nos ex Curtio diximus, ſ. 18. et Philoſtratus agit pluribus, L. II. de vita Apollonii, c. 14. p. 96. H.

k. Reliqua inde) Quae neque ab Alexandro M. peragrata, nec ab vllo alio ſcriptore prodita. H.

l. Ad oſtium Gangis DCXXXVIII. mill.) Strabo, L. XV. p. 689. ſtadiorum ſex millia numerat: paſſuum haec efficiunt DCCL. millia. H.

m. Quorum promontorium) Pars in Aquilonem, et Eoum mare proſiliens. H.

n. Brachmanae) Non Philoſo-

[1] Prinas, et Cainas *o.* (quod in Gangem influit) ambo nauigabilia. Gentes: Calingae proximi mari, et supra Mandei, Malli *p.*, quorum mons Mallus; [2] finisque eius tractus est Ganges. *q.*

XXII. (XVIII) Hunc alii *r.* incertis fontibus, vt Nilum, rigantemque vicina eodem modo, alii in Scythicis montibus nasci dixerunt. Influere in eum XIX. amnes. Ex iis nauigabiles, praeter iam *s.* dictos, [3] Condochatem *t*, Erannoboam, Cosoagum, Sonum;

1. *Sic et Ch. Pumas et Cainas Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. tractusque eius finis Ganges. Gr. et Al.* 3. *Canucam, Vamam, Erranoboam Gr. et Al. in M. et Vet. Can. et Vam. deest.*

losophorum generis et sectae nomen id fuit, (cuiusmodi est hodie Bramarum, vel, vt alii vocant Braminorum:) sed gentis diffusissimae, cuius et Ptol. meminit L. VII. c. 1. et Porphyrius L. IV. περὶ ἀποχῆς, vbi Brachmanum maximam partem degere in montibus ait, reliquos circa Gangem. H.

o. Prinas et Cainas) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. Paris. Arriano in Indicis, p. 514. Καϊνὰς, in Gangem influit. H.

p. Malli) Μαλλοὶ Arriano, L. VI. de Exped. Alex. p. 387. H.

q. Tractusque eius finis Ganges) Haec verba huius capitis coniunge cum sequentib. et lege: *finisque eius tractus est Ganges. Hunc alii incertis fontibus, vt Nilum, etc.* Quae verba sic conectenda. Vide *Salmas.* pag. 992. a.

r. Hunc alii) Haec Solinus, iisdem verbis c. 52. p. 78. H.

s. Praeter iam dictos) Sect. praec. Cainan, et Iomanem. H.

t. Condochatem etc.) Κονδοχάτην, Ἐραννοβόαν, Κοσσόανον, Σῶνον. Arrianus in Indic. p. 514. Vide Not. et Em. N. LVI. (hic adi.) *Condochatem*) Libri hactenus editi, *Canucam*, *Vamam*. Sed posteriorem voculam manuscriptorum nullus agnoscit: ex vtraque conflari oportere arbitratus sum Condochatem Κονδοχάτην, quem cum ceteris hoc loco commemoratis amnibus influere in Gangem auctor est quoque Arrianus, in Indicis, p. 514. H.

Sonum. Alii cum magno fragore [1] ipsius statim fontis erumpere, deiectumque per scopulosa et abrupta, vbi primum molles planities contingat, in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere, vbi minimum *u*., VIII. mill. pass. latitudine:, vbi modicum *x*., stadiorum centum: [2] altitudine nusquam minore [3] pass. xx. (XIX) nouissima *y*. gente Gan-

1. *Ipsis statim fontibus.* 2. *Pass.* xx. (xix) *Nouissima. Gr. et Al.* 3 *Altitudine. Ch.*

u. *Vbi minimum*) Conferri, haec possunt cum iis quae ex Megasthene eodem de argumento Strabo refert, L. XV. p. 702. Martianus, L. VI. c. de India p. 223. et Solinus, c. 52. p. 78. H.

x. *Vbi modicum stadiorum C.*) Persuasum habeo negligentia librarii praetermissa hoc loco verba. Ea sunt, *vbi maximum* CLX. ex Martiano et Solino, qui XX. M. pass. maximae latitudini tribuunt: ea faciunt stadia CLX. *Pintian.*

y. *Nouissima gente Gangaridum, etc.*) Lege: *Nouissima gente Gangaridûm Calingarum regia Proclais.* Vide *Salmas.* p. 992. b. Mox lege: *Regi sexaginta millia peditum, equites mille, etc.* Idem. p. 994. Sequentia sic veteres libri leg. *merces alii suas euehunt, respublicas optumi ditissimique curant.* Salmas. ib.

Nouissima gente) Quae gens postrema omnium occidentali latere Gangis ripas insidet, in ipsis amnis faucibus, Gangaridum Calingarum vocatur. In vlteriore ripa etiam Gangaridae sedes habuerunt, sed non iidem Calingae cognominati. De Gangaridum situ, caue credas Curtio, homini in Geographicis rebus haud satis perito. De nomine consentiunt praeter Virgilium Ptolemaeus, L. VII. c. 1. Γαγγαρίδαι. Vibius Sequester, p. 346. aliique. Solus, opinor, Dionysius Perieg. v. 1144. Γαργαρίδας vocat. Diodorus Γανδαρίδας, L. II. Bibl. p. 122. Virgil. certe sic habet, L. III. Georg. v. 26. *In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto Gangaridum faciam.* Hoc est ex ebore Indico optimo, cuius copiam, subministrabunt elephanti, qui sunt apud Gangaridas maxime conspicui: quam ob causam septingenti excubare regi dicuntur hoc loco a Plinio. H.

[1] Gangaridum Calingarum: regia z. [2] Parthalis vocatur. Regi a. [3] LX. mill. peditum, equites mille, elephanti DCC. in procinctu bellorum excubant. Namque b. vita [4] mitioribus populis Indorum multipar-

tipar-

1. Gandaridum. V. *2. Portalis V. M. regio Gr.* *3.* LXX. *V. et Gr.* *4. Minoribus.*

z. *Regia Parthalis)* Vide Not. et Em. N. LVII. (paulo post) Non est *Bengala*: haec enim vltra Gangem posita: Parthalis cis amnem fuit: etsi nunc quoque Bengalicae ditionis. *Regia Parthalis)* Sic MSS. fere omnes. Editi perperam, *regio*. Colb. 1. *Protalis*. At caue Salmasium audias, qui in Solin. p. 992. et 993. contra omnium librorum fidem emendat, *Regia Proclais*, hoc Ptolemaei nixus testimonio, e L. VII. c. 1. Μεταξὺ δὲ Σουάςȣ καὶ τȣ̃ Ἰνδȣ̃ Γανδάραι· καὶ πόλεις αἱ δὲ Προκλαΐς, Ναυλίβη. Nam Suastus Ptolemaei is est, quem ceteri Cophetem vocant, qui in Indiam progredientibus ante Indum ipsum occurrit: eo enim ordine a Ptolemaeo recensentur amnes, Σȣ́αςος, Ἰνδὸς, Βιδάσπης. A Strabone, μετὰ τὸν Κώφην ὁ Ἰνδὸς, εἶθ' ὁ Ὑδάσπης. A Gangaridis igitur longa terrarum intercapedine Gandarae distant, nec magis nomine quam situ dissident. Et sane Ptolemaeus ipse, qui Gandaras inter Suastum et Indum locat, idem mox eo ipso capite, Gangaridas ad Gangis ostia statuit, quorum regia Gange vocetur. Quamobrem neque huc referenda fuerunt priora illa Ptolemaei verba, quae pro se Salmasius attulit: neque praetermittendus error, qui in iisdem haerere mihi videtur. Cum enim Proclais inter Suastum et Indum, a quo deinde iter sit ad Hydaspem, a Ptolemaeo statuitur; quis non intelligit, Πευκολαΐς non Προκλαΐς legi oportere, ipsamque esse ciuitatem eam, quam Plinius sect. sup. inter Cophetem et Indum locat, vnde ad Hydaspem deinde progreditur? H.

a. *Regi LX. mill.)* Ita MSS. omnes et Solinus, qui haec totidem deinceps verbis refert, c. 52. p. 78. Editi, LXX. mill. H.

b. *Namque vita)* Solinus, l. c. Apuleius, L. I. Florid. p. 7. Diodorus, L. II. Bibl. In septem omnino genera hominum describit ac digerit Arrianus in Indicis, p. 530. 1. Sophistarum ac sapientum,

tipartita degitur. Alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas euehunt: [1] res publicas optimi ditissimique temperant, iudicia reddunt, regibus assident. Quintum genus *c.* celebratae illic, et prope in religionem versae sapientiae deditum, voluntaria semper morte vitam accenso *d.* prius rogo finit. Vnum [2] super haec est semiferum, ac plenum laboris immensi, [3] et quo supra dicta *e.* continentur, venandi elephantes domandique. Iis [4] arant, iis [5] vehuntur, haec maxime nouere pecuaria: iis militant, dimicantque pro finibus. Delectum in [6] bella *f.*, vires et aetas, atque

1. *Sic MSS. et Ch. vulgatae: Merces alii suas euehunt, res externas inuehunt, res p. etc.* 2. *superest Tol. et Ch.* 3. *a quo. Pincus:* 4. *arantes inueniuntur. M. lego, iis vehuntur.* 5. *inuehuntur. Gr.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard. Ch. ex glossemate. bellua Gr. et Al.*

tum, 2. Agricolarum, 3. Armentariorum. 4. Opificum et negotiatorum. 5. Militantium. 6. Inspectorum. 7. Senatorum. Eadem habet Strabo, L. XV. p. 703. Haec porro de mitioribus populis accipienda, qui vitam bonis artibus excultam degunt. De semifero genere deinde seorsum. H.

c. Quintum genus celebratae illic) Nouo anno incipiente Philosophi omnes Gymnosophistae et Brachmanes in venationem cum rege exeunt, et quicquid quisque composuerit, vel annotauerit eo anno in medium proferunt. Ei, qui ter mendax fuerit tota vita repertus, ex lege silentium indicitur: qui autem vera dixerit, immunitatem omnium rerum tota vita obtinet; de iis vide Theoph. cap. 5. lib. IV. Hist. *Dalec.*

d. Accenso prius rogo) Chegam Indum id fecisse Strabo refert, L. XV. p. 720. Calanum Gymnosophistam, Cicero L. I. de diuinatione, n. 47. et Arrianus, L. VII. de Exped. Alex. p. 444. H.

e. Et quo supra dicta) Sine quo stare ceterae Reip. partes nequeunt: nam et ad militiam, et ad vecturam, et ad arationem, elephantorum opera non modo pervtilis, sed necessaria est. H.

f. Delectum in bella) Rectius quam *in bellua.* H.

atque magnitudo faciunt. Insula in Gange est [1] magnae amplitudinis *g.* gentem continens vnam, [2] Modogalingam *h.* nomine. Vltra siti sunt Modubae *i.*, Molindae *k.*, [3] Vberae *l.* cum oppido eiusdem nominis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. amplae magnitudinis Gr. et Al.* 2. *nomine modo Galingam. Ch. Modogalicam Gr. et Al.* 3. *vbere Gr. et Al.*

g. Insula in Gange est amplae magnitudinis, etc.) Veteres codd. sic legunt: *Insula in Gange est magnae amplitudinis, gentem continens vnam nomine Modogalingam.* Vide *Salmas.* pag. 995. a.

Insula in Gange) Solinus l. c. H.

h. Modogalingam) Quasi Galingis proximam, vel Galingarum ditionis. Sunt enim, vt diximus, in citeriore Gangis ripa Galingae. Vide Not. et Em. N. LVIII. (hic adi.) *Modogalingam)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. ipsaque Galingarum vicinitas, vt diximus, ita scribi id nomen postulat: non, vt libri editi, *Modogalicam.* Mox vero, vbi iidem libri impressi *vbere cum oppido eiusdem nominis magnifico*, exhibuere hactenus, quod Latinae aures vix ferant, nos secuti codicum omnium fidem, in *Vberae* commutauimus, latere sub ea voce rati gentis nomen, cui oppidum eiusdem nominis magnificum fuisse diceretur. Sed Reinesio caue assentiare, qui L. II. Var. lect. c. 7. p. 169. Vmbras populos in hunc locum e sectione seq. hoc est, ab Indo ad Gangem transfert. H.

i. Vltra siti sunt Modubae, Molindae, vbere cum oppido, etc.) Voci adiectiuae *vbere* nullus hic locus est, sed abiit in eam appellatio tertii populi, *Vmbrae* vel *Vmbritae*, qui oppidum eodem nomine incoluerunt. Eos vero e capite sequente, quo nominantur, reduximus. Vide *Reines.* var. lect. lib. II. c. 7. pag. 169.

Vltra) Vlteriorem iam Gangis ripam strictim cursimque lustrat: vbi regnum, quod hodie *Bengala* vocant. H.

k. Molindae) Forte Μορένδαι Ptolemaei, L. VII. c. 2. quos in India extra Gangem locat, et ad Gangaridas vsque pertinere ait. H.

l. Vberae) Vide Not. et Em. N. LVIII. (supra lit. h.)

nis magnifico, Galmodroëſi, Preti, [1] Caliſſae, Saſuri, Paſſalae *m.*, Colubae, Orxulae, Abali, Taluctae. Rex horum *n.* peditum L. M. equitum [2] IV. mill. [3] Elephantorum CCCC. in armis habet. Validior deinde gens Andarae *o.*, plurimis vicis, XXX. oppidis, quae muris turribuſque muniuntur, regi praebet peditum C. M. equitum MM. elephantos M. Fertiliſſimi ſunt auri Dardae *p.*, Setae [4] vero argenti. Sed omnium *q.* in India prope, non modo in hoc tractu *r.*, potentiam claritatemque antecedunt Praſii *s.*, ampliſſima vrbe ditiſſimaque Palibothra:

1. *Acliſſae. Ch.* 2. *Sic et Man. et Ch.* XII. *Gr. et Al.* 3. *Sic et Ch. elephantos Gr. et Al.* 4. *vero et arg. Ch.*

m. Paſſalae) Πασσάλαι Ptolem. l. c. extra Gangem, parte Indiae boreali. Παζάλαι Arriano, in Indicis, pag. 515. ad confluentem Oxymagis et Gangis. Cetera gentium portenta verius quam nominis, nuſquam alibi adhuc a me comperta. H.

n. Rex horum) Ad inſulae Gangeticae incolas perperam haec tranſfert Solinus, c. 52. p. 79. quae ad *Taluctas* pertinent. Hodie, quantum ex ſitu licet coniectare, *le Royaume d'Arracan.* H.

o. Gens Andarae) Le Royaume de Pegu, cui ad Solis exortum Tunkinum obiacet. H.

p. Dardae) Stephano, Δάρδαι, Ἰνδικὸν ἔθνος. Straboni, L. XV. p. 706. Δέρδαι, quorum in agro formicae aurum egerunt e cauernis, teſte, praeter Strabonem, Plinio, L. XI. ſ. 36. qui ſeptemtrionales Indos hos appellant: Montaras, et ad ortum poſitos, προσεώους καὶ ὀρεινούς, Strabo. H.

q. Sed omnium) Haec Solinus totidem ferme verbis, c. 52. p. 79. et Strabo, p. 702. H.

r. Non modo in hoc tractu) Indiae quae ad Gangem. De hac voce *non modo*, vide quae diximus, L. V. ſ. 15. H.

s. Praſii) Πράσιον, Stephano, p. 561. Horum regio Gange claudebatur, et ad Indum vſque pertinebat. Eorum in finibus, hoc eſt, ad Gangis ripam in confluente Erannoboae amnis, ſita Παλίμβοθρα, vt ſcribit Arria-

bothra: vnde quidam ipſam gentem [1]Palibothros *t.* vocant, imo vero tractum vniuerſum a Gange. *u.* Regi eorum peditum ſexcenta M. *x.* equitum xxx. M. elephantorum ix. M. per omnes dies ſtipendiantur: vnde coniectatio ingens opum eſt. Ab iis in interiore ſitu Monedes et Suari *y.*, quorum mons Malleus *z.*, in quo vmbrae ad ſeptemtrionem cadunt hieme,

1. *Palibotros Gr. et ſic vbique.*

Arrianus in Indicis, p. 529. et Stephanus: ſiue Παλίβοθρα, vt Strabo, L. XV. p. 689. a Gangis oſtiis, fere DCC. mill. paſſ. Vrbis amplitudinem et Arrianus, et Strabo, deſcribunt. Vide Not. et Em. N. LIX. (hic adi.) *Praſii)* Curtius, L. IX. c. 5. p. 356. manifeſto errore vlteriorem Gangis ripam colere dixit Parrhaſios. Et *Praſios* dicere oportuit, et in citeriore collocare, inter Indum et Gangem, vt ex Mela ceteriſque docuimus. Salmaſ. in Solin. p. 494. qui Praſios cum Curtio vltra Gangem relegat, expedire ſe e Plinianis verbis nequit, quae ſub finem ſectionis huius leguntur: *Indus ſtatim a Praſiorum gente*: nec Pomponiana, quem in ſenſum accipienda ſint, vidit. H.

t. Palibothros) Quin et reges Palibothros communi appellatione, vt Aegypti Ptolemaeos, appellatos eſſe auctor eſt Strabo, L. XV. p. 702. H.

u. A Gange) Retrorſus nimirum a Gange ad Indum. Mela Pomp. L. III. c. 7. p. 59. *Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibothri.* Et Plinius ipſe mox: *Indus ſtatim a Praſiorum gente.* H.

x. Regi eorum peditum ſexcenta millia) Solinus, l. c. *ſexaginta millia.* Tamen MSS. DC. *mill.* H.

y. Monedes et Suari) Vbi hodie regna *Narvar*, et *Gualeor*, et *Agra*, in vmbilico fere Mogolici Imperii, inter Indum et Gangem. Suari Ptol. L. VII. c. 1. Σαβάραι appellantur: Ζυρασηνοὶ Arriano, in Indicis, p. 523. H.

z. Mons Malleus) Haec verbis iiſdem Martianus, L. VI. c. de India, p. 224. et Solin. c. 52. p. 79. Eſſe tamen id a veritate alienum ſciunt ii, qui vel a limine ſideralem ſcientiam ſalutarunt, terrarumque ſitus callent. Cum enim ipſa Gangis oſtia Tropico Cancri ſubiaceant, hoc eſt, ab Aequinoctia-

hieme, aeſtate in auſtrum, per ſenos menſes. Septemtriones eo tractu ſemel in anno apparere, nec niſi xv. diebus, [1]Baeton auctor eſt *a.*: hoc idem pluribus locis Indiae fieri, Megaſthenes. Auſtrinum polum Indi Dramaſa *b.* vocant. Amnis Iomanes *c.* in Gangem per Palibothros decurrit inter oppida Methora et [2] Cliſobora. *d.* A Gange verſa ad meridiem *e.* plaga, tinguntur Sole populi, iam quidem infecti, nondum tamen Aethiopum modo exuſti:

1. *Beton Gr.* 2. *Chryſobon. Ch. Cyriſoborca Gr.*

noctiali linea partibus ſiue gradibus amplius tribus et vicenis: qui fieri demum poteſt, vt mons ille ab ipſis fluuii oſtiis verſus ſeptemtrionem diſſitiſſimus, mittat vmbras aeſtate per ſenos menſes verſus auſtrum, cum in ſolis contingat terris, quae Solem habent a vertice, *diei noctiſque pares cum diuidit vmbras?* H.

a. Baeton auctor eſt) Sed fefellit Baetonem aſtronomica ratio: India enim fere tota circa Cancri Tropicum ſita cum ſit, totus ei circulus Arcticus perinde ac nobis apparet anno toto, et qui eo circulo continentur, ſeptemtriones: Vulgus Plauſtrum vocat, *le Chariot.* H.

b. Dramaſa) Mathematicis Canopus dicitur. *Dalec.* Diſtat Canopus ſeu Canobus vt vett. vocauere a polo auſtrino cir. 39. gr. veteribus, qui verſus eam partem orbis nauigauere, pro Cynoſura fuit. Quod quidem velle arbitror Dalecampium: ſed diuerſum a priore nouerunt mathematici.

c. Iomanes) Forte is eſt, qui Arriano, in Indicis, p. 515. καὶ Ὦμαλις corrupte vocatur, pro καὶ Ἰώμανης: nam et is in Gangem decurrit. H.

d. Cliſobora) Sic emendauimus ex Arriano, in Ind. p. 523. vbi duas magnas Suraſenorum vrbes praedicat, δύο πόλιας μεγάλας, Μέθορά τε καὶ Κλειςόβορα. In MSS. *Cariſobora.* Ex Ortelii Theſauro dele nunc *Cyriſoborca.* H.

e. Verſa ad meridiem) In peninſula Indiae, quae regna *Golconde, Biſnagar, Narſinga, Decan*, aliaque complectitur: vbi *Goa et Coromandel*, et ora Malabarica. H.

vsti: quantum ad Indum *f.* accedunt, tantum colore praeferunt sidus. Indus statim a Prasiorum *g.* gente, quorum in montanis Pygmaei *h.* traduntur. Artemidorus inter duos amnes XXI. *i.* M. pass. interesse tradit.

XXIII. (XX.) Indus, [1] incolis Sindus *k.* appellatus, in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus, aduersus Solis ortum effusus, et ipse *l.* vndeviginti recipit amnes. Sed clarissimos, Hydaspem, quatuor alios afferentem: Cantabram, tres. Per se vero nauigabiles Acesinem, et Hypasin *m.*: qua-

1. *Sic et Ch. Sinthus. Salmas. Sandus ab incolis ap. Gr. et Al.*

f. Quantum ad Indum) Solini Paraphrasis, l. c. *Indo flumini proximantes, versa ad meridiem plaga, vltra alios torrentur calore; deinde vim sideris prodit hominum color.* Quo igitur austrum versus a Gange remotiores fiunt, eo sunt nigriores colore. H.

g. A Prasiorum gente) Quae a Gange, vt diximus, ad Indum pertinet. H.

h. Pygmaei) Solinus, et Martianus ll. cc. In multas orbis regiones, vt solent vagari fabulae, minutum hoc genus hominum disseminatum est. Dari tamen integras pumilionum gentes, tam falsum est, quam quod falsissimum. Breuis staturae causa aestus est, et frigus intensum: quamuis diuersa ratione. Nec tamen hoc in omni fetu euenit. Plurimi Aethiopes proceri sunt. Qui pusilli ex iis, non Pygmaei tamen, siue cubitales sunt: ad ternos, vt minimum, cubitos excrescunt. H.

i. XXI.) Hoc est, semel et vicies centena millia pass. Etiam vltra tricies centena millia hoc interuallum Theodosii Missi producunt, aliique de quibus sect. seq. H.

k. Incolis Sindus) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. At editi *Sandus*. Forte, *Sinthus*. Nam Auctor Peripli maris Erythraei: Σίνθος, inquit, μέγιςος τῶν κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ποταμῶν. H.

l. Et ipse) Vti de Gange dictum est, sect. sup. H.

m. Acesinem et Hypasin) Ἀκεσίνης Arriano, L. VI. Exped. Alex. p. 386. in Hydaspen influit: In Indum Hydaspes. De Hydaspi dictum est, sup. sect. Vide Not.

quadam tamen aquarum modeſtia nuſquam latior *n.* quinquaginta ſtadiis, aut altior xv. paſſ.: ampliſſimam inſulam efficiens, quae Praſiane *o.* nominatur: et

aliam

Not. et Em. N. LX. (hic poſ.) *Aceſinen*) Et hic alter Curtii error, qui L. VIII. c. 28. p. 329. in Gangem labi Aceſinen tradit, ceteris plane omnibus ſcriptoribus vetuſtis diſſentientibus. Nam praeter Arrianum a nobis iam laudatum, Feſtus Auienus in deſcriptione orbis, v. 1352 — *Vbi magnus ſorbet Hydaſpes Delapſum ſumma ſaxorum mole Aceſinem.* Delabi vero in Indum Hydaſpem Curtius ipſe prodidit. H.

n. Nuſquam latior) Contra Cteſias in Indicis, apud Photium, in Bibl. cod. 73. p. 144. amnem ait, qua parte anguſtiſſimus eſt, patere ſtadia XL., qua ſe latiſſime diffundit, ducenta: τὸ δὲ πλατύτερον, καὶ διακοσίων. Stadia porro ducenta, ſunt millia paſſ. XII. cum quingentis paſſibus. H.

o. Praſiane) A Praſiis Indi amnis accolis, quorum ditionis ea fuit, nomen invenit. Haec illa regio eſt, quam *viridem Aegyptum* Virgilius appellat, illo celebratiſſimo loco, qui interpretes hactenus mire torſit, Georg. L. IV. v. 287. ſqq. *Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum, Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis: Quaque pharetratae vicinia Perſidis vrget, Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena, Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora, Vſque coloratis amnis deuexus ab Indis: Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.* Non ſunt audiendi profecto illi, qui vnam hic eamdemque regionem Aegypti, quam Delta vocant; ſeptem ipſis verſibus deſcribi a vate haud certe loquace exiſtimant, et vicinam ei Perſidem dici: Nilumque ſomniant veteribus creditum, ipſique Virgilio, ab Indis per Perſidem decurrere in Aegyptum, aut ab ortu Solis fluere: quam ſtoliditatem Pindaro, aliiſque, nonnemo, ſed falſo, adſcribit. Enimuero duos apertiſſime diuerſoſque ac diſiunctiſſimos tractus terrarum Virgilius diſtinguit, alterum, vbi ait: *Nam qua Pellaei gens fortunata Canopo:* alterum ibi: *Quaque pharetratae vicinia Perſidis vrget:* deinde tum illos tractus ambos, tum interiacentes regiones colligit vltimo verſu, velut epiphonemate: *Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.* Sed audaces

ces ii viciſſim, qui verſum 291. loco mutant, praeponuntque verſui 290. vt verſus priores quatuor Nilum quidem, poſteriores autem tres Indum deſcribant: vel qui maiore audacia verſum illum 291. prorſus expungunt, eo quod ante 290. eſſe non poſſit, quin dicatur *gens fortunata Canopi*, vt *circum ſua rura vehi phaſelis*: ſic etiam *Aegyptum fecundare nigra arena*; quod eſt certe dictu perabſurdum. Vtrique tamen, viri alioqui docti, non animaduertunt, *viridem Aegyptum* dici perfrigide, ſi de Pellaea, hoc eſt, de Aegypto, quae Africae adiacet, intelligitur. Nam quis non omnino inſulſus Poeta viridem Galliam dixerit, viridem Siciliam, vel Italiam, aliamue regionem. *Viridem Aegyptum* pereruditus ac perquam accuratus vates appellat inſulam Praſianen, quam Indus amnis in oſtio efficit, vt Nilus Delta: ſic enim illam Graeci appellauere, qui cum Alexandro M. ea loca luſtrarunt; vt Europaei, Caput Viride, *le Cap Vert.* Et ſic certe Virgilius Praſianen intellexit, quoniam Graece πράσιος *viridis* eſt. Auctor Plin. Libro VI. ſ. 23. *Indus*, inquit, *in iugo Caucaſi montis* — — — *aduerſus Solis ortum effuſus* — — *ampliſſimam inſulam efficiens, quae* PRASIANE *nominatur: alteram minorem, quae Patale.* Non igitur exornauit epitheto, ſed nomine proprio deſignauit Virgilius inſulam, cum *Viridem Aegyptum* dixit: cum ſit reipſa *Viridis inſula* Latine, Graece Πρασιανή. Idcirco enim *Viridem Aegyptum* acute ac ingenioſe Pellaeae opponit, quod hanc Indus fecundat, vt Delta Nilus: et quod fuere olim ſeptem Indi amnis aluei, vt Nili: quamuis oppleti limo plures fortaſſis hodie ſunt, quemadmodum ipſiuſmet Nili oſtia vix hodie tria ſuperſunt: Denique quia papyrum Indus, vt Nilus, ſuppeditat: ex qua *papyraceae naues, et armamenta Nili*, hoc eſt, Niliacis ſimilia quondam fierent, teſte eodem Plinio, ſ. 24. Adde etiam Patalen inſulam, alueo diſiunctam a Praſiane, *in ipſis faucibus Indi*, TRIQVETRA *figura* eſſe, eiuſdemque *Praſianae gentis*, vt idem docet. Vnde (vt quidem refert Arrianus, a nobis laudatus,) ob ſimilitudinem Aegyptii Delta, cui magnitudine par eſt, Patale appellata eſt, hoc eſt, Delta, Indorum lingua. Non potuit igitur, vt Praſianae gentis inſulas deſignaret, quas Indus efficit, vti feliciore translatione aut circumlocutione vates, quam ſi *Viridem Aegyptum* diceret:

inanes

aliam minorem, quae Patale. *p.* Ipse per $\overline{XII}$. XL. *q.* M. p. ([1] parcissimis auctoribus) nauigatus, et quodam Solis comitatu in occasum versus, oceano infunditur. Mensuram in ora ad eum ponam, vt in-

 venio,

1. *Paucissimis.* M.

inanesque de hoc loco Criticorum concertationes sunt, qui secus accipiunt. Indus enim amnis et *a coloratis vsque*, hoc est, ab ea vsque regione, in qua sunt Indi nigri cursum, qui erat versus ortum, vt diximus, abrumpit deuexus in Austrum: (siquidem, vt Plinius ait, s. 22. *a Gange versa ad meridiem plaga, tinguntur Sole populi: et quantum ad Indum accedunt, tantum colore praeferunt sidus:*) vnde arenam quoque, quam voluit Indus, poeta *nigram* finxit,: et *viridem Aegyptum*, hoc est, insulam Prasianen idem fluuius *fecundat*, et idem denique *vicinia Persidis*, hoc est, non vicinam Persidem, sed vicinam Persidi regionem *vrget.* Nam, vt Plinius ait, *Plerique ab occidente Indiam non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias*, Persidi vtique vicinas, et inter Persidem Indumque positas. Ex eorum se numero vates esse ingeniose admonet. Alioqui si *vicinia* feminino genere in recto casu intelligitur; certe neque quid illa vrgeat coniectari excogitando potest; neque vtra vicinia Persidis hic designetur, vtrum quae solem occiduum respicit, an quae exortiuum. Quid quod nec tellus vrgere quidquam Latine dici potest, sed amnis rectissime. Itaque poetico vsu *vicinia* neutro genere dixit vates, vt Plin. L. V. s. 12. *confinia.* Quamuis ipsa illius aetas *viciniam* feminino quoque genere dixerit, teste Horatio, L. I. ep. 17. in ipsa clausula, *vicinia rauca reclamat.* H.

p. *Patale*) Ipsa insula Παττακηνή, oppidum Πάτταλα Straboni, L. XV. p. 701. Πάταλα Ptolemaeo, L. VII. c. 1. Παττάλη Stephano, Aegyptio Delta magnitudine par, vnde et id insulae ei quoque nomen, Patala Indorum lingua Delta significante. Arrian. L. exp. Alex. p. 319. H.

q. *Ipse per $\overline{XII}$. XL.*) Nauigatur, inquit, Indus, per duodecies centena quadraginta millia passuum,: atque haec quidem breuissima omnium mensura est, quae apud auctores exstet. H.

venio, generatim, quamquam inter se nullae [1] congruunt. Ab ostio Gangis ad promontorium Calingôn *r.*, et oppidum [2] Dandagula [3] DCXXV. M. pass. *s.* Ad Tropina XII. XXV. M. *t.* p. Ad Perimulae *u.* promontorium, vbi est celeberrimum Indiae emporium, DCCL. *x.* Ad oppidum in insula *y.*, quam supra

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. congruant Gr. et Al.* 2. *Dandaguda. Ch.* 3. *DCCXXV. Gr. et Al.*

r. Calingôn) Hoc est, Calingarum, quos ad ostium occidentale Gangis positas esse diximus superiore sect. H.

s. DCXXV. mill. pass.) Vide Not. et Em. N. LXI. (hic consp.) DCXXV. *M. pass. Ad Tropina XII. XXV. mill. pass.*) Priorem numerum DCXXV. M. pass. restituimus ex fide R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Posteriorem intactum reliquimus, etsi duodecies illa centena millia redundare fortassis cuipiam merito videantur: quandoquidem, vt illa penitus detrahantur, ex singularibus tamen summis quae reliquae erunt, plane summa illa vniuersa colligitur, semel et vicies centenûm millium: quod spatium interesse Gangem inter et Indum, Artemidorus scripsit, vt dictum est in calce sectionis superioris. Laboramus tamen vt inducamus ei numero spongiam, tum quod exemplaria omnia vno illum consensu exhibent, tum quod ipse Plinius admonet, nullas inter se duorum scriptorum in his terris mensuras congruere. Et sane Missi Theodosii id interuallum tricies centenis ac XXX. millibus metiuntur. Summa vero Pliniana erit, si valet is numerus, ter et tricies centenûm, XXV. millium. H.

t. XII. XXV. mill.) Hoc est, duodecies centena XXV. mill. p. H.

u. Ad Perimulae promontorium) Quod cum interdum ambitur mari, insula fit. Tzetzes, Chil. XI. hist. 375. v. 459. Ἐν τῇ θαλάσσῃ τῇ Ἰνδῶν, ἐν νήσῳ Περιμούδῃ. Περιμούδην quoque vocat Aelian. Hist. Anim. L. XV. c. 8. H

x. DCCL.) Subintellige, millia pass. H.

y. Ad oppidum in insula) Quam Indus facit, vt proxime ante diximus.

pra diximus Patalam, DCXX. M. p. Gentes montanae inter eum et Iomanem z. Cesi, Cetriboni siluestres: deinde Megallae, quorum regi quingenti elephanti, [1] peditum equitumque numerus incertus: Chrysei, Parasangae, Asangae *a.*, tigri fera scatentes. Armant peditum XXX. mill. elephantos CCC. equites DCCC. Hos includit Indus, montium corona circumdatos et solitudinibus per [2] DCXXV. M. Infra solitudines, Dari, Surae, iterumque solitudines per [3] CLXXXVII. mill. pass. plerumque arenis ambientibus haud alio modo, quam insulas mari. Infra deserta haec Maltecorae, Singae, Marohae, Rarungae, [4] Moruni. Hi montium *b.* qui perpetuo tractu [5] oceani orae praetenti, incolae, liberi et regum

1. *Peditum et equitum M.* 2. *Sic et Ch.* DCXXXV. *Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard.* CLXXXVIII. *Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. Moruntes, Masuae, Pagungae. Iam hi montium etc. Gr. et Al. Pagungiae, Laelii. Hi montium. V.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. oceani oram tenent incolae Gr. et Al.*

z. *Inter eum et Iomanem*) Inter Indum et Iomanem, versus septemtrionem, amplius duodecies centenis millibus passuum a mari, vti ex sect. super. colligitur. H.

a. Asangae) R. I. 2. Colb. I. 2. Paris. *Asmagi.* Gentium deinceps et nominum quae occurrent plurima, nec certa statui scriptura potest, aliorumue scriptorum suffragio comprobari: nec proprius singulorum designari situs: cum nulla satis clara eius rei exstent vestigia vspiam. H.

b. Hi montium qui perpetuo tractu, &c.) Lege: *Hi montium, qui perpetuo tractu Oceani orae praetenti, incolae, liberi et regum expertes.* Hi populi, quos ibi enumerauit, montium sunt incolae, qui perpetuo tractu orae Oceani praetenti sunt. *Salmas.* 995. a.

Hi montium) Enumerati proxime populi, montium incolae sunt, qui perpetuo tractu orae oceani meridionalis Indiae praetenti sunt. Solinus: *Hi quibus est vicinus oceanus, sine regibus degunt.*

regum expertes, multis vrbibus montanos obtinent colles. Nareae deinde *c.*, quos claudit mons altiſſimus Indicorum Capitalia. Huius incolae, alio latere late auri et argenti metalla fodiunt. Ab iis Oraturae *d.*, quorum regi elephanti quidem decem, ſed amplae vires peditum: [1] Varetatae *e.*, qui ſub rege elephantos non alunt, fiducia equitum peditumque. Odomboërae, Salabaſtrae. Horatae vrbe pulcra, foſſis paluſtribus munita: per quas crocodili, humani corporis auidiſſimi, aditum niſi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum Automela *f.*, impoſitum litori, quinque amnium in vnum confluente concurſu, emporio nobili. Regi eorum elephanti M. DC. peditum CL. M. equitum quinque M. Pauperior Charmarum rex elephantos LX. paruaſque reliquas vires habet. Ab iis gens Pandae *g.*, ſola Indorum regnata feminis. Vnam Herculi ſexus eius genitam ferunt, ob idque gratiorem, praecipuo regno donatam. Ab ea *h.* deducentes

1. *Suarataratae. Ch.*

c. Nareae deinde.) Qui mox enumerantur populi ad Indum vſque, obtinuiſſe arbitror peninſulam eam meridionalis Indiae, quae regna *Biſnagar*, *Decan*, *Calecut*, oramque Coromandel Malabaricamque complectitur. H.

d. Oraturae) R. 1. 2. *Oratae.* H.

e. Varetatae) Colb. 1. 2. *Suarataratae.* Et qui Salabaſtrae mox vocantur, ii ſunt, opinor, quos Diod. Sic. Bibl. L. XVII. p. 568. *Σαμβάςας* vocat. H.

f. Automela) R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Cambay 1 *Automula.* Hodie regni cognominis caput. H.

g. Ab iis gens Pandae) Haec Solinus iisdem verbis, c. 52. p. 79. et Martian. L. VI. c. de India, p. 224. Arrianus item in Indicis, p. 524. *Πανδαίη χώρα.* Stephanus: *Πάνδαι, ἔθνος Ἰνδικόν.* Sedes his olim, vbi nunc peninſula *Guzurate*, Cambayam inter et Indum amnem. H.

h. Ab ea deducentes originem imperitant ccc. oppidis, pedi-

centes originem imperitant ccc. oppidis, peditum CL. mill. elephantis quingentis. Poſt hanc trecentarum vrbium Syrieni, Derangae, Poſingae, Buzae, Gogiarei, Vmbrae, Nereae, Brancoſi, Nobundae, Cocondae, Neſei, Pedatrirae *i.*, Solobriaſae, [1] Oloſtrae [2] Patalen inſulam *k.* attingentes: a cuius extremo litore ad Caſpias portas [3] XIX. XXV. *l.* M. produntur. [4] Hic deinde accolunt Indum *m.* [5] adverſum euidenti demonſtratione Amatae, Bolingae *n.*, Gallitalutae *o.*, Dimuri, Megari, [6] Ordabae, Meſae.

1. *Oroſtae. Ch.* 2. *aliis Petalem.* 3. *Sic em. Hard.* XVIII. XXV. *Gr. et Al.* 4. *Hinc Gr.* 5. *adverſus eos euidenti. V.* 6. *Ardabae. Chiff.*

peditum CL. M. *Elephantis* d) Scribendum, *Ab ea ducentes originem imperitant ccc. oppidis, peditum cxxx.* M. ex Arriano in Indica hiſtoria, vt conſtabit libro ſeptimo capite tertio. *Pint.*

i. Pedatrirae) R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Palatitae*, *Salobriaſae*, *Oroſtrae*. Inter Indum et peninſulam proxime appellatam, hi ſedes habuere. H.

k. Patalen inſulam) In Indi oſtiis, vt dictum eſt ſupra. H.

l. XIX. XXV.) Hoc eſt, decies ac nouies centena, et XXV. mill. p. H.

m. Accolunt Indum aduerſum euidenti demonſtratione.) Toletanum archetypum, *Accolunt Indum aduerſus eos cadente demonſtratione.* Minus corrupte legetur, *Accolunt Indum aduerſum ſcandentes*, vt vitioſum verbum, *demonſtratione*, digerendum videatur in ſyllabas, quae cum ſequentibus populos Indiae ſignificent. Suffragantur huic lectioni verba illa quae paulo poſt ſubtexuntur, *Tranſgreſſiſque Indum, et cum eo decurrentibus.* Pint.

Indum aduerſum) Aduerſi fluminis ripas inſident, orientali latere, verſus Aquilonem et Eurum, populi, inquit, quorum iam procliuius multo eſt nomina ſituſque demonſtrare. Haec Indo-Scythia Ptolemaei eſt, L. VII. c. 1. H.

n. Bolingae) Stephanus, p. 189. Βώλιγγαι, ἔθνος Ἰνδικόν, ex Dionyſio, L. X. Baſſaricorum. H.

o. Gallitalutae) Taluctae ſuperiore ſect. laudati. H.

sae. Ab his Vri *p.*, Sileni: mox deserta in CCL. mill. p. Quibus exsuperatis Organagae, Abaortae, Sibarae *q.*, Suertae: et ab iis solitudines prioribus pares. Dein Sarophages, Sorgae, [1] Baraomatae, [2] Vmbrittaeque, quorum XII. nationes, singulisque binae vrbes. Aseni *r.* trium vrbium incolae. Caput eorum Bucephala *s.*, Alexandri regis equo (cui fuerat hoc nomen) ibi sepulto conditum. Montani super hos Caucaso subiecti, Soleadae, Sondrae: transgressisque Indum *t.*, et cum eo decurrentibus Samarabriae, Sambruceni, [3] Bisambritae, Osii, Antixeni, Taxillae *u.*, cum vrbe celebri, iam in plana demisso tractu, cui vniuerso nomen Amandae. Populi quatuor, [4] Peucolaitae *x.*, Arsagalitae, Geretae,

1. *Baragomatae, Vmbritae. V.* 2. *Gumbritae Gr.* 3. *Sic et Ch. Brisabritae Gr. et Al.* 4. *Peucolitae. Ch.*

p. Ab his Vri) Ad easdem Indi ripas, aduerso flumine, versus amnis ortus, latere orientali. H.

q. Sibarae) Forte Σιβαὶ ἔθνος Ἰνδικὸν Stephani. H.

r. Aseni) Non sunt Arriani L. IV. de Exp. Alex. p. 311. Ἀσσακανοὶ. Hi enim cis Indum amnem, iuxta Bactrianos: Aseni trans amnem siti. H.

s. Bucephala) Τὴν Βουκεφάλαν vocat Arrianus, L. V. de Exp. Alex. p. 351. trans Indum amnem, ad Hydaspis ripam, quem situm ei et Ptol. assignat, L. VII. c. 1. Haec referunt quoque Solinus, c. 45. p. 74. et Gellius, L. V. c. 2. Eadem Alexandria quoque appellata est, vt refert Auctor Peripli maris Erythraei. H.

t. Transgressisque Indum) Ad citeriorem ripam, quae spectat Solis occasum: versus mare secundo flumine occurrunt deinceps qui ripae insident, hoc ordine populi, Sambruceni etc. H.

u. Taxillae) Taxillae regis ditionem inter Cophenem et Indum pariter statuit Arrianus, Exp. Al. L. IV. p. 291. quamquam primaria regni sedes fuerit vltra Indum, vt diximus §. 21. ripae, vt credo, orientali imposita. H.

x. Peucolaitae) In R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Peucolitae*, Arriano, l. c. Πευκελαῶτις χώρα, inter Indum pariter et Cophetem: quam iis sedem

retae *y.*, Asoi. Etenim plerique ab occidente *z.* non Indo amne *a.* determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, [1] Paropamisadas, (XXI.) vltimo fine Cophete *b.* fluuio: quae omnia Ariorum esse *c.*, aliis placet. Nec non et Nysam *d.* vrbem plerique Indiae adscribunt, montem-

1. *Paropamisadas. XXI. Vltimo etc. Gr. et Al.*

dem Plinius quoque assignat. H.

y. Geretae) Forte rectius *Gereatae*, de quibus Steph. p. 208. Γήρεια πόλις Ἰνδική — τὸ ἐθνικὸν, Γηρειάτης. H.

z. Etenim plerique ab occidente, etc.) Lege: *Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisadas, vltimo fine Cophete fluuio; quae omnia Ariorum esse aliis placet.* Sic ille locus continuatim legendus est. *Salmas.* p. 794. b.

a. Non Indo amne) Non Indiam plerique, inquit, Indo amne claudunt, sed Cophete, qui ab Indo dissitus passuum millibus sexaginta, vt dictum est s. 21. adscribuntque praeterea Indiae satrapias quatuor, Gedrosos, Arachotas, Arios, et Paropamisadas. De his satrapiis inferius sect. 25. H.

b. Cophete) Κώφης est Straboni, L. XV. p. 697. vbi τὸν Κώφην vocat. Festo Auieno, v. 1354. *Cophes.* H.

c. Ariorum esse.) Laxiore nunc vocabulo vtitur, pro *Arianorum.* Est enim Ariam inter et Arianam, Ariosque et Arianos discrimen. Aria strictius accepta habet ab ortu Paropamisadas, et Arachotas: a meridie Drangas et Gedrosos. Hi postquam ab Ariis subacti sunt, in communem omnes appellationem venere: et Ariorum satrapiae siue ditionis, Arianique dici coeperunt Gedrosi, Arachotae, et Paropamisadae. Vt vero ab Ariis Ariani, sic etiam a Sogdiis Sogdiani, a Bactriis Bactriani, aliique cognominati sunt. H.

d. Nec non et Nysam) Sic etiam Mela Pomp., L. III. c. 7. p. 59. Accepit a Plinio Solinus, c. 52. p. 74. et Martianus, L. VI. p. 224. Pomponius eleganter: *Vrbium*, inquit, *quas incolunt*, *Nysa est clarissima, et maxima: Montium*, *Meros, Ioui sacer. Famam hinc praecipuam habent, quod in illa genitum, in huius specu Liberum patrem esse arbitrantur nutritum: vnde*

temque Merum, Libero patri sacrum: vnde origo fabulae, Iouis femine editum. [1] Item Astacanos *e.* gentem, vitis, et lauri, et buxi, pomorumque omnium in Graecia nascentium fertilem. Quae memoranda, et prope fabulosa, de fertilitate terrae, ac genere frugum arborumque, aut ferarum *f.*, aut volucrum, et aliorum animalium traduntur, suis quaeque locis in reliqua parte operis commemorabuntur. Quatuor vero satrapiae mox paulo, ad Taprobanen insulam festinante animo. Sed ante sunt aliae *g.*, Patale, quam significauimus in ipsis faucibus Indi, triquetra *h.* figura, [2] CCXX. *i.* M. passuum

1. *Inde Aspagonos, Ch. Aspagonas Gr. et Al.* 2. CXXX. *V.*

de Graecis auctoribus, vt femori Iouis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error. Μηρὸς Graecis femur est. Arriano, de Exp. Al. L. V. p. 313. Νῦσσα πόλις, inter Cophenem et Indum, μεταξὺ τοῦ τε Κωφῆνος καὶ Ἰνδοῦ. De ea fabula multi multa dixere, inprimisque Philostratus, de vita Apoll. L. II. c. 4. p. 65. Diodorus, Bibl. L. II. p. 123. Theophr. Hist. L. IV. c. 4. aliique. H.

e. Item Astacanos.) Vide Not. et Em. N. LXII. (hic adi.) *Item Astacanos)* R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. *Aspaganos.* Editi, *Aspagonas.* Ex Strabone et Arriano Astacanos restituimus, quos illi inter Indum et Cophetem statuunt: quibus amnibus comprehensae regiones Indiae, vt Plinius praemonet, adscribebantur a plerisque. H.

f. Ac genere frugum arborumque aut ferarum.) Apographon Toletanum, non, *aut ferarum* legit, sed *auiferarum:* vt scribendum videatur *laniferarum.* Nam de Indicis arboribus lanam ferentibus frequens Plinio mentio. Tradit id quoque Strabo libro XV. ex relatione Nearchi. *Pintian.*

g. Sed ante sunt aliae) Aliae insulae prius memorandae. H.

h. Triquetra) Vnde et Delta ei nomen, vt diximus. H.

i. CXX. mill. pass. latitudine) Insulam facit amnis in ipso ostio in duos alueos diuisus: quos in ipsa basi figurae triquetrae quam exhibent, distare a se inuicem mille stadiis et octingentis *Near-*

ſuum latitudine. Extra oſtium Indi, Chryſe, et Argyre *k.*, fertiles metallis, vt credo. Nam quod aliqui tradidere *l.*, aureum argenteumque iis ſolum eſſe, haud facile crediderim. Ab iis XX. M. p. *m.* Cro-

Nearchus aiebat apud Strabonem, L. XV. p. 701. hoc eſt, paſſuum millibus CCXXV. H.

k. Chryſe et Argyre) De vtriuſque inſulae, et Chryſes praeſertim ſitu, diſcrepantes auctorum ſententiae faciunt, vt vatum potius ſomnia quaedam eſſe, quam vera orbis loca videantur. Quin ipſe Plinius aliorum relatu, ac fama vulgi, cuius nec haberi ſe ſponſorem cupit, non certis auctoribus ea nomina a ſe commemorari aperte ſatis ſignificat. Plinium ad verbum hic transſcribit auctor libri de Menſura orbis terrae. H.

l. Quod aliqui tradidere) Etiam Pomp. Mela, L. III. c. 7. p. 59. *Ad Tamum (promontorium eſt quod Taurus attollit;) inſula eſt Chryſe: ad Gangem, Argyre. Altera aurei ſoli, (ita veteres tradidere:) altera argentei: atque ita, vt maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula eſt.* H.

m. Ab his XX. M. *paſſ. Crocale. Ab ea* XII. M. *paſſ. Bibaga)* Scribendum, *Crocala* neutro genere, non *Crocale:* et *Bibacta*, non *Bibaga*, ex Arriano vtrumque in Indica hiſtoria, qui et Bibactam ait oſtrearum fertilem eſſe: quod et hic Plinius. Non alienum fuerit commonere hoc loco lectores, hanc Arriani Nicomedienſis Indicam hiſtoriam, cuius teſtimonio ſubinde vtor, pro adeſpota, hoc eſt incerti auctoris, citari ab Hermolao. In quo puto eum errare. Nam de opere altero eiuſdem Arriani, quod Alexandri bellum aduerſus Darium literis mandauit, neque Hermolaum, neque vllum omnino alium dubitare video. Atqui in hac ipſa Indica hiſtoria, cui nullum Hermolaus aſſignat dominum, non ſemel Arrianus prioris illius hiſtoriae tanquam a ſe compoſitae meminit. Quod ſi in antiquis aliquot codicibus titulo ea conſtructio careat, negligentiae id librariorum tribuendum eſt. Nam nos duos peculiares habemus Arriani codices ſcriptos et antiquiſſimos, quibus vtrumque opus continetur, cum titulo Arriani in vtroque opere. Itaque non eſt quod Hermolaus aliuſue quiſpiam de auctore Indicae hiſtoriae ambigat. *Pint.*

Ab iis XX. M. *paſſ. Crocala)*

Crocala. Ab ea XII. M. p. Bibaga *mm.*, ostreis et conchyliis referta. Deinde [1] Toralliba *n.* IX. M. p. a supra dicta, multaeque ignobiles.

XXIV. (XXII.) Taprobanen *o.* alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est, Antichthonum *p.* appellatione. Vt liqueret insulam esse, Alexandri Magni aetas resque praestitere. Onesicritus *q.* classis eius praefectus, elephantos ibi maiores bellicosioresque, quam in India, gigni scripsit: Megasthenes flumine diuidi, incolasque Palaeogonos *r.* appella-

1. *Coralliba. Ch.*

la) In MSS. *Ab iis* XX. M. *pass. latitudinem Crocala:* et Auctor libri de Mensura orbis terrae: *Plinius Secundus in libro sexto in oceano Indico insulas fieri ita monet: - - Ab his* XX. M. *passuum latitudine Crotale, ab eaque* XII. *Bibaga, ostreis ac conchulis referta: deinde Oralliba,* VIII. *a supra dicta, multaeque ignobiles.* Insulae nomen, Arriano, τὰ Κρόκαλα, νῆσος ἀμμώδης, insula arenosa. Situs, contra Arabii fluminis ostia, ipsamque Carmaniam, atque adeo citra Indum amnem. Sic ille in Indicis, p. 551. H.

mm. Bibaga) Βίβακτα νῆσος Arriano, l. c. ostreis praecipuae magnitudinis referta insula. H.

n. Toralliba) R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Coralliba.* H.

o. Taprobanen.) Ταπροβάνη, Straboni, L. XV. p. 690. Mela Pomp. L. III. c. 7. p. 59. *Taprobanê*, inquit, *aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur*, etc. Cum orbem alterum audis, continentem terram intellige, non insulam. A Plinio Solinus haec descripsit, c. 53. p. 83. Ipsa porro Taprobane hodie *Ceilan*, in sinu Gangetico, *le Golfe de Bengala*, contra *Narsingae* regnum: non vt quidam arbitrati sunt, *Sumatra.* H.

p. Antichthonum) Hoc est, Antipodum. H.

q. Onesicritus) Solinus, l. c. et Martianus, L. VI. c. de India, p. 224. Aelianus item, Hist. Anim. L. XVI. c. 18. H.

r. Palaeogonos) Hoc est, priscos: quo modo Arcades appellari se προσελήνους volebant. H.

pellari, auri margaritarumque grandium [1] fertiliores, quam Indos. Eratosthenes et mensuram prodidit *s.*, longitudinis VII. M. stad. *t.* latitudinis quinque M. nec vrbes esse, sed vicos septingentos. *u.* [2] Incipit *x.* ab Eoo mari, inter ortum occasumque Solis Indiae praetenta, et quondam credita *y.* XX. dierum nauigatione a Prasiana gente distare *z.*: mox quia

1. *Fertiliorem quam India.* 2. *Ab his verbis in manuscripto incipit aliud caput.*

s. *Eratosthenes et mensuram prodidit longitudinis* VII. M. *stadiorum, latitudinis* V.) Scribo *latitudinis* D. ex Stephano. Nec me fugit Martianum et Solinum, quinque millia, in Plinio legisse. Sed apud me pluris multo est Stephani auctoritas: immo, vt verum fatear, huius maxima est, illorum fere nulla. *Pint.*

t. *Longitudinis VII. M. stad.*) Hoc est, milliarium DCCCLXXV. Vide Not. et Em. N. LXIII. (hic coll.) *Longitudinis VII. M. stad. latitudinis quinque*) Sic libri omnes editi, et manu exarati. Sic ipse Solinus, c. 53. p. 83. et Martian. L. VI. c. de India, p. 224. Sic etiam Aelian. Hist. Anim. L. XVI. c. 18. Καὶ μῆκος μὲν ἔχειν σαδίων ζ', πλάτος δὲ ε'. Quamobrem qua fide Strabo, L. XV. p. 609. ex Eratosthene longitudinem eius octo millibus stadiorum circumscribat considerandum, μῆκος μὲν, ὡς ὀκτακισχιλίων σαδίων. H.

u. *Vicos septingentos*) Aelianus, l. c. DCCL. κώμας πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας. H.

x. *Incipit*) Haec iisdem verbis Solin. l. c. H.

y. *Et quondam credita*) Referenti Onesicrito id creditum testatur Strabo, L. XV. p. 691. H.

z. *A Prasiana gente distare, &c.*) Leg. *a Prasiana gente distare, quia papyraceis nauibus, armamentisque Nili peteretur, mox ad nauium nostrarum cursus septem dierum interuallo taxata.* nauigatione taxata septem dierum interuallo. An *Papyraceas* naues vocat Plinius, non ex papyro factas; sed quae vela ex libro papyri haberent? *Salmas.* pag. 110. b.

A Prasiana gente) Quae a Gange ad Indum vsque recto cursu protenditur. H.

quia papyraceis *a.* nauibus, armamentisque Nili peteretur, ad nostrarum nauium cursus, VII. dierum interuallo taxato. Mare interest *b.* vadosum, senis non amplius altitudinis passibus, sed certis *c.* canalibus 1 ita profundum, vt nullae ancorae sidant *d.*: ob id nauibus vtrimque prorae *e.*, 2 ne per angustias *f.* alvei circumagi sit 3 necesse *g.*: Magnitudo *h.* ad terna millia

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. adeo Gr. et vulgg.* 2. *ne per angustias alueum (sub. nauium) circumagi. Pint.* 3. *necesse: magnitudo autem ad nauium foros. Sid. ex Ch. sit necesse. Siderum in nauigando etc. Gr. et Alii omissis reliquis verbis.*

a. Mox quia papyraceis nauibus armamentisque Nili peteretur ad nostrarum nauium, etc.) Sensus verborum manifeste proclamat particulam, *mox* non tenere suum locum. Legendum itaque sentio, *quia papyraceis nauibus, armamentisque Nili peteretur. Mox ad nostrarum nauium, etc.* Pint.

Quia papyraceis) Quia nauibus tantum ex papyro textis, armamentisque, siue funibus, ex libro papyri, qualem Nilus suppeditat, tunc ea insula petebatur, earum tarditas adeo nostrarum, inquit, nauium, hoc est, maiorum, quales sunt Romanae, celeritate vincitur, vt iam non XX. sed VII. dierum interuallo iter istud taxetur a Prasiana gente ad Taprobanen: quod Eratosthenes quidem, qui Ptolemaei tertii temporibus vixit, exploratum habuit, vt Strabo refert, p. 690. H.

b. Mare interest) Solin. et Mart. ll. cc. H.

c. Sed certis canalibus adeo profundum, vt nullae anchorae sidant) *Sidere* anchorae dicuntur, quae in fundo fixae haerent, ita *naues sidere* dictae, quae in vadis haerent. *Salmas.*

d. Ancorae sidant) Ad profundi illius ima nequeunt peruenire, inquit Solin. l. c. H.

e. Ob id nauibus vtrimque prorae ne per angustias, &c.) Per alueum intelligit canalem profundum et angustum, qui certis locis illius maris occurrebant. *Salm.*

f. Ne per angustias) Propter canalium angustias certis in locis circumagi nauigia non poterant: idcirco ita aedificabantur, vt proras vtrimque haberent, quo possent vtraque fronde appellere. H.

g. Circumagi sit necesse: magnitudo alterna millia ad forum)

millia amphorûm. Siderum *i.* in nauigando nulla obſeruatio. Septemtrio *k.* non cernitur: ſed volucres ſecum vehunt, emittentes ſaepius, meatumque earum *l.* [1] terram petentium comitantur. Nec plus *m.* [2] quaternis menſibus [3] anno nauigant. Cavent

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. terrarum Tol. terras pet. Gr. et Al.* 2. *quam ternis Gr. et Al.* 3. *menſibus in anno Gr. et Al. Sed in, non legitur in M. neque in Ch.*

forum.) Poſtrema verba quia nimis corrupta ſunt, omittuntur in omnibus editis exempl. ſed comparent in ſcriptis. Salmaſius legit: *magnitudo alterna ilium ad forum.* Nugae. Plinius ſcripſit: *Magnitudo ad terna millia amphorûm.* Sic Cic. lib. III. epiſt. Lentulus facit mentionem nauium onerariarum, *quarum nulla minor erat duum millium amphorum.* Sic et apud Liu. nauis trecentarum amphorarum. Capacitatem enim nauium olim per amphoras aut per modios indicabant. Vide *Iſaac. Voſſium* in Melam, p. 280.

h. Magnitudo) Vide Not. et Emend. N. LXIV. (paulo poſt) Amphorûm pro *Amphorarum*, et Liuius dixit, teſte Soſipatro, L. I. p. 41. et Cicero, Epiſt. L. III. *Magnitudo ad terna millia amphorûm*) Haec verba ſic exhibent MSS. codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. *Magnitudo alterna millia ad forum:* Eadem, quod nihil ſanationis accipere poſſe viderentur, in omnibus editis libris praetermiſſa. Plana eſt et explicatu facilis noſtra emendatio: nauigia eiuſmodi non maioris ponderis capacia fuiſſe, quam trium millium pondo amphorarum. Soſipater Chariſius, Inſtit. Gram. L. I. auctor eſt Plinium, libro ſexto Dubii ſermonis, *amphorûm* dixiſſe, pro *amphorarum.* Capacitatem nauium per modios et amphoras explorare, moris fuit olim, hodieque perſeuerat. H.

i. Siderum) Solin. et Martian: ll. cc. H.

k. Septemtrio) Polus ſeptemtrionalis. Diod. Sic. Bibl. L. II. p. 141. praeter iam laudatos. H.

l. Meatumque earum) Sciunt nautae aues volatu terram petere ſolere: quamobrem quo illae abeunt, in eam partem ipſi quoque curſum dirigunt, flectuntque nauigia. Martian. l. c. *Auium quas vehunt, volatus ſequuntur.* H.

m. Nec plus, quam ternis menſibus, &c.) Sic legas: Nec

vent a solstitio maxime centum dies, tum illo mari hiberno *n.* Hactenus *o.* a priscis [1] memorata: nobis diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex insula aduectis. Id accidit hoc modo: Annii Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat *p.*, libertus circa Arabiam nauigans, Aquilonibus *q.* raptus praeter Carmaniam, xv. die Hippuros portum eius *r.* inuectus, hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio *s.*, per-

1. *Memorata. Nobis diligentior notitia*, etc. Vet. et M. *Nec plus quaternis mensibus in anno nauigant.* Salmas. p. 116. 117. a.

Nec plus quaternis) Vide Not. et Em. N. LXV. (hic pos.) *Nec plus quaternis*) Ita Solinus, c. 53. p. 83. et Capella, L. VI. c. de India, p. 224. Codices quoque vetusti R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. In libris editis hactenus perperam *quam ternis.* H.

n. Hiberno) Concitato tum maxime tempestatibus mari, vt fit in nostro orbe iterumque per brumam. H.

o. Hactenus) Solinus haec totidem verbis, l. c. H.

p. A fisco redemerat.) Ab Imperatore, cuius pecunia Fiscus vocabatur: vt populi, aerarium. Fuit Arabia inter eas prouincias, quae Augusto sortito obtigerant, vt fere ceterae in limitibus imperii constitutae: permissae populo reliquae. Vide Suet. in Aug. c. 47. H.

q. Aquilonibus) Non *Aquilone* dixit, ne forte Aquilonem proprie dictum intelligeres, qui inter septemtrionem spirat, et exortum Solis aestiuum: sed Aquilonibus, hoc est, tempestatibus, quocum illae vento concitentur; quo sensu Maro cecinit, Aen. L. IV. *et mediis properas Aquilonibus ire per altum.* Non Aquilone sane ex Africa in Italiam, sed ex Italia potius in Africam opportuna nauigatio est: ex Arabia Taprobanen Coro potius, siue Argeste, quam Aquilone, itur. Sed et hibernus Aquilo Corus dictus est, L. II. s. 47. H.

r. Hippuros portum eius.) Taprobanes nimirum, Ἵππουρος portum vocat: qua in voce superesse vestigia nominis Ophir, in Graecam speciem sic transformati, credit Bochartus, Geogr. S. L. I. c. 46. H.

s. Imbutus alloquio) Sermonem edoctus, inquit Solin. l. c. H.

percontanti postea [1] narrauit Romanos et [2] Caesarem. Mirum in modum *t.* in auditis iustitiam ille suspexit, quod pares pondere denarii essent in captiua pecunia, cum diuersae imagines indicarent a pluribus factos. Et hoc maxime solicitatus ad amicitiam, legatos quatuor misit, principe eorum Rachia. Ex iis cognitum *u.* D. esse oppida, portum contra meridiem, appositum oppido Palaesimundo *x.*, omnium ibi

1. *Sic quoque Ch. Enarrauit Gr. et Al.* 2. *Caesarem. Rex autem mirum in modum inter audita iustitiam Romanorum suam suspexit. Longol. et V.*

t. Mirum in modum in auditis iustitiam ille suspexit, quod pares pondere denarii, etc.) Non in auditis iustitiam suspexit ille, sed in visis. Nam denarios illos in captiua pecunia vidit; qui pares erant pondere; licet diuersis vultibus signati. Vide *Salmas.* p. 1117. b.

In auditis) Ex iis quae audierat, id vnum maxime suspexit: quod nimirum pecunia, quae capta cum ipso erat, vt ait paraphrastes Solinus, tametsi signata disparibus foret vultibus, parem tamen haberet modum ponderis. Quam haec praepostere Salmasius interpretetur, in Solin. p. 1117. si satis est otii, vide. Legis latae de probando denariorum pondere, Plinius meminit, s. 46. Nos quoque Romanos denarios plures appendimus, et plane pares pondere, ne leui quidem vel vnius grani, vt vocant, discrimine, mirati sumus. H.

u. Ex iis cognitum D. *esse oppida, portum contra meridiem adpositum oppido Palaesimundo omnium ibi clarissima ac regiae* CC. *plebis.*) Cum linea supraducta ducenta millia plebis vrbanae in eo oppido fuisse dicit. Longe maior numerus plebis fuit Seleuciae Babyloniae, de qua idem Plinius; *ferunt ei plebis vrbanae* DC. M. *esse.* Sed nimium ingens hic numerus videtur. Scribunt libri: *ferunt et plebis vrbanae* CD. *esse.* Lege: CCL. id est, ducenta quinquaginta millia. *Palaesimundo* igitur, τὸ βασίλειον in Taprobane. *Salmas* 1117. b. 1118. a.

x. Appositum oppido Palesimundo.) Scribendum cum diphthongo in secunda, *Palaesimundo*, ex Stephano: quem non vulgare erit operae

ibi clarissimo, ac regia cc. *y.* mill. plebis. *z.* Stagnum intus Megisba, [1]ccclxxv. mill. pass. ambitu, insulas pabuli tantum fertiles complexum. Ex eo duos amnes erumpere: Palaesimundum, iuxta oppidum eiusdem nominis, influentem in [2] portum tribus alueis, quinque stadiorum arctissimo, xv. amplissimo: alterum ad [3] septemtriones Indiamque versum, Cydara nomine. Proximum esse Indiae promontorium, quod vocetur [4] Coliacum *a.*, quatridui

1. *Sic et Ch-* cclxxv. *Gr. et Al.* 2. *Pontum. Ch.* 3. *Septemtrionem. Gr.* 4. *Sic et Ch. Colaicum Gr. et Al.*

rae pretium legere hoc loco: vt aestimetur a curiosis lectoribus an per errorem pro *Simundo* positum sit a Plinio *Palaesimundo.* Pintian.

Palaesimundo) Id antiquum insulae vniuersae nomen fuisse auctor est Martian. Heracl. in Periplo, p. 39. Πρώτη μὲν ἡ Ταπροβάνη, νῆσος ἡ Πάλαι Σιμένδε καλεμένη, νῦν δὲ Σαλική. Et p. 32. Τῆς δὲ Ταπροβάνης καλεμένης, τῆς Παλλιγέμενδε (forte Παλαισιμένδε vt prius) καλεμνένης πρότερον. Sic enim habet et auctor Peripli maris Erythraei. H.

y. Ac regia CC) In regia, τῷ βασιλείῳ, fuisse ait ducenta millia plebis: in toto igitur oppido, quanto plura? H.

z. cc. m. *plebis.)* Prior lectio cc. *plebis.* Scribendum reor cc. *plebes*, et sic fere legitur in antiquis codicibus. Confirmat id Plin. ipse infra capite xxvi. de Seleucia Babylonia agens: *Exhausta*, inquit, *vicinitate Seleuciae ob id conditae a Nicatore intra nonagesimum lapidem in confluentem Euphratis fossa perducti atque Tigris, quae tamen Babylonia cognominatur, libera hodie ac sui iuris, Macedonumque moris. Feruntur ei plebes vrbanae sexcentae esse.* Pint.

a. Coliacum) Κωλὶς ἄκρα, *le Cap de Comorin*, ad fretum Taprobanense, *le détroit de Manar, entre la côte de la Pescherie et l'Isle de Ceilan.* Vide Not. et Em. LXVI. (hic adi.) *Coliacum)* Non recte hactenus impressi libri *Colaicum* ediderunt. Dionysio Periegetae, v. 593. est Κωλὶς ἄκρα, et Κωλὶς κολώνη. Dionysium Festus expressit, in descript. orbis v. 783. *Contemplator item qua se mare tendit in austrum, Inque*

Notum

tridui nauigatione, medio in curſu Solis inſula *b.* occurrente. Mare id colore *c.* peruiridi, praeterea fruticoſum arboribus, iubas earum *d.* gubernaculis deterentibus. Septemtriones *e.* Vergiliaſque apud nos, veluti nouo caelo, mirabantur. [1] Ne Lunam quidem *f.* apud ipſos, niſi ab octaua ad XVI. ſupra terram aſpici fatentes. Canopum lucere noctibus, ſidus ingens et clarum. Sed maxime mirum iis erat, vmbras ſuas in noſtrum caelum cadere, non in ſuum: Solemque a laeua *g.* oriri, et in [2] dexteram

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Lunam quidem apud ipſos, nonniſi etc. Gr. et Al.* 2. *dextera. V.*

Notum Oceanus freta ponti caerula curuat, Altaque Coliadis mox hic tibi dorſa pateſcent Rupis, et intenti ſpectabis ceſpitis arces: Pro quibus ingenti conſiſtens mole per vndas Inſula Taprobane gignit tetros elephantes. Incolae inde Coliaci appellati apud Strabonem, L. XV. p. 690. Κωνιακοὶ perperam, pro Κωλιακοὶ. H.

b. Solis in inſula) Diuerſa haec eſt ab altera eiuſdem nominis, de qua dicetur ſect. 26. ante Carmaniam, vt recte animaduertit Voſſius in Melam, p. 281. Inter Indiam Taprobanamque, inſulas alias agnoſcit Strabo, L. XV. p. 690.

c. Mare id colore.) Solinus, c. 53. p. 84. H.

d. Iubas earum) *Ramos ac frondes.* H.

e. Septemtriones) Solinus, p. 83. H.

f. Ne Lunam quidem) Ita MSS. omnes. Solinus, l. c. Sed purum id putumque commentum eſt hominum, de ſe ſuiſque incredibilia venditantium: vt plane mirum videri debeat, ſi id vetuſtis Aſtrologis Taprobanitae legati perſuaſerint: iis enim perinde ac nobis, tertio poſt nouilunium die, ac ceteris deinceps Luna apparet. H.

g. Solemque a laeua) Taprobanenſium ſcilicet vertici Sol aequinoctii tempore incumbit: inde flectit ſe idem ad ſeptemtriones, Tropicumque Cancri: mox rurſum ad Aequatorem, vnde deflexerat, regreditur: atque haec omnia ſenis menſibus peraguntur. Itaque per eos menſes ad Solem meridianum obuerſo vultu, oriri a dextra vident, a laeua occidere: contrariaſque ob cauſas ſenis itidem menſibus, obuerſa in auſtrum

ram occidere potius, quam e diuerso. Iidem narrauere, latus insulae *h.*, quod praetenderetur Indiae, x. mill. stad. *i.* esse ab oriente [1] hiberno. *k.* Vltra montes Emodos *l.*, Seras quoque ab ipsis aspici, notos etiam commercio: patrem Rachiae *m.* com-

1. *Hiberno vltra Emodos. Seras Gr. et Al.*

strum facie, e diuerso, vti nobis contingit, ceterisque citra lineam, vt aiunt, aequinoctialem positis. H.

h. Iidem narrauere, latus insulae, etc.) Sic distingue: *Iidem narrauere latus insulae quod praetenderetur Indiae* x. M. *stadiorum esse ab oriente hiberno. Vltra montes Emodos Seras quoque ab ipsis aspici, notos etiam commercio.* Legati erant Taprobanitarum regis, qui haec narrauere. *Salmas. Iidem narrauere latus insulae, quod praetenderetur Indiae, etc.*) Prodigiosa haec sunt et inaudita, sed sane sic se res habet. Taprobanensium legati non de sua insula haec dixere, sed de Serica regione. Huius autem latus vnumquodque hanc mensuram proxime aequat. Sed et alia quae iidem legati narrabant, de Taprobana accipi nequeunt. Vide *Isaac. Vossium* in Melam. pag. 278.

i. X. mill. stad.) Quae passuum efficiunt duodecies centena quinquaginta millia. H.

k. Ab oriente hiberno) Indiae Taprobane praetenditur, qua parte Sol Indis oriri hieme cernitur: haec Indiae latus obuertit insula, decem millia stadiorum longitudine porrectum. H.

l. Vltra montes Emodos) Commeantibus vltra montes Emodos Taprobanitis, ab iis aspici Seras quoque, qui ceterorum hominum colloquia conspectumque fugerent, vt dictum est, §. 20. quin etiam inter eos esse commercia. Vide Not. et Em. N. LXVII. (hic pos.) *Vltra montes Emodos, Seras quoque ab ipsis aspici*) Hoc ita Solinus accepit, c. 53. p. 84. vt existimarit Sericum latus e Taprobanitarum collibus prospici. *Cernunt*, inquit, *latus Sericum de montium suorum iugis.* Insigni oculorum acie fuisse necesse est, qui non Indiae latus, a quo septem dierum nauigatione distarent, sed et vltra Gangis ortus, montesque Emodos, Seras prospicerent. H.

m. Patrem Rachiae commeasse eo, etc.) Sic lege: *patrem Rachiae commeasse eo: aduenis sibi Seras occursare.* Haec de se ac sua gente loquuntur ibi Taprobanitae.

Seras

commeasse eo: aduenis sibi [1] Seras occursare. *n.* Ipsos vero *o.* excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, caeruleis oculis, oris sono truci, [2] nullo commercio linguae. Cetera eadem, quae nostri negotiatores. *p.* Fluminis vlteriore ripa merces positas *q.* iuxta venalia tolli ab his, si placeat permutatio: non aliter odio *r.* [3] iustiore luxuriae, quam si perducta mens illuc vsque cogitet, quid, et quo petatur, et quare. Sed ne Taprobane *s.*

Ss 4 quidem,

1. *Feros. V. ibi feras Gr. et Al.* 2. *nulli Gr.* 3. *tristiore. M.*

Seras ab ipsis aspici, quae a ceteris nolunt. Notos etiam esse commercio: nam eo commeare solitos negotiandi causa. Aduenis sibi Seras occursare, quum reliquos advenas auersentur ac refugiant. Sequitur: *Ipsos vero excedere hominum magnitudinem.* nempe Seras ipsos. *Salmas.*

n. Sibi Seras occursare) Qui reliquos aduenas auersarentur, ac refugerent. Prius legebatur, *Ibi feras occursare.* H.

o. Ipsos vero) Seras nimirum: etsi Martian. L. VI. c. de India, p. 224. et Solinus, c. 53. p. 84. de Taprobanensibus haec inconsulte acceperunt. H.

p. Cetera eadem, quae nostri negotiatores.) Legati nempe Taprobanitae cetera eadem de his Seribus retulere, quae Romani negotiatores. *Salm.*

Cetera eadem) Cetera eadem de Seribus legati Taprobanenses retulere, quae Romani negotiatores. H.

q. Fluminis vlteriore ripa merces positas, etc.) Ergo et cetera quae praecessere, de iisdem Seribus intelligenda. Nam hoc modo merces mutabant cum aliis gentibus Seres. *Salm.* p. 1121. a. b.

Fluminis vlteriore) Ad Seras haec quoque pertinent, quae Mela breuiter, L. III. c. 7. p. 58. *Seres interfunt, genus plenum iustitiae, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis, absens peragit, notissimum.* H.

r. Non aliter odio) Nemo luxuriam istius auersetur, etc. Huc pertinent[ea] quae Plinius de margaritarum luxuria scribit L. IX. s. 54. H.]

s. Sed ne Taprobane.) Iam redit ad Taprobanen, a qua discesserat, vt de Serum moribus ac ritu ageret. H.

quidem, quamuis extra orbem a natura relegata, noſtris vitiis caret. Aurum argentumque *t.* et ibi in pretio. Marmor teſtudinis *u.* ſimile, gemmae margaritaeque in honore multo praeſtantiores: et totius luxuriae noſtrae cumulus. Ipſorum opes maiores eſſe dicebant, ſed apud nos opulentiae maiorem vſum. Seruum nemini: non in diem *x.* aut interdiu ſomnum: aedificia modice ab humo exſtantia, annonam numquam augeri, non fora litesue eſſe: coli Herculem: eligi regem a populo ſenecta clementiaque, liberos non habentem: et ſi poſtea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. Rectores ei a populo xxx. dari *y.*: nec niſi plurium ſententia quemquam [1] capitis damnari: ſic quoque appel-

1. *Capite.* *M.* et *V.*

t. Aurum argentumque et ibi in, etc.) Lege: *Aurum argentumque et ibi in pretio, marmor, teſtudines. Simili gemmae margaritaeque in pretio, multo praeſtantiores.* Aurum et argentum in pretio eſſe dicit Taprobanitis, item marmor et teſtudines, quae et ipſae inter inſtrumenta luxuriae, quibus in laminas ſectis lecti ac repoſitoria operiebantur. *Salm.* pag. 1122. b. *Aurum, etc.)* Haec deinceps Solin. iiſdem verbis, c. 53. p. 84. H.

u. Marmor teſtudinis) Solini Paraphraſis: *Secant marmora teſtudinea varietate*, hoc eſt, inſtar teſtudinis varia. Vide Not. et Em. N. LXVIII. (hic adi.) *Marmor teſtudinis ſimile)* Salm. in Solin. p. 1122. iam tum Solini aeuo irrepſiſſe in Plinii verba mendam ſuſpicatur, legique oportere, *Aurum argentumque et ibi in pretio, marmor, teſtudines. Simili gemmae margaritaeque in pretio*, etc. Sed rem cuiuis paulo attentius contemplanti, videbitur is omnino orationi Plinianae ſententiaeque vim afferre, et auctoritatem omnium plane codicum, quos ſumma fide ſecuti ſumus, aſpernari. H.

x. Non in diem) Reliqua deinceps de Taprobanenſium moribus exſcripſere a Plinio Martianus et Solinus, ll. cc. H.

y. XXX. dari) Ita Capella, l. c. p. 225. At Solin. XXXX. H.

appellationem esse ad populum: LXX. iudices dari z.: si liberent ii reum, amplius triginta, iis nullam esse dignationem, grauissimo probro. a. Regi cultum b. Liberi patris, ceteris Arabum. Regem, si quid delinquat, morte multari, nullo interimente, [1] auersantibus cunctis, et commercia etiam sermonis negantibus. Festa venatione absumi, gratissimam eam tigribus c. elephantisque constare. Agros diligenter coli: vitis vsum non esse, pomis abundare. Esse et in piscatu voluptatem, testudinum maxime, quarum superficie familias habitantium contegi: tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum d. centum annis modicam. Haec comperta de Taprobane.

XXV. Quatuor satrapiae, quas in hunc locum distulimus, ita se habent. (XXIII.) A proximis e. Indo

Ss 5

1. *Sed auersantibus.* V.

z. LXX. *iudices dari.*) Puto legendum contra omnia exemplaria, LX. *iudices.* Sequitur enim, *si liberent ii reum amplius xxx.* Pintian.

a. *Iis nullam esse dignationem grauissimo probro.*) Scribo, *Iis nullam esse, damnationem grauissimo probro.* hoc sensu, liberatis absolutisue, nullum esse probrum: damnatis vero, grauissimo esse probro damnationem. *Pint.*

Iis nullam esse) Prioribus nempe rectoribus, qui damnarant nullum deinceps honorem haberi, sed grauissimum probrum inferri, exauctoratis nimirum, et de rectorum gradu deiectis. H.

b. *Regi cultum*) Solini paraphrasis: *Cultu rex dissimilis a ceteris: vestitur syrmate, vt est habitus quo Liberum Patrem amiciri videmus.* H.

c. *Tigribus, etc.*) Idem paraphrastes: *Interdum venatibus indulgent: nec plebeias agunt praedas: quippe cum tigres aut elephanti tantum requirantur.* H.

d. *Vitam hominum*) Diod. Sic. Bibl. L. II. p. 139. praeter Solin. et Martian. H.

e. *A proximis Indo gentibus montana, etc.*) Lege: *A proximis Indo gentibus montana. Capisene habuit Capisam vrbem, quam diruit Cyrus.* Vide *Salmas.* p. 1174. a.

A proximis Indo) Non qua se parte effundit in mare,

Indo gentibus, montana. [1] Capissene habuit Capissam *f.* vrbem, quam diruit Cyrus. Arachosia *g.* cum oppido *h.* et flumine eiusdem nominis, quod quidam [2] Cophen *i.* dixere, a Semiramide conditum. Amnis

1. Sic quoque M. et Ch. Capissenae habent Capissam vrbem Gr. et Al. 2. Cufin. omnia Man. Quidam etiam veteres habent, Phoclin, cui adstipulari videtur Ptolem. inter Arachosiae vrbes Phoclin referens.

re, sed vbi fere exoritur, priusquam vllum amnem excipiat paulo nobiliorem. Accolunt ibi Taxilae, vt dictum est f. 23. aliaeque gentes, quae montibus ab occasu clauduntur, et a Paropamisadis Arochiisque disterminantur. H.

f. Capissene habuit Capissam) Quae Ptolemaeo Καπίσα in Paropamisadarum confinio, L. VI. c. 18. Vide Not et Em. N. LXIX. (hic pos.) *Capissene habuit*) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. et vet. Dalec. Perperam editi, *Capissena habent.* Deterius Solinus, c. 54. p 85. Caphusam vrbem appellat, et proximam Indo facit. H.

g. Arachosia) Vltima olim Persici imperii versus orientem satrapia, nunc Mogolici iuris, in duas diuisa partes: prior *Candahar*, posterior *Haiacan* appellatur, quae orienti propior. H.

h. Cum oppido et flumine eiusdem nominis, quod Cophen dixere.) Conuerte verba ex vtriusque exemplaris fide, *Cum flumine et oppido eiusdem nominis, quod quidam Cutim dixere.* Cutim enim in ambobus codicibus scriptum est, non *Cophen*. Nam Cophes seu Cophen, vtroque enim modo dicitur, Arianae regionis amnis est, vt paulo post. *Pint.*

Cum oppido) Ἀράχωτος oppido et amni nomen est ap. Ptol. L. VI. c. 10. oppido, Ἀραχωσία, apud Steph. Amnis in Indum fluit, vti ex Ptolemaeo colligitur. Vnde perspicuum est id oppidum esse quod nunc *Chatzan* vocant, in regione *Haiacan*: non Candahar, vt quibusdam visum. Isidoro Characeno, in Σταθμοῖς, p. 189. Ἀλεξανδρόπολις, μητρόπολις Ἀραχωσίας, ἐστι δὲ ἑλληνὶς, καὶ παραῤῥεῖ αὐτὴν ποταμὸς Ἀράχωτος. Stephano est Ἀλεξάνδρεια ἐν Ἀραχώτοις. H.

i. Quod quidam Cophen.) Vide Not. et Em. N. LXX. (hic adi.) *Quod quidam Cophen*) Id certe oppido nomen fuisse Steph. auctor est, p. 98.

Amnis [1] Erymanthus *k.* praefluens [2] Parabeſten Arachoſiorum. Proximos iis a meridie ad partem Arachotarum *l.* faciunt [3] Gedroſos *m.*, et a ſeptemtrione

1. *Erymadus.* *Ch.* *Hermandus Gr. et Al.* 2. *Per Abeſten Gr.* 3. *Dexendruſos.* *Ch.*

p. 98. Ἀραχωσία, πόλις οὐκ ἄπωθεν Μασσαγετῶν· Στράβων ἐν δεκάτῃ· ὑπὸ Σεμιράμεως κτισθεῖσα, ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο· οἱ πολῖται Ἀραχώσιοι. τῆς δὲ Κωφῆνος Κωφήνιοι. MSS. tamen omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Chiffl. *Cutin*, non *Cophen*, legunt: Fortaſſe pro *Cuſin*, et id pro *Coſen* vel *Cophen*. Solinus hunc locum ſtrictim praeteriens praepoſtera codicum ſuorum interpunctione deluſus, Erumando amni impoſitam Arachoſiam ſcribit. H.

k. Amnis Erymanthus) Vide Not. et Em. N. LXXI. (hic adi.) *Amnis Erymanthus praefluens Parabeſten*) Sic poſtremas voces exhibent plane totidem literis et apicibus R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. vt Parabeſte nomen ſit oppidi Arachoſiorum. Male editi, *per Abeſten*. Simili forma loquendi vſus mox paulo, *Arius amnis, qui praefluit Alexandriam*. Porro non is eſt Ἐτύμανδρος Arriani, de Exp. Alex. L. IV. p. 253. qui per Euergetas in Ariae campis decurrit, ac demum ſe condit in Arenas, quamquam eumdem eſſe Ortelius exiſtimat, Salmaſiuſque in Sol. p. 1175. cum inter vtrumque amnem, et multa paſſuum millia, et Paropamiſi iuga interſint. Sed quem Polybius, L. XI. p. 908. Ἐρύμανθον vocat, quo tranſmiſſo ex Arachoſia in Drangianam iter eſt, inde in Carmaniam: Διελθὼν τὴν Ἀραχωσίαν, καὶ περαιωθεὶς τὸν Ἐρύμανθον ποταμὸν ἧκε διὰ τῆς Δραγγιανῆς εἰς τὴν Καρμανίαν. Magno igitur errore Hermandus hactenus appellatus eſt in libris editis: a Solino, *Erumandus*. Propius a vero abfuit Chiffl. codex qui *Erymadus* ſcripſit. H.

l. Ad partem Arachotarum) Ex parte tantum Arachotarum ſatrapiam contingunt Gedroſi a meridie. Ita Ptol. L. VI. c. 20. Arachoſii dicti vrbis incolae, circumiacenteſque populi: Arachotae, totius Satrapiae indigenae. H.

m. Gedroſos) Γεδρωσία regioni nomen fuit: nunc *Circan*, et *Mackeran*. H.

ne Paropamisadas *n.*: Cartana oppidum sub Caucaso, quod postea [1] Tetragonis dictum. Haec regio est ex aduerso. [2] Bactrianorum *o*: deinde, cuius oppi-

1. *Tegrogonis. Ch. Cegrogonis. V.* 2. *Haec regio est ex aduerso Bactrianorum deinde, Gr. et Al. Bactrianorum: deinde eius. M. et V.*

n. Paropamisadas) Παροπαμισάδαι Straboni, L. XV. p. 724. a Paropamiso monte, qui iisdem imminet, nomen habuere. Oppidum habent hodieque insigne, *Chabul*, Mogolicae ditionis: quod a Plinio Cartana nunc appellari, et Tetragonida, Τετραγωνίδα, a forma quadrata, haud leuis suspicio est. Nam quod Ortelius Arachosiae attribuit Tetragonida, nihil moror: Habet vir alioqui eruditus similia non pauca παροράματα. H.

o. Haec regio est ex aduerso Bactrianorum, etc.) Lege: *Haec regio est exaduersum Bactrianos. Aria deinde cuius oppidum Alexandria a conditore dictum.* Aria proxima Paropamisadis, cuius oppidum Alexandria ἐν Ἀρίοις cognominatum. Mox lege ac distingue: *Mazi ad Caucasum, Cadrusci, oppidum Alexandro conditum.* Per oppidum Alexandri conditum, intellexit Alexandriam sub Caucaso, quam Alexander construxit in radicibus Caucasi, quum pararet monte eo superato in Bactrianam pergere. *Salmas.*

Haec regio) Nihil est hac sententia planius. Haec, inquit, Paropamisadarum regio, quae sub Caucaso, quae vna ex quatuor satrapiis, quas in hunc locum distulit, vbi Cartana oppidum, ex aduerso est Arachosiae. Bactrianorum deinde regio sequitur, cuius oppidum Alexandria. Vide Not. et Em. N. LXXII. (hic pos.) *Haec regio est ex aduerso. Bactrianorum deinde, cuius oppidum Alexandria.)* Praepostera huius loci interpunctio Salmasium aliosque in summas adduxit angustias: vt, quo verterent se, nescirent. Sic enim hactenus est editum, *Haec regio est ex aduerso Bactrianorum: deinde, cuius oppidum,* etc. MSS. omnes R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. etc. ita plane, vt nos edidimus, hunc locum exhibent, si interpunctionem exceperis, quam ii nullam prae se ferunt. At Salm. in Sol. p. 1175. ita demum se pulcre coniecisse putat, si legat: *Haec regio est ex aduersum*

oppidum Alexandria *p.*, a conditore dictum. Syndraci *q.*, [1]Dangalae *r.*, [2]Parapiani, [3]Cantaces, [4]Maci.

1. Dangale. M. et Ch. Dangulae Gr. et Al. 2. Patapinae. Ch. 3. Cataces. Ch. 4. Mazi. Ch.

sum Bactrianos. Aria deinde, cuius oppidum Alexandria. Ac simul admonet Alexandriam hanc a regione ἐν Ἀρίοις cognominatam esse. Perinde quasi nunc de Aria possit esse sermo: qua de regione, atque adeo de ipsa Alexandria ἐν Ἀρίοις, prolixior paulo mox instituitur, haec ipsa sectione, his verbis: *Ariana regio ambusta fervoribus. — — — Arius amnis qui praefluit Alexandriam:* ac non de Alexandria potius Bactriana, vt diximus, perspicue agatur. H.

p. Alexandria) Haec apud Steph. vndecima est vrbium eius nominis, iuxta Bactra, quae Bactrianorum metropolis, de qua dictum est s. 18. Steph. Ἀλεξάνδρεια — — ἑνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα. Vide Not. et Em. N. LXXIII. (hic adi.) *Alexandria)* Negat Salm. in Sol. p. 1175. pertinere id oppidum ad Paropamisadas. Recte id quidem: sed neque ad Alexandriam in Ἀρίοις pertinet, etsi id ille omni ope contendit. Cur vero ad Paropamisadas referri non oporteat, subiungit rationem, quod in Paropamisadis Alexandria nulla sit. Itane vero? Quid igitur ista volunt quae Arrianus refert de Alexandro, L. IV. p. 290. transmisso Caucaso, peruenisse Alexandriam, quae apud Paropamisadas condita fuerat? ὑπερβαλὼν δὲ τὸν Καύκασον ἐν δέκα ἡμέραις, ἀφίκετο ἐς Ἀλεξάνδρειαν πόλιν, τὴν κτισθεῖσαν ἐν Παροπαμισάδαις. H.

q. Syndraci) Horum regionem vltimum fuisse ea parte expeditionum Alexandri terminum, Plinius auctor est, L. XII. s. 12. H.

r. Dangalae) Hi Paropamisadarum populi, Caucasi montis accolae fuere. Vide Not. et Em. N. LXXIV. (hic consp.) *Dangalae, Parapiani, Cantaces)* In MSS. *Mazi.* Quid si legendum, *Sangalae, Parapiani, Cathaei, Acinacae?* Nam Sangala oppidum, et Cathaeos, circa Acesinae fluuii fontes, montemque Caucasum, Arrianus agnoscit, de Exp. Alex. L. V. p. 357. Acinacas, in Bactris ad meridiem, iuxta Paropamisum, Ptol. L. VI. c. 11. H.

ci. Ad Caucasum Cadrusi: oppidum ab Alexandro *s.* conditum. Infra haec [1] omnia, ora ab Indo: Ariana regio *t.* ambusta feruoribus, desertisque circumdata, multa tamen intersusa opacitate: cultores congregat circa duos maxime fluuios, [2] Tonderon et

1. *Omnia. A rabido Ariana. M. Omnia ora Arabindo, Ariana. V. infra haec omnia ora ab Indo Ariana regio, etc. Ch.* 2. *Tomberon. Ch.*

s. Oppidum ab Alexandro.) Haec Alexandria Paropamisadarum est, de qua dicemus, in Not. et Em. N. LXXIII. (Vide p. 653. lit. k.) Cadrusi gentis nomen est: Alexandria, oppidi. Distinctio male posita fefellit Solinum, qui c. 54. p. 85. Cadrusiam oppidi nomen commentus est. H.

t. Infra haec omnia ora ab Indo, Ariana regio.) Verbum, *ora*, superfluit ex vtroque exemplari. Reliqua scribenda sunt hac interpunctione, *Ab Indo Ariana regio.* Nam repetere memoria diximus quae supra a Plinio dicta sunt capite xx. et xxi. *Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisadas, vltimo fine Cophete fluuio, quae omnia Ariorum esse aliis placet.* Haec Plinius. Strabo quoque volumine xv. de Eratosthene loquens, sic ait: *Dicit ergo Arianam ab oriente Indo terminari, ab austro mari magno.* Et alio loco eiusdem libri: *Post Indiam est Ariana, prima regionis pars, quae post Indum Persis obtemperat.* Pint. *Infra haec, etc.)* Lege: *Infra haec omnis ad ora Indi Ariana regio.* Salm.

Infra haec omnia) Infra Capissenen, Arachosiam, Paropamisadas, et Gedrosos, ab Indo amne ora australi mari praetenta subiacet: atque inde incipit Ariana regio. Sic Eratosthenes apud Strab. L. XV. p. 723. Arianam ab oriente, Indo: ab austro, mari claudi ac terminari ait. Mela Pomp. L. III. c. 7. vbi de Indi ostiis egit: *Regio ob aestus intolerabilis, alicubi cultoribus egens, inde ad principia Rubri maris pertinet. Ipsa inuia atque deserta, humus cineri magis fit quam pulueri similis. Ideoque per eam rara et non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem, et Arusacem notissima accepimus.* H.

et Arosapen. *u.* Oppidum [1] Artacoana. *x.* Arius amnis *y.*, qui praefluit Alexandriam *z.* ab Alexandro conditam. Patet oppidum stad. XXX. *a.* multoque pulcrius, sicut antiquius, [2] Artacabane *b.*, iterum ab Antiocho munitum, stad. L. [3] Dorisci gens. *c.* Amnes:

1. *Articanda.* *Ptol.* *Artacanna* *Gr.* 2. *Artacabene.* *Ch.* 3. *Dorisdorisii.* *Ch.*

u. Tonderon, et Arosapen) In mediterraneum mare hi deuoluuntur, Indicum appellatum. Tuberonem et Arusacem Mela vocat, vt diximus. Qui Oroatim pro *Arusacem* substituere Salmasius tentauit, merito vapulauit a Vossio in Melam, p. 282. H.

x. Artacoana) Ita MSS. omnes. Arianae oppida recensendi capit initium ab iis, quae septemtrioni Parthiaeque propiora sunt. In his Artacoana familiam ducit, quae Ἀρκτακάνα Straboni dicitur, L. XI. p. 516. Ἀρτακόανα Arriano, de Exp. Alex. L. III. p. 222. qui regiam hanc Ariorum fuisse prodit. H.

y. Arius amnis) Ἄρειος, ὅτε ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐςί, a quo Ariorum regio appellationem accepit, inquit Arrianus, de Exp. Alex. L. IV. p. 253. Ἀρεῖαι ποταμὸς, Ptol. L. VI. c. 17. Amnis Ἄριας Straboni, L. XI. p. 518. regio ipsa Ἀρία, L. XV. p. 724. et Ptolemaeo. Hodie *Chorasan.* H.

z. Praefluit Alexandriam) Haec Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρείοις cognominata a solo in quo condita, Isidoro Char. p. 188. Ptol. l. c. aliisque. H.

a. Stad. XXX.) Siue millia passuum fere quaterna. Hanc oppidi huius amplitudinem ad Alexandriam, quae sub Caucaso fuit, perperam transtulit Solinus, c. 54. p. 85. H.

b. Artacabane) Isidorus Char. in Σταθμοῖς, p. 188. Ariae oppida enumerans: ἐντεῦθεν, inquit, Ἄρεια. — ἔνθα Κανθάκη πόλις, καὶ Ἀρτακάναν πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρείοις. Haec Ptolemaei, L. VI. c. 17. Ἀρτικαῦδνα in Aria est. H.

c. Dorisci gens) In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Paris. *Dori gens.* Huius gentis situm, amniumque qui mox appellantur, ex ipsa orationis serie colligere in promtu est, in Ariae, Carmaniae, Drangianaeque confinio, versus occasum, Parthiamque. Haec omnia Ortelius perperam

Amnes: Pharnacotis, Ophradus. [1] Prophthasia *d.* oppidum [2] Zariasparum: Drangae *e.*, [3] Euergetae *f.* Zarangae *g.*, Gedrusi. *h.* Oppida: [4] Peucolais *i.*, Lym-

1. *Phroptrasia oppidum Zaraspadum*, *etc. Ch.* 2. *Zarasparum Gr. et Al.* 3. *Argetae Gr. et vulgg.* 4. *Peucolis, Lyphorta, Metorgum. Ch.*

ram ad Indum transfert. H.

d. Prophthasia) Superius §. 21. Prophthasia Drangarum appellata: et ab Eratosthene, vt diximus, Προφθασία ἡ ἐν Δράγγῃ. Fuit igitur id oppidum in Drangis, de quibus statim agitur: sed idem a Zariaspis colonis eo deductis conditum. Sic §. 12. oppidum Mastya Milesiorum dicitur, hoc est, a Milesiis conditum. Sunt autem Zariaspae iidem qui Bactrorum primarii oppidi ciues, vt diximus, §. 17. et 18. H.

e. Drangae) Steph. Δράγγαι ἔθνος Περσικῆς. Meminit et Strabo, L. XI. p. 516. vbi Drangianam, qua parte contingit Carmaniam, Ariae partem facit. H.

f. Euergetae) Εὐεργέται. Vide Not. et Em. N. LXXV. (hic pos.) *Euergetae*) Hactenus *Argetae* libri omnes editi praetulerunt. Nos ex Strabone *Euergetae* maluimus. Is enim, L. XV. p. 724. e Drangis, inquit, Alexander M. venit in Euergetas, quibus id nomen Cyrus indidit: εἶτ' ἐκ Δραγγῶν ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας ἧκεν, οὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε, quod ab iis beneficio esset affectus, vt Arrianus refert, L. III. de Exp. Alex. p. 228. vbi et Agriaspas prius vocatos tradit. Vide et Iustin. L. XII. c. 5. H.

g. Zarangae.) Ζαραγγαῖοι Arriano, de Exp. Alex. L. III. p. 223. Pars Drangarum aliqua fuit: quamobrem quae de Zarangaeis Arrianus prodidit, haec de Drangis Strabo, Curtius, aliique. Respondere horum regio videtur ei tractui Persicae ditionis, quem nunc *Sigistan* vocant. H.

h. Gedrusi) Qui et Gedrosi, Γεδρωσοί, de quibus paulo superius actum est. Inter Carmaniam, ab occasu: et Indi fauces, ab ortu: a meridie, mari ipsi Indico clauduntur. H.

i. Peucolais, Lymphorta) R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Peucolis, Lyphorta.* Fuere haec Gedrusorum oppida. Longo hinc interuallo disiuncti Peucolaitae, de quibus egimus sect. 23. H.

Lymphorta: Methoricorum desertum. *k.* Amnis Manais: [1] Augutturi gens. *l.* Flumen [2] Borru *m.*: gens [3] Vrbii. Flumen [4] nauigabile [5] Pomanus Pandarum finibus. *n.* Item [6] Cabirus Suarorum *o.*, ostio portuosus. Oppidum Condigramma. Flumen Cophes. *p.* Influunt in eum nauigabilia [7] Sadarus, Parospus, [8] Sodinus. Arianae partem esse Dari-

1. *Accutri. Ch.* 2. *Eorum. Ch.* 3. *Orbi. Ch.* 4. *Nauigabili Romanospandorum. V. quoque et M. Pandorum. supra tamen cap.* 20. *Gens Pandae.* 5. *Portamus Al. Ponamus Gr.* 6. *Sic et Ch. Cabyrus. M. et V. Caberon Sorarum. Gr. et Al.* 7. *Saddaros. Ch.* 8. *Sodanus. Ch.*

k. Methoricorum desertum) In codd. modo laudatis, *Methoreum deserta*, legitur. *Le desert de Lut*, in Gedrosia. H.

l. Augutturi gens.) R. 1. 2. Colb. 1. 2. *Aguthri.* Chiffl. *Accutri.* H.

m. Flumen Borru) R. 1. 2. *Flumen Horum.* Chiffl. *Eorum.* H.

n. Pandarum finibus.) Igitur gens Pandae, de qua dictum est f. 23. etiam citra Indi ostia aliquanto terrarum tractu protulit imperii fines. H.

o. Cabirus Suarorum.) Rectius ita codd. modo appellati, quam libri impressi. *Caberon Sorarum:* sequitur enim, *ostio portuosus*, non portuosum. H.

p. Flumen Cophes) Longe hic amnis diuersus a Cophene siue Cophete, de quo f. 23. qui Ptolemaeo Suastus nominatur, in Indumque influit. Hic per se in mare deuoluitur, tres alios nauigabiles secum afferens, Seddarum, Parospum, Sodinum: sic enim ea nomina in codd. citatis proxime leguntur. Atque ex ipso situ terrarum, quae describuntur a Plinio (nam in Gedrosiae ora maritima explananda habitat:) perspicua res est, amnem eum esse qui Ptolemaeo, L. VI. c. 21. Ἀράβιος ποταμὸς dicitur. Plinio ipsi L. IX. f. 2. Arbis est: *Gedrosos*, inquit, *qui Arbin amnem accolunt.* Et L. VII. f. 2. *Oritas ab Indis Arbis fluuius disterminat.* Tabulae Geographicae recens delineatae *Ilment* appellari hodie hunc amnem indicant, in Indicum mare secum tres alios nauigabiles deuehentem, *Sal, Ghir, Ilmentel.* H.

[1]Daritin *q.* aliqui volunt, mensuramque produnt vtriusque [2] longitudine [3] XIX. L. *r.* latitudine dimidio minore, quam Indiae. *s.* Alii [4] Gedrusos, et Pasires [5] posuere *t.* per [6] CLXXXIII. mill. pass. Mox

1. *Daranthim.* 2. *Longitudinem* XVIII. L. *Latitudinem dimidia minorem.* Ch. *Vet. quoque eumdem numerum agnoscunt.* 3. XIX. L. *mill. pass. Alii,* Gr. et Al. 4. *Gedrusos et Scyros* Gr. et Al. 5. *Sirpos.* 6. CXXXVIII. Ch.

q. Daritin) Quae Ptolemaeo Δαρεῖτις χῶρα, L. VI. c. 2. in Mediae parte orientali, quae Carmaniae confinis est. H.

r. XIX. L.) Hoc est, decies et nouies centena, et quinquagena millia passuum. Stadia numerat fere bis mille Strabo, L. XI. p. 516. hoc est, vicies et quinquies centena millia pass. Libri editi hactenus XIX. L. *mill. pass.* nulli fere vsquam MSS. habent. H.

s. Quam Indiae) Cuius de latitudine diximus §. 21. H.

t. Alii Gedrusos et Scyros posuere, etc.) Vett. lib. ita legunt hunc locum: *Alii Gedrosos et Scyros* (An *Oros*) *posuere per* CXXXIV. *p. Mox Ichthyophagos Oritas propria non Indorum lingua loquentes per* CC. *Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus viuere. Inde posuere Arbiorum gentem per* CC. *p. vltra, dein Carmania ac Persis et Arabia.* Vide *Salmas.* p. 1176. a.

Et Pasires.) Πασιρέες. Vide Not. et Em. N. LXXVI. (hic adi.) *Et Pasires posuere)* Libri hactenus editi, *Alii Gedrusos et Scyros posuere*, R. I. Colb. 1. 2. *Et Syros posuere.* Salm. in Sol. p. 1176. *Oros* reponit, plane contra scriptoris mentem. Nam cum iidem Ori et Oritae sint, vltro et ipso fatente Salmasio: Oritae autem hos sequantur, quorum nunc nomen quaeritur, Oros eos esse, probari nulla ratione potest. *Pasires* vero pro *Syros* rescribi potius oportere censuimus, secuti Arrianum, qui in Indicis, p. 558. et 559. hanc ipsam oram describens, atque ab occasu Solis exorsus, contrario quam Plinius ordine, primum Arabiorum gentem, mox Oritas, tum Gedrosos, in mediterraneo locat: infra hos deinde in ora Ichthyophagos, hisque vicinos Πασιρέας. Quin Plin. ipse sect. sq. Pasiras Ichthyophagis finitimos facit. H.

Mox Ichthyophagos *u.* Oritas *x.*, propria non Indorum lingua loquentes, [1] per cc. mill. paſſ. Inde poſuere Arbiorum gentem *y.* per cc. M. *z.* Ichthyophagos omnes *a.* Alexander vetuit piſcibus viuere. Vltra deſerta *b.*: deinde Carmania, ac Perſis, atque Arabia.

XXVI. Sed priuſquam haec generatim perſequamur, indicare conuenit, quae prodit Oneſicritus, claſſe Alexandri [2] circumuectus in mediterranea Perſidis

Tt 2

1. *Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piſcibus viuere. Deinde poſuere Arabiorum gentem per* cc. *p. vltra deſerta, dein Carmania, etc. Ch.* 2. *circumuectus meridiana Perſidis. Pint.*

u. Ichthyophagos Oritas) Infra Gedroſos maritima hi loca obtinebant, teſte Arriano in Indicis, p. 559. Ὠρεῖται ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον, liberae conditionis gens Indica, Stephano. Ab Oreo Euboeae oppido Ὠρεῖται. Hi Ὠρεῖται ab Ὤροις oppido, de quo Arrian. de Exp. Alex. L. IV. p. 304. Hos ab Indis differre lingua et inſtitutis ſcribit etiam Arrian. p. 558. H.

x. Oritas.) Illos defunctorum cadauera voranda feris obiicere ſcribit Rhod. cap. 23. VI. quemadmodum et Gedruſos inhoſpitales ac ſaeuos, vngues nunquam praecidere: cetaceis ali, quorum coſtis trabium vice domos contignant, ſquamis vero tegularum loco contegunt. *Dal.*

y. Arbiorum gentem) Ἀρβίας vocat Strabo, L. XV. p. 720. Ἀραβῖτας Steph. Ab Arabi ſiue Arbi amne, terras illas praefluente, nomen inuenerunt. De eo dicemus, ſ. 28. H.

z. Per CC. mill. paſſ.) Breuius iis ſpatium Strabo aſſignat, nempe ſtadiorum mille dumtaxat: quae paſſuum efficiunt millia CXXV. H.

a. Ichthyophagos omnes) Non Oritas modo, ſed qui totam oram occupabant, tam longo tractu, quemadmodum dicetur ſect. ſq. vt XXX. dierum ſpatio praeternauigarentur. Habet haec quoque Solinus, c. 54. p. 85. et Capella, de India L. VI. p. 225. De piſcium eſu apud Ichthyophagos dicemus libro ſequente, ſ. 2. Plura videre eſt apud Arrianum in Indicis, p. 565. et 566. H.

b. Vltra deſerta) Solinus, l. c. H.

ſidis [1] ex India, narrata proxime a Iuba: dein eam nauigationem, quae his annis comperta ſeruatur hodie. Oneſicriti et Nearchi *bb.* nauigatio nec nomina habet manſionum, nec ſpatia: primumque Xylenepolis ab Alexandro condita, vnde ceperunt exordium, iuxta quod flumen, aut vbi fuerit, non ſatis explanatur. Haec tamen digna memoratu [2] produntur. Arbis oppidum *c.* a Nearcho conditum in nauigatione ea. Flumen Nabrum *d.* nauium capax: contra inſulam diſtans LXX. ſtad. Alexandria condita a Leonnato *e.* iuſſu Alexandri in finibus gentis, Argenûs [3] portu ſalubri. *f.* Flumen [4] Tuberum

1. *Et Idinae. V.* 2. *produntur. Abies oppidum. Ch. produntur ab eis. Oppidum Gr. et Al.* 3. *portus ſalubris. Ch.* 4. *Tomberon. Ch.*

bb. Nearchi) Confer Arriani librum rerum Indicarum, circa medium, et hominis mirare in mendaciis confingendis audaciam. H.

c. Arbis oppidum) Vide Not. et Em. N. LXXVII. (hic adi.) *Arbis oppidum)* Hoc loco neque MSS. codd. neque impreſſi, integri omnino illibatique ſunt. Impreſſi quidem ſic habent: *Haec tamen digna memoratu produntur ab eis: oppidum a Nearcho conditum in nauigatione ea.* MS. Chiffl. *Abies oppidum.* R. 1. *Abbis oppidum.* Nos verum oppidi nomen ex his veteris ſcripturae veſtigiis expreſſimus, *Arbis oppidum.* Ἄρβις πόλις eſt Ptolemaeo, L. VI. c. 21. in Gedroſia maritima. H.

d. Flumen Nabrum) Vltra Gedroſiae fines, prope Indi oſtia. H.

e. A Leonnato) Graecis Λεοννάτος dicitur. De eo rurſum, L. XXXV. ſ. 47. Curtius, L. IX. c. 32. p. 383. *Indos maritimos Ptolemaeus,* inquit, *ceteros ipſe rex* (Alexander) *et alia parte Leonnatus vrebant. In hac quoque regione vrbem condidit, deductique ſunt in eam Arachoſii.* Caue tamen credas hanc eſſe, quae Stephano, Ἀλεξάνδρεια παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις dicitur: quaenam ea ſit, docuimus ſuperiore ſect.: docet et Ammianus, L. XXIII. p. 259. H.

f. Argenûs portu ſalubri) Voce hac *Argenûs,* non gentis, ſed portus nomen continetur

berum nauigabile *g.*, [1]circa quod Pasirae. *h.* Deinde Ichthyophagi *i.* tam longo tractu, vt [2]*xx.* dierum spatio praenauigauerint. Insula, quae Solis appellatur *k.*, et eadem cubile Nympharum *l.*, rubens,

Tt 3 in

1. *Sic quoque M. et V. quad circa Parirae Gr. et Al.*
2. *xxx. Ch. Eorum praeternauigatio et ora est* XII. *M.* CCCCL. *stadiorum Strabo.*

netur, vbi condita Alexandria, quod tutus ibi foret nauium receptus. Gentis, cuius in finibus is fuit, Indorum maritimorum nomen, vt ex Curtio diximus. Portus ipsius, aut certe loci maxime finitimi, Βαγίσαρα, teste Arriano in Indicis, p. 559. a pago Parsiris appellato, de quo mox, stadiis LX. Καταίρουσιν ἐς Βαγίσαρα. λιμὴν τε ἐςὶν αὐτόθι εὔορμος, καὶ κώμη Πασιρὰ, ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης ἑξήκοντα ςαδίους. Ariolantur, qui *in finibus gentis Arianae* legunt, inuitis codd. H.

g. Flumen Tuberum nauigabile, etc.) Lege: *Flumen Tuberum nauigabile, circa quod Pasirae.* an *Tomerum* pro *Tuberum?* Vide *Salmas.* p. 1176. b.

Flumen Tuberum) In R. 1. Colb. 1. 2. *Tormenum.* In R. 2. et Chiffl. *Tomberon.* Illud ipsum flumen est, quod sect. sup. Tongeron Plinius, Mela Tuberonem vocauit. Τόμηρος Arriano dicitur in Indicis, p. 556. inter Indum et Arabim, seu Arbim amnem. H.

h. Circa quod Pasirae) Πασιρέες, de quibus in fine sup. sect. Pliniani libri hactenus *Parirae* praetulerunt, mendose. H.

i. Deinde Ichthyophagi) A Tuberone amne; ad fauces vsque fere Persici sinus, tota Carmaniae et Oritarum ora comprehensa. H.

k. Insula quae Solis appellatur) Huius insulae mentionem facit apud Strabonem lib. XV. Nearchus, et contra sparsam famam quod in ea insula προσορμισθέντες ἀφανίζονται, fabulosum id esse tradit experimento suo. Meminit et Curtius circa finem X. his verbis: *Adiiciebam nauigia, quae lixas mercatoresque vexissent, famam auri secutis gubernatoribus, in insulam esse transmissa, nec deinde ab his postea visa.* Meminit Solinus cap. 67. Martianus Animalia vi feruoris in ea perire tradit. *Dalecamp.*

Insula, quae Solis) Haec Soli sacra insula, quam proprio nomine Νόσαλα appellatam esse auctor est Arrianus

in qua nullum non animal absumitur, incertis causis. *ll.* Ori gens *m.*: flumen Carmaniae Hytanis *n.* portuosum, et auro fertile. Ab eo primum *o.* Septemtriones apparuisse adnotauere. Arcturum *p.* nec omnibus cerni noctibus, nec totis vmquam. Achaemenidas *q.* vsque illo tenuisse. Aeris et ferri *r.*

nus in Indicis, p. 569. contra Ichthyophagorum litus, stadiis centum a continente. H.

l. Cubile Nympharum) Oceanitidum. Nereidum vnam hic habitasse scribit Arrianus in Indicis, p. 570. quicumque eo appulissent solitam in mare proiicere. H.

ll. Incertis causis) Caussam Mela suggerit, L. III. c. 7. p. 59. *Contra Indi ostia*, inquit, *illa sunt quae vocant Solis*, (alii *insula quae vocatur Solis*,) *adeo inhabitabilia, vt ingressos vis circumfusi aeris exanimet confestim.* H.

m. Ori gens.) Inuenere hi nomen ab Ὄρα Carmaniae oppido, cuius Ptol. meminit, L. VI. c. 8. non ab Ὧρα cuius mentio apud Arrian. Exp. L. IV. p. 305. vt putat Salmas. in Sol. p. 1176. Hi enim circa fontes Indi positi, ingenti plane a Carmania terrarum intercapedine disiuncti Ὧροὶ fuerunt: quos Plinius h. l. commemorat, ipsius Carmaniae pars haud aspernanda: Ab Oritis, quorum superius mentio, et nomine et situ diuersa, vt ex Arriano colligitur, Exp. Alex. L. VII. p. 450. vbi Ὄροις pro Ὥροις scribendum. H.

n. Hytanis) Martiano, L. VI. c. de India p. 225. *Hypanis.* Solino, c. 54. p. 85. (vnde id acceperit, nescio,) *Azarium* vocatur. Forte est Ἀχιδάνας Ptolemaei in Carmania, L. VI. c. 16. vel Ἀνδανὶς. Meminit huius amnis Strabo, L. XV. p. 726. in Carmania, traditque ex Onesicrito, auri eum ramenta ferre. H.

o. Ab eo primum) Solinus, et Capella, ll. cc. Nebulosi forte vapores septemtrionalis poli aspectum vlterius praeripiunt. H.

p. Arcturum) Stella est primae magnitudinis inter Bootae genua, prope circulum Cancri. H.

q. Achaemenidas) Solinus, l. c. Ab Achaemene, quo gentis suae principe Darius Hystaspae filius gloriabatur, ab illo septimus; et a quo ceteri ad Darium vsque Achaemenidae sunt appellati. Herod. L. VII. Polymn. N. 11. H.

ri *r.* metalla, et arſenici, et minii exerceri. Inde promontorium *s.* Carmaniae eſt, ex quo in aduerſa ora ad gentem Arabiae Macas traiectus diſtat L. M. paſſ. Inſulae tres, quarum [1] Oracla *t.* tantum habitatur aquoſa, a continenti xxv. mill. paſſ. Inſulae iv. [2]iam in ſinu *u.* ante Perſida. Circa has *x.* hydri marini vicenûm cubitorum adnatantes terruere claſſem. Inſula, [3] Acrotadus *y.*: item Gauratae, in

Tt 4 qui-

1. *Sic et Ch. Ogyris. V. Organa Gr. et Al.* 2. *intimo ſinu. V.* 3. *Athithadrus. Ch.*

r. Aeris et ferri, etc.) Strabo, L. XV. p. 726. H.

s. Inde promontorium) Haec iiſdem verbis Solin. l. c. Ἁρμόζον Harmozon ei promontorio nomen fuiſſe Strabo ait ex Eratoſthene, L. XVI. p. 765. Ἁρμόζοντος τοῦ τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις. Ammian. L. XXIII. p. 249. *Perſici maris oſtia adeo eſſe perhibentur anguſta, vt ex Harmozonte Carmaniae promontorio contra oppoſitum aliud promontorium, quod appellant incolae* ἐν Μάκαις, *ſine impedimento cernatur.* Hodie, *le Cap de Jâques.* H.

t. Quarum Oracla) Hodie *Ormuz.* Vide Not. et Em. N. LXXVIII. (hic poſ.) *Quarum Oracla) Organa* in libris omnibus impreſſis legitur. In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Oracla.* Salmaſius, p. 1182. *Oaracta* reſcribit ex Arriano in Indicis, p. 179. Verum Graeci ſcriptoris Ὀάρακτα ab hac quae modo deſcribitur, non voce magis, quam ſitu differre, eſſeque Ogyrin, de qua ſ. 32. ex iis quae eo loci diximus, perſpicuum eſt, Ὀργάνα ibidem inſula Arriano memoratur quidem, ſed inculta illa atque deſerta, neque in hoc, quem Plinius deſcribit, maris Rubri ſinu poſita. H.

u. Iam in ſinu) In ipſo ſinu Perſico, vltra freti anguſtias. H.

x. Circa has) Vide Not. et Em. N. LXXIX. (hic poſ.) *Circa has hydri)* Martianus Capella, L. VI. c. de India, p. 225. quatuor has inſulas praetermiſit, ac circa tres priores marinos reperiri hydros prodidit: quod falſum eſt. Capellae tamen errorem toto ore bibit Solin. c. 54. p. 85. H.

y. Inſula Acrotadus) Vide N. et Em. N. LXXX. (hic coll.) *Inſula)* Ita libri editi. At MSS. R. 1. 2. etc. *Athothadrus.* Chiffl.

quibus [1] Chiani gens. Flumen Hyperis z. in medio ſinu Perſico, onerariarum nauium capax. Flumen [2] Sitiogagus a., quo Paſargadas b. ſeptimo die nauigatur. Flumen nauigabile [3] Heratemis c.: inſula ſine nomine. Flumen [4] Granis d. modicarum nauium capax, per Suſianen fluit: dextra eius e. accolunt Deximontani f., qui bitumen perficiunt. Flumen

1. *Cyani.* *Ch.* 2. *Sitioganus.* *Ch.* 3. *Phryſtimus.* *Ch.* *Phirſtimus* *Gr.* *et* *Al.* 4. *Granius* *Gr.* *et* *Al.*

Chiffl. *Athitadrus.* Forte *Caicandrus*, Καικανδρός. H.

z. *Flumen Hyperis*) Cum ſit amnis ille onerariarum nauium capax, non poteſt is eſſe qui Ἀρεὼν ab Arriano vocatur in Indicis, p. 583. vt Salmaſius exiſtimat, p. 1181. in Solin. cum is dicatur minime portuoſus, aditu faucium anguſto maxime, et vadoſo. H.

a. *Flumen Sitiogagus.*) In MSS. *Sitiogadus*, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. Σιτακὸς eſt Arriano in Indic. p. 583. H.

b. *Paſargadas*) Steph., Πασαργάδαι πόλις. Eam vocem ipſe interpretatur, Περσῶν στρατόπεδον, *Perſarum caſtra*, Perſagadum Curtius vocat, L. V. De ea rurſum inferius ſ. 29. Hodie, vt creditur, *Schiraz*. H.

c. *Heratemis*) Vide Not. et Em. N. LXXXI. (hic adi.) *Heratemis*) Sic emendauimus, cum libri omnes editi exhiberent *Phirſtimus*. MSS. *Phryſtimus*. At certior auctor Arrianus, in Indicis, p. 583. ſtadiis DCCL. a Sitaci oſtiis amnem memorat, cui nomen Ἡράτεμις. Phirſtimum igitur ex amnium numero expungat Ortelius. H.

d. *Flumen Granis*) Γρανίδα quoque appellat Arrianus in Indic. p. 584. H.

e. *Dextra eius*) Quae ortui et auſtro propiora. H.

f. *Deximontani*) Legend. pro *Deximontani*, *dextram eius accolunt Vxii montani*. Salmaſ. p. 1181. a.

Deximontani) Vid. Not. et Em. N. LXXXII. (hic poſ.) *Dexim.*) Ita libri omnes. Salmaſ. tamen infectam menda hanc vocem putat, p. 1181. in Sol. legitque, *Vxii montani*. Placet coniecturae eius momentum addere ex Arriano, in Indicis, Vxios Οὐξίους gentem liberam in Suſiis agnoſcente ad Ἄροσιν amnem, quem Oroatim eſſe diximus. Strabonem quoque iuuat adiungere, L. XV. p. 729. qui Vxios Oroatidi confines eſſe pro-

Flumen [1] Zarotis *g.* ostio difficili, nisi peritis: insulae II. paruae: inde vadosa *h.* nauigatio palustri similis, per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium Euphratis. Lacus, quem faciunt Eulaeus *i.* et Tigris iuxta [2] Characem. Inde Tigri Susa. *k.* Festos dies *l.* ibi agentem Alexandrum inuenerunt septimo mense, postquam digressus ab iis fuerat Patalis *ll.*, tertio nauigationis. Sic Alexandri classis na-

Tt 5 viga-

1. *Sic quoque Ch. Oroatis, Gr. et Al.* 2. *Cariacen. V.*

prodidit, qui amnis Susianam a Perside disterminat. At non idem me sibi suffragatorem habebit, cum flumen Zarotin, de quo mox Plinius, (sic enim legendum ex MSS. codd. Salmasius ipse agnouit, non *Oroatis*) idem esse existimauit cum Arosi Arriani, et Oroati, de quo Plin. s. 28. Zarotis enim nouissimus est amnium eorum qui in Persicum sinum delabuntur, in finibus Susianae, Euphratis ostio proximus: Oroatis ibi in eumdem sinum influit, vnde Susiana incipit, a Perside eo amne discreta. H.

g. Flumen Zarotis) Vide Not. et Em. N. cit. H. (Not. s. p. 664.)

h. Inde vadosa) Arrian. in Indic. p. 585. H.

i. Eulaeus) De Eulaeo amne, et Charace oppido dicetur opportunius s. 31. De lacu quem Tigris et Eulaeus et Choaspes efficiunt, v. Strab. L. XV. p. 728. H.

k. Inde Tigri Susa.) Τὰ Σοῦσα, Persarum regia. Ab ostio Tigris ad oppidum Susa nauigatio fuit, aduerso amne stadiis centum et quinquaginta: deinde rate, per fossam e Tigri in Eulaeum amnem ducta, vt docet Arrian. Exp. Alex. L. VII. p. 453. Strabo, l. c. p. 729. H.

l. Festos dies) Et suas, et amicorum nuptias. Arrian. l. c. p. 447. H.

ll. Patalis.) Patale nunc regnum Cambaiae: veteri lingua Indorum hoc significat insulam triangularem, qualis est Cambaia. Patalem adhuc Indi vocant, nunc Patam, nunc Diu Patam, oppidum populosissimum et mercatura celeberrimum. *Dalecamp.*

Patalis) Ab insula Patale, de qua diximus, s. 23. H.

vigauit. Poſtea a Syagro *m.* Arabiae promontorio Patalen Fauonio, quem [1] Hippalum *n.* ibi vocant, peti certiſſimum videbatur [2] XIIII. XXXII. *o.* mill. paſſuum aeſtimatione. [3] Secuta aetas propiorem curſum tutioremque indicauit, ſi ab eodem promontorio [4] Zigerum portum Indiae peteret. *p.* Diuque ita nauigatum eſt, donec compendia inuenit mercator, lucroque India admota eſt. Quippe omnibus annis nauigatur, ſagittariorum cohortibus impoſitis: etenim piratae maxime [5] infeſtant. Nec pigebit totum curſum ab Aegypto exponere, nunc primum certa notitia [6] pateſcente. [7] Digna res *q.*, nullo

1. *Hypilum.* Ch. *Hypalum* Gr. 2. XIV. XXXV. *p.* Ch. 3. *Secuta veritas.* M. *Secura vero actas propiorem curſum tutioremque.* V. 4. *Sigerum portum Indiae.* Ch. *Zigerum amnem portum Indiae* Gr. et Al. 5. *Ita ex MSS. em. Hard. infeſtabant* Gr. et Al. 6. *Pateſcentem.* V. 7. *Lego, digna admiratione res.*

m. Syagro) Syagrus, *Sfacalath.* Dal.

A Syagro) De quo diximus, ſ. 32. H.

n. Hippalum) Ab Hippalo quodam claſſis gubernatore, qui primus ex Arabia in Indiam plenis velis ingreſſus. Tamen auctor Peripli maris Erythraei, non Fauonium, ſed Libonotum, ſic appellatum ſcribit. H.

o. XIIII. XXXII.) Hoc eſt, decies et ter centenûm, ac tricenûm trium milliarium. H.

p. Si ab eodem promontorio Zizerum amnem portum Indiae peteret.) Superfluit dictio, *amnem*, ex vetere lectione. Porro hunc portum videtur paulo infra Plinius *Muzirum* appellare: Ptolemaeus VII. *Muzirin.* Pintian. *Zizerum amnem.*) Zizerus ad ciuitatem Anor, prope Calicut ad Inſulam quam vocant Amiadiua. *Dalec.*

Zigerum portum) Ita MSS. omnes. Editi abſurde, *Zizerum amnem portum.* H.

q. Digna res) Digna res, quae vberius explanetur, quandoquidem tantum in eo curſu impenſae, tantum lucri fiat. Lipſius legit, *indigna.* Non probo, reclamantibus libris. H.

[1] nullo anno minus H S. quingenties *r.* imperii nostri exhauriente India, et merces remittente, quae apud nos centuplicato veneant. MM. *s.* passuum ab Alexandria abest oppidum [2] Iuliopolis. *t.* Inde nauigant Nilo Coptum *u.* [3] CCCIII. mill. passuum, qui cursus Etesiis flantibus peragitur XII. diebus. A Copto camelis itur, aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur [4] Hydreum *x.*, [5] XXXII. mill. Secunda in monte, diei itinere. Tertia in altero Hydreumate, a Copto XCV. mill. Deinde in monte.

1. *Nullo anno minus hic.* DL. *imperii. nostri exhauriente India. Ch. Nullo anno minus hic quingentesimis imperii, etc. V. et M.* 2. *Heliopolis. V.* 3. CCCVIII. *Ch.* 4. *Sic et V. et M. vt et in seq. Hydreuma, Gr. et Al.* 5. XXII. *Ch.*

r. HS. quingenties) Ea summa efficit duodecies centena millia coronatorum. Infra lib. XII. cap. 18. *Minima*, inquit, *computatione millies centena millia sestertium annis omnibus India et Seres, pininsula illa* (Arabia) *imperio nostro adimunt, etc.* Dal.

HS. quingenties) Hoc est, sestertium quingenties centena millia monetae Gallicae, librae sunt 5000000. H.

s. Duo millia etc.) Describit hoc iter et Solin. c. 54. p. 85. non adnotatis tamen locorum interuallis. H.

t. Iuliopolis) Vide Not. et Em. N. LXXXIII. (hic appos.) *Iuliopolis.*) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. ceterique MSS. omnes, librique impressi ante Hermolaum, qui Heliopolim libentius se agniturum praedicat. At distat Heliopolis Alexandria sexcentis amplius passuum millibus: Iuliopolis duobus. Nam quod in MSS. omnibus legitur *MM. pass.* non mille millia, vt Barbarus putat, sed duo millia his numerorum compendiis exprimuntur. H.

u. Coptum.) Coptus, nunc *Cana*, distat a Cairo 400000. millibus. Dal.

x. Hydreum) Ita libri omnes MSS. Editi *Hydreuma*, minus recte. Est enim ὑδρεῖον locus aquationis: ὕδρευμα ipsa aquatio. Vide Strabonem, L. XV. p. 722. πόῤῥω δὲ τῶν ὑδρείων ἐστρατοπεδεύοντο, etc. H.

monte. Mox ad Hydreum Apollinis, a Copto CLXXXIV. mill. pass. Rursus in monte. Mox ad nouum Hydreum *y*. a Copto [1] CCXXXIII. mill. pass. Est et aliud Hydreum vetus, Troglodyticum nominatur, vbi praesidium excubat diuerticulo duûm millium. Distat a nouo Hydreumate [2] IV. mill. passuum. Inde Berenice oppidum *yy*., vbi portus Rubri maris, a Copto [3] CCLVIII. mill. *z*. pass. Sed quia maior pars itineris [4] conficitur noctibus propter aestus, et statiuis dies absumuntur, totum a Copto Berenicen iter duodecimo conficitur [5] die. Nauigare incipiunt *a*. aestate media ante Canis ortum, aut ab exortu protinus: veniuntque circiter XXX. die Ocelim Arabiae *b*., aut

1. CXXX. *Ch.* 2. VII. *Ch.* 3. CCLVII. *Ch.* 4. *consit. Ch.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Vet. Duodecimo die peragitur Gr. et Al.*

y. Ad nouum Hydreum) Ita libri omnes, vt ante monuimus. Tamen Antonini itinerarium, *Cacnon Hydreuma*, h. e. καινὸν ὕδρευμα. Tabula Peutingeri, *Ceonnidroma*, pro *Cacnon Hydreuma*. H.

yy. Berenice oppidum.) Nunc *Sues*. Dal.

z. CCLVIII. mill.) Antonin. in Itiner. *Item a Copto Berenicem, M. P. CCLVIII.* H.

a. Nauigare incipiunt) Solin. c. 54. p. 86. Auctor Peripli maris Erythraei: Ἀνάγονται δὲ καὶ αὐτοὶ πλέοντες μετὰ τῶν Ἰνδικῶν περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Ἐπιφί. Iulio circiter mense nauigatio inchoatur. H.

b. Ocelim.) Nunc *Capo de Celi*, Gabinitorum Arabum portus c. 19. lib. XII. *Dalecamp.*

Ocelim Arabiae.) Ὄκηλις ἐμπόριον Arabiae Felicis, Ptol. L. VI. c. 7. in ipso sinu Arabico, paulo super freti angustias, vt auctor est praeterea Strabo, L. XVI. p. 769. Gebanitarum portus appellatur ab ipso Plinio, L. XII. s. 43. Gebanitas porro iuxta fauces Arabici sinus olim sedisse dicemus inferius, s. 32. Castellum est hodie *Alberda*: vti ex situ perspicuum est, quem Oceli tribuit auctor Peripli maris Erythraei, et Ptolemaeus, ll. cc. Acilae Strabo, l. c. H.

aut [1] Canen *c.* thuriferae regionis. Eſt et tertius portus, qui vocatur [2] Muza *d.*, quem Indica nauigatio non petit, nec niſi thuris odorumque Arabicorum mercatores. Intus [3] oppidum *e.*: regia eius appel-

1. Sic et Ch. Canan Gr. et Al. 2. Maza. Ch. 3. Sic ex MSS. em. Hard. oppidum regni. M. oppida regia eius vnum appellatur. V.

c. Canan.) Cana, nunc *Canocain.* Dal.

Aut Canen) Κάνη eidem Ptolemaeo, ἐμπόριον καὶ ἀκρωτήριον in Adramitis. In thurifera regione ab auctore Peripli maris Erythraei, pariter collocatur ἐμπόριόν ἐστι παραθαλάσσιον Κανὴ — — χώρας Ἐλεαζάνου τρόφου. Eſt autem Sabaeorum, quorum pars Atramitae, regio thurifera, vt dicetur ſ. 32. Arabico ſinui praetenta. H.

d. Muza.) Muza, nunc *Hali.* Dal.

Muza.) In extremo ſinu Arabico, a Berenice verſus auſtrum ſtadiis XII. millibus, ἐν κόλπῳ τῷ τελευταιοτάτῳ — — ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον παραθαλάσσιον Μοῦζα, inquit auctor Peripli maris Erythraei, σταδίους ἀπέχον τοὺς πάντας ἀπὸ Βερενίκης, παρ' αὐτὸν τὸν Νότον πλεόντων, ὡς εἰς μυρίους δισχιλίους. Sunt ea paſſuum millia quindecies centena. Amplum eſt hodieque oppidum, *Zibit:* vt ex ſitu colligimus, quem ei Ptolemaeus aſſignat, L. VI. c. 7. et Peripli auctor. Legitur Gen. X. 29. 30. *Omnes iſti, filii Iectan. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa, pergentibus vſque Sephar montem orientalem. Iſti filii Sem, etc.* In hunc locum error Bocharti tergeminus eſt. Primum quidem, quod ex מֵשָׁא, *Meſſa*, facit *Muza:* perinde quaſi שׁ mutari poſſit in Z, Latinum. Deinde quod Muzam putat ibi deſignari, de quo Plinius hoc loco agit; cum ſit hic portus Arabiae Felicis, haud procul ipſis ſinus Arabici faucibus. Denique quod *Sephar* putat eſſe *Saphar*, de quo Plinius etiam iſthic ſermonem habet; cum *Saphar* hic mons non ſit, ſed nomen regiae in oppido. *Meſſa* a מש *Mes*, filio Aram, filii Sem: a quo Aramaei, qui et Syri. Itaque Meſſa in Syria eſt, vt arbitramur, circa fontem Iordanis, ad orientem. H.

e. Intus oppidum) Supra Muzam in mediterraneo, duodecim fere dierum interuallo, oppidum eſt, eius terrae regia, *Saphar:* aliud-

que

appellatur Saphar, aliudque [1] Saue. Indos autem petentibus vtilissimum est ab Oceli egredi. Inde vento [2] Hippalo nauigant diebus quadraginta ad primum emporium Indiae [3] Muzirim *f.*, non expetendum propter vicinos Piratas *g.*, qui obtinent locum nomine [4] Nitrias *h.*: neque est abundans mercibus. Praeterea longe a terra abest nauium statio, lintribusque [5] afferuntur onera, et regeruntur. Regnabat ibi, cum proderem haec *i.*, Celebothras. *k.* Alius

1. *Sabe Gr.* 2. *Fauonio*, *alii Hapalo*, *molli*, *leni. Hypapalo Gr.* 3. *Muzirum. V. M.* 4. *Mitrias. Ch. Hydras Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. egeruntur. Ch. efferuntur onera, quae geruntur. Gr.*

que trium dierum dumtaxat spatio a Muza disiunctum, *Saue.* Auctor Peripli mox laudatus: Ὑπερκεῖται δὲ αὐτῆς (Μȣζα) ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν πόλις Σαυὴ, τῆς περὶ αὐτὴν ΜαΦαρτίδος λεγομένης χώρας — — καὶ μετ' ἄλλας ἐννέα ἡμέρας, ΑΦὰρ (lego ΣαΦὰρ, repetito σ ex vocula praecedente) μητρόπολις. Ptol. L. VI. c. 7. ΣαπΦὰρ. Hodie in Tabulis, *Saada.* H.

f. Muzirim.) Muziris nunc *Anor* supra Calicut. Dal.

Muzirim) Μȣζιρις auctori Peripli maris Erythraei. Ptol. L. VII. c. 1. Μȣζίρις pro Μȣζιρις. Creditur esse *Calecut*, in ora Malabarica. H.

g. Piratas) Proprium id gentis nomen est proxime laudatis auctoribus. Πειραταὶ, quorum videtur haud procul Goana Indiae meridionalis ora sedes fuisse. H.

h. Nomine Nitrias) Νιτρίαι Ἐμπόριον, Ptol. l. c. Vide Not. et Em. N. LXXXIV. (hic adi.) *Nomine Nitrias)* Libri hactenus editi, *nomine Hydras*, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Mydrias*, vel *Mitrias*. Nos *Nitrias*, ex Ptol. L. VII. c. 1. Νιτρίαι ἐμπόριον in Piratarum regione collocante, quorum vrbes alias, oppidaque commemorat. H.

i. Regnabat ibi, quum proderem haec Celebotras. etc.) Legend. *Regnabat ibi, quum proderem haec Cepobotras, vel Ceprobotas. Alius vtilior portus Neacridon qui vocatur Bacare.* Vide *Salm.* p. 1185. b. Et mox, *piper monoxylis lintribus Bacaren conuehunt.* Sal. p. 1187. a.

k. Celebothras) Κηπροβότης

Alius vtilior portus gentis *l.* Necanidôn *m.*, qui vocatur Barace. Ibi regnat Pandion, longe ab emporio mediterraneo diſtante oppido, quod vocatur
1 Moduſa. *n.* Regio autem ex qua piper monoxy-

lis

1. Codura.

της eſt auctori Periplí maris Erythraei: quem ex his regum nominibus, quae apud vtrumque ſunt paria, Plinio ſupparem fuiſſe, colligunt eruditi: nec Arrianum eſſe, vt vulgo creditur, qui temporibus Antonini vixit, Suida teſte. H.

l. Alius vtilior portus gentis Necanidôn qui vocatur Becare.) Apographon Toletanum, *Neacindon.* Salmanticenſe, *Neacridon.* Item Ptolomaeo ſeptimo *Becares* portus eſt, non *Becare.* Pintian.

m. Necanidon) Nunc *Nelcinde.* Dal.

Necanidon) Forte *Nelcyndon.* Vide Not. et Em. N. LXXXV. (paulo poſt.) vbi et de Barace portu dicemus. *Necanidon)* MSS. omnes, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Pariſ. etc. *Neacridon.* Sed libentius legerem *Nelcyndon.* A Nelcyndis enim, quod oppidi nomen eſt quingentis a Muziri ſtadiis, in gentem quoque indigenam, quae Pandioni parebat, deriuari appellatio potuit. Ab eo autem oppido, quod a mari diſtat ſtadiis centum et XX. naues in portum *Bacare*, vel *Barace* potius, deferri ſolebant, vt ibi onera acciperent. Haec ex auctore Periplí maris Erythraei, Ἡ δὲ Νελκύνδα - βασιλείας ἐςὶν ἑτέρας, τῆς Πανδιόνος· κεῖται δὲ καὶ αὐτὴ παρὰ ποταμὸν, ὡσεὶ ἀπὸ ςαδίων ἑκάτον εἴκοσι τῆς θαλάσσης· ἑτέρα δὲ κατ᾽ αὐτὸ τὸ ςόμα τȢ ποταμȢ, πρόκειται κώμη Βαρακὴ, εἰς ἣν ἀπὸ Νελκύνδων ἐπὶ τῆς ἀναγωγῆς προκαταβαίνȢσι τὰ πλοῖα, etc. Ex quo Ptolemaeus emendandus, L. VII. c. 1. apud quem Μελήνδα pro Νελκύνδα legitur. Sed idem portus nomen corruptum effert, Βακάρη. Cum enim et ſyllabis permutatis Periplí auctor Βαράκη diſerte ſcribat, et ipſe Ptolemaeus ad Baris Βάριος amnis oſtia ſitum eſſe affirmet, ab amne vico nomen inditum videtur, Βαράκη. H.

n. Moduſa) Μόδȣρα βασίλειον Πανδιόνος, in oppidis τῶν Πανδιόνων mediterraneis apud Ptol. L. VII. c. 1. H.

lis lintribus *o.* [1] Baracen conuehunt, vocatur [2] Cottonara *p.*: quae omnia gentium, portuumue, aut oppidorum nomina apud neminem priorum [3] reperiuntur. Quo apparet mutari locorum ſtatus. Ex India *q.* renauigant menſe Aegyptio Tybi incipiente noſtro Decembri: aut vtique Mechiris Aegyptii intra diem ſextum, quod fit intra Idus Ianuarias *r.* noſtras:

1. *Becaren Gr. et Al.* 2. *Sic et V. Cottonacra. Ch. Cottona Gr. et Al.* 3. *Sic quoque Ch. inueniuntur Gr. et Al.*

o. Monoxylis lintribus.) Vide Stewech. ſuper Veget. lib. III. c. 7. p. 208. De mendo namque hunc locum ſibi ſuſpectum ait, τῷ lintribus, nimirum, ex gloſſemate, vt puto, appoſito et in contextum recepto. Dal. *Monoxylis.)* Μονόξυλα πλοῖα μέγιςα auctori Peripli maris Erythraei, aluei nimirum, ſeu nauigia vnico e ligno integro fabricata. Addit idem nauigia eiuſmodi Σάγγαρα indigenis appellata eſſe. H.

p. Cottonara) Hodie *Cochin*, in ora Malabarica. Vide Not. et Em. N. LXXXVI. (hic adi.) *Cottonara)* Ita MSS. omnes. Prius *Cottona* legebatur. Auctor Peripli iam toties laudatus: Φέρεται δὲ πέπερι, μονογενῶς ἐν ἑνὶ τόπῳ, τούτῳ τῷ ἐμπορίῳ γεννώμενον πολὺ, λεγόμενον Κοτταναρικόν. Solin. c. 54. p. 86. non ex Cottonaris Baracen, ſed Barace Cottonara contrahi, contra Plinii Graecique ſcriptoris mentem, prodidit. H.

q. Ex India) Solin. c. 54. p. 86. H.

r. Intra Idus Ianuarias) Intra diem XIII. Ianuarii, quo die ſunt Idus Ianuariae, et dies idem ſextus Mechiris. Itaque ex hoc Plinii loco, alteroque, e L. XXVII. ſ. 80. intelligimus, apud Aegyptios tunc anni formam non eamdem omnimode atque apud Romanos fuiſſe, ſed octiduo tardiorem menſem quemque fuiſſe, et nomina menſium diſſimilia. Et Tybi quidem, (vel, vt habent MSS. *Thibi,)* Decembri reſpondere, Mechirem Ianuario, Iulio Thiatin. Diem Thybi primum fuiſſe octauum Decembris; primum Mechiris, octauum Ianuarii: denique primum Thiatis, octauum Iulii menſis diem fuiſſe. Sic Druidis olim, ſexta Luna principia men-

noſtras: ita euenit, vt eodem anno remeent. Nauigant autem *s.* ex India vento Vulturno: et cum intrauere Rubrum mare, Africo vel Auſtro. Nunc reuertemur ad propoſitum.

XXVII.

menſium annorumque faciebat, teſte Plinio, L. XVI. ſ. 95. Vide Not. et Em. N. LXXXVII. (hic adi.) *Intra Idus Ianuarias noſtras)* Rei Chronologicae minus peritus fortaſſis cuipiam Plinius videatur, qui reſpondere Ianuario menſi Romano Mechirem Aegyptium ſcribat, quem ceteri ſcriptores omnes Februario arrogant. Nam vt auctorem Peripli maris Erythraei omittam, qui dum menſem Epiphi Iulio menſi adiudicat, Mechirem referri ad Februarium oportere, ad Ianuarium vero Tybi aperte declarat: multo diſertius vetuſtus auctor in Anthologia Graeca, L. I. c. 91. Epigr. 2. menſium ordinem ſeriemque ſic digerit, vt Plinianae ſententiae pugnare omnino videatur. Huius Graeca carmina Latine Grotius ſic expreſſit: MENSES AEGYPTII, *quorum primus Septembri reſpondet: Ordine Thoth primus traxit vineta putando, Squamigeri generis praeda eſt bona menſe Paiphi. Monſtrat Athyr Maiam terris, Maiaeque ſorores, Choeac ſpicigero conſpergit ſemine ſulcos. Tybi Magiſtratus Tyrio producit in oſtro. Pandere vela Mechir iubet, et decurrere ponto. Armigeras Phamenoth vocat ad fera bella cohortes. Prata roſis index veris Pharmuthi colorat. Iam matura Pachon aſſignat falcibus arua. Pontifer autumnum dicit veniſſe Payni. Implet Ephephi ſinum vino turgentibus vuis. Attollit Meſori fecundo flumine Nilum*, Graeca, quae ad Tybin Mechiremque pertinent, ſunt huiuscemodi: Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόρον εἷμα τιταίνει. Σημαίνει πλωτῆρτι Μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν. Vt tamen iſta ſic ſe habeant, non modo liberationem culpae, ſed eruditionis laudem, vt in ceteris diſciplinis, ſic in rebus iſtis Chronologicis, Plinius ſingularem meretur, apud aequos peritoſque iudices, prae reliquis vetuſtis profaniſque ſcriptoribus. H.

s. Nauigant autem) Solin. c. 54. p. 86. Vulturnus porro ab oriente brumali ſpirat: a meridie auſter: Africus ab occaſu brumali, vt dictum eſt L. II. ſ. 46. H.

XXVII. Carmaniae oram patere duodecies [1] centena *t.* L. M. pass. Nearchus scripsit. Ab initio *u.* eius ad flumen Sabin *x.* centum mill. passuum. Inde vineas coli et arua ad flumen [2] Andanin *y.*, xxv. mill. spatio. Regio vocatur Armuzia. *z.* Oppida Carmaniae, [3] Zethis, et Alexandria. *a.*

XXVIII. Irrumpit deinde *b.* et in hac parte geminum *c.* mare [4] in terras, quod Rubrum dixere nostri,

1. L. *Ch.* 2. *Ananin. Ch.* 3. *Zetis. Gr.* 4. *Sic et V. M. in terram. Ch. terras Gr.*

t. Duodecies centena etc.) Longe breuior nauigatio praeter oram Carmaniae, Arriano in Indicis, p. 580. nempe stadiorum quater mille et septingentorum. Μῆκος τοῦ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην, στάδιοι τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι: quae passuum efficiunt CCCCLXIII. millia. Et certe tantae longitudinis, quantae est duodecies centenûm mill. sponsorem se fieri Plinius negat velle, cum eam auctori suo reddat Nearcho. Carmania hodieque vetustum nomen retinet *Kerman.* H.

u. Ab initio eius) A faucibus Persici sinus. H.

x. Sabin.) Nunc *Bindamir.* Dalecamp.

Flumen Sabin.) Mela, L. III. c. 8. p. 60. *Sabis per Carmanos fluit.* Σάβις Ptolemaeo oppidum Carmaniae est mediterraneum, L. VI. c. 8. ab amne fortassis cognomine. H.

y. Andanin) Ἄνδανις Ptol. l. c. Arriano in Indic. p. 573. Ἄναμις a promontorio Carmaniae versus septemtrionem, stadiis DCCC. quae passuum millia centum efficiunt: regione toto eo spatio rerum omnium ferace, cui nomen Harmozia: ὁ δὲ χῶρος Ἁρμόζεια ἐκαλεῖτο. Haesit id nomen ad nostrum aeuum insulae *Ormus.* Influit amnis in Persicum sinum. H.

z. Armuzia.) Nunc *Ormuz.* Dal.

a. Zethis et Alexandria) Zethis alibi nulla mentio: Alexandriae apud Ptol. l. c. et Ammian. L. XXIII. p. 255. H.

b. Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras quod Rubrum dixere nostri, etc.) Quare geminum? quia in duo sinus diuiditur, Persicum et Arabicum: ergo duo illi sinus Rubrum mare constituunt iuxta Plinii sententiam. *Salmas.* pag. 481. b.

c. In hac parte geminum.) Geminum dicit, quoniam bis irrupit,

ſtri *d.*, Graeci Erythraeum a rege Erythra *e.*, aut (vt alii) Solis *f.* repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes: alii ab arena *g.* terraque, alii tali a-

irrupit, vt ait Mela, hoc eſt, in duos diuiditur ſinus, quorum ſua quiſque propria appellatione diſtinguitur. H.

d. Rubrum dixere noſtri.) Curtius lib. VIII. *Mare certe, quo alluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythro rege inditum eſt nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Reliqua ſtultorum ac infantium nugae ſunt, et ſomnia.* Hebraei vocant Suph, ſeu Sup, id eſt, junco, vt quidam volunt, ſeu ſiluis et carice refertum, quod et auctor ſcribit L. XIII. et Theophr. L. II. Hiſt. Brodaeus cap. 9. L. III. Dal.

Quod Rubrum) Haec ex Herodoto, L. II. Euterpe N. XI. p. 93. ſic et Mela L. III. c. 8. Voſſii coniecturae ſubſcriberem de appellatione maris Rubri, ab Edom ſiue Idumaeo eſſe deriuatam, quoniam Hebraeis ארם *rubuit* ſonat: Si Arabico ſinui primum, a quo Idumaea haud procul abeſt, non ipſi oceano meridiano id nomen eſſe inditum, ſcriptores vetuſtos euoluenti conſtaret. Arabicum tamen ſinum Rubri maris nomine et appellatione donant interdum, vt Plinius, L. V. ſ. 12. Perſicum Arrianus in Indic. p. 548. et Seneca in Troade, Act. I. H.

e. A rege Erythra) Curtius, L. VIII. aliique poſt Agatharchidem, in libro ſingulari quem de Rubro mari edidit, cuius fragmentum Photius refert in Bibl. cod. 250. p. 1321. H.

f. Aut vt alii ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes.) Si verba permutentur, puto lectionem fore commodiorem, et quae magis Plinium ſapiat. *Aut vt alii a colore ſolis repercuſſu talem reddi exiſtimantes.* Pint.

Aut, vt alii.) Refert Agatharchides, l. c. cenſuiſſe quosdam, Solem exorientem in eo tractu, non lucidos in mare radios, vti apud nos fit, demittere: ſed cruori aſſimiles: quod cruentam maris ſpeciem intuentibus exhiberet: *ἀκτῖσι παρομοίαις αἵματι· ἐξ ὧν τοῖς ὁρῶσιν ὕφαιμον*, etc. Hanc illorum ſententiam reſpicit Plinius, Agatharchides improbat. H.

g. Alii ab arena) Ab ingentibus arenae et glebae tumulis, longo per oram ſpatio ortum verſus diffuſis, inſigniter rufis: *Θῖνες ἄμμου γεώδεις ὑπερύθροι*, etc. Agatharchides, l. c. cui neque haec Rubri maris nomencla-

quae *h.* ipsius natura. (XXIV.) Sed [1] in duos *i.* diuiditur sinus. Is qui ab [2] oriente est, Persicus *k.* appellatur, xxv. M. passuum *l.* circuitu, vt Eratosthenes tradit. Ex aduerso est Arabia, cuius [3] XII. mill. *m.* pass. est longitudo. Rursus altero ambitur sinu Arabico nominato. Oceanum qui influit *n.*, Azanium appellant. Persicum introitum v. mill. pass. latitudinis, alii quatuor *o.* fecerunt. Ab eo ad intimum sinum recto cursu XI. XXV. *p.* mill. propemo-

1. *In Ch. hoc caput cum superiore continuatur.* 2. *ex-oriente. Ch.* 3. xv. *Ch.*

turae ratio haud satis esse idonea videtur. H.

h. Alii tali aquae) A colore aquae falso repeti hanc appellationem iamdudum Agatharchides docuit, l. c. experientia ipsa confirmauit. Vide quae dicturi sumus iterum in eam rem, s. 35. H.

i. Sed in duos) Mela, L. III. c. 8. p. 60. A Plinio Solinus, c. 54. p. 86. et Martian. L. VI. c. de India, p. 225. Persico nomen hodie, *le Golfe de Perse*: Arabico, *la Mer rouge, ou la Mer de la Mecque.* H.

k. Persicus appellatur xxx. *mill. pass. circuitu.)* Legend. *Persicus appellatur* XXVI. *circuitu.* hoc est vigesies sexies centena millia passuum. Sic paulo post lege: *ex aduerso ex Arabia, cuius* XXII. *longitudo.* id est, duodecies. *Salmas.* pag. 1191. b.

l. XXV. mill. pass.) Hoc est, vicies et quinquies centena millia. Corrupti apud Solinum Martianumque numeri. Strabo, L. XVI. p. 765. ex ipso Eratosthene, quem sequi se Plinius prae se fert, et Agathemerus, L. I. Geogr. c. 3. viginti millibus stadiorum Persici sinus ambitum circumscribunt, quae summa exacte cum Pliniana congruit. H.

m. XII. mill.) Hoc est, duodecies centena millia pass. Addit Strabo, L. II. p. 100. quinquaginta passuum millia. H.

n. Oceanum, qui influit) Etiam citra ipsius sinus angustias, in ipso sinu. Ab Azania, quae vicina est Aethiopiae regio Ptolemaeo, L. IV. c. 8. nomen habet. De eo rursum, s. 34. H.

o. Alii quatuor) Ab vno litore ad alterum litus facilem esse prospectum Strabo ait, L. XVI. p. 765. H.

p. XI. XXV.) Vndecies cen-

pemodum conſtat eſſe, et ſitum eius *q.* humani capitis effigie. Oneſicritus et Nearchus ab Indo amne in ſinum Perſicum, atque illinc Babylonem [1] Euphratis paludibus *r.*, ſcripſerunt [2] XXV. *s.* M. paſſ. eſſe. In Carmaniae *t.* angulo ſunt Chelonophagi *u.*, teſtudinum ſuperficie caſas tegentes, carne veſcentes. A flumine [3] Arbi *x.* promontorium ipſum *y.* inhabi-

1. *Babylonem ab Euphratis* Gr. 2. xv. *Ch.* 3. *Arabia. Ch.*

centena, et XXV. millia paſſuum. H.

q. Et ſitum eius.) Mela, L. III. c. 8. p. 60. *Perſicus* ſinus, *qua mare accipit, vtrimque rectis lateribus grande oſtium quaſi ceruice complectitur; deinde terris in omnem partem vaſte et aequa portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani.* H.

r. Atque illinc Babylonem ab Euphratis paludibus) Particula, *ab*, non legitur in ſcriptis codicibus, vt arbitror, recte: erit itaque *Euphratis paludibus*, id eſt, per Euphratis paludes. *Pintian.*

s. XXV. mill. paſſ.) Vicies et quinquies centena millia paſſuum. Sane facile eſt rationes ducere: nam Carmaniae ora, Nearcho ipſo auctore, patet XII. L. Perſicus ſinus recto curſu, XI. XX. Efficiunt hae ſummae millia iam ter et vicies centena LXXV. Reliqua centum et XV. millia, tum ab vltima Carmaniae ora ad Indum amnem, tum ab Euphratis oſtio vſque Babylonem recte inſumentur. Fruſtra igitur Chiffl. cod. legit. XV. pro XXV. H.

t. In Carmaniae angulo ſunt Chelonophagi, teſtudinum ſufferficie caſas tegentes, carne veſcentes) Poſtrema duo verba deſiderantur in apographo Toletano, non omnino male: videtur enim fuiſſe ſatis, dicere *Chelonophagi.* Pintian.

In Carmaniae angulo) Iuxta ſinum Perſicum. Mela, l. c. et Ptol. L. VI. c. 8. Refert haec quoque Solin. c. 54. p. 86. H.

u. Chelonophagi) Χελωνοφάγοι teſtudinum carne veſcentes. Χελώνη *teſtudo.* Alii praeter iſtos Chelonophagi ſunt in Arabia, de quibus Strabo, L. XVI. p. 773. et Agatharchides apud Phot. cod. 250. p. 1349. H.

x. A flumine Arbi) Diuerſus hic Arbis fluuius eſt ab Arabio Ptolemaei, quem et Cophetem et Arbim quoque appel-

habitant, praeter capita toto corpore hirti, coriisque piscium vestiti. (XXV.) Ab horum tractu Indiam versus [1] Caicandrus z. deserta insula in oceano, L. mill. pass. traditur: iuxtaque eam freto interfluente [2] Stoidis a., quaestuosa margaritis. A promontorio b. Carmanis iunguntur Armozei. Quidam interponunt Arbios, [3] CCCCII. mill. pass. toto litore. Ibi portus Macedonum, et arae Alexandri in promontorio. Amnes: [4] Saganos c.: dein Daras, et Sal-

1. *Socaicandros. V.* 2. *Stindes. Ch. Toidis infra c. 35. lib. IX.* 3. CCCCXXI. *Ch.* 4. *Siccanos, dein Dratinus et Salsa. Gh.*

appellari superius diximus, s. 25. Is enim Gedrosos alluit et in oceanum Indicum ibi delabitur: hic iuxta ipsum Carmaniae promontorium effluit. H.

y. Promontorium ipsum) Carmaniae illud promontorium, de quo s. 26. In ipso sinu Persico habitare istos, auctor est Mela, l. c. Salm. in Solin. p. 1189. et 1190. vt Plinius varios affingat errores, totum hunc locum, invitis MSS. omnibus, pro arbitrio immutat. H.

z. Caicandrus) Hactenus perperam *Cascandrus*. Arrian. in Ind. p. 581. πρὸ νήσου σμικρῆς καὶ ἐρήμης, οὔνομα τῇ νήσῳ Καίκανδρος. H.

a. Stoidis) Meminit huius insulae Arrian. l. c. sed nomen reticet. Vide Not. et Em. N. LXXXVIII. (hic adi.) *Stoidis*) Consentiunt libri editi cum MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. Plinium scripsisse Tyndin, nec proinde Graecum scriptorem intellexisse, vnde haec hauserit, ex auctore Peripli maris Erythraei, contendit Salm. in Solin. p. 1191. cum Tyndis Indicum emporium sit, insulam Plinius appellarit. At ego de Tyndi vel somniasse Plinium pernego: quod nomen insulae, ceteris scriptoribus incompertum prodiderit, laudo. Salmasii, qui in calumniam texat, verba sententiasque corrumpit, fidem requiro. H.

b. A promontorio) Post promontorium, inquit, Armuzia regio est, quae Carmaniae a tergo connectitur. Quidam tamen Arbios, ab Arbi flumine, de quo nunc egimus, interserunt, toto litore. H.

c. Saganos.) Σαγανὸς Ptol. L. VI. c. 8. Saganis Ammiano, L. XXIII. p. 255. in Carmania

Salsos. Ab eo *d.* promontorium [1] Temisteas *e.*, insula Aphrodisias *f.* habitatur. Inde Persidis *g.* initium ad flumen [2] Oroatin, quo diuiditur ab Elymaide. Contra Persidem *h.* insulae, [3] Philos, Casandra, [4] Aracia cum monte praealto Neptuno sacra. Ipsa Persis *i.* aduersus occasum sita obtinet [5] litora DL. mill. pass.: etiam in luxum diues, in Parthorum iam pridem translata [6] nomen. Horum de imperio [7] nunc paucis.

Vv 4 XXIX.

1. Temisteas. Ch. Themisteas Gr. 2. *Oratim. Ch* 3. *Psilos, Cassandra, Aracha. Ch.* 4. *Aratia Gr. et Al.* 5. *litore.* 6. *numen. Ch. et Basil.* 7. *nunc in paucis. Ch.*

mania Δάρας item Ptolemaeo: de quo amne dubitandi tamen locus est aliquis, num ab interpolatoribus Plinianis temere nobis obtrusus sit pro *Cathrapis*, alioue simili: Habent enim MSS. codd. R. 1.2. Colb. 1.2. Paris. Chiffl. etc. *Deinde Razinus, et Salsum.* H.

d. Ab eo) Versus septemtrionem, in ipsa Persici sinus ora fere media. H.

e. Themisteas) Haec, vt arbitror, Ταρσίη ἄκρη apud Arrian. in Ind. p. 580. H.

f. Aphrodisias) Quia Ἀφροδίτῃ, hoc est, Veneri sacra. Indigenis Καταίη vocabatur, Arriano teste, l. c. H.

g. Inde Persidis) Arrianus, ibid. Amnis hic Ammiano Oroates, L. 23. p. 252. Arriano, p. 585. Ἄροσις dicitur, quem ad amnem vsque Persae habitant: μέχρι τοῦδε Πέρσαι οἰκέουσιν, maximus eorum amnium qui in hunc sinum influunt. Vltra enim ostia, Susiana est, et quae modo Persidi, modo Susianae adiudicatur, Elymais. H.

h. Contra Persidem) In ipso sinu. Alii *Psilos* pro *Philos* legunt; quasi glabram incultamque dixeris insulam. In MSS. item *Aracha* pro *Aracia* scribitur: sed perperam, auctore Ptolemaeo, L. VI. c. 4. apud quem inter insulas Persidi adiacentes, censetur Ἀλεξάνδρου νῆσος, ἡ καὶ Ἀρακία. H.

i. Ipsa Persis) Haec Solin. c. 54. p. 86. et Martian. L. VI. c. de India, p. 225. H.

XXIX. Regna Parthorum *k.* duodeuiginti ſunt omnia: ita enim diuidunt prouincias, circa duo (vt diximus *l.*) maria, Rubrum a meridie, Hyrcanum a ſeptemtrione. Ex iis vndecim, quae ſuperiora dicuntur, incipiunt a confinio Armeniae, Caſpiiſque litoribus: pertinent ad Scythas, cum quibus ex aequo degunt. *m.* Reliqua ſeptem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet *n.*, ſemper fuit Parthia in radicibus montium *o.* ſaepius dictorum *p.*, qui omnes eas gentes praetexunt. Habet ab ortu Arios, a meridie Carmaniam, et Arianos *q.*, ab

k. Regna Parthorum) Solin. iiſdem verbis, c. 55. p. 86. Haec porro ſunt earum prouinciarum nomina, a Plinio recenſita, ſ. 16. Aropatene, ſ. 17. Media, Parthia. ſ. 18. Apauortene, Hyrcania, Margiane, Bactriana, Sogdiana, ſ. 25. Capiſſene, Arachoſia, Gedroſia, Paropamiſadae, Ariana, Drangiana, ſ. 27. Carmania, ſ. 28 Perſis, cum Paraetácenis, ſ. 31. Suſiane, Elymais, cuius pars Characene. Diffidere nonnihil a Plinio in his enumerandis videtur Iſidorus in Σταθμοῖς, p. 184. H.

l. Vt diximus) Sect. 16. H.

m. Ex aequo degunt.) Solinus, c. 55. p. 86. *Quibuſcum concorditer degunt.* H.

n. Reliqua ſeptem regna inferiora appellantur. Quod ad Parthos attinet.) Legendum, *quae*, non *quod:* et alio verborum ordine ſic, *Reliqua* VII. *regna quae inferiora appellantur ad Parthos attinent.* Pint.

o. Parthia in radicibus montium.) In vtroque vetuſto codice *Parthiaea* legitur, non *Parthia:* adſtipulante etiam Stephano: error idem capite ſequente. *Pint.*

Parthia) Vel vt quidam codd. habent, *Parthyaea.* Graecis enim Παρθία et Παρθυαία dicitur, vna ex duo de viginti prouinciis ſuperius memoratis, quibus Parthorum conſtitit imperium. Parthiae nunc nomen eſt *Erack.* H.

p. Saepius dictorum) *Caucaſiorum.* Supra ſ. 16. *Perſarum regna, quae nunc Parthorum intelligimus, Caucaſiis iugis attolluntur.* H.

q. Et Arianos) Ariani praeter Arios complectebantur Drangas, Euergetas, Zarangas, Gedruſos, vt dictum eſt ſect. 26. Quid inter

ab occaſu Pratitas [1] Medos *r.*, a ſeptemtrione Hyrcanos, vndique deſertis cincta. Vlteriores *s.* Parthi Nomades appellantur: citra, deſerta *t.*: ab occaſu vrbes eorum, quas diximus *u.*, Iſſatis et Calliope: ab oriente aeſtiuo, [2] Europum *x.*: ab hiberno, [3] Mania *y.*: [4] in medio Hecatompylos *z.*, [5] Arſacae

V v 5 ſacae

1. *Pratitas, Medos, diſtinctim Gr.* 2. *Pyropum Ch.* 3. *maria. Ch.* 4. *in media. Ch.* 5. *Arſacia: regio Niſaea. Gr. et Al.*

ter Arios intereſſet, et Arianos, diximus ſ. 23. H.

r. Pratitas Medos) De his ſ. 17. H.

s. Vlteriores) Verſus Solis exortum. Nomades, a permutandis pabulis appellati, vt dictum eſt, L. V. ſ. 2. H.

t. Citra deſerta) Ab occaſu, qua parte contingunt Pratitas Medos, qui tenent Caſpias portas. Vide libri huius ſ. 17. H.

u. Quas diximus) ſ. 17. H.

x. Europum) Strabo, L. XI. p. 524. in Media Ῥάγειαν locat, a Nicatore conditore Εὐρωπὸν, a Parthis Ἀρσακίαν vocitatam. H.

y. Mania) Ita MSS. omnes. Forte Ζανία, quam Mediae oppidis mediterraneis Ptolemaeus accenſet, L. VI. c. 2. vel Genonia Ammiani, L. XXIII. p. 254. *Haec*, inquit, *potiora ſunt Parthorum oppida: Genonia, Moeſia, Charax, Apamia, Artacana, et Hecatompylos.* H.

z. In medio Hecatompylos, Arſacia, Regio Nyſaea Parthyenes nobilis, vbi Alexandropolis a conditore, etc.) Hermolaus pro *Arſace*, vt prius legebatur, *Arſaciam* ſubſtituit, quam Parthi ſic nominarint, cum prius Rhagea diceretur. Non placet Hermolai ſententia, quia Arſacia non Parthiae, de qua hic diſſerit Plinius, ſed Mediae vrbs eſt Straboni XI. et Ptolemaeo VI. Proinde legendum hic videtur non *Arſacia*, ſed *Arſacae regiae*: vt ſit Arſace nomen regis. vnde Parthi a Poetis Arſacidae appellari conſueuerunt. Nam Ptol. citato Lib. Hecatompylon regiam appellat. Quid ſi legas, *In medio Hecatompylos, Arſace, regionis ea Parthyenes nobilis, vbi Alexandropolis*: vt accipiamus Arſacen vrbem eſſe Parthyenes nobilis regionis. Nam quod de Niſaea Hermolaus ait, omni ratione caret: quia Niſaea itidem ad Mediam pertinet, non ad Parthiam,

ſacae regia: Niſaea *a.* Parthyenes nobilis, vbi Alexandropolis a conditore. (XXVI.) Neceſſarium eſt in hoc loco ſignare et Medorum ſitum, terrarumque faciem circumagere ad Perſicum mare, [1] quo facilius deinde reliqua [2] noſcantur. Namque Media ab occaſu tranſuerſa [3] oblique *b.* Parthiae occurrens *c.*, vtraque regna *d.* [4] includit. *e.* Habet ergo

1. *Quod facilius dein. Ch.* 2. *narrentur. M.* 3. *obliqua. Ch. obliquae. V.* 4. *praecludit. Ch.*

thiam, auctoribus Strabone, Stephano, Herodoto et omnibus. *Pint.*

Arſacae regia) Arſaces Scytha Parthiam inuaſit, a quo deinde Parthi ipſi Arſacidae appellati. Strabo, L. XI. p. 515. Parthorum regia Hecatompylos eidem Straboni, p. 514. Vide Not. et Em. N. LXXXIX. (hic coll.) *Arſacae regia*) Libri omnes, tum editi, tum manu exarati, *Arſace, regio Niſaea*, exhibent. *Arſacia, regio Niſaea*, ſcripſit Hermolaus perperam: Cum enim Arſacia ab Europo, vt diximus ex Strabone, diuerſa non ſit: nequicquam ea diſtinguente Ptolemaeo, L. VI. c. 2. et qui Ptolemaeum ſemper ſequitur, Ammiano: Arſacae autem, primi Parthorum tyranni, regia fuerit Hecatompylos, Ἑκατόμπυλος τὸ τῶν Παρθυαίων Βασίλειον, vt idem eſt auctor L. XI. p. 514. perſpicuum eſt *Arſacae regia* legi hic oportere. Niſaeam deinde non regionis, ſed oppidi nomen eſſe in regione Parthyene dicta, abunde ſuo loco docuimus. H.

a. Niſaea) Meminit eius oppidi Iſidorus Charac. in Σταθμοῖς Παρθικοῖς, p. 188. Αὐλὼν Παρθαύνισα ἡ πόλις. ἔνθα βασιλικαὶ ταφαί· Ἕλληνες δὲ Νισαίαν λέγουσιν. Fuit Παρθηνὴ teſte Ptolemaeo, L. VI. c. 5. Parthiae portio. In hac Niſaea exſtitit regum ſepulcro nobilis. H.

b. Oblique) Parthiae fines toto latere tranſuerſo tegens ab occaſu aeſtiuo ad exortum Solis brumalem. H.

c. Parthiae occurrens.) Apographon Toletanum, *Parthieco currens.* Scribo, *Parthiaeae occurrens.* Ex loco hoc, et illo capitis antecedentis, apparet *Parthiaeam* ſemper appellatam a Plinio, non *Parthiam.* Pintian.

d. Vtraque regna) Et vndecim quae ſuperiora dicuntur,

1 ergo ipſa ab ortu Caſpios, et Parthos: a meridie Sittacenen *f.*, et Suſianen, et Perſida: ab occaſu Adiabenen: 2 a ſeptemtrione Armeniam. Perſae Rubrum *g.* mare ſemper accoluere, propter quod is ſinus Perſicus vocatur: 3 Regio ibi maritima, 4 Syrtibolos. *h.* Qua vero ipſa ſubit ad Medos, 5 Climax 6 Megale appellatur locus, arduo montis aſcenſu per gradus, introitu anguſto, ad 7 Perſaepolin *i.* caput regni, 8 dirutum ab Alexandro. Praeterea habet in extremis finibus *k.* Laodiceam *l.*, ab Antiocho *m.* conditam. Inde ad orientem Magi *n.* obtinent

1. *Ergo, in V. deſider.* 2. *ad ſeptemtrionem. Ch.* 3. *Regia. Ch.* 4. *Cyropolis Gr. et Al.* 5. *Elymais Megala Gr. et Al.* 6. *Cegale. Ch.* 7. *Perſepolin Gr.* 8. *dirutam. Gr.*

tur, quaeque incipiunt a confinio Armeniae Caſpiisque litoribus, pertinentque ad Scythas: et reliqua ſeptem, quae inferiora appellantur. H.

e. Includit) Superiora quidem a meridie Media includuntur: mari; a ſeptemtrione. Inferiora, nempe Perſis, Suſiane, Carmania et reliquae, Mediam habent pro limite a ſeptemtrione: a meridie Rubrum mare. H.

f. Sittacenen) De qua dicitur ſ. 31. H.

g. Perſae Rubrum) Solin. c. 54. p. 86. H.

h. Syrtibolos) Συρτίβωλος Perſidis, inquit, regio maritima Syrtium inſtar paluſtris, inde nomen habet: in eadem ipſa qua ſubit pertinetque ad Medos, Κλίμαξ μεγάλη, ab aſcenſu arduo locus quidam appellatur. Eſt enim Graecis Κλίμαξ *ſcala.* Vide Not. et Em. N. XCVII. (in ſeq. ad c. 31.)

i. Perſaepolin) Περσαίπολις. Ab Alexandro dirutam referunt quoque Strabo, L. XV. p. 730. Curtius, L. V. c. 20. p. 201. Nunc *Schiras*, vt quibuſdam placet aliis eſt *Tzilminar.* H.

k. In extremis finibus) Qua Mediam Perſis contingit: vnde et adſcripta Mediae a quibuſdam Laodicea, confuſis, vt fit, regionum limitibus. Stephano, Λαοδίκεια Μηδίας. H.

l. Laodiceam.) Hodie *Lor.* Dalec.

m. Ab Antiocho) Eius nominis primo, Seleuci Nicatoris F. H.

n. Ma-

nent [1] Passagardas *o.* castellum, in quo Cyri sepulcrum est: et horum *p.* Ecbatana oppidum translatum ab Dario rege ad montes. Inter Parthos et Arianos excurrunt Paraetaceni. *q.* His gentibus *r.* et Euphrate, inferiora regna [2] includuntur. Reliqua dicemus *s.* a Mesopotamia, excepto mucrone eius, Arabumque populis, in priore *t.* dictis volumine.

XXX. Mesopotamia tota Assyriorum fuit, vicatim *u.* dispersa, praeter Babylona, et Ninum. Macedones eam in vrbes congregauere, propter vbertatem soli. Oppida, praeter iam dicta *x.*, habet Seleuciam *y.*, [3] Laodiceam *z.*, Artemitam *a.*: Item in

1. *Frassargida. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et V. cluduntur Gr. et Al.* 3. *Ch. non habet.*

n. Magi) Stephanus: Μαγοὶ ἔθνος περὶ Μηδίαν. H.

o. Passagardas) De hac voce egimus, f. 26. De Pasagardis et Cyri sepulcro, cuius demandata Magis custodia fuit, multa prolixe Arrianus, Exp. Alex. L. VI. p. 435. Πασαργάδαι Dionysio, v. 1069. Πασσαγάρδαι Anaximeni, apud Stephanum. H.

p. Et horum) Magorum, inquit, vetustum olim fuit oppidum Ecbatana: vnde incolae postmodum a Dario transf lati in montes. Alia vero sunt Ecbatana Medorum a regione cognominata. H.

q. Paraetaceni) Παραιτακηνοὶ, quorum vrbs Παραίτακα, quam Mediae Stephanus adscribit, quod in eius confinio sit posita. H.

r. His gentibus) Parthis, Arianis, Medis, et Paraetacenis. Hi Mediam ab ortu brumali claudunt. H.

s. Reliqua dicemus) f. 31. vbi de Susiane, Elymaide, Characene. H.

t. In priore) In superiore libro, quinto nimirum huius operis, f. 21. H.

u. Vicatim) Vicis populosa magis, quam oppidis. H.

x. Praeter iam dicta) Babylona et Ninum. H.

y. Seleuciam) A Nicatore conditam, de qua mox plura. H.

z. Laodiceam) Vnam e sex vrbibus, quas de matris nomi-

in Arabum gente, qui [1] Orei *b.* vocantur, et [2] Mardani, Antiochiam: quae a praefecto Mesopotamiae [3] Nicanore *c.* condita Arabis vocatur. *d.* Iunguntur his Arabes *e.* introrsus [4] Eldamarii. [5] Supra quos ad Pellacontam *f.* flumen Bura oppidum *g.*, Salmani *h.*, et

1. Sic ex MSS. em. Hard. Arrhoei, Ch. Errhoei. V. Aroei Gr. et Al. 2. *Vandani. Ch.* 3. *Nicanoria vel Arabis. M. Nicanoria vel Arbelis. V.* 4. *Elmati. Supra quos. Ch.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. super quos Gr. et Al.*

nomine condidisse Seleucus dicitur. Laodiceam tamen hoc loco Chiffletianus codex non habet: habent autem reliqui, R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. etc. H.

a. Artemitam.) Artemita *Caramit:* Aroëi, *Esron:* Mardani, *Myrdino:* Gordyaei, *Gon:* Aloni, *Alangiacana:* Orontes, *Orfa:* Classitae, *Galat:* Azochis, *Azanchis:* Hebata, *Besin.* Dal.

Artemitam) Ἀρτεμίτα πόλις. Strabo, L. XVI. p. 744. quingentis a Seleucia stadiis, versus orientem et Sittacenen. H.

b. Qui Orei, etc:) De his dictum est s. 9. H.

c Nicanore) Huius Nicanoris meminit Isid. Charac. in Σταθμοῖς, p. 186. H.

d. Arabis vocatur.) Arabis cognominata est ad differentiam aliarum, ideo quod esset inter Arabas sita: *Nicator* vero regis est cognomen. *Gelen.*

e. Iunguntur his Arabes.) Quos ab Oreis Arabibus et cognomen secernit et situs: Nam hi Eldamarii cognominantur, et in interiore Mesopotamia sedes habent. H.

f. Pellacontam) Qui in Euphratem delabitur quingentis fere stadiis antequam Seleuciam Euphrates alluat. Tantum a Babylone distat versus septemtrionem, quantum a Babylone versus meridiem diffidet Pallacopas amnis, seu verius Euphrates alueus sic, appellatus apud Arrian. Exp. Al. L. VII. p. 489. Quem cum Pellaconte amne perperam confundit Ortelius. H.

g. Bura oppidum) Vide Not. et Em. N. XC. (hic adi) *Bura oppid.)* Etsi in huius oppidi nomine libri plerique omnes consentiunt, tenet me tamen suspicio, et quidem, vt arbitror, satis firma, *Dura* potius quam *Bura* scribi oportere. Nam Polybius, L. V. p. 548. τῶν Δέρων in Mesopotamia meminit, vbi

et [1] Masei Arabes. *i.* [2] Gordyaeis *k.* vero iuncti [3] Aloni *l.*, per quos Zerbis *m.* fluuius in Tigrin cadit, Azones, [4] Silici montani, et Orontes, quorum ad occidentem oppidum Gaugamela *n.* : Item [5] Sue *o.*, in

1. *Maraei. Ch.* 2. *Condiaeis. Ch.* 3. *Azoni. Ch.* 4. *Silices. Gr. et Al.* 5. *Saue. V. Suet. Ch.*

vbi de Molone agens, τὴν μὲν Παραποταμίαν, inquit, μέχρι πόλεως Εὐρώπου κατέσχε; τὴν δὲ Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων. Meminit et Steph. in Δοῦρα. H.

h. Salmani) Arabum generis. Horum videtur Stephanus meminisse, p. 582. Σαλμηνοὶ, inquit, ἔθνος μοναδικὸν, ὡς φησὶ Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῶν ἀρχαιολογίᾳ. *Gens solitaria, vt ait Glaucus in Arabicorum antiquitatibus.* H.

i. Et Masei Arabes) In Chiffl. et quibusdam aliis exemplaribus, *Maraei.* H.

k. Gordyaeis) Qui Assyriam ab occasu aestiuo claudunt, vt diximus s. 17. H.

l. Aloni) Vltra Tigrim positi, in confinio Assyriae, siue Gordyenes, vbi et Azones, et Silici, et Orontes. H.

m. Per quos Zerbis) Is est, quantum ex situ coniicimus, qui Γόργος ποταμὸς Graeca nomenclatura ob celeritatem cursus a Ptol. vocatur, L. VI. c. 1. in Tigrimque delabitur. H.

n. Gaugamela.) Hic vicus est ad quem Darium ab Alexandro Magno fatali praelio deuictum contendit Plutarch. in vita Alex. mihi pag. 1252. Sequitur Ammian. Marcellin. Indeque id mutuatus doctiss. Scalig. de emend. tempor. lib. V. pag. 226. Auctor supra cap. 13. huius libri in Arbelitide regione sc. id factum testatur. Id quod non vsque adeo pugnat cum altera opinione. Cum fieri possit vt Gaugamela eius pars fuerit: Vt vt sit, non longe hinc Arbelam abfuisse, ex Ptolemaei Geographicis constat, facileque fieri potest, vt ad vtrumque tunc temporis sit pugnatum. *Dalecamp.*

Gaugamela) Γαυγάμηλα Ptolemaeo, l. c. et Straboni, L. XVI. p. 737. De huius originatione vocis, v. Plutarch. in Alex. p. 683. et Strab. l. c. Ibi verus praelii locus fuit, quo Darium vicit Alexander, non ad Arbela, vbi multi volunt. Sed quoniam Arbela Gaugamelis notiora, iis haec fama haesit. Ita Plut. l. c. Strabo, L. XVI. p. 737. aliique. H.

o. Item Sue) שוע *Sue* Chal-

in rupibus: Supra [1] Silici [2] Claſſitae *p.*, per quos Lycus *q.* ex Armenia fertur: Abſidris *r.* ad hibernum exortum, [3] Azochis oppidum. Mox in campeſtribus *s.* oppida: Dioſpage, [4] Polytelia, [5] Stratonice, Anthemûs. In vicinia Euphratis Nicephorion, quod, vt diximus *t.*, Alexander iuſſit condi propter loci

1. *Silci. Ch.* 2. *Claſſitrae* III. *M. p. per quos, etc.* 3. *Acbochis. Ch.* 4. *Polyteba. V.* 5. *Stratonigena, Anthemuſium. V.*

Chaldaeis rupem ſonat, vt aiunt. H.

p. Silici claſſitae) Eo cognomine a Silicis montanis ſecernuntur, de quibus dictum eſt proxime. Vide Not. et Em. N. XCI. (hic poſ.) *Silici Claſſitae*) Quid ſit *Calachitae* legas? Eſt enim in eodem ſitu Straboni, L. XVI. p. 736. Καλαχηνὴ regio, Ptol. L. VI. c. I. Καλακινὴ dicta. Sed habent codd. MSS. *Claſſis* III. H.

q. Per quos Lycus) Λύκος ποταμὸς Strab. L. XVI. p. 737. per Aturiae campos fluens, in quibus Ninus oppidum fuit, et pagus Γαυγάμηλα, de quo ſupra. Apud Ptol. L. VI. c. I. perperam Λευκὸς pro Λύκος. In Tigrim delabitur. H.

r. Abſidris) In MSS. *Abſitris*. Forte *Abſyrtus*, Ἄψυρτος, quod celeri feratur impetu, quaſi ἀψοῤῥος, ab ἄψα ῥέειν. Is eſt, qui Κάπρος a Strabone vocatur, l. c. tanto ab Arbelis, quanto Lycus, interuallo diſſitus: Polybio item L. V. p. 551. H.

s. In campeſtribus) In ea planitie, quae Tigrim inter et Euphratem iacet. Porro Dioſpage Διοσπάγη, Iouis locum altum ſonat: Heſychio enim πάγη ὑψηλὸς τόπος dicitur. Vel forte Διοσπαγὴ, pro Διοσπηγὴ, *Iouis fons* Dorice. Πολυτέλεια, ab opportunitate ſitus mercium cauſa: Στρατονίκη a victoria exercitus, inueniſſe nomen videntur. De Anthemunte (Ἀνθεμȣ̃ς enim Graecis dicitur) egimus L. V. ſ. 21. H.

t. Vt diximus) L. V. ſ. 21. Iſidor. Char. ἐν Σταθμοῖς p. 185. Νικηφόριον παρ' Εὐφράτῃ πόλις ἑλληνὶς, κτίσμα Ἀλεξάνδρȣ βασιλέως. Forte hinc legendum, *Nicephorion, vt diximus, quod Alexander*, etc. H.

loci oportunitatem. Dicta est *u.* in Zeugmate [1] Apamia, ex qua orientem petentes excipit oppidum [2] apprime munitum, quondam stadiorum [3] LXX. *x.* amplitudine, et satraparum regia appellatum, quo tributa conferebantur, nunc in arcem redactum. Durant, [4] vt fuerant, Hebata, et ductu Pompeii Magni terminus Romani Imperii [5] Oruros, a Zeugmate ducentis quinquaginta millibus passuum. Sunt qui tradunt Euphratem [6] Gobaris *y.* praefecti opere diductum, vbi eum diximus *z.* findi, ne praecipiti cursu Babyloniam infestaret: ab Assyriis vero vniuersis appellatum [7] Armalchar *a.*, quod significat

1. *Apamaea. Ch.* 2. *Caphraena. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.* LXV. *Gr. et Al.* 4. *vt fuere Thaebatae. Ch.* 5. *Orturos. V.* 6. *Cobares. Ch.* 7. *Narmalchan. Ch.*

u. Dicta est) L. V. f. 21. H.

x. Stadiorum LXX.) Octo millium, DCCL. pass. H.

y. Gobaris) Chiffl. *Cobaris:* a quo fossam Euphratis ad Tigrim perducti fluuium Chobar כבר, apud Ezech. c. 1. dici nonnulli putant. H.

z. Vbi eum diximus) L. V. f. 21. iis verbis, *Scinditur Euphrates,* etc. H.

a. Armalchar.) Nahar Malcha: Syrorum lingua, qua vsi sunt Orientales. Vnde et corrupta haec Plinii appellatio, more plerumque scriptoribus natiuae cuiusque nuncupationis linguae imperitis solito. *Mitalerius.* Graecis ποταμὸς βασίλειος, Seleuciam praeterfluens, vt ait Ammian. Marcellin. *Dal.*

Armalchar.) Vide Not. et Em. N. XCII. (hic adi.) *Armalchar)* In Plinianis libris corrupta haec vox existimatur, *Armalchar;* cum Naarmalcha scribi ex Chaldaico נהרמלכא doceant ceteri scriptores. Nam Isidor. Charac. in Σταθμοῖς, p. 186. Ναρμάλχαν vocat. Ammian. L. XXIV. p. 266. de Euphrate: *Pars fluminis scinditur largis aquarum agminibus, ducens ad tractus Babylonios interiores. . . . alia Naarmalcha nomine, quod fluvius regum interpretatur, Ctesiphontem praetermeat. Et p.* 278. *Ventum est hinc ad fossile flumen, Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur, tunc aridum.* Ptol. L. V. c. 18. Βασίλειον ποταμόν: Polyb. L. V. p. 551. Βασιλικὴν διώρυχα vocat. Tamen cum Assy-

cat regium flumen. Qua deriuatur, oppidum fuit
1 Agrani e maximis, quod diruere Persae. Babylon *b*. Chaldaicarum gentium caput diu summam
2 claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiae Assyriaeque Babylonia appellata est, sexaginta millia passuum amplexa, muris *c*. ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quam nostra *d*., interfluo Euphrate, mirabili opere vtroque. *e*. Durat adhuc *f*. ibi Iouis Beli *g*. templum. In-

1. *Agranis. Ch.* 2. *claritatem inter vrbes obtinuit toto orbe, propter quod. Ch.*

Assyria lingua diuersa ab Hebraea sit, nihil mutamus. H.

b. *Babylon.*) Haec Solin. iisdem verbis, c. 56. p. 87. et Martian. L. VI. c. de Babylonia, p. 225. De huius vrbis amplitudine, situ, opibus, multa accurate Salianus noster in Annalibus ad A. M. 3516. N. 3. sqq. Falluntur porro qui Babylonem *Bagdad* esse existimant, cum Babylon ad Euphratem, ad Tigrim Bagdad sit posita, vt refert Texeira testis oculatus. Plinii, Pausaniae, et Ammiani temporibus stabant moenia quidem integra, sed ea ciuibus vacua. Vide Pausan. in Arcad. L. VIII. p. 509. Post a Iudaeis frequentata. Demum anno Christianae aerae 1037. solo penitus aequata. H.

c. *Muris.*) E bitumine et testaceo latere structis. Vitruuius cap. 3. libro VI. *Dal*.

d. *Quam nostra.*) Digitis duodecim pes Romanus constabat: Babylonius, vnde viginti. H.

e. *Opere vtroque.*) Et moenibus scilicet, et ipsa interflui Euphratis crepidine, quae moenibus ipsis latitudine pars ex vtroque fluminis latere, ad stadia centum magnis sumtibus est educta: cuniculo denique ipso, supra quem Euphratis in vrbem influentis vnda labente, ex vna regiae parte in alteram, flumine non transito, commeari subterraneo itinere tuto posset. Ita Diod. Sic. Bibl. L. II. p. 97. et 98. ac Philostr. de vita Apollonii, L. I. c. 18. p. 36. H.

f. *Durat adhuc.*) Tamen Diodorus, l. c. vetustate iam tum aeuo suo collapsum testatur: a Semiramide conditum scribit: a Nabuchodonosore, alii: instauratum ab Ale-

Inuentor *h.* hic fuit sideralis scientiae. [1] Cetero [2] ad solitudinem rediit, exhausta vicinitate Seleuciae *i.*, ob id conditae *k.* a Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris: quae tamen Babylonia *l.* cognominatur, libera hodie ac sui iuris, Macedonumque moris. [3] Ferunt ei plebis vrbanae DC. M esse: situm vero moenium, aquilae pandentis alas: agrum totius Orientis

1. Cetero circuitu ad M. V. Ceterum ad Tol. Cetero ad Ch. quoque 2. *in Gr. et Al.* 3. *Feruntur ei plebes vrbanae sexcentae esse. M. V.*

Alexandro M. dum Babylone ageret, ex Hecataeo Iosephus adu. Apion. H.

g. Iouis Beli) Διὸς Βήλȣ ἱερὸν, Herod. L. I. Clio, N. 178. p. 74. *Arcem Babylonis antiquissimus rex condidit Belus,* inquit Ammian. L. XXIII. p. 251. Iouem ipsum Babylonii Belum appellant, vt dicemus, L. XXXVII. f. 55. H.

h. Inuentor) Solin. et Martian. ll. cc. H.

i. Seleuciae) Nunc *Bagdad*: oppidum est hodieque amplissimum. H.

k. Ob id conditae a Nicatore intra XC. *lapidem.)* Strabo CCC. stadiis remotam esse ait Seleuciam a Babylone, hoc est XXXVII. M. D. pass. quod vidit et Hermolaus. Itaque legendum non XC. sed XL. Videtur enim imperitia librarii versam fuisse *l*, literam in *c*. *Pintian.*

A Nicatore, etc.) Strabo, L. XVI. p. 738. Ambitiosum opus Seleuci Nicatoris, inquit Ammian. L. XXIII. p. 251. Primus hic Syriae rex post Alex. M. Vide Not. et Em. N. XCIII. (hic pos.) *A Nicatore intra nonagesimum lapidem.)* *Intra* XL. potius quam *intra* XC. scripsisse Plinius videri possit. Strabo enim, L. XVI. p. 738. trecentis stadiis distare a Seleucia Babylonem scripsit, quae sunt XXXVII. M. D. passuum. MSS. tamen omnes *intra* XC. mira consensione exhibent. H.

l. Babylonia cogn.) A regione circumiacente quae hodie *Yerach* appellatur. Quin et ipsi illi, qui Seleucia oriundi erant, Babylonii potius quam Seleucienses dicebantur, vt ex Diogene Stoico animaduertit Strabo, L. XVI. p. 744. Et ipsa Seleucia Babylon a Stephano vocatur. H.

rientis fertiliſſimum. Inuicem ad hanc exhauriendam, Cteſiphontem *m.* iuxta tertium ab ea lapidem in [1] Chalonitide *n.* condidere Parthi *o.* quod nunc [2] caput eſt regnorum. *p.* Et poſtquam nihil proficiebatur, nuper Vologeſus rex aliud oppidum Vologeſocertam *q.* in vicino condidit. Sunt etiamnum in Meſopotamia oppida: Hipparenum *r.*, [3] Chaldaeorum doctrina clarum et hoc, ſicut Babylonii *s.*, iuxta [4] flu-

vium

1. *Chalibonitide. ex Ptolem.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. nunc eſt caput regni Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Chif. Ch. doctrina clarum et hoc. V. Chaldaeorum et hoc etc. Gr. et vulgg.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. flumen Gr. Flumen Narragam, qui cadit in Narrogam, qui. Tol. et Salm.*

m. Cteſiphontem) Κτησιφῶν in orientali Tigris ripa. H.

n. In Chalonitide) Καλλωνῖτις Polybio ſcribitur per κ. L. V. p. 555. At Straboni, L. XI. p. 529. per χ. Χαλωνῖτις. H.

o. Condidere Parthi) Condidiſſe priſcis temporibus Vardanem ait Ammian. L. XXIII. p. 251. amplificaſſe poſtea incolarum viribus, moenibuſque, Graeco etiam Cteſiphontis indito nomine, Pacorum regem. H.

p. Caput eſt regnorum) Tacit. Annal. L. VI. p. 148. *Cteſiphon ſedes imperii.* Herodianus: ἔνθα ἦν τὰ Βασίλεια τοῦ Παρθυαίου. H.

q. Vologeſocertam) Hoc eſt, Vologeſi vrbs: Certa enim Armeniis vrbem ſonat, vt diximus ſ. 9. Vologeſiam Ammian. l. c. Steph. Βολογεσιάδα: Οὐολγεσίαν Ptolemaeus appellat, L. VI. c. 20. Babyloni ſubiecta verſus meridiem. Mox *in vicino* MSS. libri habent: nullus, *in vicinio.* H.

r. Hipparenum) In magno eſſe nominum ambitu id oppidum videtur. Cum enim ad fluuium Narragam poſitum id oppidum ſignificetur, qui Maarſares Ptolemaei eſt, vt mox dicemus: idem illud eſſe oppidum ſuſpicor, quod Ptolemaeo Βάρσιτα eius amnis ripae impoſitum appellatur. Rectius a Strabone, L. XVI. p. 739. Βόρσιππα: vnde Borſippenorum dicta altera Chaldaeorum Aſtronomorum doctrina, ſiue ſecta. H.

s. Sicut Babylonii) Quae prima Chaldaeorum ſecta. In

vium Narragam *t.*, qui dedit ciuitati *u.* nomen. Muros Hipparenorum Perfae diruere. Orcheni quoque *x.* tertia Chaldaeorum doctrina, in eodem fitu locantur, ad meridiem verfi. Ab his Notitae et [1] Orthophantae *y.*, et Graeciochantae. Euphrate nauigari Babylonem e Perfico mari CCCCXII mill. *z.* paffuum tradunt Nearchus et Onesicritus. Qui vero poftea fcripfere *a.*, a Seleucia [2] CCCCXL. mill. Iuba a Babylone Characem CLXXV. mill. paff. Fluere aliqui vltra Babylonem *b.* continuo alueo, priusquam

1. *Orotopopanitae et Graeciochartae. Ch.* 2. CCCCLXXX. *Ch.* CCCXC. *Gr.*

In editis perperam hactenus, *ficut Babylon.* H.

t. Narragam) Nunc *Narfingua* Dalecamp.

Narragam) A recto cafu *Narraga:* a Chaldaico נהר רגע *Naar—raga*, quod *flumen fciffum* fignificat: non vero a נהר אגם *Naar—agam*, vt Bochartus exiftimat, L. I. Geogr. c. 8. p. 40. Alueus eft et corriuatio Euphratis, foffa ducta, maxime occidentalis: *Maarfares* Ptolemaeo, L. V. c. 20. Ammiano, L. XXIII. p. 252. *Marfias* appellatus. H.

u. Qui dedit ciuitati) Subintellige, alteri, nempe Narragae. H.

x. Orcheni quoque) Ὀρχηνοὶ a Strabone, L. XVI. p. 739. inter genera Chaldaeorum Aftronomorum recenfentur. H.

y. Orthophantae) In MSS. *Orothophantae*, et *Gnefiochartae.* H.

z. CCCCXII. mill.) Strabo, l. c. fupra tria millia ftad. hoc eft, fupra CCCLXXV. mill. paff. H.

a. Qui vero poftea fcripfe- runt a Seleucia CCCC. XC.) Apographon Tol. CCCCXL. Videtur legendum permutatis elementis CCCCLX. Nam fi ex hac fumma, quae eft a Seleucia ad finum Perficum, fubtrahantur CCCCXXI. M. paff. quae connumerantur a Babylone ad finum eumdem, vt ftatim ante dixit, reliqua erunt XXXVIII. M. hoc eft CCC. ftadia: quo fpatio dictum eft paulo ante ex Strabone, fubmotam effe Seleuciam a Babylone. *Pintianus.*

b. Vltra Babylonem) Verfus meridiem, et Perficum mare. H.

quam distrahitur [1] ad rigua, LXXXVII. mill. Vniuerso autem cursu [2] XI. pass. *c.* Inconstantiam mensurae diuersitas auctorum facit, cum Persae *d.* quoque schoenos et parasangas [3] alii alia mensura determinent. Vbi [4] desinit [5] alueo munire *e.*, ad confinium Characis accedente tractu, statim infestant Attali latrones, Arabum gens. Vltra quos Scenitae. *f.* Ambitu vero *g.* Euphratis Nomades Arabiae, vsque ad deserta Syriae, vnde in meridiem *h.* flecti eum diximus,

Xx 3

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. in irrigua Gr. et Al.* 2. XII. *Ch.* XI. *mill. et Gr.* 3. *alii, in V. et M. non leg.* 4. *desit. Ch.* 5. *alueus muniri. V. vbi desinunt alueum munire. V. alueo vno ire. alii.*

c. XI. pass.) Hoc est, vndecies centenis passuum millibus. H.

d. Cum Persae quoque schoenos et parasangas alii alia mensura determinent.) Sensus est, non debere cuiquam mirum videri, quod inter auctores, de spatiis earum regionum parum constet, cum apud ipsos Persas locorum indigenas alibi magis, alibi minus prolixae sint parasangae; quod idem apud germanos quoque in milliariis accidit. *Gelen.*

Schoenos et parasangas) *Parasangae*, inquit Festus, *apud Persas viarum mensurae sunt.* Parasangam Persicum alii sexaginta stadiorum esse aiunt, alii tricenûm, alii quadragenûm. In schoenis, σχοίνοις, quae mensura viarum apud Aegyptios in vsu est, par inconstantia notatur a Strabone, L. XI. p. 518. De schoenorum mensura multiplici dicemus L. XII. f. 31. H.

e. Alueo munire) Vbi desinit alueo vasto munire accolas aduersus praedonum vim, ibi infestant Attali latrones. Cum vnico alueo Tigris hic feratur, vti dicemus sect. sq. non placet eorum coniectura, qui contra codicum fidem, scriptorisque adeo mentem, *alueo vno ire*, hoc loco reponere satagunt. H.

f. Scenitae) De quibus in Arabia dicetur, f. 32. vbi et de Nomadum Arabum gente ac situ. H.

g. Ambitu vero) Tota occidentali ripa Euphratis. Deserta Syriae solitudines sunt Palmirenae. H.

h. Vnde in meridiem flecti eum diximus, solitudines Palmirenas relinquentem.) con-

mus *i.*, ſolitudines Palmirenas relinquentem. Seleucia abeſt a capite Meſopotamiae Euphratem nauigantibus vndecies centena xxv. mill. paſſuum. A mari Rubro, ſi Tigri *k.* nauigetur, [1] cccxx. mill. a Zeugmate [2] dxxvii. mill. Zeugma [3] a Seleucia Syriae *l.* ad noſtrum litus *m.* [4] clxxv. mill. paſſ. Haec eſt *n.* ib

1. ccxx. *Ch.* 2. dcccxxiv. *Ch.* 3. *abeſt. Ch.* 4. cxxxii. *Gr. et Al.*

Conſtat ex hoc ipſo, quem Plinius citat loco, volum. 5. cap. 13. ſcribendum hic eſſe, *Vnde in Orientem flecti*, etc. non, *vnde in meridiem.* Verba Plinii: *Ita fertur vſque ad Vram locum, in quo conuerſus ad orientem relinquit Palmirenas ſolitudines.* Et in eodem cap. oſtenſum fuerat expulſum a Tauro in meridiem cum ante aduerſus occaſum decurreret. *Pintian.*

i. Flecti eum diximus) Hoc eſt, vſque eum locum, vbi in meridiem decurrere Euphratem diximus, atque inde in orientem flecti. Confer cum his ea quae ſuperius dicta ſunt, L. V. ſ. 20. et 21. H.

k. A mari Rubro, ſi Tigri) Perſico ſinui Rubri maris nomen accommodat. Ita etiam Seneca, Troadis act. I. *Et qui renatum prorſus excipiens diem Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto.* H.

l. Zeugma a Seleucia Syriae ad noſtrum litus c. xxxii.) Supra lib. V. cap. 12. menſuram indicans Syriae, *Longitudo*, inquit, *eius inter Ciliciam et Arabiam* cccclx. m. *paſſuum eſt: latitudo a Seleucia Pieria ad oppidum in Euphrate Zeugma* clxxv. Legendum itaque et hic, non cxxxii, ſed clxxv. adſtipulante etiam Martiano lib. VI. *Pint.*

m. Ad noſtrum litus.) Ad noſtri maris, hoc eſt, mediterranei litus, quod Syriam alluit. Interuallum autem adſcripſimus, non quale hactenus editum hoc loco eſt, CXXXII. mill. ſed quale expreſſum ſuperius, L. V. ſ. 13. H.

n. Haec eſt ibi latitudo terrarum inter duo maria. Parthici vero regni dccccxliiii. m. *paſſuum.*) Praepoſterus verborum ordo ſenſum alioqui facilem, non difficilem modo, ſed falſum etiam reddit. Ecquae, obſecro, duo ſunt maria inter Seleuciam Syriae et Zeugma vrbem? Ex his igitur verbis prima illa, *Haec eſt ibi latitudo terrarum*, ſuperioribus adiungenda ſunt. Quae ſequuntur, ſic, vt

ibi latitudo [1] terrarum inter duo maria *o.*: Parthici vero *p.* regni DCCCC. [2] XLIV. mill. passuum.

XXXI. Est etiamnum oppidum Mesopotamiae in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant [3] Digbam. *q.* (XXVII.) Sed et de Tigri ipso dixisse conveniat. Oritur in *r.* regione Armeniae maioris, fonte conspicuo in planitie. Loco nomen [4] Elegosine est. *s.* Ipsius qua tardior fluit, Diglito *t.*: vnde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari. Ita

 appel-

1. *Terrarum. Parthici vero regni inter duo maria, ex cap. 25. et proxime sequenti.* 2. XVIII. *Ch.* 3. *Debam. Ptolem.* 4. *Sic quoque M. Aelosine est, ipsi qua tardior fuit Digito. Elongosine Gr. et Al.*

vt sentio, legenda: *Parthici vero regni inter duo maria* DCCCCXL. M. *pass.* Meminisse enim hoc loco debemus eorum quae supra a Plinio dicta sunt cap. 15. *Regna Parthorum duodeuiginti sunt omnia. Ita enim diuidunt prouincias, circa duo, vt diximus, maria, Rubrum a meridie, Hyrcanum a septemtrione.* Praeterea infra capite proximo, ex sententia Agrippae tradit, latitudinem Mediae Parthiae, Persidis, DCCCXL. quod adhuc magis correctionem nostram obuallat. *Pint.*

o. Inter duo maria) Mediterraneum et Rubrum. H.

p. Parthici vero) Subintellige, latitudo inter duo pariter maria, Caspium et Rubrum: quod Martianus haec transscribens haud satis perspexit, L. VI. p. 225. H.

q. Digbam) Varie id nomen apud Ptol. scribitur, L. V. c. 20. in Babylonia, Διγούα et Διδουγούα. H.

r. Oritur in) Solin. haec totidem verbis, c. 37. p. 66. H.

s. Elegosine est) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. et vet. Dalec. In editis *Elongosine.* Solinus: *In loco edito, qui Elegos nominatur.* H.

t. Diglito.) Theteclus Chaldaeus paraphrastes: Iosephus cap. 2. lib. I. ἀρχαιολογίας, Diglath. *Mitalerius.*

Diglito) Transiit deinde in totum amnem haec appellatio, Διγλὰδ, vt Iosephus est auctor, A. I. L. I. c. 2. p. 5. hodieque accolis est *Daghelé*, vt ab iis didicimus, qui amnem eum nauigarunt. H.

appellant Medi sagittam, *u.* [1]Influit in lacum [2]Arethusam *x.* omnia illata pondera sustinentem, et nitrum nebulis exhalantem. Vnum genus ei piscium est *y.*, [3]idque transcurrentis *z.* non miscetur alueo, sicut nec e Tigri pisces in lacum transnatant. Fertur autem et cursu et colore dissimilis *a.*: transuectusque *b.* occurrente Tauro monte *c.* in specu mergitur *d.*: subterque lapsus a latere altero eius erumpit.

1. *Sic quoque M. V. et Ch. Influit lacum Gr. et Al.* 2. *Arsenen. Strab. lib. XI.* 3. *et aquae. M. est, et his aquae non miscentur.*

u. Medi sagittam.) Solin. l. c. Curtius, L. IV. c. 36. p. 149. Strabo, L. XI. p. 527. Μήδων τίγριν καλούντων τὸ τόξευμα. Adde Eustath. in Dionys. p. 124. H.

x. Arethusam) Ita libri omnes, et Solin. l. c. Ἀρσυνή. Straboni, l. c. Ἀρέουσα. Ptol. L. V. c. 13. Eadem Θωνῖτις Straboni, et Dionysio, v. 988. H.

y. Vnum ei genus piscium est) Deesse puto negationem scribendumque, *Nec vnum genus ei piscium est*, ex Strabone XI. scribente, piscium palustrium unum dumtaxat genus esse, in hoc autem lacu plura esse genera. Proinde quod sequitur confestim: *Idque transcurrendis non miscetur alueo*, legend. erit, *Iique transcurrentis non miscentur alueo* Pint.

z. Idque transcurrentis) Solini paraphrasis: *Arethusae pisces numquam se alueo Tigridis miscent: sicut nec amnici pisces in stagnum transeunt Arethusae.* H.

a. Fertur autem et cursu et colore dissimilis.) Credo legend. *Fertur alite cursu et colore dissimilis.* Vide Salmas. p. 596. b.

Fertur autem) Et cursus, inquit, celeritate, et dissimilitudine coloris aquae fluuiales a lacustribus discernuntur. H.

b. Transuectusque) Vltra lacum aliquanto interuallo praeterlapsus. Strabo, l. c. H.

c. Tauro monte.) Seneca cap. 8. lib. VI. Quaest. Natural. *Dalecamp.*

d. In specu mergitur.) Sen. N. Qu. L. VI. c. 8. *Age, cum vides interruptum Tigrim in medio itineris siccari, et non vniuersum auerti, sed paulatim, non apparentibus damnis, minui primum, deinde consumi: quo illum putas abire nisi in*

pit. Locus vocatur Zoroanda. *e.* Eumdem esse manifestum est, quod demersa perfert. Alterum deinde transit lacum, qui [1] Thospites *f.* appellatur: rursusque *g.* in cuniculos mergitur, et post xxv. mill. passuum circa Nymphaeum *h.* redditur. Tam vicinum Arsaniae *i.* fluere [2] eum in regione Arrhene *k.* Claudius Caesar auctor est, vt cum intumuere, confluant, nec tamen misceantur: leuiorque Arsanias innatat IV. mill. ferme spatio: mox diuisus in Euphratem mergitur. Tigris [3] autem ex Armenia *l.*, acceptis fluminibus *m.* claris [4] Parthenia, ac

Xx 5

1. Tespites. Ch. Thespites. V. *2. eum, deest in M.* *3. enim. M.* *4. Vet. cod. Partheni, ac Nicephorini. Ch. Partheni, Agnice, Pharione, Gr. et Al.*

in obscura terrarum; vtique cum videas emergere iterum, non minorem eo qui prior fluxerat? H.

e. Zoroanda) MSS. *Zoaranda.* Solinus, *Zomada.* In Chalonitide emergere Strabo est auctor, l. c. H.

f. Qui Thospites) Λίμνην Θοσπίαν vocat Ptol. L. V. c. 13. H.

g. Rursusque) Solin. l. c. H.

h. Circa Nymphaeum) Sic locum appellant, vnde bitumen egeritur, ad similitudinem forte Nymphaei Illyrici, de quo dictum est L. II. s. 110. sub quo liquidi bituminis fontes oriuntur. Ibi Tigrin emergere, vbi naphtha gignitur, (genus id bituminis est,) prodit etiam Ammian. L. XXIII. p. 250. H.

i. Arsaniae) De amne Arsania, L. V. s. 20. H.

k. Regione Arrhene) Maioris Armeniae. Incolae Arrhei ab Epiphanio in Ancoratu appellantur, n. 115. p. 117. Ἀρμένιοι, Ἀῤῥεοι. H.

l. Tigris autem ex Armenia, etc.) Lege: *Tigris enim acceptis ex Armenia fluminibus claris, Parthenia ac Nicephorione, Arabas, Oroeos, Adiabenosque etc.* Vide *Salmas.* p. 698. a.

m. Acceptis fluminibus claris Partheni, Agnice, Phorione) Lego, *Acceptis fluminibus claris Parthenia, Nicephorione,* ex vulgata Graeciae nomenclatura. Alioqui Parthenias fluuius est Peloponnesi Straboni octauo: alius eiusdem fere nominis in Ponto Ptolemaeo, Stephano, Straboni, Arriano, Appollonio, apud

ac Nicephorione, Arabas [1] Oreos *n.*, Adiabenosque disterminans, et quam diximus Mesopotamiam faciens, lustratis montibus [2] Gordyaeorum *o.* circa Apamiam *p.* Mesenes oppidum, citra Seleuciam Babyloniam [3] cxxv. mill. pass. diuisus in alueos duos *q.*, altero

1. *Oroëos. V. Arabas, Arbeos Gr. et Al. et quidem distinctim.* 2. *Corydaeorum. Ch. Corydiorum. V. Tol.* 3. ccxxv. *Ch.*

apud nos Valerio Flacco et ceteris. Et Nicephorion vrbs est Mesopotamiae Ptolemaeo, Stephano. Plinius quoque cap. xxvi. *In viciniam Euphratis Nicephorium.* Fauet etiam Apogr. Tolet., in quo ad verbum, vt aiunt, scriptum est, *Parthenia ac Nicephorione.* Pintian.

Parthenia, ac Nicephorione.) Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Par. Chiffl. Tol. Perperam libri omnes editi hactenus, *Partheni, Agnice, Pharione.* H.

n. Arabas Oreos) Ita laudati proxime codd. De his egimus libro superiore. H.

o. Lustratis montibus Gordiacorum) Legebatur ante Hermolaum, *Choridiorum*, ipse *Gordiaeorum* corrigit. Apographon Toletanum, *Corideorum* habet: nos scribendum censemus *Corduenorum*, seu *Carduchorum*, ex Plinio supra capite xv. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni praefluente Tigri.* Pint.

Gordyaeorum) Siue Corduenorum, vt dictum est §. 17. H.

p. Apamiam) Nunc *Gresirae.* Dalec.

Apamiam) Est haec Apamia a reliquis eius nominis ciuitatibus diuersa, quae hoc passim opere occurrunt. Meminit Steph. p. 91. Ἔστι καὶ ἄλλη Ἀπάμεια, ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Τίγρης ποταμὸς, etc. *Est etiam alia in Messene, fluuio Tigri circumdata, in qua diuiditur Tigris*, etc. Ammianus quoque, L. XXIII. p. 251. *In omni autem Assyria multae sunt vrbes, inter quas Apamia eminet, Mesene cognominata, et Teredon*, etc. H.

q. In alueos duos) Dextro, quo meridiem petit, Delas: laeuo, quo versus septemtrionem flectitur, nomen Tigris fuit: καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς Δέλας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Τίγρις, ὁμωνύμως τῷ μεγάλῳ, inquit Steph. Pro Δέλας

altero meridiem ac Seleuciam petit, Mesenen *r.* perfundens: altero ad septemtrionem flexus, eiusdem gentis *s.* tergo campos *t.* Cauchas *u.* secat. Vbi remeauere aquae, Pasitigris *x.* appellatur. Postea recipit ex Media Choaspem *y.*: atque (vt diximus *z.*) inter

Δέλας libentius agnouerim Σύλαξ cum Eustathio in Dion. p. 124. H.

r. Messenen) Latini Interamnem appellant, quam Graeci Μέσην, siue Μεσήνην, regionem inter duo flumina mediam. Philostorgius L. III. c. 7. fluuiatilem simul et maritimam insulam vocat, ποταμιάν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, quoniam scilicet duobus Tigridis alueis ad latera, a fronte vero Persico mari ea efficitur, atque includitur. H.

s. Eiusdem gentis) Mesenes. H.

t. Campos Cauchas) A Coche, siue Seleucia, quae ad Tigrim condita est, campi adiacentes, maxime versus orientem fusi, nomen id acceperunt. Vide Ammian. L. XXIV. p. 276. et 278. H.

u. Cauchas) Nunc *Cuerch.* Dal.

x. Pasitigris) Πασίτιγρις, quasi ex omnibus Tigris alueis iam coeuntibus, conflatus amnis. Aliam appellationis causam affert Strabo, L. XV. p. 729. H.

y. Choaspem) Χοάσπης dicitur Straboni, L. XV. p. 697. Vide Not. et Em. N. XLIV. (hic post.) *Choaspem*) Qui Choaspem et Eulaeum, geminum putant vnius amnis nomen esse, cum Salm. in Solin. p. 600. haud satis diligenter explorasse ea videntur, quae de vtroque amne veteres prodiderunt. Nam vt ab ortu incipiam diuersos vtriusque fontes agnoscit Ptol. L. VI. c. 3. Alueos dispares ipse Plin. L. XXXI. s. 21. *Parthorum reges*, inquit, *ex Choaspe et Eulaeo tantum bibunt... Et horum placere potum, non quia sunt amnes, apparet: quoniam nec e Tigri, nec Euphrate, nec e multis aliis bibunt.* Denique id quod caput est, diuerso vterque ore, atque inter se dissitissimo, in Tigrim effluit: Choaspes quidem, vt ex hoc Plinii loco perspicua res est, antequam in lacus Chaldaicos se Tigris fundat, hoc est, supra Characem oppidum, centum fere passuum millibus: Eulaeus, ad ipsum Characem in Tigrim delabitur: in ipso vtriusque amnis confluente oppido condito, vt hac ipsa sectione Plinius asseuerat. Nec refert,

inter Seleuciam et Ctesiphontem vectus, in lacus Chaldaicos se fundit, eosque LXX. mill. pass. amplitudine implet: mox vasto alueo profusus, dextra Characis oppidi infertur mari Persico [1] x. mill. pass. ore *a.* Inter duorum amnium ostia xxv. mill. pass. fuere, aut (vt alii tradunt) VII. mill. vtroque nauigabili. Sed longo tempore Euphratem praeclusere Orcheni, et accolae agros rigantes: nec nisi [2] Pasitigri *b.* defertur in mare. Proxima Tigri *c.* regio Parapotamia appellatur. In ea dictum est de Mesene. Oppidum

1. *Sic et M. Ch. et Basil. decumano ore. V. decumo ore Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Pin. Nec nisi per Tigrin def. Gr. et Al.*

fert, quod ad vtrumque amnem imposita Susa apud scriptores quosdam dici videantur: Altero enim, nempe Eulaeo, arcem circumiri, cum Plinius scribit: alterum interuallo aliquo ab vrbe distare, Strabo l. XV. p. 728. an necesse continuo est iuncto vel eo loci vel deinceps alueo vtrumque fluere? H.

z. *Vt diximus*) S. 26. his verbis: *Lacus quem faciunt Eulaeus et Tigris iuxta Characem.* H.

a. X. mill. pass. ore.) Vide Not. et Em. N. XCV. (hic adi.) *X. mill. pass. ore*) Ita restituimus admonitu codicum R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. etc. cum prius scriberetur *decumo ore:* quod contra Plinii mentem ab interpolatoribus esse vitiatum, liquet omnino ex iis quae statim subduntur, de simplici vtriusque amnis ostio, vtroque nauigabili. H.

b. Nec nisi Pasitigri) Nec aliae, inquit, Euphratis aquae in mare perferuntur, quam quae ex eo fossa perducto in Tigrim effluunt ad Seleuciam: has enim Tigris, cui paulo post Pasitigris appellatio tribuitur, ob eam causam quam diximus, secum vehit in mare: ceterae Euphratis aquae innumeris alueis ad agros rigandos ita distrahuntur, vt nullo se ostio in mare flumen exoneret. H.

c. Proxima Tigri) Vel Pasitigri. Παραποταμία fluminea ripa, vel regio quae secus amnem. Huius pars Mesene est, de qua superius quiddam obiter perstrinximus. H.

pidum eius *d.* Dibitach. *e.* Iungitur [1] Chalonitis *f.* cum Ctesiphonte, non palmetis modo, verum et olea, pomisque, aliisque arbustis nobilis. Ad eam peruenit Zagrus mons *g.*, ex Armenia inter Medos, [2] Adiabenosque veniens, supra Paraetacenen et Persidem. Chalonitis abest a Perside [3] CCCLXXX. mill. pass. Tantum a Caspio mari [4] et Assyriam abesse compendio itinerum aliqui tradunt. Inter has gentes *h.* atque Mesenen Sittacene est, eadem Arbelitis *i.*, et [5] Palaestine *k.* dicta. Oppidum eius Sittace *l.* Graecorum ab ortu est, et [6] Sabata *m.*: ab occasu

1. *Chalibonitis. Ptol.* 2. *Sic et Ch. Adiabenos. Gr.* 3. CCCCLXXX. *Gr.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. a Caspio mari Assyriam Gr. et vulgg.* 5. *Palaestina. Ch.* 6. *Sabdara. Ch.*

d. Oppidum eius) Parapotamiae. H.

e. Dibitach) Nunc *Debebech.* Dal.

f. Chalonitis) Regio in qua Ctesiphon a Parthis condita, vt diximus sect. sup. H.

g. Zagrus mons) Isidorus Char. p. 187. Ἡ Χαλωνίτις . . . πόλις δ' ἑλληνὶς Χάλα . . . ὄρος ὁ καλεῖται Ζάγρος, ὅπερ ὁρίζει τὴν Χαλωνῖτιν χώραν, καὶ τὴν τῶν Μήδων. Sic igitur Tauri montis partem appellant, quae Mediam seiungit a Babylonia et Chalonitide. Medos discludit ab ortu, ab occasu Adiabenos siue Assyrios: mox supra Persidem et Paraetacenen excurrit ab occasu fere brumali in exortum aestiuum. H.

h. Inter has gentes.) Inter Medos, Adiabenos, Persas, Chalonitidem, atque Mesenen. Σιτακηνὴ Straboni dicitur, L. XV. p. 732. eademque pars Susianae, et Ἀπολλωνιᾶτις cognominata. H.

i. Eadem Arbelitis.) A confinio fortasse Arbelitidis, quae pars Assyriae est, vt diximus s. 16. idem quoque cognomen traxit. In R. 1. et Colb. 1. 2. verba haec desunt, *eadem Arbelitis.* At in R. 2. exstant. H.

k. Palaestine) Ita R. 2. At R. 1. Colb. 1. 2. *Calestine.* H.

l. Sittace) Σιττάκη Ptolemaeo, in Assyria, L. VI. c. 1. H.

m. Et Sabata) Sabatices Σαβατικῆς regionis caput, quae

casu autem Antiochia *n.*, inter duo flumina Tigrin et Tornadotum. Item Apamia, cui nomen Antiochus *o.* matris suae imposuit, [1] Tigris circumfunditur. Haec diuiditur Archoo. *p.* Infra est [2] Susiane *q.*, in qua vetus regia Persarum Susa *r.*, a Dario *s.* Hystaspis filio condita: abest a Seleucia Babylonia CCCCL. mill. pass. Tantumdem ab Ecbatanis Medorum per montem [3] Charbanum. *t.* In septemtrionali Tigris alueo oppidum est [4] Babytace. *u.* Abest a Susis *x.* CXXXV. mill. pass. Ibi mortalium soli aurum

1. *Tigris circumfunditur huic, diuiditur Archoo.* 2. *Susiana. Ch.* 3. *Carbantum. Ch.* 4. *Barbibace. Ch.*

quae sic ab ortu Sittacenes est posita, vt alii Mediae, Elymaidi alii adiudicandam censuerint, teste Strabone, L. XI. p. 524. Σάμβανα Diodoro, L. XVII. Bibl. p. 576. H.

n. Antiochia) Eadem Apollonia Ptolemaei, l. c. vt quibusdam videtur: vnde regioni quoque Apolloniatidis nomen est inditum. H.

o. Antiochus) Eius nominis primus, Seleuci Nicatoris primi Syriae Regis, et Apames F. H.

p. Archoo) Amne. H.

q. Susiane) Eadem Σουσὶς Susis dicta Straboni, L. XV. p. 727. Hodie *Chusistan.* H.

r. Susa) Σοῦσα, quam vrbem ab amoenitate soli sic appellatam ait Athen. L. XII. p. 513. quoniam σοῦσον Graecis *lilium* appellatur. Alii, quod in campestri planitie et equitabili, vel in regione equis ferace sit posita, quoniam Syri equum σουσίαν vocant. Sic Etymologus. Nunc *Souster*. H.

s. A Dario) Post Cambysen Persarum rege, Xerxis patre. A Tithono Memnonis patre multo ante aedificata auctor est Strabo, L. XV. p. 728 *Conditam* a Dario Susam cum Plinius dicit, muris cinctam intelligit. H.

t. Charbanum) R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Carbantum.* Zagri montis superius memorati pars quaedam est. H.

u. Babytace) Ita Solin. c. 54. p. 85. et Steph. Βαβυτάκη, πόλις Περσικὴ· ὁ πολίτης, Βαβυτακηνός. H.

x. Abest a Susis) Solin. iisdem verbis, l. c. Apud Martian. L. VI. p. 225. numeri sunt corrupti. H.

aurum in odio contrahunt *y.*, id defodiunt, ne quo cui ſit in vſu. Suſianis ad orientem verſus iunguntur [1] Oxii *z.* latrones, et Mizaeorum XL. populi liberae

1. Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. et M. Coſſaei latrones Gr. et Al.

y. Ibi mortalium ſoli aurum in odio contrahunt. Id defodiunt, ne quo cui ſit in vſu.) Lego partim ex archetypo Tolet. partim ex coniectura, *His mortalium ſolis aurum in odio. Contrahunt id, defodiuntque, ne cui ſit in vſu.* Pintian. *Ibi mortalium ſoli aurum, etc.*) Lege: *Iis mortalium ſolis aurum in odio: contrahunt defodiuntque, id ne cui ſit in vſu.* Salmaſius p. 1194. b.

In odio) Ita libri omnes. Hoc eſt, ex odio. Solini paraphraſis. *A Suſis Babytace oppidum ... in quo mortales vniuerſi odio auri coëmunt hoc genus metallum, et abiiciunt in terrarum profunda, ne polluti vſu eius auaritia corrumpant aequitatem.* H.

z. Suſianis ad orientem verſus iunguntur Coſſaei.) Prior lectio tam impreſſa quam ſcripta, partim *Oxi*, partim *Oxii* praefert: Hermolaus pro *Oxii* ſubſtituit *Coſſaei*; non recte. Subſtituendum enim erat *Vxii*, ex Strabone lib. XI. *Eorum*, ait, *Mardi Perſis erant finitimi. His atque Suſiis Vxii et Elymaei, Coſſaei autem Mediae.* Et lib. XV. *Sed magis Paretaceni Apolloniatis imminent, vnde eos plurimum infeſtant. Elymaei autem illos et Suſios: cum Elymaeis vero Vxii pugnant.* Et eod. lib. adhuc magis perſpicue, *Ad orientem vero ex Suſis in Perſiae mediterranea euntibus, per Vxianos iter eſt.* Pintian.

Suſianis ad orientem.) Oram Perſici maris legentibus, inquit, orientem verſus poſt Suſianos occurrunt Oxii, ſiue Vxii. Vide Not. et Em. N. XCVI. (hic conſp.) *Suſianis ad orientem etc.*) Hoc loco *Oxii* libri omnes agnoſcunt, tum MSS., tum impreſſi et iam ante Hermolaum, qui pro *Oxii*, *Coſſaei* ſubſtituit. Verum ex Strabone ipſo, quem pro ſe affert, inanis eius coniectura agnoſcitur; is enim, vt diximus ſuperius paulo, N. LXXXII. (p. 664. lit. f.) Vxios Suſianis ac Perſis in ora Perſici maris confines facit. Adde et Plinium ipſum dicturum mox de Coſſaeis, qui Suſianis quidem proximi ſunt et ipſi ad orientem verſus, verum non in litore Perſici ſinus, vt Oxii, et Elymaei: ſed in mediterraneo

berae feritatis. Supra eos [1] patent Parthusi, Mardi, et Saitae, Hyi, qui praetenduntur supra Elymaida, quam Persidi in ora iunximus. Susa a Persico mari absunt CCL. mill. passuum. Qua subiit ad eam *a.* classis Alexandri Pasitigri, vicus ad lacum Chaldaicum vocatur Aphle: vnde Susa nauigatione LXV. M. D. pass. absunt. Susianis ab oriente *b.* proximi sunt [2] Cossaei: supra Cossaeos ad septemtrionem Mesabatene *c.* sub monte Cambalido, qui est Caucasi ramus: inde mollissimo transitu in Bactros. Susianen ab Elymaide disterminat amnis *d.* [3] Eulaeus, ortus in Medis, [4] modicoque spatio cuniculo conditus, hac rursus *e.* exortus, et per [5] Mesabatenen lapsus, circuit arcem Susorum, ac Dianae *f.* templum augustissimum illis gentibus, et ipse in magna caerimonia. Siquidem reges *g.* non ex alio bibunt,

1. *Parent Parthis Mardi. M. et Ch.* 2. *Cossiaei. Ch. Vxii ex Strab. lib. XI. Oxi, et Oxii. V.* 3. *Ilaeus. Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. medioque Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. Mesobatenen. Gr. et Al.*

neo et in montanis, versus Mediam: Ὄυξιοι καὶ Ἐλυμαῖοι Πέρσαις τε καὶ Σουσίοις· Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις προσεχεῖς ἦσαν, Strabo, L. XI. p. 524. et L. XVI. p. 744. H.

a. Qua subiit ad eam) Ad Susa regiam Persarum, vt dictum est s. 26. H.

b. Susianis ab oriente) Susianorum fines, a mari maxime remotos, attingunt ab oriente Cossaei latrones. Stephanus: Κοσσέα, μέρος Περσίδος. οἱ οἰκοῦντες Κοσσαῖοι. Plut. in vita Alex. p. 704. Κοσσαῖοι. H.

c. Mesabatene) Ita R. 1. 2. etc. Ptol. in Perside, L. VI. c. 4. Μεσαβάται. H.

d. Amnis) Ἔυλαιος Straboni, L. XV. p. 728. H.

e. Hac rursus) Hac ipsa regione, vnde ortus primum: nempe Media. H.

f. Ac Dianae) Martian. L. VI. c. de India, p. 225. *Oppidum ibi nobile Susa, in quo templum Dianae.* H.

g. Siquidem reges.) Solin. c. 33. p. 62. Pliniusque ipse, L. XXXI. s. 21. H.

bunt, et ob id in longinqua portant. Recipit amnem Hedypnum *h.*, praeter Asylum Persarum venientem, [1] Adunam *i.* ex Susianis. Oppidum iuxta eum Magoa, a Charace, xv. mill. pass.. Quidam hoc in extrema [2] Susiane ponunt solitudinibus proximum. Infra Eulaeum Elymais *k.* est, in ora iuncta Persi-

1. *Ad vnum ex Susianis oppidum. Iuxta V. Et vnum ex S. Gr. et Al.* 2. *Susiana. Gr.*

h. Recipit amnem Hedypnum) Videtur legendum *Hedyphum*, ex Strabone lib. XVI. qui tamen *Hedyphonta* appellat, quinta inflexione: Capta est etiam prope fluuium Hedyphonta Seleucia magna ciuitas, quae prius Soloce vocabatur. *Pint.*

Hedypnum) Ἡδύπνουν, quasi suaue spirantem. Is ipse est quem Hedyphonta Ἡδυφῶντα appellat Strabo, L. XVI. p. 744. qui Seleuciam Elymaeorum vrbem, (de qua mox) praeterfluit, iuxta Susianos: non in Babylonia, vt existimauit Ortelius, quem Seleuciae nomen in fraudem induxit. H.

i. Adunam) Ita MSS. omnes. Editi perperam, *et vnum*. H.

k. Elymais) Ἐλυμαῒς, incolae Ἐλυμαῖοι Straboni, L. XI. p. 542. Pars est australior eius regionis, quae nunc *Chusistan* dicitur. Hinc *Elamitae*, cum Parthis ac Medis a Luca copulati, Act. II. etsi D. Hieronymo, Libro de loc. Hebr. aliter visum. At alibi olim sedes habuere iidem Elamitae, nempe temporibus Abrahae, vt Moses docet, Gen. XIV. 1. *Factum est autem*, inquit, *in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, et Arioch rex Ponti, et Chodorlahomor rex* ELAMITARVM, *et Thadal rex gentium*, גוים 2. *inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, et contra Bersa regem Gomorrhae, et contra Sennaab regem Adamae, et contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balae: ipsa est Segor.* 3. *Omnes hi conuenerunt in vallem siluestrem, quae nunc est Mare salis.* 4. *Duodecim enim annis seruierant Chodorlahomor, et tertio decimo anno recesserunt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, et reges, qui erant cum eo.* — 8. *Et egressi sunt rex Sodomorum, et rex Gomorrhae, rexque Adamae, et rex Seboin nec non et rex Balae, quae est Segor.* — 9. *Scilicet aduersus Chodorlahomor regem Elamitarum, et Thadal regem Gen-*

Perſidi, a flumine [1] Oroati ad Characem, [2] CCXL. mill. paſſ. Oppida eius, Seleucia *l.*, et Soſirate, appoſita monti [3] Caſyro. *m.* Oram, quae praeiacet, minorum Syrtium vice diximus *n.*, inacceſſam coeno, pluri-

1. *Ora. Ch.* 2. CCXI. *Gr.* 3. *Chaſiro. Ch.*

Gentium, et Amraphel regem Sennaar, et Arioch regem Ponti: quatuor reges aduerſus quinque. Inter hos reges quatuor, tertium dumtaxat locum obtinet rex Elamitarum; quod nobiliores eſſent, et rex Sennaar, ex Nemrodo regum antiquiſſimo genus ducens, et rex Ponti, hoc eſt, orae ſinus Perſici citra Euphratem, iuxta ipſius oſtia, vbi poſtea Arabes Scenitae. Rex Elam, et rex Gentium, inter regem Sennaar et regem Ponti fuere. Rex Sennaar citra Ephratem, iuxta Babylonem et Vr. Primus tamen v. 9. appellatur rex Elamitarum Chodorlahomor, quoniam ipſius cauſa bellum iſtud gerebatur. Nulla enim ratio ſuadet, multo maiorem tunc quatuor regum illorum ditionem fuiſſe, quam fuit eodem tempore ditio regum quinque quos oppugnabant. Idcirco autem Chodorlahomor tributum a regibus illis exigebat, quia ſe pro primogenito gerebat e filiis Sem et Noe, quippe ex Aelam Semi filio primogenito ortum trahens: atque adeo ſibi vectigales volebat eſſe poſteros Chanaan; qui potiſſimam orbis partem, in qua paradiſus eſſet, occupaſſent. Ex priſca ſede iſta Elamitae poſtea verſus ortum progreſſi conſtitere ibi, vbi de eorum nomine Elymais regio nomen accepit, temporibus forte Dauidis aut Salomonis, vel ante ea ipſa. H.

l. Seleucia) Ampla ciuitas, quae prius Soloce vocabatur, Σελεύκεια μεγάλη πόλις. Σολόκη δ᾽ ἐκαλεῖτο πρότερον, inquit Strabo, L. XVI. p. 744. in Elymaide. H.

m. Caſyro.) MSS. *Chaſiro.* H.

n. Syrtium vice diximus.) Sect. nempe 29. his verbis: *Perſae Rubrum mare ſemper accoluere: propter quod is ſinus Perſicus vocatur: Regio ibi maritima*, Συρτίβωλος. Vide Not. et Em. N. XCVII. (hic exhib.) *Syrtium vice diximus)* Non alibi ſane aliud huiuſce rei veſtigium apparet vllum, praeterquam ſect. libri huius 29. vbi ita noſter: *Perſae* etc. Vbi MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. habent *Ceribobus*. Parmenſis editio, aliaeque vetuſtiores, *Cyri-*

plurimum limi deferentibus [1] Brixia et Ortacea amnibus: madente et ipſa Elymaide in tantum, vt nullus ſit, niſi circuitu eius, ad Perſidem aditus. Infeſtatur et ſerpentibus, quos flumina deportant. Pars eius maxime inuia, Characene vocatur ab oppido,

1. *Brixa et Ortátia. Ch.*

Cyribolus, ante Hermolaum, qui *Cyropolis* ſubſtituit, ratus hic locum habere oportere Κυρέσχατα ſiue Κύρου πόλιν, quam Stephanus in vltimis Perſidis finibus a Cyro conditam ſcribit. At neque hic oppidi nomen quaeritur, ſed regionis, oraeque maritimae: neque, ſi quaereretur, e Sogdianorum finibus, et Iaxarte amne, vbi Cyreſchata a Cyro ſunt condita, dictaque Cyri vltima, quod ibi ſuarum expeditionum metam poſuit, vti et Alexander, qui Ἀλεξάνδρειαν ἐσχάτην eodem fere in loco condidit, et Κυρέσχατα deſtruxit: non, inquam, ab longinquis adeo terris et Caſpio mari in ſinum Perſicum Cyropolis apte aduehitur. Hermolai tamen ſcripturam Salmaſius approbat, in Solin. p. 1193. vt Plinium deinde incuſet, quod ex male intellectis antiquiorum Graecorum verbis, qui ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Περσίδος ſitam eſſe Cyropolim dixerunt, nempe in finibus Perſicis imperii, ipſe in ora Perſidis, Rubri maris litore, oppidum id collocarit. At neque de oppido ſermo: et Συρτίβωλος ſcripſiſſe Plinium, non Cyropolis, tum veteris ſcripturae veſtigia clamant, tum locus ipſe quem habemus prae manibus: in quo ſe iam alias perſtrinxiſſe obiter admonet, oram Perſidis maritimam Syrtium Lybicarum inſtar, coeno limoque inacceſſam reddi in dies: quod quidem haud ſcio an breuiore ac ſignificantiore vocabulo exprimi potuerit, quam iſto, Συρτίβωλος. Eſt enim βῶλος γῆ terra ſeu gleba: Σύρτις arenoſus locus in mari: vt vtriuſque vocis nexu intelligatur ora coeno, limo, gleba, arenaque, inacceſſa, quae fluuiorum vortices quotidie aduehant. Hinc πηλώδης κόλπος ſinus coenoſus in Suſianae ora a Ptolemaeo locatur, L. VI. c. 3. et τέναγος ἀμμῶδες, locus limo obductus et arena, quod vadi tenax coenum appellat Claudianus. Vtrumque pariter in Periplo Suſianes Marcianus Heracleotes agnoſcit, p. 49. H.

pido, Arabiae claudente [1] regna, de quo dicemus, exposita prius M. Agrippae sententia. Namque is Mediam *o.* et Parthiam, et Persidem ab oriente Indo, ab occidente Tigri, a septemtrione Tauro, Caucaso, a meridie Rubro mari terminatas, patere in longitudinem XIII. XX. *p.* mill. pass. in latitudinem [2] DCCCXL. *q.* prodidit. Praeterea per se Mesopotamiam ab oriente Tigri, ab occasu Euphrate, a septemtrione Tauro, a meridie mari Persico inclusam, longitudine octingentorum *r.* mill. pass. latitudine CCCLX. Charax *s.* oppidum Persici sinus intimum, a quo Arabia Eudaemon cognominata excurrit, habita-

1. *Regna ea. Ch.* 2. DCCCCL. *Ch.*

o. *Namque is Mediam*) Haec iisdem verbis Martianus, L. VI. c. de India, p. 225. H.

p. *XIII. XX.*) Hoc est, vt Martianus ait, ter et decies viginti millia passuum. Sic porro libri omnes editi, et manu exarati: tum ii quos ipsi inspeximus, tum ii ex quibus Martianus exscripsit. At longe discrepant ab iis quos secuti sunt Missi Theodosii, qui Principis eius iussu terrarum orbem, quaqua patet, dimensi sunt: Eorum haec oratio est: *Media, Parthia, Persis, finiuntur ab oriente flumine Indo: ab occidente, flumine Tigri: a septemtrione, monte Tauro: a meridie, mari Rubro. Longitudo M. passuum DCCCCXX. latitudo, CCCCXXI. Iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.* H.

q. *DCCCXL.*) Martianus legit tantummodo DCCCXXX. H.

r. *Octingentorum*) Adiiciunt ad eam mensuram centena passuum millia Missi Theodosii: *Mesopotamia, Babylonia, Chaldaea: finiuntur ab oriente, flumine Tigri: ab occidente, flumine Euphrate: a septemtrione, monte Tauro: a meridie, mari Persico. Longitudo M. pass. DCCCC. latitudo CCCLX. Iuxta Plinium Secundum eadem mensura est.* H.

s. *Charax*) Χάραξ ad oram intimam sinus Persici conditum oppidum, latere Tigris fluuii orientali. Hinc Geographo Isidoro, Characeni cognomen. H.

bitatur *t.* in colle manu facto inter confluentes, dextra Tigrin *u.*, laeua [1] Eulaeum, III. mill. pass. laxitate. Conditum est primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex vrbe regia Durine (quae tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari iusserat: pagumque Pellaeum, a patria sua, quem proprie Macedonum fecerat. Flumina *x.* id oppidum expugnauere. Postea Antiochus restituit quintus regum *y.*, et suo nomine appellauit. [2] Iterumque infestatum Pasines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Iuba satrapen Antiochi fuisse falso tradit, oppositis molibus restituit: nomenque suum dedit, emunito situ iuxta *z.*, in longitudinem III. mill. pass. in latitu-

 dinem

1. *Ileum* II. *p. Ch.* VI. *M. Pint.* 2. *Iterum quoque infestatum Spationis Suggodonati filius. Ch. Spasinen vocat Dion in vita Traiani, et Stephanus Byzantius, qui hanc vrbem ab instauratore* Σπασίνȣ χάρακα *vocatam tradidit. Eius meminit et Iosephus cap. 7. I. cap. 2. XX.* ἀρχαιολογίας. *Vide Leopard. cap. 2. VIII.*

t. Habitatur) Charax nimirum oppidum, non Eudaemon Arabia, manu facto colle habitatur, vt absurde Solin. accepit, c. 33. p. 62. H.

u. Dextra Tigrin) Nempe si faciem ciues obuertant ad austrum, dextra Tigris, laeua Eulaeus fluere intelligetur. H.

x. Flumina) Tigris et Eulaeus, aquarum eluuionibus, seu exundationibus id oppidum expugnauere. H.

y. Quintus Regum) Qui et Antiochus Magnus appellatus est, pater Antiochi Epiphanis, siue Illustris, et Nobilis. H.

z. Nomenque suum dedit emunito situ iuxta, etc.) Castius fortasse legeretur ad hunc modum, *Nomenque e suo dedit et e munito situ*, vt sint duo verba, *e munito*, hoc sensu: *E nomine suo vocasse Spasinu*, et e loco munito, Charax. Significat *Charax* vallum. Vocatum est autem primo oppidum hoc a conditore Alexandro Alexandria, deinde ab Antiocho V. rege, Antiochia, postremo a Spasine et a munito loco, Spasinu Charax: sic enim appel-

latum

dinem paulo minus. [1] Prius fuit a litore stadiis x. [2] et maritimum etiam ipsa inde portum habuit: Iuba vero prodente, L. mill. pass. Nunc abesse a litore cxx. mill. legati Arabum nostrique negotiatores, qui inde venere, affirmant. Nec vlla in parte plus aut celerius profecere terrae fluminibus inuectae. Magis id mirum est, aestu longe vltra id accedente non repercussas. *a.* Hoc in loco genitum esse Dionysium *b.*, terrarum orbis situs recentissimum auctorem [3] constat, quem ad commentanda omnia in Orientem praemisit Diuus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res maiore filio. *c.* Non

1. *Primo*, *Gr.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. et maritimum etiam Ipsanda portum habuit. Pint. ex Tol. lego, etiam ipsa tum portum habuit: vel, Et maritimum iam inde ipsa portum habuit.* x. *maritimum etiam inde pseudoporticus habet. Gr. et Al.* 3. *Verbum, constat, in Ch. desideratur, optime, si post praeterit, ante, Nec sum oblitus,* τελείᾳ ϛιγμῇ *distinguas.*

latum est, teste Stephano. *Pint.*

Nomenque suum) Χάραξ Πασινοῦ appellatur, tum a Ptol. L. VI. c. 3. tum a Marciano Heracleota, p. 48. H.

a. Non repercussas) Non retractas in mare, vi recedentis aestus. H.

b. Dionysium) Periegeten ab opere cognominatum: a natali solo Alexandrinum: non illa quidem Aegypti ciuitate nobilissima, sed ista obscurioris famae, quae Susianae fuit, et alio nomine Charax est appellata, vt diximus in Auctorum syllabo. H.

c. Maiore filio) Caio, Marci Agrippae et Iuliae Augusti filiae natura, Augusti adoptione filio: cui minor natu frater, Agrippae pariter et Augusti filius Lucius fuit. Prius ipse Augustus aduersus Parthos feliciter dimicarat, teste Virgilio, in fine libri Georg.: et Horatio, versu illo, ep. 1. L. II. *Et formidatam Parthis te Principe Romam.* Testis est etiam nummus argenteus, quem iam pridem vidimus apud D. Fontaine, Equitem Anglum, qualem Patinus delineauit in Familiis, p. 40. Hinc caput Augusti nudum exhi-

Non me praeterit, nec sum oblitus, sui quemque situs *d.* diligentissimum auctorem visum nobis in introitu huius operis. *e.* In hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis, Iubamque regem, ad eumdem Caium Caesarem scriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica.

XXXIII. (XXVIII.) Arabia gentium [1] nulli postferenda *f.*, amplitudine longissima, a monte Amano, a regione Ciliciae Comagenesque descendit, vt diximus *g.*, multis gentibus eorum deductis illo a Tigrane magno *h.*, sponte vero ad mare nostrum *i.* litus-

1. *Nullis.* Ch.

exhibet, cum epigraphe, dextro latere: PARTHICVS IMP. sinistro deinde Q. LABIENVS. Sic autem interpretamur: *Parthicus Imperator.* Augustus scilicet qui A. V. DCCXXIII. Parthos fugauit, Asiamque recepit; ideoque vere Parthicus Imperator fuit. *Quaestor Labienus.* In auersa nummi parte equus sine sessore est, cum freno, gerens saccum inanem, pecunia (credo) aerarii militaris in bellum exhausta; absque inscriptione. Nummum hunc qui sic exposuere, *Quintus Labienus Parthicus Imperator*, multa finxere absurda, quae refellere non est huius loci. H.

d. Sui quemque situs) Ait se in introitu huius operis Geographici, hoc est, L. III. §. 1. promisisse se secuturum auctores, vt quisque diligentissime situs diceret, in quibus ipse prodebat: nunc eos sequi potius se profitetur, qui bella in iis terris gesta enarrauerint. H.

e. In introitu huius operis.) Prooemio libri tertii. *Dalec.*

f. Arabiae gentium nulli postferenda, amplitudine longissima, a monte Amano, a regione Ciliciae, Comagenesque descendit.) Scribendum reor partim coniectura, partim ex scriptis codicibus, *Arabia gentium nulli postferenda amplitudine, longissima a monte Amano, e regione Ciliciae Commagenesque descendit.* Nam et Toletanum apographum, *e regione* palam ostendit. *Pint.*

g. *Vt diximus*) L. V. §. 20. et 21. H.

h. Tigrane Magno) Illo Armeniae ac Syriae rege, qui se Regem Regum, vt tradit Plutarch. in Lucullo, voluit appellari. Hunc Pompeius

litusque [1] Aegyptiacum, vt docuimus *k.*: nec non in media Syriae *l.* ad Libanum montem penetrantibus Nubeis *m.*, quibus iunguntur Ramisi. [2] Deinde Taranei *n.*, deinde Patami. *o.* Ipsa vero peninsula Arabia inter duo maria, Rubrum Persicumque procurrens, quodam naturae artificio ad similitudinem atque magnitudinem Italiae mari circumfusa, in eamdem etiam caeli partem *p.* nulla differentia spectat. Haec quoque in illo [3] situ felix. Populos eius

1. *Aegyptum.* *Ch.* 2. *Dein Teranei, dein Patami. Ch.* 3. *situs. Ch.*

peius deuicit, vt dicemus L. VII. H.

i. Ad mare nostrum) Mediterraneum. H.

k. Vt docuimus) Libro super. s. 12. H.

l. Nec non in media Syriae ad Libanum montem, etc.) Legend. *nec non et in media Syriae ad Libanum penetrantibus Nombaei, quibus iunguntur Ramisi.* Nombaei populi Iudaeae, Libanum versus tendentibus. quos Arabiae Plinius dat. *Salmas.* pag. 492. b.

m. Nubeis) Quatuor haec Arabum genera eam partem obtinuere olim, quae Deserta vocabatur, nunc *l'Arabie deserte*, vltra Palaestinae fines. Vide Not. et Em. N. XCVIII. (hic consp.) *Nubeis)* Ita MSS. impressique omnes, ipso confitente Salmas. in Solin. p. 492. cui tamen haec vox mendosa videtur. Itaque *Nombaeis* reponit, haud sane felici coniectura. Sunt enim Nombaei, non Arabum, sed Iudaeorum generis, a Libano monte ita semoti, vt nihil fere disiunctius esse possit: Ierosolymis adeo vicini, vt ex eorum oppido Noba, siue Nomba, prospici ea possent percommode, vt scribit Hieronymus, in Esaiam, c. X. Steph. Νόμβα, πόλις Ἰουδαίας, Ἰώσηπος ἐκτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας· τὸ ἐθνικὸν, Νομβαῖοι. H.

n. Deinde Taranei) Has voces non habent R. 1. Colb. 1. 2. At R. 2. et Chiffl. *Dein Teranei, dein Patami.* H.

o. Deinde Patami) Forte Κατάνιοι Arabiae desertae iuxta Syriam populi, ap. Ptol. L. V. c. 19. H.

p. In eamdem etiam caeli partem) Arabia, inquit, peninsula, sicut Italia, inter maria duo procurrit, versus exortum Solis brumalem. H.

eius [1] a noſtro mari vſque ad Palmirenas ſolitudines, diximus *q*.: reliqua nunc [2] peragemus. Nomadas inde infeſtatoreſque *r*. Chaldaeorum, Scenitae *s*., (vt diximus) [3] claudunt et ipſi vagi *t*., [4] ſed a tabernaculis *u*. cognominati, quae ciliciis metantur *x*.,

Yy 5 vbi

4. ſitu. Felix eius populus. A noſtro. M. V. 2. *Sic ex MSS. em. Hard. nunc inde peragemus Nomadas infeſtatoreſque Gr. et Al. peragimus. Nomadas inde infeſtatoreſque. Ch.* 3. *Cludunt. Ch.* 4. *ſic a tabernaculis cognominati. V. mercantur. lego cognominati ciliciis, quibus metantur. V. vel caſtra ponunt, vel metas in agris pro terminis ſtatuunt.*

q. Solitudines diximus) Libro ſuper. ſ. 12. et 21. H.

r. Nomadas infeſtatoresque, etc.) Lege: *Nomades infeſtatoreſque Chaldaeorum Scenitae, etc.* Et eodem libro cap. XXVI. de Euphrate *vbi deſiit alueo munire ad confinium Characis accedente tractu, ſtatim infeſtant Attali latrones, Arabum gens, vltra quos Scenitae, etc.* Vide quae *Salmaſ.* ibi notat. pag. 484. a. 489. a.

Nomades inde) Poſt Palmirenas ſolitudines, inquit, ſequuntur verſus orientem ſtatim Nomades Arabes: atque inde ad meridiem refugiunt, vltra Aſphaltiten lacum: deinde Attali, infeſtatores Chaldaeorum, qui ad Euphratem pertinent. Vtrosque, Nomadas nimirum, et Attalos, claudunt a meridie Scenitae, quos a Coele Syria vſque ad Euphratem ſedes habuiſſe olim auctor eſt Euſtathius in Dion. p. 121. Εἰσὶ Σκηνῖται Ἄραβες περὶ τὰ πέραν Εὐφράτου ἕως Κοίλης Συρίας. Expedire hos populorum ſitus nititur Salm. in Solin. p. 484. ſed conatu irrito. Nobis Pinioque ipſi Strabo adſtipulatur, L. XVI. p. 767. H.

s. Scenitae, vt diximus) Sect. 30. H.

t. Et ipſi vagi) Hoc eſt, et ipſi Nomades quoque. Non omnes Σκηνῖται ſunt Nomades: nam Sabaei Scenitae ſunt, aliique plurimi, ſub tentoriis degunt, ſed non vagantur. Hi ſedes mutant, vbi libuit, permutantque pabula: inde nomen ipſis Strabo, L. XVI. p. 767. Γεωργοὺς agricolas vocat. H.

u. A tabernaculis) Quae Graecis σκηναί. Habet haec quoque Solin. c. 33. p. 62. H.

x. Ciliciis metantur) Vt pelles alii, ſic iſti cilicia tendunt,

vbi libuit. Deinde Nabataei oppidum [1] includunt *y.* Petram *z.* nomine in conualle, paulo minus II. mill. passuum amplitudinis, circumdatum *a.* montibus inaccessis amne interfluente. Abest [2] a Gaza oppido litoris nostri DC. M. a sinu Persico [3] CXXXV. *b.* M. Huc conuenit vtrumque biuium *c.*, eorum qui [4] et Syria Palmiram petiere, et eorum qui ab Gaza venerunt. A Petra [5] incoluere Omani *d.* ad Characem vsque, oppidis quondam claris a Semiramide conditis, [6] Abesamide et Soractia. Nunc sunt solitudines.

1. *Sic et Ch. incolunt. Gr.* 2. *a Begaza. Ch.* 3. *Sic et Ch.* CXXII. *Gr. et Al.* 4. *Sic et Ch. qui et Syriae Pal. Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. incoluerunt Gr. et Al.* 6. *Besannisa et Soractia nunc sunt solitudines. Ch. Soroactia in vulgata lectione habetur. V.*

tendunt, ad tabernacula facienda. Cilicia sunt, quae ex pilis caprarum contexta sunt. H.

y. Oppidum includunt) Ita Reg. 2. Colb. 1. 2. et Chiffl. Editi, *incolunt.* At includendi verbo montes, quibus oppidum circumdatur, coli a Nabataeis eleganti breuitate significat. H.

z. Petram.) Μητρόπολις τῶν Ναβαταίων ἐςὶν ἡ Πέτρα καλεμένη, inquit Strabo, L. XVI. p. 779. Inde Arabiae Petraeae nomen. H.

a. Circumdatum, etc.) Strabo totidem verbis, l. c. H.

b. A sinu Persico CXXXV.) Ita libri omnes. Multis igitur partibus breuiore spatio dissidet a sinu Persico Petra, quam a litore mediterranei maris. Et sane haec ipsa Nabataea Petra versus Babylonem a Strabone statuitur, L. XVI. p. 767. ita tamen vt a Hiericunte, quatuor dierum tantummodo interuallo distaret. Quare in germano illius designando situ Geographorum vulgus errat, Tabulaeque omnes, quae litori nostro propius admouent, a Persico longissime reuocant. H.

c. Vtrumque biuium.) Eorum scilicet, qui Forath, et Characem, litusque Persici maris petentes, et Syria Palmiram praetergressi, et ab Gaza illuc venere. H.

d. Omani) Ab Omanitis Ptolemaei, de quibus inferius, longe hi situ disiunctissimi, vtrosque nequicquam confundente Ortelio. H.

nes. Deinde est oppidum, quod Characenorum regi paret, [1] in Pasitigris ripa *e.*, [2] Forath nomine, in quod a Petra conueniunt: [3] Characemque inde XII. M. passuum secundo aestu nauigant. E Parthico [4] autem regno nauigantibus vicus Teredon *f.*, infra confluentem *g.* Euphratis et Tigris, laeua fluminis *h.* Chaldaei obtinent, dextra Nomades Scenitae. *i.* Quidam et alia duo oppida longis interuallis [5] Tigri [6] praenauigari tradunt, Barbatiam, mox [7] Thumatam *k.*: quod abesse a Petra decem dierum nauigatione, [8] nostri negotiatores dicunt, Characenorumque regi parere: et Apamiam *l.* sitam, vbi restagnatio Euphratis cum Tigri confluat. Itaque molien-

1. *In ipsa Tygris ripa. M.* 2. *Fora. Ch.* 3. *Choraceni. inde. V.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. A Parthico enim regno Gr. et Al.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Tigri Gr. et Al.* 6. *pernauigari. M.* 7. *Dumatham. Ch. Thumatam. quod abest a P. d. dier. nauigatione. Nostri n. d. Characenorum regi parere. V.* 8. *deest nostri in Ch.*

e. In Pasitigris ripa) Occidentali latere fluminis, in ipso fere Tigris ostio, vbi Pasitigrin nomen habet. Nunc *Abadan.* H.

f. Teredon) Nunc *Balzara.* Dalec.

Teredon) Τερηδὼν Straboni, L. XVI. p. 765. Peramplum hodie oppidum *Balsera*, contra Susianam, Parthici regni prouinciam. H.

g. Infra confluentem) Infra eum locum, vbi restagnatio Euphratis cum Tigri confluit. H.

h. Laeua fluminis) Latere fluminis sinistro, facie ad austrum obuersa. H.

i. Nomades Scenitae) De quibus dictum est proxime. H.

k. Thumatam) Nunc *Thyma.* Dal.

Mox Thumatam) In Notitia Imp. R. s. 22. p. 37. *Sub dispositione Ducis Arabiae, Ala prima Valentiniana Thamathae* metari dicitur. Ptol. L. VI. c. 7. in Arabia felice Θεμάτα. H.

l. Et Apamiam) Non Mesenes oppidum, sed Sittacenes: de quo sup. sect. H.

molientes incursionem Parthos operibus [1] obiectis *m.* inundatione arceri. Nunc a Charace *n.* dicimus oram [2] Epiphani *o.* primum exquisitam. Locus vbi [3] Euphratis *p.* ostium fuit: flumen Salsum: promontorium *q.* Chaldone: voragini similius *r.*, quam mari, per L. M. p. orae: flumen Achana *s.*: deserta c. M.

1. *Abiectis.* *Basiliense.* 2. *Epiphanio.* *M. V.* 3. *Euphratis ostio effluit.*

m. Operibus obiectis) Aggeribus, quibus aquae arceantur a Chaldaeorum ripa, in Parthorum agros eaedem effundantur. H.

n. Nunc a Charace) Vel ab opposito potius Characi litore, et occidentali Tigris Euphratisque ripa. H.

o. Epiphani) Antiocho Syriae regi, vt mox Plinius ipse dicet. H.

p. Locus vbi Euphratis) Namque, vt dictum est sup. sect. Euphratem praeclusere Orcheni, et accolae agros rigantes: nec nisi Tigri defertur in mare. Oram deinceps Plinius persequitur Felicis Arabiae quae orienti Soli obuertitur, ducto itineris initio ab Euphratis ore ad mare Rubrum. H.

q. Promontorium) Nomen ei esse *Mascat - Saif*, auctor est Geographus Nubiensis, parte sexta secundi Climatis, p. 56. H.

r. Voragini similius) Subintellige, mare. Tres in hoc mari voragines describit Geographus Nubiensis, l. c. H.

s. Flumen Achana) In MS. nostro Parisiensi, *Achanum.* In Tabulis, *Cosan.* Est autem ipsum flumen illud, quod Phisonem Moses appellat in descriptione Paradisi terrestris; et *flumen Salsum*, quod in hoc Plinii loco proxime antecedit, ipsum est *flumen Gehon* apud Mosem, eodem loco: vt in tractatu de Paradiso terrestri ostendemus inferius. Haec duo flumina, Salsum et Achana, adnotauit etiam Petrus Bertius in Tabulis suis Geogr. quas delineare conatus est ex Plinii descriptione: et ambo posuit eo ipso situ, quo Gehon et Phison esse Moses prodidit, nosque post Mosem et Plinium: sed fecit ea cursus perbreuis, quod nesciret alterum ex his, Mose ipso auctore, Aethiopiam circuire. H.

c. M. paſſ. vſque ad inſulam [1] Icharam. *t.* Sinus Capeus, quem accolunt Gaulopes et [2] Chateni. Sinus Gerraïcus. *u.* Oppidum Gerra v. mill. paſſ. amplitudine, turres habet *x.* ex ſalis [3] quadratis [4] molibus. A litore L. M. paſſuum, regio [5] Attene. *y.* Ex aduerſo [6] Tylos inſula *z.*, totidem millibus a litore, plurimis margaritis celeberrima, cum oppido eiuſdem nominis: iuxtaque [7] altera minor *a.*, a pro-

1. *Barum. V. et Ch. alii Tharum.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Chareni Gr. et Al.* 3. *quadrati. Ch.* 4. *molibus a litore l. Regio Artene ex aduerſo* CCCC. *mill. paſſuum. Tylos inſula. Man.* 5. *Atta. Ptol.* 6. *Tyros. Ptolem.* 7. *altera, in ora promontoria. M. V.*

t. Inſulam Icharam) Ἰχάρα et Ἴκαρος Ptol. L. VI. c. 7. Arriano, de Exp. Al. L. VII. p. 487. Ἴκαρος. Geographo Nubienſi, l. c. *Comar.* De ea Priſcianus in Perieg. p. 382. *Perſicus inde ſinus penetratur, et Icaron offert, Inſula quae fertur nimium placere Dianae.* Ibi Dianae fanum et Apollinis exſtitiſſe auctor eſt Strabo, L. XVI. p. 766. et Arrian. l. c. H.

u. Sinus Gerraïcus) Ab oppido Arabiae Gerra cognominatus. Thus Gerraeum a Nicandro laudatur, Γερραίης λιβάνοιο χύσιν, etc. Vbi Scholiaſt. Γερραίης, Ἀραβικῆς. Γέῤῥα γὰρ πόλις τῆς Ἀραβίας. Chaldaeorum iuris fuiſſe auctor eſt Strabo, l. c. H.

x. Turres habet) Et domos, ἁλίνας τὰς οἰκίας, inquit Strabo, L. XVI. p. 766. Vide quae dicturi ſumus, L. XXXI. ſ. 39. H.

y. Regio Attene) Nomen habet ab Ἄττα κώμη, cuius meminit Ptol. L. VI. c. 7. vltra Gerraeos, verſus Rubrum mare. Incolas Αἰτταιεῖς vocat, mendoſe, pro Ἀτταεῖς. H.

z. Tylos inſula) Τύλος Ptol. l. c. Hanc ab Euphratis oſtio noctis et diei vnius curſu diſtare ſcribit Arrian. de Exp. Al. L. VII. p. 488. Contra Eratoſthenes, qui Τύρον vocat, apud Strab. l. c. vt et Artemidorus apud Steph. diſſitam a Teredone ſcribit, decem dierum nauigatione, vnius a promontorio, quod eſt apud Macas, hoc eſt, a faucibus Perſici ſinus. Hodie *Queximi.* H.

a. Altera minor) Vel altera

promontorio eius [1] XII. mill. D. paſſ. *b.* Vltra, magnas aſpici inſulas tradunt, ad quas non ſit peruentum. Huius ambitum *c.* CXII. M. D. paſſuum, a Perſide longius abeſſe, adiri [2] vno alueo anguſto. Inſula [3] Aſgilia: Gentes: Nocheti, Zurachi, Borgodi, Cataraei, Nomades. Flumen Cynos. *d.* Vltra nauigationem incompertam ab eo latere *e.* propter ſcopulos tradit Iuba, praetermiſſa mentione oppidi [4] Omanorum *f.* Batraſabbes *g.*, et Omanae *h.*, quod

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* XII. *m. p. Gr. et Al.* 2. *modo alueo. M.* 3. *Aſclie. Ch* 4. *Omanorum Batraſauenes et Ommanae. Ch.*

ra Tylos, vt Bochartus exiſtimauit, Geogr. P. II. L. I. c. 45. p. 766. vel altera inſula: cuius nomen Ἄραδος a Strabone, et Ptol. H. cc. fuiſſe perhibetur. Nempe vt in Phoenice, ſic in mari Perſico, vnde Phoenices profecti, duas magni nominis inſulas, Tyrum et Aradum exſtitiſſe volunt: vnde coloniae in Phoenicen deductae. Strabo, L. XVI. p. 766. Tylos minor a maiore X. tantum M. P. diſtabat, teſte Plinio, L. XII. ſ. 21. H.

b. A Promontorio eius XII. M. *paſſ.*) Plinius Lib. XII. cap. XI. diſtare ait minorem Tyſon a maiore X. M. paſſ. Itaque aut illic vitium ſit, aut hic neceſſe eſt. *Pintian.*

A promontorio eius) Hoc eſt, a Tyli maioris promontorio. H.

c. Huius ambitum) Nempe minoris illius inſulae, hoc eſt, Aradi. H.

d. Flumen Cynos) Κυνὸς ποταμὸς, hoc eſt, Canis flumen. Exiſtimo eſſe *Larem* Ptolemaei, L. VI. c. 7. Arabum *Falg*, apud Geogr. Nub. p. 54. H.

e. Ab eo latere) Latere Arabiae orientali, extra ſinum Perſicum. H.

f. Omanorum) Qui Ptol. L. VI. c. 7. Ὀμανῖται. H.

g. Batraſabbes) Forte rectius, *Petrae Sabes.* Nam Omanorum regiam, *Hagiar* vocitatam eſſe, hoc eſt, Petram, auctor eſt Geographus Nubienſis, P. VI. ſecundi Climatis, p. 54. H.

h. Et Omanae) Stephanus: Ὄμανα πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Perſidi adſcribit auctor Peripli maris Erythraei: ἐμπόριον τῆς Περσί-

quod priores *i.* celebrem portum Carmaniae fecere. Item [1] Omnae et Athanae, quae nunc oppida maxime celebrari a Perfico mari noftri negotiatores dicunt. A flumine Canis, vt Iuba tradit, mons aduſto fimilis. Gentes Epimaranitae. *k.* Mox Ichthyophagi *l.*: infula deferta: [2] gens, Bathymi. Eblitaei montes, infula Omoenus. Portus Maciiorbe: infulae Etaxalos, Onchobrice: gens Chadaei. Infulae fine nominibus multae: celebres vero, Ifura, Rhinnea, et proxima, in qua fcriptae funt ftelae lapideae *m.* literis incognitis. Goboea portus, Bragae infulae defertae. Gens [3] Thaludaei. Dabanegoris regio. Mons Orfa cum portu. Sinus Duatus, infulae multae. Mons Tricoryphos. *n.* Regio Cardalena, infulae Solanidae, Capina. Item Ichthyophagorum. Deinde Glari. Litus Hammaeum, vbi auri metalla. Regio Canauna, gentes Apitami, Gafani. Infula Deuade: Fons [4] Coralus, Infu-

1. *Homae et Attanae. Ch.* 2 *gentes. Gr.* 3. *Caludaei. V.* 4. *Goralus, Carpheti, Inf. Gr. et Al. Sed ex MSS. fide vocem Carpheti expunxit Hard.*

Περσίδος ἡ λεγομένη Ὄμμανα. H.

i. Quod priores) Vetuftiores Geographi. H.

k. Epimaranitae) Maranitas Strabo cum Gerraeis, de quibus fupra, copulat, L. XVI. p. 776. quorum hi coloni videntur, Epimaranitae idcirco dicti. H.

l. Ichthyopagi) Horum in hoc ipfo tractu apud Ptol. quoque mentio, L. VI. c. 7. Ad Macas vfque pertinere ait, de quibus mox dicetur. H.

m. Stelae lapideae) Στῆλαι pilae funt, feu columnae. H.

n. Tricoryphos) A triplice vertice nomen effictum; Ibi tria fuiffe mirae celfitatis Deorum fana refert Diod. Sic. Bibl. L. III. p. 178. Litoris Hammaei, et Γασανδῶν idem meminit, p. 179. Infula *Deceadae.* Philoftorgio cognita, cui Διβοῦ dicitur. H.

Insulae [1] Calaeu *o.* et Amnamethu. Gens Darrae. *p.* Insulae: Chelonitis *q.*: Ichthyophagôn multae, Eodanda deserta, Basag, multae Sabaeorum. Flumina: Thamar, Amnon: Insulae Dolicae. Fontes: Daulotes, Dora. *r.* Insulae: Pteros. [2] Labatanis, Coboris, Sambracate, et oppidum eodem *s.* nomine in continenti. A meridie insulae multae *t.*, maxima Camari. *u.* Flumen, Mysecros. Portus, Leupas. Scenitae Sabaei. Insulae multae. Emporium eorum [3] Acila *x.*, ex quo in Indiam nauigatur. Regio, Amithoscuta: Damnia. Mizi maiores et minores, Drimati. [4] Naumachaeorum *y.* promontorium contra

1. *Alaca. V. Amnameth. V. Aleu Gr. et Al.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Labanis. Gr. et Al.* 3. *Acil. Ch. Ocole. Ptol.* 4. *Naumacheorum. p. c. Carmaniam distat quinque. Ch. Macae. Horum Gr. et Al.*

o. Insulae Calaeu.) Καλαὶα νῆσοι. Vide Not. et Em. N. XCIX. (hic pos.) *Insulae Calaeu*) Prius legebatur, *Insulae Alaeu.* Nos Calaeu emendauimus, secuti auctorem Peripli maris Erythraei; qui τὰς Καλαὶα λεγομένας νήσους hoc tractu maris agnoscit. H.

p. Gens Darrae) Steph. Δάραι ἔθνος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. *Darrhae, populi iuxta mare Rubrum.* A Ptol. praepostere locantur in Arabico sinu. H.

q. Chelonitis) Χελωνῖται, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, Steph. p. 718. H.

r. Dora) Huic fonti cognominem insulam in Persico sinu Steph. locat: Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. H.

s. Et oppidum eodem) A quo myrrha Sembracena cognominatur, L. XII. f. 36. Sabaeorum oppidum fuisse dicitur ibidem, mari proximum. Scenitarum scilicet Sabaeorum, de quibus statim dicetur. H.

t. A meridie insulae multae) Vltra sinus Persici angustias. H.

u. Camari) Καμμαρηνοὶ νῆσοι Ἀραβίων, Stephano. H.

x. Acila) Non est Ocelis vel Ocila, de quo f. 26. Illud enim Arabici sinus, et Gebanitarum iuris emporium fuit: istud Scenitarum Sabaeorum, Persico mari, quam Arabico propius. H.

y. Naumachaeorum) Mela, L. III. c. 8. Arabiae felicis

tra Carmaniam eſt. Diſtat quinquaginta mill. paſſuum. Mira res ibi traditur: Numenium ab Antiocho rege Meſenae praepoſitum, ibi viciſſe eodem die claſſe, aeſtuque reuerſo iterum equitatu contra Perſas dimicantem, et gemina trophaea eodem in loco Ioui ac Neptuno ſtatuiſſe. Inſula in alto z. obiacet

licis *maiorem,* inquit, *Sabaei tenent partem: oſtio proximam, et Carmanis contrariam Macae.* Vide quae de Carmaniae promontorio diximus, ſ. 26. H.

z. *Inſula in alto obiacet Ogyris, etc.*) Lege: *Inſula in alto obiacet Ogenis, clara Erythra rege ibi ſepulto.* Diſtat a continente CCXXV. p. M. Vide *Iſ. Voſſium* in Melam. p. 287.

Inſula in alto) Hodie *l' Iſle Mazira.* Vide Not. et Em. N. C. (hic adi.) *Inſula in alto obiacet Ogyris*) De inſulae eius ſitu ac nomine, quaeſtio gemina eſt. Deſciſcere vero a Geographorum communi placito nihil verebor, atque inficias ire fuiſſe hanc eo ſitu, quo nunc *Ormuz* eſt. Cum enim in alto, extra promontorium, fretumque, in mari Rubro iacere Ogyris dicatur: non a Plinio modo, ſed et a ceteris ſcriptoribus mox laudandis: compertiſſimumque ſit Ormuziam intra ipſas ſinus anguſtias poſitam eſſe teſtium αὐτοπτῶν relatu, et nomine et ſitu diſpares eſſe eas perſpicua res eſt. Iam Ogyris a continente CXXV. mill. paſſ. Vix quaternis millibus diſtat Ormuzia. Illa circuitu CXII. mill. paſſ. haec vix duodenis. Nec vero, quod aliis viſum, *Socotora* Ogyris eſſe poteſt, quae in Azanio mari poſita, procul ab eo ſitu diſſidet, in quo deſcribendo Plinius habitat. Quod porro ad vetuſtum Ogyris nomen attinet, Ogyrin quidem aperte nuncupant, non modo Reg. 2. codex, ſed et vetuſti ſcriptores: Mela, L. III. c. 8. p. 61. Steph. Ὤγυρις, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Dionyſius item, v. 606. cuius carmen ſic Feſtus Auienus expreſſit, in deſc. orbis, v. 805. *Ogyris inde ſalum promit caput, aſpera rupes Carmanidis qua ſe pelagi procul inuehit vndas, Regis Erythraei tellus haec nota ſepulcro. Perſicus hinc aeſtus fauces hiat.* Et Priſcian. in Perieg. p. 381. *Vlterius pergas ſi poſt Carmanida ſummam, Ogyris occurret: qui dicitur eſſe ſepulcrum Regis Erythraei, dederat qui nomina Ponto.* Nihi-

iacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto. Distat a continente [1] cxxv. mill. passuum, circuitu cxii. M. passuum. Nec minus altera clara in Azanio mari *a.* [2] Dioscoridu *b.*, distans a Syagro *c.* extimo promontorio cclxxx. mill. pass. Reliqui in [3] continente a Noto *d.* etiamnum Ausaridae *e.*: inde in montes viii. dierum transitus. Gentes *f.*: Larendani, Cata-

1. cxx. *p. circuitur* cxii. *d. Ch.* 2. *Dioscuriada. V. Dioscynidia. M. alii, Dioscurias.* 3. *Reliqui in continente a noto etiamnum Autaride, in montes* vii. *d. Gr. et Al.*

Nihilominus in R. 1. Colb. 1. 2. et Paris. *Ogenis* legitur, Ὠγενὶς quod quidem tolerabile est, si quasi Ὠκεανιτὶς dicatur. Ὀάρακτα dicitur Arriano in Ind. p. 579. Forte Δοράκτα Straboni, L. XVI. p. 767. Maximam eam esse insulam arbitror, quae lateri Arabiae australi obiacet, hodie *l'Isle Mazira.* H.

a. Azanio mari) De quo s. 28. et 34. H.

b. Dioscoridu) Auctori Peripli maris Erythraei, ἡ Διοσκορίδου καλουμένη νῆσος. Hanc ille pluribus describit. In Rubro mari a Ptol. locatur, L. VI. c. 7. ἡ Διοσκορίδου νῆσος Steph. ἔστι καὶ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ νῆσος Διοσκορίδου. Hodie *Zocotora.* H.

c. A Syagro) Σύαγρος ἄκρα Ptol. l. c. et Auctori Peripli, promontorium illud est, quod in australis Arabiae latere medio longissime procurrit versus exortum Solis hibernum. Hodie *Cap de Fartach.* H.

d. A Noto) A meridie: vt supra, *a meridie insulae multae.* H.

e. Ausaritae) In hac ipsa meridionali Arabiae ora, inter Syagrum promontorium, sinumque Persicum, Ἄυσαρα πόλις Ptol. L. VI. c. 7. vnde myrrha Ausaritis dicta apud ipsum Plinium L. XII. s. 35. Vide Not. et Em. Cl. (hic pos.) *Ausaritae. Inde in montes* viii. *dierum transitus.)* Libri ante nos editi, *Autaridae, in montes* vii. *etc.* Ausaritas ex Ptol. Plinioque: Voculam *inde*, quam superius vocabulum posteriore sui parte ob affinitatem absorpserat, coniectura restituimus. H.

f. Gentes: etc.) Sedes his gentibus olim fuere a media ferme ora lateris Arabiae meridionalis, ad fretum vsque Arabicum, cui nomen est hodie, *le Détroit de la Mecque, ou de Bebelmandel.* Vide Not.

Catabani, Gebanitae *g.* pluribus oppidis, sed maximis, Nagia, et Tamna *h.* templorum LXV. Haec est amplitudinis significatio. Promontorium *i.*, a quo ad continentem Troglodytarum *k.* L. mill. pass. Toani, [1] Ascitae *l.*, [2] Chatramotitae *m.*, Tomabei, Antidalei, Lexianae, [3] Agraei *n.*, Cerbani *o.*, Sabaei

1. *Acchitae. Gr. et Al.* 2. *Cattamotitae. Ch.* 3. *Agrei Gr.*

Not. et Em. N. CII. (hic adsp.) *Gentes: Larendani)* Forte scribendum: *Garyndani*: Γαρυνδανεῖς enim cum Gerraeis, Minaeis, aliisque Arabiae populis coniungit Diod. Sic. Bibl. L. III. p. 176. Γαρινδᾶοι Straboni, L. XVI. p. 758. H.

g. Catabani, Gebanitae) Catabanis Gebanitae, aut Gebanitis vice versa contributi Catabani videntur: cum idem oppidum Tamna, quod Gebanitis Plinius arrogat, tum hoc loco, tum L. XII. s. 32. Catabanensium regiam fuisse doceat Eratosthenes apud Strab. L. XVI. p. 768. Καταβανεῖς porro ad angustias fretumque Arabici sinus pertinuisse idem est auctor: Καταβανεῖς καθήκοντες πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὴν διάβασιν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, ingenti errore ad fauces Persici sinus eos locante Ptol. L. VI. c. 7. H.

h. Et Tamna) Τάμνα Eratostheni, l. c. Plinio, L. XII. s. 32. *Thomna.* Stephanus ex Alexandro Polyhistore: Τάμνα, πόλις Ἀραβική, Ptol. l. c. Θόμνα. H.

i. Promontorium) Syagrum nempe, de quo dictum est proxime. H.

k. Troglodytarum) In Africae litore, quod contra Arabiam est. H.

l. Ascitae) Ἀσκῖται, Ptol. L. VI. c. 7. iuxta Syagrum promontorium: παρὰ δὲ τὸν Σύαγρον τὸ ὄρος μέχρι θαλάσσης, Ἀσκῖται. Prius *Acchitae* perperam legebatur: quod tamen secutus est Ortelius: qui Plinii Ascitas cum Ἀγχίταις Ptolemaei et nomine perperam et situ confundit. H.

m. Chatramotitae) Χατραμωτίτης χώρα πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, inquit Steph. Catabanensibus ad orientem obiacere auctor est Strabo, L. XVI. p. 768. oppidumque eorum Καβάτανον. H.

n. Agraei) Ἀγραῖοι ἔθνος Ἀραβικὸν ex Strab. L. XVI. p. 767. appellat Stephanus. H.

o. Cerbani) Steph. Κερδανί-

baei *p.* Arabum, propter thura clarissimi, ad vtraque maria *q.* porrectis gentibus. Oppida eorum in Rubro litore: Marane *r.*, Marma, Corolia, [1] Sabatha *s.*: intus oppida, Nascus *t.*, Cardaua, Carnus, et quo merces odorum deferunt, Tomala. Pars *u.* eorum

1. *Sabatra. Gr.*

δανίται, ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. An ex Steph. Plinius, aut versa vice Stephanus ex Plinio corrigendus? Plinius hac ipsa sect. iterum Cerbanos appellat. H.

p. Sabaei) Hinc ad Salomonem accessisse Reginam, Philostorg. L. III. c. 4. aliique viri docti scribunt. Fauet horum opinioni, quod Sabaeis feminae semper imperitauerint. Claudian. in Eutrop. L. I. *Medis, leuibusque Sabaeis imperat hic sexus.* Iidem propter thura clari: Nam vt Maro cecinit: *Solis est thurea virga Sabaeis.* H.

q. Ad vtraque maria) Arabicum, et Rubrum. H.

r. Marane) Cuius incolae Μαρανεῖς Diod. Siculo, Bibl. L. III. p. 176. Μαρανῖται Straboni, L. XVI. p. 776. H.

s. Sabatha) Siue *Sabota*, vt mox dicetur: idem enim oppidum est, Atramitarum in Sabaeis caput. Σάββαθα μητρόπολις, auctori Peripli maris Erythraei. Fest. Auien. in descr. orbis, p. 1145. *Minaei, Sabataeque tenent.* H.

t. Nascus) Νάσκος μητρόπολις, Ptol. L. VI. c. 7. H.

u. Pars eorum Atramitae) Scribo, *Pagus eorum Atramitae.* Patet id ex Lib. XII. cap. 14. *In medio eius sunt fere Atramitae, pagus Sabaeorum.* Repetit verba eadem Solinus. *Quorum caput Sabotale, templa muris includens.* Exemplar Salmanticense: *Quorum caput Sobotale, templa muris includens.* Scribo: *Quorum caput Sabota* LX. *templa muris includens.* Sicque ad verbum legit apographon Toletanum. Sabotam vocatam esse eam vrbem, ostendunt verba Plinii Lib. XII. cap. 14. *In medio eius sunt fere Atramitae, pagus Sabaeorum, capite regni Sabota.* Ex cap. 15. eiusdem voluminis, *Thus collectum Sabotam camelis conuehitur, porta ad id vna patente.* Stephanus Sabo eam appellare videtur. *Pint. Tomala. Pars eorum, etc.*) Lege: *Tomala. pars eorum Atramitae, quorum caput Sabota, etc.* Frustra contendunt veram esse lectionem: *pagus eorum Atramitae:*

eorum Atramitae *uu.*, quorum caput [1]Sabota *x.*, LX. templa muris includens. Regia tamen omnium *y.* est Mariaba. Sinum obtinet *z.* XCIV. mill. pass. refertum insulis odoriferis. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minaei *a.*: mare accolunt et Elamitae *b.*, [2] oppida eiusdem nominis. Iis [3] iuncti Cagulatae. Oppidum [4] Sibi, quod Graeci [5] Apaten *c.* vocant. Arsi *d.*, Codani, Vadei, [6] oppido magno *e.*, Bana-

1. Sic ex MSS. em. Hard. Sobotale Gr. et Al. 2. Sic ex MSS. em. Hard. oppido Ch. oppidum Gr. et Al. 3. iunguntur. M. et V. 4. Siby. Gr. 5. Appoten. M. V. 6. Arsicodani, Vadei cum oppido m. Gr. et Al. cum deest in M. et Vet. Ch. ita locum hunc totum legit: Arsi, Codani, Baraei oppido magno Barasasa et Laechiceni Syagros insulam canes non intrant. etc.

mitae: quasi non idem sit, pars Sabaeorum Atramitae populi, qui Sabaei in multas gentes siue pagos diuiduntur. *Salmas.* p. 489. b. 490. a.

Pars eorum) Siue, pagus eorum, vt dicemus L. XII. s. 31. H.

uu. Atramitae) Ἀδραμῖται Ptol. L. VI. c. 7. Hinc myrrha Atramitica, L. XII. s. 35. H.

x. Sabota) Plin. ipse, L. XII. s. 30. H.

y. Regia tamen omnium) Sabaeorum scilicet, et Atramitarum. Strabo, L. XVI. p. 768. Σαβαίων μητρόπολις Μαριάβα. Et ex Strabone Steph. p. 443. Quae vis huic voci subsit, mox Plinius ipse aperiet. Porro quae Mariaba Plinio, haec Ptolemaeo Σάβη. H.

z. Sinum obtinet) Atramitis regio, inquit, Arabico sinui ab eiusdem faucibus, per XCIV. pass. millia praetenditur. H.

a. Minaei) De quibus rursum inferius. H.

b. Elamitae) Forte Elaitae, ab Αἴλυ κώμη, quam in hoc ipso tractu Ptol. agnoscit, L. VI. c. 7. Vel ipsi potius Leanitae, de quibus mox. H.

c. Graeci Apaten) Ἀπάτην, quae vox fraudem sonat. Incolae Apataei, quos Ναπατάῖυς mendose, vt arbitror, vocat Ptol. L. VI. c. 7. iuxta Vadenos, de quibus mox dicemus. H.

d. Arsi) Ptol. L. VI. c. 7. Ἄρσαι. H.

e. Vadei, oppido magno) Quod Ptol. l. c. Βαδέυ βασίλειον. Vadei regiam nuncu-

[1]Banasasaei, Lechieni *f.*, [2]Sygaros insula *g.*, quam canes non intrant, expositique circa litora errando moriuntur. Sinus intimus *h.*, in quo Leanitae, qui nomen ei dedere. Regia eorum *i.* Agra, et in sinu *k.* Laeana, vel, vt alii, Aelana. *l.* Nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum *m.* scripsere, alii Aelenaticum, Artemidorus Aleniticum *n.*, Iuba Laeaniticum.

1. *Barasei*, *Lichenia*, *Gr. et Al.* 2. *Syagros*, *Basiliense.*

nuncupat. Regionis incolae, in mediterraneo, Οὐαδηνοί. H.

f. Lechieni) Ita libri omnes. Λαιηνοὺς Ptolemaeus Vadenis iungit, de quibus dictum est proxime. H.

g. Sygaros insula, quam canes non intrant) Scribendum reor *Syagros*, non *Sygaros*, argumento quod pleraeque insulae a promontoriis et circumiacentibus terris nominari soleant, vt testatum nobis est. Porro Syagros extimum esse Arabiae promontorium praeter Ptolemaeum et alios, Plinius paulo ante retulit. *Pint.*

Sygaros) Ita R. 2. At R. 1. *Siagnos.* Delicias facit Frobenius, qui *Syagros* scribit: promontorii nomine, quod in Arabiae latere australi in mare procurrit, cum insula intimi fere sinus Arabici communicato. H.

h. Sinus intimus) Vltimus est Arabici sinus mucro, qua vergit in exortum Solis et Arabiam Petraeam. H.

i. Regia eorum) In ora sinus Arabici, seu Aelanitae posita. Steph. Ἔγρα, πόλις Ἀραβίας, πρὸς τῷ Ἀιλανίτῃ κόλπῳ. Alia haec ab Egra Ptolemaica, Pliniaque, de qua inferius inter oppida mediterranea dicemus. H.

k. Et in sinu) Insulae instar, aut peninsulae, mari circumdata. H.

l. Vt alii, Aelana) Philostorgio, Ἀειλὰ, L. III. c. 6. Stephano, aliisque, Ἀιλανὸν. Notitia Imp. sub Duce Palaestinae, *Aila.* Vnde et Petrus Ailensis, in Conc. Nic. I. inter episcopos Palaestinae, Straboni, L. XVI. p. 768. Ἐλάνα. H.

m. Nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum, etc.) Scribe: *Nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsere, alii Ailaniticum, Artemidorus Elaniticum, Iuba Laeaniticum.* Salmas. pag. 482. b.

n. Artemidorus Aleniticum) Elaniticum potius, ex Agathemero, qui Artemidori epitomen fecit, Geogr. L. I. c. 3.

cum. Circuitus Arabiae *o.* a Charace Laeana colligere proditur [1] XLVII. centena LXX. M. Iuba paulo minus XL. *p.* M. putat. Latiſſima eſt a ſeptemtrione inter oppida Heroum et Characem. Nunc et reliqua mediterranea eius dicantur. Nabataeis *q.* Thimaneos *r.* iunxerunt veteres: nunc ſunt [2] Taueni *s.*, Suelleni, [3] Arraceni *t.*, Areni: oppidum *u.*, in

Zz 4

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* XLVIII. *Gr. et Al.* XLVI. LXVI. *Ch.* 2. *Thabaeni, Suallini, Anageni, oppidum in quo negotiatio ei conuenit. Hemmatae, Analitae: oppida Domata, Haegra. Ch. pro Arra M. habet Arreni, pro Egra, Egeata: V. Arareni.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Sarraceni, Arra. Gr. et Al.*

c. 3. Ἐλανιτικόν. Tantam attulit in ea voce ſcripturae inconſtantiam, Arabum, Syrorum, Hebraeorumque varius efferendi modus, quem affert Bochart. Geogr. P. 2. L. I. c. 44. p. 761. Strabo, l. c. Ἐλανίτης μυχός. H.

o. Circuitus Arabiae) Facta nauigatione a Charace, quod oppidum Tigris oſtio adiacet, per maria tria, Perſicum, Rubrum, Arabicumque, ad intimum vſque huius ſinum, oppidum Laeana. H.

p. Paulo minus XL.) Hoc eſt, paulo minus quadragies centenis, ſcilicet per viarum nauigationumque compendia. H.

q. Nabataeis) Quorum oppidum Petra vt dictum eſt ſuperius hac ipſa ſectione. H.

r. Thimaneos) Βυθημανέους vocat Agatharchides, L. de Rubro mari, c. 45. p. 1386. ap. Phot. in Bibl. cod. 250. H.

s. Taueni) Hi ſunt de quibus Bardeſanes apud Euſ. Praep. L. VI. p. 277. Ταϊνοί, (forte pro Ταουϊνοί,) Σαρακηνοί. H.

t. Arraceni.) Sarraceni quidem habet edit. Baſil. a. 1535. et aliae eam ſecutae. Sed retinenda vetus lectio, quam exhibent editt. priores omnes, et libri MSS. atque in his quidem duo e noſtris: *Suelleni, Araceni,* (al. *Arraceni,*) *Areni: oppidum, in quo omnis,* etc. Saracenorum nomen ante Marci Imp. tempora innotuiſſe negat Iac. Gothofredus, p. 9. in notis ad ἐξήγησιν Anonymi, quem in lucem edidit. Nunc vero nomen Saracenorum dicitur eſſe in oriente incognitum. De

in quo omnis negotiatio conuenit. Hemuatae, Analitae *x.*: oppida, [1] Domatha *y.*, Egra *z.*: Thamudeni *a.*, oppidum Badanatha. Carrei, oppidum [2] Carriata *b.*: Achoali, oppidum Phoda: ac Minaei *c.*, a rege Cretae Minoë (vt exiſtimant *d.*) originem trahentes: quorum Charmaei *e.*: oppidum XIV. mill. paſſ.

1. *Domada. Gr. et Al.* 2. *Chariati. Gr. et Al.*

De falſa originatione vocis Saraceni ex Σαῤῥα κένην, vide Cotelerium, in Monum. Eccl. Gr. H.

u. Areus: oppidum.) Ἄῤῥη κώμη in mediterraneis Arabiae oppidis a Ptolemaeo quoque cenſetur, L. VI. c. 7. Caue porro confundas Arram cum Areopoli, de qua in Notit. Rom. Imp. Haec enim Arabiae Petraeae: Arra, Felicis. H.

x. Analitae) An Acalitae, ab Ἀκάλη mediterraneo oppido ap. Ptol. l. c. H.

y. Domatha) Ita MSS. omnes, Colb. 1. 2. etc. non *Domada*, vt editi. Familiaris ille verborum caſus in Arabicis nominibus: Sabotha, Badanatha, etc. Δουμάτιοι τῆς Ἀῤαβίας incolae appellantur a Porphyrio, ap. Euſeb. Praep. L. IV. p. 156. H.

z. Egra) Ἔγρα mediterraneum Arabiae oppidum Ptol. L. VI. c. 7. H.

a. Thamudeni) Θαμυδηνοί, Ptol. l. c. Θαμουδηνοὶ Agatharchidi, l. c. p. 47. et Diod. Siculo, L. III. Bibl. p. 177. In Notit. Dignit. Imp. R. ſ. 18. ſub diſpoſitione Comitis rei militaris per Aegyptum, *Equites Sarraceni Thamudeni.* Stephano, Θαμουδᾶ, lacus Nabathaeis Arabicus vicinus. H.

b. Oppidum Carriata) Χαῤῥιάτα Ptol. L. VI. inter mediterraneas felicis Arabiae ciuitates. H.

c. Ac Minaei) Μιναῖοι μέγα ἔθνος, gens magna, inquit Ptol., l. c. Hinc myrrha Minaea Plinio, L. XII. ſ. 35. et thus Minaeum, ſ. 30. H.

d. Vt exiſtimant) Tam vere ſcilicet a Minoe Cretenſi, Minaei nomen ſortiti ſunt, quam vicini Minaeis Rhadamaei a Rhadamantho. Eo Mythologos adduxit ſimilitudo nominum, vt Minoem in Arabiam vſque deueherent. Id tamen Steph. exiſtimauit, verbo Μινώα. H.

e. Quorum Charmaei) Subintellige, pars, vel pagus: vt Atramitae ſuperius pars Sabaeorum dicti. H.

paſſ. [1] Mariaba [2] Baramalacum *f.*, et ipſum non ſpernendum: item Carnon. *g.* [3] Rhadamei, et horum origo Rhadamanthus putatur frater Minois. Homeritae *h.*, Maſſala *i.* oppido. Hamirei, [4] Gedranitae, [5] Amprae, Iliſanitae, Bachilitae, Sammei *k.*, Amathei cum oppidis Neſſa *l.* et Cenneſſeri. Zamareni cum oppidis Saiace *m.*, Scantate, Bacaſcami. Riphearma oppidum, quo vocabulo hordeum *n.* appellant.

1. Marriba Palmalachum. Ch. 2. *Mariaba, Baramalacum, diſtinctim. Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Rhamnei. Baſil. Rhammei Gr. et Al.* 4. *Sannei, Chantacae Baſtiae. Harma oppidum. V.* 5. *Phryaei, Hyrſanitae, Bachylitae, Samnaei, Amaitrei, oppidis Neſſa et Chennaeſaeri, Zamerini oppidis Sagiatta Canthace, Bacas Chamiri. Pheaxina oppidum. Ch.*

f. Baramalacum) Mariaba communis eſt, vt mox dicemus, plurium ciuitatum in hac regione appellatio: huius peculiaris Baramalacum. H.

g. Item Carnon) Κάρνα Ptol. L. VI. c. 7. inter oppida Arabiae mediterranea. Stephano, Καρνάνα, πόλις Μιναίων, ἔθνος πλησίον ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Κώρνα quoque Straboni, L. XVI. p. 768. H.

h. Homeritae) Pars item Sabaeorum, vnde et a quibuſdam ſcriptoribus cum Sabaeis confuſi. Ὁμηρίτας ad Rubrum vſque mare, vti et Sabaeos, pertinere ait Ptol. l. c. H.

i. Maſſala) Quod apud Ptol. inter oppida mediterranea Felicis Arabiae, Μασθάλα ſcribitur. H.

k. Sammei) Forte Sameni, de quibus Steph. p. 584. Σαμηνοί, Νομάδων Ἀραβίων ἔθνος. H.

l. Cum oppidis Neſſa) Agatharchides L. de Rubro mari, c. 45. ap. Phot. cod. 250. p. 1368. Νῆσσαν ait nomen habuiſſe ἀπὸ τῆς τοῦ ζώου πολυπληθίας, ab anatum multitudine. Sed diuerſa haec fortaſſis a Pliniana Neſſa: Illi enim locus ita appellatur longiſſime mari praetentus: Oppidum Plinio mediterraneum: a quo ipſa forte ora nomen acceperit. H.

m. Saiace) Forte Σοάκα Ptolem. in mediterraneis Arabiae Felicis oppidis. H.

n. Hordeum appellant) Vocabu-

pellant. [1] Autei et Raui, Gyrei et Mathataei, Helmodenes cum oppido Ebode. Agacturi in montibus, oppido xx. mill. passuum, in quo fons Emischabales, quod significat camelorum oppidum. [2] Ampelone colonia Milesiorum, *o.* Actrida oppidum: Calingii, quorum Mariaba oppidum significat dominos *p.* omnium. Oppida: Pallon, [3] Vrannimal iuxta flumen, per quod Euphratem emergere putant. Gentes: Agrei *q.*, Ammonii. Oppidum [4] Athene, Cauranani, quod significat ditissimos armento:

1. *Autaei et Brani Cyrei Elmata eis oppido* xx. *p. Chodae, Lathuri in montibus. Ch.* 2. *Amyclomei, V.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. Murannimal. Gr. et Al.* 4. *Athenae. Gr.*

cabulo prorsus barbaro, quod nec Hebraeos fontes, nec Arabicos sapit: vti et ea quae proxime sequitur, *Emischabales.* H.

o. Ampelone colonia Milesiorum) Alii leg. *Amyelone.* Milesii coloniis suis, vel in barbarissimas gentes deductis, Graeca tamen solebant imponere nomina, quemadmodum videre licet in tot eorum coloniis per oram Ponticam dispersis. Proinde magis placet *Ampelone* a vinetis, quam *Amyelone* vox Graecis nihil significans. *Gelen.*

Ampelone colonia) Quoniam Milesios eo colonos deduxere Persae. Eadem Ampe dicta Tzetzae et Steph. Vide Not. et Em. N. CIII. (hic pos.) *Ampelone colonia Milesiorum*) Ampelonen ab Ampe diuersam immerito statuit Ortelius: cum Tzetzes apertissime de Ampe referat, quae Plinius de Ampelone: depopulatos scilicet Persas regionem Milesiorum, captiuos ciues Ampen deduxisse, qui colonorum ritu eo loci degerent. Sic enim ille Chil. VII. hist. 156. v. 993. Χρόνοις Δαρείου τοῦ πατρὸς τοῦ Ξέρξου τοῦ μεγάλου, Δι' Ἱστιαῖον, Μίλητον ἐπόρθησαν οἱ Πέρσαι. Ἐν Ἄμπῃ δὲ κατῴκισαν πόλει τῇ Ἐρυθραίᾳ. H.

p. Significat dominos) Non est ea vox, in hac significatione, Arabici sermonis hodierno vsu recepti. Primariis vrbibus communis, vt diximus, haec appellatio fuit. H.

q. Agrei) Nunc *Vargan.* Dalec.

mento: Coranitae, Caesani, Choani. *r.* Fuerunt et Graeca oppida, Arethusa, Larissa, [1] Chalcis: deleta variis bellis. Romana arma solus in eam terram adhuc intulit Aelius Gallus *s.* ex equestri ordine. Nam C. Caesar Augusti filius *t.* prospexit tantum Arabiam. Gallus oppida diruit non nominata ab auctoribus, qui ante scripserunt, [2] Negram *u.*, Amnestrum, Nescam, Magusam *x.*, Tammacum, Labeciam, et supra dictam Mariabam *y.* circuitu VI. mill. passuum. Item Caripeta *z.*, quo longissime processit. Cetera explorata retulit: Nomades lacte *a.* et ferina carne vesci: reliquos vinum, vt Indos *b.*, palmis

1. *Calcis Gr.* 2. *Negranan, Nestum, Neescan, Masugum, Caminacum, Laba etiam, et supra dictam Maribam, etc. Item Caripetam. Ch. Egram, Annestum, Escam. Gr. et Al.*

r. Choani) Ouid. Metam. L. V. v. 165. *Choanius Molpeus dextra Nabataeus Ethemon.* Sic enim legendum, non *Chaonius.* H.

s. Aelius Gallus) Αἴλιος Γάλλος, Aegypti Praefectus, Straboni familiaris, qui de eius expeditione Arabica multa scriptis consignauit, L. II. p. 118. L. XVI. p. 780. et L. XVII. p. 619. Aelium Largum Dio appellat, L. LIII. p. 516. insigni hallucinatione. H.

t. Augusti filius) Agrippae, vt diximus sup. sect. natura: adoptione Augusti filius. H.

u. Negram etc.) Ita MSS. omnes. Prius, *Egram, Annestum, Escam.* At Egrae superius habita mentio est. H.

x. Magusam) Forte qui Μαργουσαῖοι ciues a Bardesane appellantur, ap. Euseb. Praep. L. VI. p. 275. H.

y. Mariabam) Calingiorum oppidum. H.

z. Item Caripeta) MSS. omnes *Caripetam.* Auctor est Dio l. c. p. 517. Aelium Largum (Gallum voluit dicere) vsque Athlula insigne oppidum, bellum protulisse, μέχρι Ἀθλούλων. H.

a. Nomades lacte) Camelorum lacte et carnibus, teste Artemidoro apud Strab. L. XVI. p. 777. Γαλακτοπόται idcirco dicti, apud Columell. L. VII. c. 2. p. 249. H.

b. Vt Indos) Plin. L. XIV. s. 19. vbi de vinis factitiis: *Primum,* inquit, *e palmis, quo Par-*

palmis exprimere, oleum sesamae. Numerosissimos esse Homeritas: Minaeis fertiles agros palmetis arbustisque, in pecore 1 diuitias. 2 Cerbanos et Agraeos *c.* armis praestare, maxime Chatramotitas. 3 Carreis *d.* latissimos et fertilissimos agros. Sabaeos *e.* ditissimos siluarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum riguis: mellis ceraeque prouentu. De odoribus suo dicemus *f.* volumine. Arabes mitrati degunt *g.*, aut intonso crine: barba abraditur, praeterquam in superiore labro. Aliis et haec intonsa: mirumque dictu ex innumeris populis pars 4 aequa *h.* in

1. *Diuites. Cembanus et. M. V.* 2. *Cembanos et Arios Gr. et Al.* 3. *Caraeis Gr. et Al.* 4. *coaequa. M. V.*

Parthi, et Indi vtuntur, et Oriens totus. Et L. XV. s. 7. de oleo factitio: *Indi ex castaneis, et sesama, atque oryza facere dicuntur.* Adi et Strab. L. XVI. p. 783. H.

c. Cerbanos et Agraeos) Vide Not. et Em. N. CIV. (hic pos.) *Cerbanos, Agraeos.*) Eodem fere illi ordine superius paulo appellati, hac ipsa sect. *Agraei, Cerbani, Sabaei Arabum propter thura clarissimi.* Vnde liquido affirmare licet vitiosam esse librorum hactenus editorum scripturam, *Cembanos et Arios.* In MSS. *Ceubanos.* Sic paulo sup. pro *Caraeis, Carreis* restituimus, tum MSS. codicum admonitu, tum Plinii ipsius Carreorum oppidum superius commemorantis, *Carriata.* H.

d. Carreis) De his superius hac ipsa sect. H.

e. Sabaeos) Strabo, L. XVI. p. 778. H.

f. Suo dicemus) Libro XII. H.

g. Arabes mitrati degunt aut intonso crine.) Legend. *Arabes, mitrati degunt, intonso crine.* Illud *aut* additum ab imperito correctore. Vide *Salm.* pag. 555. b.

Arabes) Solini paraphrasis, c. 33. p. 63. *Arabes longe lateque diffusi, diuersis moribus viuunt, et cultibus. Plurimis crinis intonsus, capita mitra redimita: pars rasa in cutem barba: commerciis student: aliena non emunt, vendunt sua.* Mitrae porro fasciae sunt, quibus caput religatur. H.

h. Pars aequa) Pars altera. H.

in commerciis, aut latrociniis degit: in vniuersum gentes ditissimae, vt apud quas [1] maximae opes Romanorum Parthorumque [2] subsistant, vendentibus, quae e mari aut siluis [3] capiunt, nihil inuicem redimentibus.

XXXIII. [4] Nunc reliquam oram Arabiae contrariam persequemur. Timosthenes totum sinum quatridui nauigatione in longitudinem taxauit, bidui in latitudinem, angustias [5] VII. mill. D. pass. *i.* Eratosthenes ab ostio XIII. mill. in quamque *k.* partem. Artemidorus Arabiae latere [6] XVII. *l.* quinquaginta

1. *Maximae, Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. maxime — subsidant Gr. et Al.* 3. *capiant. Gr.* 4. *Ch. hinc orditur quod proxime sequitur caput: et melius mea sententia quam in vulgatis.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.* IV. *m. p. Gr. et Al.* 6. XVI. *Troglodytico, etc. Ch.* XIV. *Gr. et Al.*

i. VII. mill. D. *pass.)* Aequa et plane par isti mensurae Strabonis L. XVI. p. 769. angustias illas stadiis sexaginta definientis. H.

k. XIII. mill. in quamque) Hoc est, decies et ter centena millia passuum ab vnoquoque sinus latere, tum eo quod Arabiam spectat, tum eo etiam quod Troglodyticen alluit. H.

l. XVII. quinquaginta) Decies septies centena quinquaginta millia. Vide Not. et Em. N. CV. (hic pos.) *XVII. quinquaginta)* In editis exemplaribus XIV. quinquaginta. In MSS. R. 2. et Chiffl. XVI. *quinquaginta.* Nos excidisse librariorum incuria vnius numeri notam arbitrati, XVII. rescripsimus, ipsius Artemidori admonitu, quem Plinius nunc testem aduocat. Is enim, referente Agathemero, qui Artemidori epitomen fecit, L. I. Geogr. c. 3. sinus eiusce latus, quod Arabiae praetenditur, a recessu Aelanitico ad ipsas fauces, ait esse stadiorum 14000. παρὰ τὴν Ἀραβίαν πλευρὰν ἀπ' Ἐλανίτου μυχοῦ, σταδίων μυριάδων δ': quae plane efficiunt XVII. L. mill. pass. Artemidoro subscribunt Alexander et Anaxicrates apud Strab. L. VI. p. 768. Troglodytico vero

ginta mill. (XXIX.) Troglodytico vero, [1] XI. XXXVII. mill. paſſ. Ptolemaida vſque. Agrippa [2] XVII. XXII. mill. paſſuum, ſine differentiis laterum. Plerique latitudinem [3] CCCCLXXV. prodiderunt, fauceſque hiberno orienti obuerſas, [4] alii VI. mill. alii XII. mill. p. patere. Situs autem ita ſe habet. A ſinu [5] Aelanitico alter ſinus *m.*, quem Arabes [6] Aeant vocant, in quo [7] Heroum oppidum eſt. Fuit et Cambyſu *n.* inter Nelos et Marchadas, deductis eo aegris

1. XII. LXXXII. *M. P. Gr. et Al.* 2. *Sic quoque Ch.* XIII. XXII. *Gr. et Al.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch.* CCCCLXII. *Gr. et Al.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. alii* VII. *alii* XV. *patere Ch. alii* IV. *mill. alii* VII. *mill. alii* XII. *Gr. et Al.* 5. *Laeanitico. Ch.* 6. *Fortaſſis, Aelath, lingua Hebraica et Syriaca. Mitalerius. quem Arabiae Soean. Ch.* 7. *Heroon. Ch.*

vero latere iidem ab Heroum oppido vſque Ptolemaidem, aiunt interuallum eſſe ſtadiorum paulo amplius nouem millium: quae paſſuum millia efficiunt XI. XXV. vndecies centena et XXV. Quae ſumma accedit ad Plinianam menſuram, XI. XXXVII. D. paſſ. ſic enim reſcripſimus ex R. 2. et Chiffl. cum libri editi perperam exhiberent, XII. LXXXII. H.

m. Alter ſinus) Heroopoliticus dictus, L. V. ſ. 12. ab oppido quod Heroum vocabant. Ἡρώων πόλις Straboni, L. XVI. p. 768. Hodieque vetuſtum ſeruare nomen creditur, *Herou.* Alii *Sues* eſſe arbitrantur. De eo egimus L. ſup. ſ. 9. Heroopoliticus, qui et occidentalis ſinus eſt Maris Rubri, is eſt, qua Iſraelitae, duce Moſe, ex Aegypto profugi tranſierunt: quem ſinum in acumine vltimo leucam vnam latitudine non excedere, inde per leucas duodecim paulatim creſcere vſque ad latitudinem trium leucarum, a teſte locuplete et αὐτόπτῃ didicimus. H.

n. Fuit et Cambyſu) Excidiſſe iam ſuo aeuo innuit hanc Καμβύσȣ πόλιν. De Cambyſae expeditione Aegyptiaca multa Herodot. L. III. H.

gris exercitus. Gens Tyra, Daneon portus *o.*: ex quo nauigabilem alueum perducere in Nilum *p.*, qua parte ad Delta dictum *q.* decurrit, [1] LXII. mill. passuum interuallo (quod inter flumen et Rubrum mare interest) [2] primus omnium Sesostris *r.* Aegypti rex cogitauit: mox Darius Persarum: deinde Ptolemaeus sequens *s.*: qui et duxit fossam latitudine pedum centum, altitudine [3] XL., in longitudinem XXXVII. mill. D. passuum vsque ad Fontes amaros. *t.* Vltra deterruit *u.* inundationis metus, excelsio-

1. LXII. D. *Ch.* 2. *primum. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.* XXX. *Gr. et Al.*

o. Daneon portus) Hodie *Grondol.* H.

p. Perducere in Nilum) Auctor libri de Mens. orbis terrae: *Hodie in Cosmographia, quae sub Iulio Caesare et Marco Antonio Coss. facta est, scriptum inueni partem Nili fluminis exeuntem in Rubrum mare iuxta ciuitatem Ouilam* (alias *Oliuam*) *et castra Mosei.* H.

q. Ad Delta dictum) Libro sup. §. 9. H.

r. Primus omnium Sesostris) Ita de Sesostri et Dario Aristot. Meteorol. L. I. c. 14. p. 548. Eadem refert et Strabo, L. XVII. p. 804. Id vero non ad Sesostrim, sed ad Necum Νεκὼν Psammetichi F. Sesostridis N. referunt Herodotus, L. II. Euterpe N. 158. p. 151. Diod. Sic. Bibl. L. I. p. 29. Tzetzes Chil. 7. v. 1477. H.

s. Ptolemaeus sequens) Hoc est, Ptolemaeus secundus, ὁ δεύτερος Πτολεμαῖος, inquit Diod. l. c. Philadelphus is fuit Ptolemaei Lagidae F. Sic Africanus sequens, pro iuniore seu posteriore, a Plinio saepe appellatur. H.

t. Vsque ad Fontes amaros) Horum meminit Diod. Sic. Bibl. L. III. prope Arsinoen, ὕδατα πολλὰ πικρᾶς ἁλμυρίδος ἔχοντα γεῦσιν. Lacum efficiunt, cui nomen a vicino oppido, *le lac de Calzem.* Hodie Mosis fontes vocantur, numero duodecim, teste Bellonio, qui vidit, L. II. Obseruat. c. 57. H.

u. Vltra deterruit) Sic Arist. l. c. Ἀλλ' εὗρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλασσαν τῆς γῆς, etc. Diodorus item, l. c. Sed inanem hunc metum

celsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Aegypti. Aliqui non eam afferunt caussam, sed ne immisso mari corrumperetur aqua Nili, quae sola potus praebet. Nihilominus iter totum [1] terrendo frequentatur a mari Aegyptio, quod est triplex: vnum a Pelusio per arenas, in quo nisi calami defixi regant, via non reperitur, subinde aura *x.* vestigia operiente. Alterum vero duobus mill. passuum vltra Casium montem, quod a sexaginta mill. pass. redit in Pelusiacam viam. Accolunt Arabes Autei. *y.* Tertium [2] a Gerrho *z.* ([3] quod Adipson vocant *a.*) per eosdem Arabes sexaginta mill. passuum propius, sed asperum montibus, et inops aquarum. Eae viae omnes Arsinoën *b.* ducunt, conditam

1. *Mercaturis. V. terrenis. Tol. terrae. M. Ch.* 2. *Accercho. Ch. Ptolemaeus Gereum oppidum inter Pelusium et Casium montem collocat.* 3. *quod Agipson vocant. M. quod Agipsium. Ch.*

metum fuisse recte Strabo admonet l. c. et e recentioribus Furnerius in Hydrogr. ac Ricciolus, Almag. T. I. p. 728. qui mare alterum hac parte negant altius esse altero: nec, si foret tribus, vt volunt, cubitis, idcirco vllum fuisse exundationis periculum. H.

x. Subinde aura) Vehementiore venti flatu arenas voluente, ac turbante vestigia. H.

y. Accolunt Arabes Autei) Viam, inquit, quae a Casio monte Arabiae haud procul Pelusio, (de quo L. VI. s. 12.) ad oram proximam ducit Arabici sinus, obsident ab vtroque latere Arabes Autei. H.

z. A Gerrho) Oppidum id est inter Pelusium, Casiumque montem. Γέῤῥον Ptol. L. IV. c. 5. H.

a. Adipson vocant) Ἄδιψον dicitur, quod sitim exstinguit. Itaque per contrariae locutionis figuram (ἀντίφρασιν Graeci vocant) haesit id huic loco nomen, qui plane est, vt statim subiungitur, aquarum inops. In MSS. *agipson:* sed vitiose. H.

b. Arsinoen) Ἀρσινόη Ptol. l. c. ad sinum Heroopoliticum: leucis fere XII. ab intimo recessu sinus Arabici,

ditam sororis nomine *c.* in sinu [1] Charandra, a Ptolemaeo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excussit *d.*, et amnem qui [2] Arsinoën praefluit, Ptolemaeum appellauit. *e.* Mox oppidum paruum est Aennum, [3] pro quo alii Philoteram *f.* scribunt. Deinde sunt Azarei, ex Troglodytarum connubiis, Arabes feri. Insulae: [4] Sapirene *g.*, Scytala: mox deserta ad [5] Myoshormon *h.*, vbi fons [6] Tadnos. *i.* Mons

1. Carandra. Ch. 2. Straboni etiam Cleopatridem dictam. 3. alii pro hoc Piletrias. Ch alii pro hoc Philaterias. M. 4. Sarapinae, Scytala. Ch. 5. Myros hormon. Gr. 6. Statnos. Ch. Tamos. M.

rabici, versus Austrum, Africae latere. Hodie *Azirut.* H.

c. Sororis nomine) Quam etiam duxit vxorem. H.

d. Troglodyticen excussit) Hoc est, perlustrauit maiore diligentia, quam priores. H.

e. Ptolemaeum appellauit) Diod. Bibl. L. I. p. 30. H.

f. Philoteram scribunt) Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Stephano. Ptolemaeo vero L. IV. c. 5. inter Arsinoen et Myoshormon, Φιλωτέρας λιμὴν, *Philoteras portus.* Id ei nomen inditum ab altera Ptolemaei Philadelphi sorore Strabo est auctor L. XVI. p. 768. Caue igitur credas Ortelio, qui Philoteram ad Caucasum relegat. Philotera, hodie *Susquam.* H.

g. Sapirene) Ptol. L. IV. c. 5. Σαππειρίνη νῆσος. Σαπφειρίνη Stephano, qui sapphirum ibi ait reperiri. H.

h. Myros.) Nunc *Cosir.* Dalec.

Ad Myoshormon) Agatharchides, Libro de Rubro mari c. 42. apud Phot. in Bibl. p. 1365. Λιμὴν μέγας, ὃς πρότερον μὲν Μυὸς ἐκαλεῖτο ὅρμος; ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης. *Portus magnus, qui primo quidem Muris, mox Veneris statio est cognominatus.* Vide Not. et Em. CVI. (paulo post) Nunc *Mensuria* dicitur. *Ad Myoshormon)* Latini, Muris stationem dicunt. Meminit huius stationis Strabo, L. XVI. p. 769. εἶτα Μυὸς ὅρμον καὶ Ἀφροδίτης ὅρμον καλεῖσθαι λιμένα μέγαν, etc. Quae dum interpres Casaubonus ita reddidit, *Deinde Muris statio, aliaque Veneris: haec vocatur portus magnus*, etc.

 gemi-

Mons [1] Aeas *ii.*, Insula [2] Iambe, portus multi. Berenice *k.*, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter a Copto diximus. *l.* Arabes Autei *m.* et [3] Gebadei.

XXXIV.

1. Cos. V. Eas Ch. Eos Gr. et Al. 2. *Sic et Ch. Lambe Gr. et Al.* 3. *Zebataei. Al. Gnebadei. Gr.*

geminos ex vno portus constat, contra Strabonis, Agatharchidisque mentem, cuius verba haud paulo planiora retulimus in Notis ad hunc locum. H.

i. Fons Tadnos) MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et vet. Dal. *Tamos* Chiffl. *Statnos.* H.

ii. Mons Aeas) Ἄιας ὄρος Ptol. Vide Not. et Em. N. CVII. (hic pos.) *Mons Aeas)* In libris hactenus editis, *Mons, Eos*: quos secutus Ortelius, hunc montem in Thesaurum quoque suum congessit. Verum admonitu MSS. codd. R. 1. 2. Chiffl. et Paris. in quibus *Eas* scribitur, non alium hunc esse intelleximus, quam qui Ἄιας ὄρος a Ptol. vocatur, statuiturque inter Φιλοτέραν λιμένα, et Μυὸς ὅρμον. Mox item *Insula Iambe* edi maluimus ex eorumdem codd. fide, quam ex impressis *Lambe*: cum praesertim ad huiusce ipsius sinus oram, altero latere, quo Arabiam alluit, in ea quae Felix cognominatur, Ἰαμνίαν κώμην Ptolemaeus agnoscat, L. VI. c. 7. quo ex vico nomen haerere et insulae ex aduersus positae procliue fuit. H.

k. Berenice) Βερενίκη πόλις Straboni, L. XVI. p. 770. Hodie *Cossir*, quo ab oppido et sinui nomen est, quem iuxta Berenice est condita, *le Golfe de Cossir:* Sinum immundum Strabo vocat, propter cautes et saxa, quibus exasperatur. H.

l. A Copto diximus) Sect. 26. libri huius. H.

m. Arabes Autei) Iam tertium id Arabum cognomen occurrit. Nam et his cognomines vidimus primum sect. sup. in mediterraneis Felicis Arabiae populis. Deinde hac ipsa sectione, in eo itinere, quod est a Casio monte ad oppidum Arsinoen. Ii sunt qui Arabicum Aegypti nomon obtinebant, de quo L. V. s. 9. Nunc vero denique circa mediam sinus Arabici oram occidentali latere sedes hi nouissimi habuere. H.

XXXIV. Troglodytice *no.*, quam prisci Michoen, alii Midoen dixere. [1] Mons Pentedactylos *p.*: insulae Stenae deirae *q.* aliquot, Halonnesi *r.* non pauciores: Cardamine, Topazos *s.*, quae gemmae

 nomen

1. *Mox Pentedactylos insula est Heneayrae aliquot Halonessis. Ch. Stenitirac. M. Stenaedirae. Pineus.*

no. Troglodytice) Troglodytas hodie vocant Abyssinorum gentem proximam Rubro mari, regnum Barnagas appellant indigenae. Ἐρεμβοὺς ab Homero 4. Odyss. dictos volunt his versibus, quibus ad eos se peruenisse Menelaus refert: Αἰθίοπας θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς, etc. Ἐρεμβοὺς autem ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν ἐμβαίνειν interpretantur, qua etymolog. et Τρωγλοδύτας appellant. *Dal.* Videatur magnum Etymologicum, et Ortelii Onomast. Lis enim vetusta est.

o. Troglodytice) Troglodyticen alii aliis finibus circumscribunt. Strabo, L. XVI. p. 768. ab Heroum vrbe, siue intimo sinus Arabici recessu: ad ipsas fere fauces, siue angustias, toto propemodum litori occidentali produci ait. Subscribit et Ptol. L. IV. c. 8. Breuioribus spatiis Plinius veram Troglodyticen, quam Michoen prisci dixere, concludit: dum mediam dumtaxat illius orae partem, australem scilicet, Troglodytices appellatione denotat. A cauernis subeundis, nimii aestus vitandi causa, nomen sortiti sunt: Cauernas enim τρώγλας Graeci vocant. *La côte d'Abex.* H.

p. Pentedactylos) Ὄρος Πεντεδάκτυλον, Ptol. L. IV. c. 5. iuxta Berenicen: quasi in quinque vertices, ceu totidem digitos, mons attolli videatur. H.

q. Stenae deirae) Στεναὶ δειραὶ, sic appellatae, quod alueis admodum angustis, et exiguo intercurrente freto eae insulae, seu saxa verius, dispescantur. Tres insulas in hoc tractu agnoscit Agatharchides, L. de Rubro mari, c. 42. ap. Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1365. H.

r. Halonnesi) Ἀλόννησοι, quo nomine et alias insulas, superioribus libris appellatas vidimus. H.

s. Cardamine, Topazos.) Et sunt haec pariter insularum nomina. De posteriore rursum, L. XXXVII. s. 32. vbi et de gemma cognomine. Stephano Τοπάζιος νῆσος Ἰνδικὴ dicitur, pro Ἀραβικὴ. Post Berenicen locatur a Strabone, L. XVI. p. 770. a quo

nomen dedit. Sinus insulis refertus: [1] ex iis quae Mareu *t.* [2] vocantur, aquosae: quae [3] Eratonos, sitientes. [4] Regum ii praefecti fuere. Introrsus Candei *u.*, quos Ophiophagos *x.* vocant, serpentibus vesci

1. *Ex his quae Maru. Ch.* 2. *vocatur, aquosa: quae Eratones sitit.* 3. *Eranos. Ch.* 4. *Regum his praefectis fuere. Ch.*

a quo et Ὀφιώδης νῆσος vocatur, quod referta olim serpentibus foret. A Ptolem. quoque L. IV. c. 5. Posterior eidem Ptolem. L. VI. c. 7. Καρδαμήνη. H.

t. Quae Mareu) Μαρέου νῆσοι. Ptol. L IV. c. 8. Μύρωνος νῆσος. H.

u. Introrsus Candei) Vide Not. et Em. N. CVIII. (hic adi.) *Introrsus Candei)* Ita libri omnes, tum impressi, tum manu exarati. Ita etiam Mela, L. III. c. 61. Vltra Berenicen, *Candei habitant,* inquit, *quos ex facto, quia serpentibus vescuntur, Ophiophagos vocant.* Pro *Candei* legisse se in Pomp. Melae MSS. codd. *Panchaei*, testis est If. Vossius in Not. ad Melam, p. 293. cuius quidem viri fidem non ausim hac vice praestare. Panchaiam enim in Troglodytice vltima versus Austrum, ac fere ad sinus Arabici fauces, veterum nemo vnus agnouit: Ab ea certe longissime dissertis verbis Plin. L. X. s. 2. dissitam asseuerat, nempe ad Solis vrbem, quae in inferiore Aegypto iuxta Delta fuit. Quam enim Solis vrbem, hoc est, Heliopolim Plinius l. c. Panchaiae arrogat, hanc idem L. V. s. 9. et isto quem nunc tractamus, s. 34. non procul Memphi statuit: hanc ipse Mela, cui similia Plin. L. X. refert, Aegypto inferiori adiudicat, L. III. c. 8. p. 62. *Cum Phoenix adoleuit*, inquit, *ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportat, atque in vrbem quam Solis appellant*, etc. Quia ipse Graecus auctor, quem Vossius laudat l. c. Παγχαΐας τοὺς μέχρι τῶν τοῦ Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας, Aegypti finibus confines facit: Aegypti porro nomine solam inferiorem Aegyptum, non etiam Thebaidem a veteribus comprehendi, notius est quam vt explicatu egeat, aut argumentis vllis, et ex iis quae diximus L. V. s. 9. perspicuum abunde est. Qui vero populi hoc loco appellantur a Plinio, ii non modo non in Aegypti vicinio sedes habent, sed vltra ipsam quoque Thebaidem reiecti, longa terrarum intercapedine ab ea Solis Vrbe disiuncti, ver-

vesci assueti, neque alia regio fertilior earum. Iuba, qui videtur diligentissime prosecutus haec, omisit in hoc tractu (nisi si exemplarium vitium est) Berenicen alteram, quae Panchrysos *y.* cognominata est: et tertiam, quae [1] Epidires *z.*, insignem loco. Est enim sita in [2] ceruice longe procurrente, vbi fauces *a.* Rubri maris [3] VII. mill. D. *b.* passuum ab Arabia distant. Insula ibi Cytis *c.*, topazium ferens et

1. *ἐπὶ Δείρης. V.* 2. *ceruicem longe procurrentem. V.* 3. *Sic et Ch.* IV. *Gr. et Al.*

versus Austrum et Arabici sinus angustias secedunt. H.

x. Ophiophagos) Vocauit Pythie Lacedaemonios ὀφιοδείρους, quod excoriatis serpentibus vescerentur. Auctor libri, τῶν θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Dalec.*

y. Quae Panchrysos) Πάγχρυσον Latini totam ex auro dicunt: quod inde auri plurimum eruebatur. Haec Straboni dicitur Βερενίκη κατὰ Σάβας, L. XVI. p. 771. Hodie *Zibit.* H.

z. Quae Epidires) Ἐπὶ Δερῆς, hoc est, Dirae vico adiacens. Quo plane modo Antiochiam ἐπὶ Δάφνης cognominari vidimus libro sup. s. 18. Meminit Δειρῆς promontorii, oppidique cognominis Strabo, L. XVI. p. 769. ipsam vero Berenicen, quae prope Diram fuit, et ipse et Ptol. L. IV. c. 7. Arsinoen appellant. Frustra sunt, qui *Epitheras* legunt, inuitis libris omnibus, quod Ptolemaidis, non Berenices cognomen fuit. H.

a. Vbi fauces) Hodie *le Détroit de Bebelmandel.* H.

b. VII. mill. D.) Vide Not. et Em. N. CIX. (hic adi.) *VII. mill. pass. ab Arabia distant.)* Ita R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. Perperam editi *IV. mill. D. pass.* priori binarii nota in quinarium praepostere a librariis permutata. Sic Strabo L. XVI. p. 769. et Agathem. Geogr. L. I. c. 3. angustias huiusce freti ad LX. stadia, εἰς σταδίους ἑξήκοντα contrahi scribit, quae prorsus Plinianam mensuram adaequant. Sed *et ab Arabia distans,* libentius multo, quam *distant,* agnouerim: vt ad Berenicen oppidum, non ad fauces, quae Arabicum quoque litus alluunt, vox ea referatur. H.

c. Insula ibi Cytis) In ipso faucium aditu. Aeque ac Topazos supra dicta, quae plurimum abest ab hisce angustiis,

[1] et ipsa. Vltra *d.* siluae, vbi Ptolemais a Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epitheras *e.* cognominata, iuxta lacum Monoleum. Haec est regio secundo volumine *f.* a nobis significata: in qua quadraginta quinque diebus ante solstitium, totidemque postea, hora sexta consumuntur vmbrae, et in meridiem reliquis horis cadunt, ceteris diebus in septemtrionem: cum in Berenice, quam primam posuimus *g.*, ipso die solstitii sexta hora *h.* vmbrae in totum absumantur, nihilque adnotetur aliud noui. DCII. mill. passuum interuallo a Ptolemaide, res ingentis exempli, locusque subtilitatis immensae, mundo ibi *i.* deprehenso, cum indubitata ratione vmbrarum Eratosthenes mensuram terrae [2] prodere inde coeperit. Hinc Azanium mare *k.*: promontorium, quod aliqui Hispalum scripsere:

1. *Et ipsa vltra siluas, vbi.* *Ch.* 2. *prodere inceperit,* *Chiffletianum vero et Tol. conceperit.*

gustiis, fert et ipsa topazium. Γυθίτης Ptol. L. IV. c. 6. Hodie *l'Isle de Bebelmandel*, vnde et freto nomen. H.

d. Vltra) Hoc est, vltra sinum, insulis refertum, cuius facta proxime antea mentio est, circa fauces sinus Arabici. Exstant eae hodieque siluae, quibus nomen est in Tabulis Geographicis, *Xumeta silua.* H.

e. Epitheras) Ptolemais ἐπὶ θήρας τῶν ἐλεφάντων, ad venatus elephantorum: et πρὸς τῇ θήρᾳ quoque ob id cognominata a Strabone, L. XVI. p. 770. Nunc *Buge.* H.

f. Secundo volumine) L. II. s. 75. H.

g. Quam primam posuimus) In calce superioris sect. H.

h. Sexta hora) Hoc est, ipso medio die, cum Sol ei oppido supra verticem imminet. H.

i. Mundo ibi) Mundi dimetiendi vmbrarum beneficio ratione excogitata. H.

k. Azanium mare) Hinc, inquit, appellari Azanium mare incipit; a Ptolemaide scilicet, cui adiacet Azania Aethiopiae regio, a qua mari nomen. H.

re: lacus, Mandalum: insula [1] Colocasitis, et in alto multae, in quibus testudo plurima. Oppidum [2] Suche *l.*, insula Daphnidis *m.*, oppidum Aduliton. *n.* Aegyptiorum hoc serui a dominis profugi condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Aethiopum. Abest a Ptolemaide [3] quinque dierum nauigatione. Deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, [4] chelyon testudinum *o.*, sphingia *p.*, mancipia.

1. *Casitis. M. V.* 2. *Sace. M. et Ch. Suchae Gr. et Al.* 3. *duorum. M.* 4. *Celetum. M. celtium testudinum. Gr. et Al.*

l. Suche) A Sucho Σούχου conditore nomen habet, vti ex Strabone liquet, L. XVI. p. 770. Cum hodierna *Suaquem*, probe nomen situsque conueniunt. H.

m. Daphnidis) Δαφνίνη νῆσος Ptol. L. IV. c. 8. quam in Arabico sinu collocat, quo nomine et Azanium quoque mare complectitur. H.

n. Aduliton) Hoc est, Adulitarum. Oppido nomen Ἀδούλη, ap. Ptol. L. IV. c. 7. Stephano Ἄδουλις, πόλις Αἰθιόπων. Nunc *Ercocca* in Troglodytis, *la côte d'Abex.* H.

o. Chelyon testudinum) Testudinum integumenta seu cortices. *Troglodytae*, inquit idem Plin. L. IX. s. 12. *corniger as testudines habent, vt in lyra, annexis cornibus, sed nobilibus, quorum in natando remigio se adiuuant. Chelyon genus id vocatur testudinis eximiae, sed rarae.* Hinc testae illi cornigerarum testudinum Chelyon nomen est datum; quod ei Chelyos, hoc est, lyrae instar, testudinis lata cornua annectuntur. Vide Not. et Em. N. CX. (hic pos.) *Chelyon testudinum*) Libri plerique omnes *celtium* habent. Hermolaum mirari subit, qui *celetum* κελήτων, tum hoc loco, tum L. IX. s. 11. probare summopere videtur: quoniam celetes Graecis sunt, et equitum genus singulis equis currentium in certaminibus, et nauigia quaedam, quorum similitudine hae quoque testudines remigio mobilium cornuum in natatu vtentes, celetes pariter dici potuerint. Itane vero? Erit igitur in gignendi casu, vt aiunt, vox ea *celetum*: quare, quae proxime antecedit *coria*, vt ad hippopotamos, sic etiam ad testudines pertinebit. At id

Supra *q.*, Aethiopes Aroteres: insulae, quae [1] Aliaeu *qq.* vocantur, item Bacchias *r.* et Antibacchias, et [2] Stratonis. *s.* Hinc in ora Aethiopiae sinus incognitus, quod admiremur, cum vlteriora mercatores scrutentur. Promontorium, in quo fons *t.* [3] Cucios, expetitus nauigantibus. Vltra Isidis portus *u.* decem dierum remigio ab oppido Adulitarum distans.

1. *Elaeae. V. adstipulante Strabone.* 2. *Stratioton, h. e. militum. Tol. Salm. Strathonis Gr.* 3. *Curius. M.*

id quam per se est absurdum! Nam testudinum coria audire aequo animo quis possit? Verum pro testudinis operimento, et χέλυον, et χελύνιον, et χελώνιον vsurpatum a Graecis constat. H.

p. Sphingia) Simiarum id genus Aethiopicarum est, de quo dicemus L. VIII. s. 30. quo libro et de hippopotamis et rhinocerote agemus. H.

q. Supra) Supra oppidum Adulitarum, sunt Aethiopes ἀροτῆρες, hoc est, aratores dicti. H.

qq. Quae Aliaeu) Ἀλιαίου, vt superius Μαρέου. Fuerint enim fortassis hae pariter eius nomine appellatae insulae, qui praefectus Regum fuerat, quemadmodum quae Μαρέου et Ἐράτωνος dicebantur. Forte eae sunt quae auctori Peripli maris Erythraei, νῆσοι μικραὶ πλείονες Ἀλαλαίου λεγόμεναι. Aut denique a portu Ἐλαία, quem inter oppidum Suche, de quo proxime dictum est, et Stratonis insulam, de qua mox, Strabo collocat, L. XVI. p. 770. accepisse nomen eae potuerunt. H.

r. Item Bacchias) Βάκχου καὶ Ἀντιβάκχου in Arabico pariter sinu insulae a Ptolemaeo collocantur, L. IV. c. 8. et a Stephano. H.

s. Stratonis) Στράτωνος Straboni, l. c. citra fauces Arabici sinus, atque in sinu ipso. Liber de Mensura orbis terrae: *Idem Plinius Secundus in sexto libro iuxta Aethiopas Aroteras, insulas esse docet: item Bacchias, et Antibacchias, et Stratioton:* quasi στρατιωτῶν, hoc est, militum. H.

t. Fons Cucios) An *Coracios?* Nam Κορακίου χώραν hoc ipso in tractu Strabo agnoscit, L. XVI. p. 771. H.

u. Isidis portus) Aliud est Isidis fanum, cuius Strabo meminit, p. 770. iuxta Ptolemaidem Epitheras cognominatam. H.

diſtans. In eum Troglodytis myrrha confertur. Inſulae ante portum duae, Pſeudopylae vocantur: interiores totidem, Pylae: in altera ſtelae lapideae *x.* literis [1] ignotis. Vltra ſinus Abalites. *y.* Inſula Diodori *z.*, et aliae deſertae: per continentem quoque deſerta: oppidum Gaza *a.*, promontorium et portus [2] Moſſylicus *b.*, quo cinnamomum deuehitur. Hucuſque Seſoſtris *c.* exercitum duxit. Aliqui vnum Aethiopiae oppidum vltra ponunt in litore Baragaza. A [3] Moſſylico *d.* promontorio Atlanticum mare *e.* incipere vult Iuba, praeter Mauritanias

 nias

1. *Incognitis. V.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. V. Coſſylicus. V. Moſſylites, Gr. et Al.* 3. *Moſſylite. Gr.*

x. Stelae lapideae) Quales iam diximus ſ. 32. H.

y. Sinus Abalites.) Vltra fauces ſinus Arabici: idem Ἀυαλίτης κόλπος Stephano, et Ptol. L. IV. c. 7. H.

z. Inſula Diodori) In Arabico ſinu, perperam a Ptolemaeo ſtatuitur, L. IV. c. 8. Διοδώρȣ νῆσος, quae in alto vltra fauces obiacet ei orae quae *Adel* regnum vocatur. Hodie *Barbora.* H.

a. Oppidum Gaza) Hodie *Barbora,* oppoſitae in alto inſulae cognominis. H.

b. Promontorium et portus Moſſylites, etc.) Lege: *Promontorium et ſinus Moſylicus quo cinamomum deuehitur. Hucuſque Seſoſtris exercitum duxit.* Imo anguſtias Dires non eſt praetergreſſus, et ſi per eas tranſiit, non per illas Moſylici ſinus. Plinius de his anguſtiis Dires: *fauceſque Orienti hiberno obuerſos alii* VIII. *millibus, alii* XXV. *patere mill. paſſuum.* vt duas illas anguſtias confuderit. Vide *Salmaſ.* pag. 1265. a. b.

Portus Moſſylicus) Μόσυλον promontorium Ptolemaeo L. IV. c. 7. *Le Cap de Gardafu.* Cinnamomi Moſſylici meminit Theophr. hiſt. L. IX. c. 5. H.

c. Huc vſque Seſoſtris) Et aras ibi, columnaſue ſtruxit, ceu monumenta quaedam expeditionum ſuarum. Strabo, L. XVII. p. 790. H.

d. Moſſylico) Refert haec quoque Solinus, c. 56. p. 87. ex Iuba. H.

e. Atlanticum mare) Hoc eſt, ingens illud mare, quod cum occidentali Oceano, ſiue Heſperio, cui peculiare et

nias ſuas Gadeis vſque nauigandum Coro. Cuius tota ſententia *f.* hoc in loco ſubtrahenda non eſt. A promontorio Indorum *g.*, quod vocatur Lepteacra *h.*, ab aliis Drepanum, proponit recto curſu 1 praeter Exuſtam *i.*, ad Malchu inſulam XV. paſſuum

1. *Praeter exuſta. Gr. et Al.*

et proprium Atlantici nomen eſt, coniungitur et copulatur. Quamobrem, inquit, Iuba cenſuit a Moſſylico promontorio nauigari id mare Coro primum percommode: atque eodem mari, ora Africae circumluſtrata, praeterlegendo demum Mauritanias Gades vſque perueniri tuto poſſe. Corus ſiue Caurus ab Solis occaſu ſolſtitiali ſpirat, vt diximus L. II. ſ. 46. Vide Not. et Em. N. CXI. (hic adi.) *Atlanticum - Gades vſque.)* Nihil eſt interpretatione noſtra hoc loco planius, nihil certius: nuſquam pariter omnium exemplarium, quam in his verbis, conſenſio maior. Ex iis tamen tum extricare ſe Salmaſius nequit, prolixa Exercitatione in Solin. p. 1244. vſque ad p. 1266. nec ſanae mentis Plinium fuiſſe exclamat, dum haec ſcriberet, nec Solinum, qui hauſit a Plinio. Eſt et qui Iubam hallucinatum putet: eſt qui Plinium inconſiderantiae arguat, qui ΓΑΔΕΙΡΗΣ ΣΤΕΝΑ curſim legerit pro, ΤΑ ΔΕΙΡΗΣ ΣΤΕΝΑ, hoc eſt, Gaditanum fretum, pro Arabico. Sed argutias eiuſcemodi falſaſque criminationes ſenſus ipſe ſcriptoris, noſtra munitus interpretatione, confutat. H.

f. Cuius tota ſententia) De nauigatione ſinus Arabici. H.

g. A promontorio Indorum) Indos Iuba vocat Aethiopas Troglodytas. H.

h. Lepteacra) Id, inquit, Aethiopum ſiue Troglodytarum promontorium, alii Lepten acram vocant, alii alterum huic proximum eſſe aiunt, Drepanum appellatum. Λεπτὴ ἄκρα Ptol. L. IV. c. 5. iuxta Berenicen et Pentedactylum. Δρέπανον iuxta Myoshormon. H.

i. Praeter Exuſtam) Praeternauigantibus inſulam, quae Exuſta dicebatur. Eodem ordine tres eae inſulae recenſentur ab auctore Peripli maris Erythraei: Κατακεκαυμένη: quae Exuſta Latine dicitur: Μαλίχου, Αδάνε. Vide Not. et Em. N. CXII. (hic adi) *Praeter Exuſtam)* Libri hactenus editi,

ſuum *k.* eſſe. Inde ad locum quem vocant Sceneos, ccxxv. M. Inde ad inſulam [1] Adanu centum quinquaginta mill. paſſuum. Sic fieri ad apertum mare *l.* XVIII. [2] LXXV. *m.* mill. paſſuum. Reliqui omnes *n.* propter Solis ardorem nauigari poſſe non putauerunt. Quin et commercia *o.* ipſa infeſtant ex inſulis Arabes Aſcitae appellati *p.*, quoniam bubulos

1. *Sadanum. Gr. et Al.* 2. LXXXV. *Ch. et Gr.*

ti, *praeter exuſta:* quam lectionem auide Salm. arripit, in Solin. p. 1240. ac locum hunc reprehenſionis anſam habere haud leuem putat, perinde quaſi Aethiopiae exuſta Plinius intellexerit, non inſulam Arabici ſinus Κατακεκαυμένην, vt diximus, appellatam ab auctore Peripli maris Erythraei: cuius admonitu pro *inſulam Sadanum,* quae lectio eſt librorum fere omnium, *inſulam Adanu* Ἀδάνε νῆσον ſubſtituimus. H.

k. Ad Malchu inſulam quindecim, etc.) Lege: *ad Malchu inſulam, quindecies centena mill. paſſuum. Inde ad locum quem vocant Sceneos,* CCXXV. M. *Inde ad inſulam Adanu centum quinquaginta mill. paſſuum.* Salmaſ. pag. 1264. b.

XV. paſſ.) Hoc eſt, quindecies centena millia paſſuum. Hic enim numerus ad eam ſummam, quae mox colligitur, neceſſarius eſt: atque ita quidem Solin. habet c. 56. p. 87. H.

l. Ad apertum mare) Ab Adanu inſula ad Moſſylicum promontorium, vnde mare ingens illud et apertum incipere diximus, quo Atlantico committitur. H.

m. XVIII. LXXV.) Hoc eſt, Solino ipſo interprete, l. c. decies octies centena, et ſeptuaginta quinque paſſuum millia, quae ſumma ex ſuperioribus numeris recte conficitur. In libris editis perperam ſcribitur, LXXXV. H.

n. Reliqui omnes) Ceteri, praeter Iubam, Arabicarum rerum ſcriptores. Solinus, l. c. H.

o. Quin et commercia) Quae nauigantes exercent in Arabico ſinu et ad Moſſylicum vſque promontorium. H.

p. Arabes Aſcitae appellati quoniam bubulos vtres binos ſternentes ponte, piraticam exercent, etc.) Vocat Plinius pontem

bulos vtres binos [1] ſternentes ponte *q.* piraticam exercent ſagittis venenatis. Gentes Troglodytarum *r.* idem Iuba tradit [2] Therothoas a venatu *s.* dictos, mirae velocitatis: ſicut Ichthyophagos, natantes *t.*, ceu

1. *Inſternendo ponte. Tol.*

2. *Terothoas. Gr.*

pontem tabulas iunctas et vtribus ſuperſtratas. *Vtres ponte ſternere*, nihil aliud eſt, quam vtribus iunctis tabulas ſtratas ſuperponere. Hinc *pontilis ſtratus* apud Veget. Vide *Salm.* p. 1266. b.

Arabes Aſcitae) A Graeca voce ἀσκὸς, quae vtrem ſignificat. Stephanus: Ἀσκῖται, ἔθνος παρὰ τὸν Ἰνδικὸν κόλπον, καὶ ἐπὶ ἀσκῷ πλέον, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ περίπλῳ αὐτοῦ. Solin. in huius loci paraphraſi: *Mercantium ibi tranſitus infeſtari ex Arabicis inſulis dicit* Iuba: *quas Aſcitae habent Arabes, quibus e re nata datum nomen: nam bubulis vtribus contabulatas crates ſuperponunt, vectatique hoc ratis genere praetereuntes infeſtant ſagittis venenatis.* De his Aſcitis ſuperius dictum eſt, ſ. 32. H.

q. Sternentes ponte) Hoc eſt, aſſeribus, ſeu crate ſuperpoſita, quo veluti ponte maria ſecuri, nauium vice, percurrunt. H.

r. Gentes Troglodytarum Iuba tradit Therothoas, etc.) Apud Iubam qui Graece ſcripſit fuit θηροτοὰς, quaſi dicas, in venatione in feris perſequendis pernicies, quae appellatio gentis non eſt. Vide *Reineſ.* Var. lect. Lib. I. 17.

s. Therothoas a venatu) A venatu thoum, de quibus L. VIII. Θηροθόαι ſunt appellati: iidem aliis Θωοθῆραι, nam et Θῶες et Θόες Graeci ſcribunt: et Θηροθόαι perinde ac Θωοθῆραι, quemadmodum apud Suidam Θηρολέξης et λεξιθήρης. De his iterum libro ſubſeq. ſ. 2. Martian. L. VI. c. de Babylonia, p. 226. *Feras, inquit, curſu praetereunt.* H.

t. Natantes, ceu maris) Vide Not. et Em. N. CXIII. (hic poſ.) *Natantes, ceu maris animalia)* Fuit qui legendum arbitraretur, *venantes ſui maris animalia:* quod per ſe frigidum mihi viſum eſt, quoniam ſui maris animalia venari non vnius cuiuſpiam gentis peculiare eſſe poſſit, ſed cum pluribus commune eſſe neceſſe ſit. Sane praeter conſenſum codicum ita ſcripſiſſe Plinium, vti edidimus, Plinii tranſſcriptores teſtantur. Martian. L. VI. c. de Babyl. p. 226. *Habitantur*

ceu maris animalia: Bargenos, Zageras *u.*, Chalybas, Saxinas, Syrecas, Daremas, Domazanes. Quin et accolas Nili a Syene non Aethiopum populos, ſed Arabum eſſe dicit vſque Meroën. [1] Solis quoque oppidum, quod non procul Memphi in Aegypti ſitu diximus *x.*, Arabas conditores habere. Sunt et qui vlteriorem ripam *y.* Aethiopiae auferant, annectantque Africae, ripas autem incolere propter aquam. Nos relicto cuique intelligendi arbitrio, oppida quo traduntur ordine [2] vtrimque ponemus.

XXXV. A Syene *z.*, et prius Arabiae latere, gens Catadupi. Deinde Syenitae. Oppida: Tacompſon,

1. *Huc referendum videtur, quod paulo poſt ſequitur, alienam in ſedem perperam traiectum: Ripas autem incolere propter aquam. Aut legendum videtur, incoluere, quemadmodum in antiq. codd. et Ch. ſcriptum reperitur.* 2. *ponemus vtrimque. M.*

tantur etiam, inquit, *aduſta Troglodytarum, et Ichthyophagorum gentibus. Sed primi feras curſu praetereunt: alteri nando marinas belluas vincunt.* Et ſecutus eum Solinus, c. 56. p. 87. *Ichthyophagi non ſecus quam marinae belluae nando in mari valent.* Quin ipſa orationis ſtructura lectionem eam mirifice conſtabilit: Cum enim aſſeuerat Therothoas mirae velocitatis eſſe in venatu, ſicut Ichthyophagos, velocitatem haud dubie innuit in venatu ſui generis: vt ſicuti Therothoae curſu feras, ita piſces natatu Ichthyophagi aſſequi exiſtimentur, quaſi et ipſi maris animalia quaedam forent. Eadem forma loquendi in Cod. Theod. L. L. VII. T. I. de re militari, L. XIII. iubentur milites *procul a cunctorum obtutibus vagos natatus animalium exercere*, hoc eſt, animalium more natare. H.

u. Bargenos, Zageras) *Bangenos, Zangenas*, in MSS. Colb. 1. 2. etc. H.

x. In Aegypti ſitu diximus) Heliopolim intelligit, de qua dictum eſt L. V. ſ. 9. Arabibus hodieque Bethſemes appellatur, hoc eſt, *Domus Solis.* Ab Iſraelitis, dum in Aegypto eſſent, conditam aſſeuerat Iſidor. L. V. Etymol. H.

y. Vlteriorem ripam) Gentes quae ripam Nili orientalem accolunt. H.

z. A Syene.) De Syene et Catadupis, L. V. ſ. 10. H.

compfon *a.*, quam quidam [1] appellauerunt Thathicen, [2] Aranium, Sefanium, Sandura, Nafaudum, Anadoma, Cumara, Peta et Bochiana, Leuphithorga, Tantarene, Moechindira, Noa, Gophoa, [3] Gyftate, Megeda, Lea, Rhemnia, Nupfia, Direa, Pataga, Bagada, Dumana, Rhadata, in quo felis *b.* aurea pro Deo colebatur. Boron in mediterraneo, Mallos, proximum Meroae: fic prodidit Bion. Iuba aliter: Oppidum in monte Megatichos *c.*, inter Aegyptum et Aethiopiam, quod Arabes Myrfon vocauere. Deinde Tacompfon *d.*, Aranium, Sefanium, [4] Piden, Mamuda, Corambin, iuxta eam bituminis fontem: Hammodara, Profda, Parenta, Mama, Teffara, Gallas, Zoton, [5] Graucomen *e.*, Emeum, Pidibotas, [6] Hebdomecontacometas *f.*, Nomadas in tabernaculis viuentes: [7] Cyften, Pemmam,

1. *Appellarunt. Ch.* 2. *Araman, Sefamon. V.* 3. *Guftatae. Gr.* 4. *Pidne. V.* 5. *Caneomene. Meum. V.* 6. *Endonda Cometas. M.* 7. *Cyfteni, Pemmani, Gadagaleni, Paroi, Patrimi. V.*

a. Tacompfon) Τάκομψος, κώμη ἐν τοῖς ὁρίοις Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων, inquit Stephanus: vicus eft in confinio Aegypti et Aethiopiae. Τακομψὼ Herodoto, L. II. Euterpe, N. 29. p. 100. Cetera funt vetuftis fcriptoribus ignota prorfus oppidorum nomina: quae nec noffe operae pretium, nec plane nefciiffe vllum rerum difpendium fuerit: cum vel ante Augufti tempora nullum ex iis oppidum prorfus exftaret. H.

b. In quo felis) De cultu felis apud Aegyptios, Eufebius ex Bardefane, L. VI. Praep. p. 280. H.

c. Megatichos) Μέγα τεῖχος, voce Graeca magnum oppidum, caftellumue fignificante. H.

d. Deinde Tacompfon) Eam ipfam nimirum, cuius facta fuperius mentio: fed alio a Iuba, quam a Bione, ordine recenfita. H.

e. Graucomen) Γραὸς κώμην *Grai vicum.* H

f. Hebdomecontacometas) Ἑβδομηκοντακωμήτας Latine feptuaginta vicanos, fatis apte dixeris. H.

mam, Gadagalen, Paloin, [1] Primin, Nupſin, Daſelin, Patin, Gambreues, [2] Magaſen, Segaſmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, Scammos, Goram in inſula: ab iis Abala, Androcalim, Seren, Mallos, [3] Agocen. Ex Africae latere *g.* tradita ſunt eodem nomine Tacompſos altera, ſiue pars prioris: Magora, Sea, Edoſa, Pelenaria, Pyndis, Maguſa *h.*, Bauma, Linitima, Spin-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Primmin. Gr. et Al.* 2. *Cagaſnae. V.* 3. *Agolen. Ch*

g. *Ex Africae latere*) A Syene, inquit, Meroen verſus et auſtrum, lateri Nili amnis occidentali, qua ſpectat Africam, adſident oppida, quae ſequuntur. H.

h. Maguſa) Vide Not. et Em. N. CIV. (paulo poſt.) Inde inſcriptus eſt Poſtumi. Aug. nummus, HERCVLI MAGVSANO; in quo ſtat Hercules cum claua, et arcu, et leonis exuuiis, ap. Triſtan, p. 146. Significatur imitatus Herculem Poſtumus; quippe qui in regionem, quae poſtea Alſatia dicta eſt, hoſtem inſequens penetrarit, procul a ditione ſua: vt Hercules Aegyptius, cuius Herodot. meminit L. II. p. 145. vltra Aegyptum et Syenem progreſſus, ac proinde Maguſam vſque, quae ripae Nili occidentali vlterius appoſita erat, peruaſiſſe ferebatur. Similem ob cauſam inſcriptus alter ei nummus eſt aureus, qui eſt in Theſauro Regio: HERCVLI LIBYCO: in quo Antaeum Hercules brachiis comprimit, vt ſignificetur, compreſſam ſimiliter ducis aut regis Germanici ferocitatem: nam rex Antaeus fuit. Plinius L. V. ſ. 1. *Africam Graeci Libyam appellauere . . . Lixas vel fabuloſiſſime antiquis celebrata. Ibi REGIA Antaei, certamenque cum Hercule.* In alio ſimiliter nummo, qui eſt ibidem aureus, HERCVLI ERYMANTINO legitur: in eo Hercules humeris geſtat aprum in Erymantho Arcadiae monte captum: vt ſignificetur feritas hominis a Poſtumo debellati ſimilis apro. Ea ſimilitudine etiam vſus eſt Vates Regius, Pſ. LXXIX. v. 14. vbi de vinea Domini, hoc eſt, de terra Iſraelitica, quam Philiſtaeus vaſtabat, *Exterminavit eam*, inquit, *APER de ſilua, ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Neque enim in Galliis aut Erymanthus, aut Libya, aut Maguſa quaerenda

[1] Spintum, Sydopta, Genſora, Pindicitora, [2] Agugo, Orſima,

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Spyntuma Gr. et Al.* 2. *Eugoa -- Mauma, Rhuma, Vrbubuma, Molona, Gr. et Al.*

renda eſt, aut Creta, aut Argos; nam et HERCVLI CRETENSI et HERCVLI ARGIVO eiuſdem numiſmata quaedam feruntur inſcripta. Sed Deuſo dumtaxat, vbi alia eiuſdem Poſtumi Romani percuſſa ſunt ex aere magno et ex argento, cum hac epigraphe, HERCVLI DEVSONIENSI, ſiue cum Herculis, ſiue cum templi effigie: vt apud D. Vaillant, p. 187. et apud Triſtanum, T. III. p. 145. ob templum vtique Herculi a Poſtumo aedificatum Deuſone, poſt victoriam Germanicam, velvti tutatori limitis Romani. Eſt autem *Deuſo* oppidum vetus in finibus Lotharingiae, duabus a Marſallo leucis, verſus ortum et Alſatiam, vbi nunc clauſtra Imperii aduerſus Germanos Poſtumus ſtrenue tutabatur. Nomen antiquum hodieque retinet, *Dieuſe*, vel *Dieuze*: nam vtrouis modo ſcribitur: vbi ſalinae ſunt laudatiſſimae; in dioeceſi Tullenſi, ſiue Leucorum. Ipſe autem Poſtumus in ſuis nummis ſcribitur: IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS P. F. AVG. *Imperator Caeſar Marcus Caſſius Latro Poſtumus Pius Felix Auguſtus. Marcus*, vt ex gente Antonia; in qua Marci praenomen primogenitorum fuit. *Caſſius*, ex Caſſia: vnde et ille Caſſius, cuius ſunt nummi inſcripti, poſt Caeſaris Dictatoris necem: CASSI. IMP. LIBERTAS. *Caſſius Imperarator. Libertas.* Deinde *Latro*, ex Porcio Latrone, quem Plinius laudat, L. XX. ſ. 57. Fuit nimirum Porcia gens in duas diuiſa familias: altera Catonum fuit, Latronum altera. *Poſtumus*, ex patre, qui ex matre Caſſius Latro eſſet; genus autem paternum duceret ex Agrippa Poſtumo, Auguſti nepote. Denique *Pius Felix*, ex Commodo Imperatore, auo ſuo materno. Morellius, Tab. 2. p. 41. nummum refert ex aere maximo, inſcriptum, IMP. C. M. CASS. LATI. POSTVMVS, etc. ſed (vt iamdudum monuimus) adulterinum ac recentem. *Magaſen, Segaſmala, Cranda, Denna, Cadeuma, Thena, Batha, Alana, Macum, etc.)* Haec nomina forte ſincerius codd. MSS. exhibent, Colb. 1. 2. et Pariſ. *Magas, Neoſegas, Malacram, Dadenna, Cadeum, Mathena, Batta, Alanam, Macuam:* Mox vbi legitur, *Pyndis, Maguſa*; Parmenſis editio,

Orſima, Suaſa, Maumarum *i.*, Vrbim, Mulon, quod oppidum Graeci [1] Hypaton *k.* vocarunt: Pagoargas, Zamnes, vnde elephanti incipiant: Mamblia, Berreſa *l.*, Cetuma. Fuit quondam et Epis oppidum contra Meroën, antequam Bion ſcriberet, deletum. Haec ſunt prodita vſque Meroën: ex quibus hoc tempore [2] nullum prope vtroque latere exſtat. [3] Certe ſolitudines nuper renunciauere principi Neroni, miſſi ab eo milites *m.* praetoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella et Aethiopicum cogitanti. Intrauere autem et eo arma Romana Diui Auguſti temporibus, duce P. Petronio *n.*, et ipſo equeſtris ordinis [4] praefecto [5] Aegypti.

1. *Hypatiton. V. Hyphammon. M.* 2. *nullum prope. Vtroque latere ſolitudines, etc.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. Certe ſolitudines vt nuper. Ch. Cetera ſolit. Gr. et Al.* 4. *praefecto. Aegyptiis, oppida expugnauit, quae ſola inuenimus. Ch.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. praefecto Aegyptiis. Oppida eorum etc. Gr et Al.*

tio, vt Romana prior, aliaeque vetuſtae, habent *Epyndis, Maguſa.* H.

i. Maumarum etc.) Vide Not. et Em. N. CXV. (hic adi.) *Maumarum, Vrbim, Mulon)* Ita reſcripſimus ex fide codd. R. 1. 2. Colb. 1. 2. et Pariſ. Prius legebatur in impreſſis, *Mauma, Rhuma, Vrbuma, Mulona.* H.

k. Hypaton) Ὕπατον, quaſi ſupremum et vltimum. H.

l. Berreſa) Locum hic habere fortaſſis poſſit Βέρεξα, quod oppidum Timocrates apud Steph., Aethiopiam inter Indiamque, laxiore certe, nec ſatis diſtincto intervallo, collocat. H.

m. Miſſi ab eo milites) Refert haec pariter Dio, L. LXIII. p. 719. Alias quoque ad Nili fontes explorandos, miſſos eſſe a Nerone centuriones duos, qui a rege Aethiopiae inſtructi auxilio fuerunt, auctor eſt Seneca, Nat. Quu. L. VI. c. 8. p. 907. H.

n. Duce P. Petronio et ipſo equeſtris ordinis praefecto Aegyptiis, oppida eorum expugnauit.) Scribe diſtincte *praefecto Aegypti. Is oppida, etc.* De hoc Petronio Aegypti praefecto Strabo ſeptimodecimo. *Pintian.*

P. Petronio) Caium, non Publium, appellat Dio, L. LIV. p. 526. vbi hanc expeditio-

gypti. Is oppida eorum expugnauit, quae sola invenerat, quo dicemus ordine: Pselcin *o.*, Primin *p.* Aboccin *q.*, Phthurin *r.*, Cambusin *s.*, [1] Atteuan *t.*, Stadisin *u.*, vbi Nilus praecipitans se, fragore auditum accolis aufert. Diripuit et [2] Napata. *x.* Longissime autem a Syene progressus est [3] DCCCCLXX. mill. passuum. Nec tamen arma Romana ibi solitudinem fecerunt. Aegyptiorum bellis *y.* attrita est Aethiopia, vicissim imperitando seruiendoque, clara

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Attenan. Gr. et Al.* 2. *Neata. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.* DCCCLXX. *Gr. et Al.*

ditionem susceptam refert A. V. C. DCCXXXII. M. Claudio Marcello Aeseruino, L. Aruntio CoSS. Γάϊον Πετρώνιον τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντα, etc. H.

o. Pselcin.) Ψέλκις Ptol. L. IV. c. 5. e regione Tacompsi oppidi Straboni, L. XVII. p. 820. Ψέλκη, vbi de facta eius oppidi a Petronio expugnatione prolixior oratio instituitur. In Conc. Chalc. *Ioannes episcopus Pselcis* subscripsit. H.

p. Primin) Πρῖμις μεγάλη Ptol. L. IV. c. 7. in ripa Nili orientali, post Pselcin. Πρῆμνις est Straboni, L. XVII. p. 820. Πρῖμα Olympiodoro apud Phot. cod. 80. H.

q. Aboccin) Ἀβουκκὶς Ptol. l. c. ab occidentali fluuii parte. H.

r. Phthurin) Φθοῦρι Ptol. l. c. atque eodem situ. H.

s. Cambusin) Καμβύσου ταμιεῖα, Cambysae aerarium Ptol. l. c. De Cambysae expeditionibus Meroen vsque susceptis, multa Strabo, L. XVII. p. 790. H.

t. Atteuan) Sic enim scribo, pro *Attenan.* Est enim haec Ptolemaei Αὐτόβα, l. c. H.

u. Stadisin) Τασιτία Ptol. l. c. iuxta magnum catarracten, vbi Nilus praecipitans se, fragore auditum accolis aufert. H.

x. Et Napata) Νάπατα Ptol. l. c. latere Nili orientali. Hodie *Chaxumum*. H.

y. Aegyptiorum bellis) Sesostri Aegypti rege totam Aethiopiam bello vastante, vt auctor est Strabo, L. XVII. p. 790. Diod. Sic. L. I. Bibl. p. 50. 55. et 59. et prior ceteris Herodotus, L. II. Euterpe, N. 110. p. 129. H.

ra et potens etiam [1] vsque ad Troiana z. bella Mennone a. regnante: et Syriae imperitasse eam, nostroque [2] litori b., aetate regis Cephei c., patet Andromedae d. fabulis. Simili modo et de mensura eius varia prodidere: primus Dalion vltra Meroën longe subuectus: Mox Aristocreon, et Bion, et Basilis: Simonides minor [3] etiam, quinquennio in Meroë moratus, cum de Aethiopia scriberet. Nam [4] Timosthenes classium Philadelphi praefectus, sine mensura e., dierum LX. a Syene Meroën iter prodidit: Eratosthenes DCXXV. f. mill. Artemidorus DC. mill. Sebosus ab Aegypti extremis [5] sedecies centena LXXV. mill.

1. *a Troiano vsque bello. M.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. litore. Gr. et Al.* 3. *aetate. V.* 4. *vulgg. et Gr. Nam et Tim.* 5. LXVI. LXX. *Ch.*

z. *Vsque ad Troiana)* De Memnone Aethiopiae rege multa Philostrat. de vita Apollon. L. VI. c. 9. Aurora et Tithono genitum ait fuisse Apollodorus de Diis L. III. ante Troiana tempora. In MSS. Plinianis *Mennone* scriptum est; non *Ménone*, quod est nomen Graecum. In editione Romana a. 1470 *Memnone*. Verum in septem sequentibus Plinii editionibus scriptum est *Ménone*; quasi haesitantibus qui edebant, num propter MSS. codices *Mennone* legi oporteret, an propter scriptores Graecos *Memnone*. Vide L. X. s. 37. L. XXXVII. s. 63. H.

a. *Memnone.)* De eo vide infra cap. 26. Lib. X. et cap. 7. Lib. XXXVI. *Dalec.*

b. *Nostroque litori)* Mediterranei maris litori, qua Syriam alluit. H.

c. *Regis Cephei)* A quo Aethiopia cognomen accepit. Ouid. Metam. L. IV. v. 669. *Aethiopum populos, Cepheia despicit arua.* H.

d. *Andromedae)* Quam belluae obiectam ante Ioppen ferunt, Syriae litore, vt dictum est libro super. s. 34. H.

e. *Sine mensura.)* Locorum interuallo minime notato. H.

f. *Eratosthenes DCXXV.)* Seu Graeca mensura, qua vsus videtur Eratosthenes, stadiis quinquies mille, vt dictum est L. II. s. 75. H.

mill. pass.: vnde proxime dicti g. [1] XII. L. Verum omnis haec finita nuper [2] disputatio est: quoniam a Syene [3] DCCCLXXIII. *h.* mill. Neronis exploratores renunciauere his modis: A Syene Hieran *i.* sycaminon LIV. mill. pass. Inde [4] Tama [5] LXXII. millia passuum. Regionem Euonymiton *k.* Aethiopum primam,

1. *Sic et Ch.* XII. LXX. *Gr. et Al.* 2. *disceptatio. V.* 3. DCCCLXII. *Gr. et Al.* 4. *Tamia. Pineus.* 5. *Sic et Ch.* LXXV. *Gr. et Al.*

g. Vnde proxime dicti) Proxime, inquit, appellati scriptores, Timosthenes nimirum, Eratosthenes, et Artemidorus inde, hoc est, ab Aegypti extremis, siue ab Alexandria, ad Meroen insulam, duodecies centena tantum numerant, et quinquaginta millia passuum. Vide Not. et Em. N. CXVI. (hic appos.) *Vnde proxime dicti* XII. L.) Libri editi XII. LXX. refragantibus MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. et Chiffl. quos secuti sumus. maxime adstipulante Strabone, qui ab Alexandria Meroen Nili defluxu interuallum esse prodidit stadiorum decies mille, διὰ τῆς τοῦ Νείλου ῥύσεως ἀπὸ Μηρόης ἕως Ἀλεξανδρείας στάδιοι περὶ μυρίους, quae stadiorum mensura cum numero passuum, quem Pliniani MSS. exhibent, plane congruit. H.

h. Quoniam a Syene DCCCCLXII.) Vetusta exemplaria, DCCCCLXXIV. Sed nullo modo haec summa quadrat cum sequentibus numeris, quare dempto vno tantum C. lego DCCCLXIV. *Pint.*

A Syene DCCCLXXIII.) Vide Not. et Em. N. CXVII. (hic cons.) *A Syene)* R. 1. DCCCCLXXIII. R. 2. DCCCCLXXVI. alii aliter: Editi libri, DCCCLI. Nos DCCCLXXIII. quoniam haec summa quadrat cum sequentibus mensuris, detracta ex codd. MSS. nota centenarii, quae superuacua est. H.

i. Hieran sycaminon.) Quasi sacram morum, siue sacram sycomorum Latine dixeris. Antoninus a Syene ad Hieran sycaminon passuum millia numerat octoginta: sed longiore, vt apparet, itinere, propter diuerticula, flexusque mansionum. H.

k. Euonymiton.) Εὐωνυμῖται, ἔθνος Αἰγύπτιον πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ Steph. p. 281.

mam, CXX. Acinam [1] LIV. mill. Pitaran XXV. Tergedum, CVI. mill. Insulam Gagauden *l.* esse in medio eo tractu. Inde primum visas aues psittacos, et ab altera (quae vocatur Artigula) animal sphingion *m.*, a Tergedo cynocephalos. Inde [2] Napata LXXX. mill. Oppidum id paruum inter praedicta solum. *n.* Ab eo ad insulam Meroën CCCLX. mill. Herbas circa Meroën demum [3] viridiores, siluarumque aliquid apparuisse, et rhinocerotum elephantorumque vestigia. Ipsum oppidum Meroën ab introitu insulae *o.* abesse LXX. mill. p.: iuxtaque aliam insulam [4] Tadu *p.* dextro *q.* subeuntibus alueo, quae portum faceret. Aedificia oppidi pauca. Regnare feminam [5] Candacem *r.*, quod nomen multis iam annis ad

1. LXIV. *mill. pass. M. et Ch.* 2. *Naraba. Ch.* 3. *viridiores siluarum apparuisse. Ch.* 4. *Sic et M. et Ch. Tatu Gr. et Al.* 5. *Canagem. Ch. Candaocen. Gr. et Al.*

p. 281. Agathem. Geogr. L. II. c. 5. καὶ μετὰ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τῦ Νείλȣ Ἐπωνυμῖται. *Post magnum Nili catarracten, ad occidentale fluuii latus Evonymitae.* H.

l. Insulam Gagauden) Quam Nilus efficit, medio in tractu Syenen inter Meroenque. H.

m. Sphingion) Simiarum genus, de quo L. VIII. vbi et de cynocephalis dicetur. H.

n. Inter praedicta solum) Ceteris bello deletis, solum id restat. H.

o. Ab introitu insulae) Est enim eius insulae ingens amplitudo: longitudinis scilicet, trium mill. stad. hoc est, CCCLXXV. mill. pass. latitudinis stadiorum mille, hoc est, CXXV. mill. pass. auctore Strabone, L. XVII. p. 821. Ab introitu vero insulae abesse oppidum Meroen stadiis septingentis idem prodidit, p. 786. quae efficiunt LXXXVII. M. D. pass. H.

p. Insulam Tadu) Ita MSS. omnes. Editi, *Tatu*, Hodie *Ialac.* H.

q. Dextro) Qui vergit in Africam. H.

r. Candacem) Ita Colb. 1. 2. et Paris. non, vt editi libri, *Can-*

ad reginas [1] transiit. Delubrum Hammonis *s.* [2] et ibi *t.* religiosum, et toto tractu sacella. Ceterum cum potirentur rerum Aethiopes, insula ea magnae claritatis *u.* fuit. Tradunt armatorum CCL. mill. dare solitam, artificum [3] CCCC. mill. alere. Reges Aethiopum XLV. et hodie traduntur. (XXX.) Vniversa vero gens Aetheria *x.* appellata est, deinde Atlantica, mox a Vulcani filio Aethiope *y.* Aethiopia. Animalium hominumque [4] effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum, artifici ad formanda corpora effigiesque caelandas mobi-

1. *Transit. Ch.* 2. *est, M. et V.* 3. III. M. *Man.* III. *alere reges. Ch.* 4. *monstrificas effigies. Ch.*

Candaocen. Κανδάκη vocatur a Strabone, L. XVII. p. 820. quae Petronio Aegypti provinciam, bellumque Aethiopicum administrante, legatos ad Augustum Caesarem misit. H.

s. Delubrum Hammonis) Iouis, quem κριοπρόσωπον ideo vocarunt, quod in eius simulacro intacta cornua supra aures exstarent. Qua de re late Lil. Girald. Syntag. 2. pag. 102. et Fulu. Vrsin. Famil. Pinet. et Anton. Meminit et Prudentius contra Symmach. lib. II. et Pausan. Arcad. mihi. pag. 263. *Dalec. Delubrum Hammonis et ibi.)* Dicit enim in Meroë quoque Hammonis delubrum esse, diuersum ab illo Libyco, in quo oracula reddebantur, et quod Alexander adiit, Hammonem patrem, vt credi volebant, salutaturus. *Gelen.*

t. Et ibi) Vt in Libya. H.

u. Magnae claritatis) Aethiopum regia, Straboni, L. XVII. p. 821. et alibi. De ea diximus, L. V. f. 10. H.

x. Aetheria) Ἀερίαν dictam esse olim Aethiopiam auctor est Hesychius, verbo Ἀερία: ab eo fortassis tempore, quo Aegyptus imperitauit Aethiopiae, vt superius dictum est: nam et Aegypto ipsi inditum id nomen fuisse, auctor est, praeter alios, Gellius, L. XIV. c. 6. p. 777. H.

y. A Vulcani filio Aethiope) Aut fortassis a vultus nigredine: Graecis ita appellantibus, ab αἴθω vro, et ὢψ vultus: quasi vultu Solis calore perusto. H.

mobilitate ignea. *z.* [1] Ferunt [2] certe ab orientis parte intima gentes esse sine naribus, aequali totius oris planitie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis. Pars etiam *a.* ore concreto et naribus carens, vno tantum foramine spirat, potumque calamis auenae trahit, et grana eiusdem auenae sponte prouenientis ad vescendum. Quibusdam pro *b.* sermone nutus motusque membrorum est. Quibusdam ante Ptolemaeum [3] Lathurum *c.* regem Aegypti ignotus fuit vsus ignium. Quidam *d.* et Pygmaeorum gentem prodiderunt [4] inter paludes, [5] ex quibus Nilus oriretur. In ora autem *e.*, vbi desiimus, continui montes *f.*, ardentibus similes ru-

 bent.

1. *Fertur. M.* 2. *certis. Ch.* 3. *Lathyrum. Gr.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. ante pal. Gr. et Al.* 5. *a. Ch.*

z. Mobilitate ignea) Caeli Aethiopici calore, vicinioque Solis varie agitatas atomos, ad efficiendas multiplices corporum figuras conferre plurimum putat. Nec sane diffiteor, vt alibi vi frigoris nimia, sic in iis terris ignium intemperie multa posse peccare naturam, immo et solere. H.

a. Pars etiam) Solin. c. 30. p. 56. H.

b. Quibusdam pro) Solin. l. c. Vide Not. Lud. Viues, in L. XVI. August. de Ciu. Dei, c. 8. Huiuscemodi silvestres homines, qui nutibus pro sermone vtantur, ait esse in Hispaniola Occidentalis Indiae insula, Petrus Martyr. H.

c. Ptolemaeum Lathurum) Regum Aegypti eius nominis septimus is fuit. Refert hoc Solin. pariter l. c. H.

d. Quidam) Aristot. Hist. Anim. L. VIII. et Mela, L. III. c. 8. *Fuere*, inquit iste, *interius Pygmaei, minutum genus, et quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit.* Ad Nili fontes ab Aristotele pariter collocantur. De Pygmaeis diximus, s. 22. H.

e. In ora autem) In ora scilicet Aethiopiae, cuius sect. sup. facta mentio est his verbis: *Hinc in ora Aethiopiae*, etc. litore nimirum sinus Arabici, paulo citra angustias et Diren. H.

f. Continui montes) Ab his cogno-

bent. Troglodytis *g.* et Rubro mari a Meroë tractus omnis [1] superponitur: [2] a Napata tridui itinere ad Rubrum litus, aqua pluuia ad vsum compluribus locis seruatur, fertilissima regione, quae interest, auri. Vlteriora *h.* Atabuli, Aethiopum gens [3] tenet. Deinde contra Meroën *i.* [4] Megabari *k.*, quos aliqui [5] Adiabaras nominauere, oppidum habent Apollinis: Pars eorum Nomades *l.*, quae elephantis *m.* vescitur. Ex aduerso *n.* in Africae parte Macrobii. Rur-

1. *Supponitur. M. alii, suppositus.* 2. *Napata. Ch.* 3. *tenent. Ch.* 4. *Megabri. V. Megabarri. M.* 5. *Adiabaros. Ch.*

cognomen Rubri maris ortum quidam arbitrati sunt, teste Agatharchide, de Rubro mari, c. 2. ap. Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1321. ὅτι τοῦ Ἀραβίου καλουμένου κόλπου, etc. *quod sinus Arabici montes versus occasum siti, dum acres et ignei Solis radii eos feriunt, carbonis speciem ac similitudinem referunt: ad ortum vero arenae et glebae rubentes tumuli*, etc. Habet id ipsum Strabo, L. XVI. p. 779. H.

g. Troglodytis) Troglodytarum, inquit, agro, et Rubro mari ab ortu, Aethiopiae tractus ille clauditur: Meroe insula, ab occasu. H.

h. Vlteriora) Remotiora a mari, inter Napata et Meroen, vbi nunc *Sabai* regnum, cum oppido eiusdem nominis. H.

i. Contra Meroen) Vltra Nili ripam, qua Meroen insulam circumambit, orientali latere. H.

k. Megabari) Μεγάβαροι Αἰθίοπες Straboni, L. XVII. p. 776. Ptol. L. IV. c. 8. mendose Μεγάβραδοι. Rectius Diodoro Sic., Μεγαβαρεῖς, quos ille Troglodytis accenset. H.

l. Pars eorum Nomades) Quos ab ἐλεφαντοφάγοις secernere Philostratus videtur, de vita Apollon. L. VI. c. 12. p. 300. H.

m. Quae elephantis) Vnde Ἐλεφαντοφάγοι Αἰθίοπες cognominati sunt, teste Agatarch. de R. mari c. 25. apud Phot. cod. 250. p. 1353. et Agath. Geogr. L. II. c. 5. H.

n. Ex aduerso) Ex aduerso Megabarorum, altero Nili et Meroes latere, versus Africam. De Macrobiis istis, Herod. L. III. Thalia, p. 168. N. 17. Mela, L. III. c. 9.

Rursus a Megabaris *o.* Memnones et [1] Dauelli, dierumque viginti interuallo Critensi. Vltra eos Dochi, deinde [2] Gymnetes semper nudi. *p.* Mox Anderae, [3] Mathitae *q.*, Mesagebes, Hipporeae, atri coloris tota corpora rubrica illinunt. At ex Africae parte Medimni. Deinde Nomades *r.* cynocephalorum lacte viuentes, [4] Olabi *s.*, Syrbotae *t.*, qui octonûm cubitorum esse dicuntur. Aristocreon Libyae latere a Meroë oppidum [5] Tolen dierum quinque itinere tradit. Inde dierum duodecim [6] Esar *u.* Aegyptiorum oppidum, qui Psammetichum *x.* fuge-

 rint:

1. *Dabelli Ch. Danelli ex Ald. M.* 2. *Gymnites. Gr.* 3. *Monthes, Messages Ipsodoro. Ch.* 4. *Aladi, Syrdotae. Ch.* 5. *Tollen. Ch. Thale. Pineus.* 6. *Desar op. Aegypt. Ch.*

c. 9. *Aethiopum pars, quia vitae spatium dimidio fere quam nos longius agunt, Macrobii*, etc. Pars est regni, quod Nubiam hodie appellant: non *Bagamedri*, vt Sanutus existimat. H.

o. A Megabaris) Vltra Megabaros, versus austrum, Μέμνονες πρὸς τῇ Μερόῃ νήσῳ, iuxta Meroën, inquit, Agath. Geogr. L. II. c. 5. et Ptol. L. IV. c. 8. H.

p. Gymnetes semper nudi. Mox Anderae) Straboni L. XVI. p. 771. Endera locus est, vbi Gymnetes incolunt, viri a nuditate corporum et exercitatione sic appellati: ἦν δέ τις ἐν βάθει Ἐνδέρα Γυμνητῶν ἀνθρώπων κατοικία. H.

q. Mathitae) Hi sunt haud dubie Μαςῖται Ptol. L. IV. c. 8. quos ad Nili paludes vsque pertinere ait. H.

r. Deinde Nomades etc.) Haec quoque Solin. c. 30. p. 55. H.

s. Olabi) In MSS. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. Chiffl. *Aladi.* H.

t. Syrbotae) Haec rursum Plinius L. sq. s. 2. Solin. l. c. pedes duodecim excedere longitudine scribit, id quod eodem recidit: nam cubitus habet sesquipedem. H.

u. Esar) Ἐσὴρ et Δαρὼν oppidorum esse nomina in insula Meroe, auctor est Ptol. L. IV. c. 9. cui num potior habenda fides quam Aristocreonti, alii viderint. H.

x. Psammetichum) De quo dicemus, L. XXXVI. s. 19. H.

rint: In eo [1] produntur annis trecentis habitasse. Contra in Arabico latere Daron oppidum esse *y.* eorum. Bion autem Sapen vocat, [2] quod ille Esar, et ipso nomine aduenas ait significari: Caput eorum in insula, Sembobitin *z.*: et tertium *l.* in Arabia, [3] Sai. Inter montes *m.* autem et Nilum [4] Symbari sunt, [5] Paluogges: in ipsis vero montibus Asachae *n.* multis nationibus. Abesse a mari dicuntur dierum quinque itinere. Viuunt *o.* elephantorum venatu. Insula [6] in Nilo *p.* Semberritarum, reginae paret. Ab

1. *Prodente se* CCC. *habitasse. M. cui consentit Ch. nisi quod* CCC. *habet.* 2. *quod ille asserit, et ipso nomine aduenas significari.* 3. *Sina. M. Sinar. Ch.* 4. *Barri. Ch.* 5. *Sic et Ch. Phaliges. V. Man. Phalanges. Gr.* 6. *in illo Sembritarum regioni. M. V.*

y. Contra in Arabico latere Daron oppidum esse eorum.) Hermolaus *Diacoron*, priorem lectionem, in *Daron* mutauit genitiuum Graecum, ex Ptolemaeo. At exemplar Salmanticense *Darion* legit, non *Diaron*, seu *Daron*. Quid si neutro modo legendum? sed *Dalion*, vt sit nomen auctoris, cuius testimonio priore capite vsus est Plinius, et post etiam vtitur. Alioqui non tria, vt tradit Plinius, sed quatuor essent fugitiuorum oppida. *Pint.*

z. Caput eorum in insula Sembobitin.) Aestimandum an sit commodior lectio, *Pseboitin*: sic videlicet dicta a Psebo lacu, cuius est insula: quam bene habitatam esse prodit Strabo Lib. XVII. Meminit et Artemidorus, referente Stephano. *Pint.*

l. Et tertium) Primum enim Esar est, siue Sape: alterum, Sembobitis, quod in insula fuit: in latere Arabiae tertium, Sai. H.

m. Inter montes) Quos paulo ante dixit ardentibus similes rubere. H.

n. Asachae) Iidem Asachaei Plinio ipsi, L. VIII. s. 13. et Solino, c. 30. p. 55. H.

o. Viuunt, etc.) Solinus, l. c. Idcirco ἐλεφαντομάχους Diod. Sic. Strabo ἐλεφαντοφάγους appellat. H.

p. Insula in Nilo) Vltra Meroen, Strabo, L. XVII. p. 786. Ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες

Ab ea *q.* [1] Nubei Aethiopes dierum octo itinere. Oppidum eorum Nilo impositum, Tenupsis. Sambri, apud quos *r.* quadrupedes omnes sine auribus, etiam elephanti. At ex Africae *s.* parte Ptoembari, Ptoemphanae, qui canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes: Aurufpi oppido longe [2] a Nilo sito. Postea Achisarmi, Phaliges, Marigeri, Casamarri. Bion alia *t.* oppida in insulis tradit, a [3] Sembobiti Meroën versus dierum toto itinere viginti. Proximae insulae *u.* oppidum Semberritarum sub regina: et aliud Asar: alterius oppidum Daron. Tertiam Medoën vocant, in qua oppidum Asel.

1. *Nubae. V.* 2. *a Nili situ. M.* 3. *Pseboiti.*

δες οἱ ἀποςάντες ἀπὸ Ψαμμιτίχȣ. καλȣ͂νται δὲ Σεμβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες, βασιλεύονται δὲ ἀπὸ γυναικὸς. *Supra Meroen alia insula, quam Aegyptiorum exsules incolant, qui a Psammeticho desciuerunt, et Sembritae, id est, aduenae nominantur, et reginam habent*, etc. H.

q. Ab ea) Vltra Meroen, Arabiae latere, Nilique ripa orientali. Hi Nȣ͂βαι Ptolemaeo dicuntur, L. IV. c. 8. quos cum Aualitis coniungat ad mare Rubrum, atque adeo Arabiae latere cum Plinio collocet, perspicuum est falli eos, qui hosce Nubas existimant eos esse quos hodie Nubeos appellamus, *le Royaume de Nubie:* cum tota horum regio in opposita Nili ripa sit, nec exiguam Africae partem obtineat. Sunt hi Nubae Plinii, et Ptolemaei in Troglodytarum confinio et ad Nili vsque latus orientale pertinent. H.

r. Sambri, apud quos) Id quoque Solin. c. 30. p. 55. sed *Psambaret* vocat. H.

s. At ex Africae) Et ista, tacito tamen populorum nomine, Solin. refert, l. c. H.

t. Bion alia) Eiusdem tractus terrarum, qui proxime est descriptus, alia iam facies ex Bione proponitur: discrepantibus enim inter se de tam semotis regionibus Geographorum sententiis, vllam praetermittere, quae alicuius momenti sit, religioni Plinius habet. H.

u. Proximae insulae) Eius quam diximus Meroae esse proximam. H.

Asel. Quartam eodem, quo oppidum, nomine [1] Garoden. Inde [2] per ripas oppida *x.*: Nauos *y.*, [3] Modundam, Andatim, Secundum, Colligat, Secande, Naue&tabe, Cumi, Agrospi, Aegipam, Candrogari, [4] Arabam, Summaram. Regio supra Sirbitum *z.*, vbi desinunt [5] montes, traditur a quibusdam habere maritimos Aethiopas, Nisicastes, Nisitas *a.*, quod significat ternûm et quaternûm oculorum viros; non quia sic sint, sed quia sagittis *b.* praecipua contemplatione [6] vtantur. Ab ea vero parte

1. *Caro. Deinde Paropas oppidum. Ch.* 2. *Paropas oppidum. V.* 3. *Modundae, Mandatini, Secundini. M. et V.* 4. *Arabum summorum regio. M. V.* 5. *montes. Traditur a quib. haberi. Pint.* 6. *vtuntur. M.*

x. Inde per ripas oppida, Nauos, Modundam, etc. Colligat, Secandae, Nauectabe, Cumi, etc.) Per ripas dicit ideo, quia superius ex Bionis commentariis relata, in insulis Nili sita sunt. Sunt autem appellationis barbaricae, et accusatiuo casu posita. *Gelen.*

y. Nauos) Vide Not. et Em. N. CXVIII. (hic pos.) *Nauos, etc.)* Haec forte haud multo saniora nomina, quam quae hoc loco MSS. codd. repraesentant, Colb. 1. 2. Paris. aliique: *Nautis, Madum, Demadatim, Secandum, Collogat, Secande, Cumagro, Psegipta, Candragori, Arabam, Summaram.* Barbaricae, vt apparet, appellationis omnia. H.

z. Regio supra Sirbitum.) Quod oppidum Nilo impositum, XII. dierum nauigatione distare a Meroe, dicetur inferius. H.

a. Nisitas, etc. sed quia sagittis praecipua contemplatione vtuntur.) Id est, quod praecipui sint in contemplando ad ictum quicquid sagittis percutere volunt. *Salmas.* pag. 385. a.

b. Sed quia sagittis) Solini paraphrasis, l. c. *Quod et vident plurimum, et manifestissime destinant iactus sagittarum.* Mesiccastas legere Plinium oportuisse, atque in eius interpretatione vocis hallucinatum putat Bochart. Geogr. P. I. L. IV. c. 26. p. 303. Sed non ego credulus illi. H.

parte Nili *c.*, quae supra Syrtes *d.* maiores, oceanumque meridianum protenditur, [1] Dalion vocatos esse dicit, pluuia tantum aqua vtentes [2] Cisoros, Longoporos. Ab OEcalicibus *e.* dierum quinque itinere Vsibalcos, Iluelos, Pharusos, Valios, Cispios. Reliqua deserta. Deinde [3] fabulosa. *f.* Ad occidentem versus Nigroe *g.*, quorum rex vnum oculum habeat in fronte. Agriophagi *h.*, pantherarum [4] et leonum carnibus maxime viuentes. Pamphagi, omnia mandentes. Anthropophagi, [5] humana carne vescentes. Cynamolgi *i.*, caninis capitibus. Artaba-

1. *Dallon notatos. M.* 2. *Cisauros. V.* 3. *fabulosa. V.* 4. *leonumque maxime carne. Ch.* 5. *humanam carnem. Ch.*

c. Ab ea vero parte Nili quae supra Syrtes maiores oceanumque meridianum protenditur.) Fieri nequit, vt tam proterua pugnansque inter se et intractabilis lectio monstro aliquo vacet. Attentiore igitur cura loco excusso, arbitror commodius sic legi posse, *Ab ea vero parte caeli quae supra Syrtes maiores oceano meridiano praetenditur.* Nam exemplar Salmanticense non, *Nili quae*, sed *reliquae*, habet: vt facile vera lectio, *caeli quae*, transire potuerit in, *reliquae.* Pint.

d. Quae supra Syrtes) In ea scilicet haeresi Dalion fuit, quae existimaret, post aliquot dierum nauigationem Nilo amne peractam, perueniri denique ad Oceanum Aethiopicum, siue meridianum, qui inter nos australesque populos ibi per Zonam, vt vocant torridam, permearet: in eo oceano Syrtes esse iis quae in mediterraneo, maiores, vel certe pares. H.

e. Ab Oecalicibus) De his diximus, L. V. s. 8. H.

f. Deinde fabulosa) In confinio maris Aethiopici. *Fabulosa* hoc loco legi quibusdam placet: quoniam fabulis videntur affinia, quae mox sequuntur. H.

g. Nigroe) Graeco more Νίγροι, vt Soloe pro Σόλοι. Iidem Nigritae appellati, L. sup. s. 8. H.

h. Agriophagi, etc.) Transscripsit haec Solin iisdem ferme verbis, c. 30. p. 55. H.

i. Cynamolgi) Ita nominati, quod canum femellas mulgent, et eo lacte nutriuntur,

tabatitae quadrupedum ferarum modo vagi. Deinde Hesperii, Perorsi, quos in Mauritaniae confinio diximus. *k.* Pars quaedam Aethiopum locustis tantum *l.* vivit, fumo et sale duratis in annua alimenta: ii quadragesimum annum vitae non excedunt. Aethiopum terram vniuersam cum mari Rubro patere in longitudinem [1] semel et vicies centena LXX. mill. passuum: in latitudinem *m.* cum superiore Aegypto duodecies centena XCVIII. M. Agrip-

1. XXI. LXX. *p. Ch.*

untur, inquit Agatharch. de R. mari c. 29. ap. Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1357. τὰς τῶν Κυνῶν θηλείας ἀμέλγοντες, τῷ γάλακτι τρέφονται. Nihil Agatharch. de caninis capitibus. H.

k. Diximus) Libro sup. §. 8. H.

l. Locustis tantum) Idcirco Ἀκριδοφάγοι Graeca voce nominantur a Strabone, Solino, et aliis. Traduntur eadem ab Agatharch. de R. mari, c. 27. ap. Phot. in Bibl. cod. 250. p. 1356. vbi ea totidem verbis exstant; et ap. Diod. Bibl. L. III. p. 162. H.

m. In latitudinem cum superiore Aegypto duodecies centena XCVII. M. *Agrippa existimauit.*) Castiorem lectionem duxerim, *quindecies*, quam *duodecies*. Nam vt sequitur confestim, constat inter auctores ab oceano ad Meroën esse, DCCXXV. M. et Meroën distare a Syene, DCCCLXXII. Si ergo misceantur hae duae summae, agent *quindecies* XCVII. M. Superiorem autem Aegyptum appellari tractum eum qui est a Syene ad Meroën: etsi alii Aegyptum Syene terminari scribant, et a Syene ad Meroen Arabas esse non Aegyptios aut Aethiopas. *Pint.*

Cum superiore Aegypto) Quam Thebaïdem appellauit, L. V. §. 9. Porro longitudinem Aethiopiae repetit ab ortu hiberno ad occasum hibernum: latitudinem ab austro ad septemtrionem. Missi Theodosii locum hunc vitiose exscripserunt: *Iuxta Plinium Sec*: — — — *longitudinem Aegypti superioris cum sua Aethiopia, centena decies et quater et semel* LXX. *passuum: latitudinem Aethiopiae et Aegypti superioris,* DCCCCLVII. M. *pass. Agrippa existimauit.* H.

grippa existimauit. Quidam longitudinem *n.* ita diviserunt: a Meroë Sirbitum, [1] XII. dierum [2] nauigationem. Ab ea [3] XII. ad Dauellos. Ab his ad oceanum Aethiopicum sex dierum iter. In totum autem ab oceano ante Meroën [4] DCXXV. M. passuum esse inter auctores fere conuenit: inde Syenen, quantum diximus. *o.* Sita est Aethiopia *p.* ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. Meridiano cardine *q.* siluae ebeno maxime virent: a media eius parte imminens mari mons excelsus, aeternis ardet ignibus, [5] Theôn ochema *r.* dictus Graecis: a quo

1. XI. *Ch.* *2. nauigatione. M. et V.* *3.* XV. *ad Dabellos. Ab his. Ch. iis Gr.* *4. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. ad Meroen* DCCXXV. *Gr. et Al.* *5. Aethocauma. V. alii, Aeconiocauma.*

n. Quidam longitudinem ita diuiserunt.) Legendum absque vlla controuersia, *latitudinem*, non *longitudinem.* Nam haec diuisio fit a septemtrione in meridiem, hoc est a Meroë ad Oceanum Aethiopicum. At Aethiopiae longitudinem finiri ab ortu hiberno in occasum hibernum, Plinius docet paulo infra: et situs prouinciarum, ratione habita ad caeli plagas, per longitudinem praecipue indicari palam est, vt de Italia volum. III. c. 5. *Incedit per maria caeli regione ad meridiem quidem: sed si quis subtilitate id exigat, inter sextam horam primamque brumalem.* Et de Arabia felici: *In eamdem etiam caeli partem nulla differentia spectat.* Pint.

Quidam longitudinem) Longitudinem, inquit, alii repetunt ab ea parte, vnde nos latitudinem ducimus: a Meroe scilicet, et septemtrionali parte ad austrum. H.

o. Quantum diximus) Hac ipsa sect. ex Neronis exploratorum relatu, DCCCLXXIII. mill. pass. H.

p. Sita est Aethiopia) Haec Solin. totidem verbis, c. 30. p. 56. et Missi Theodosii. H.

q. Meridiano cardine) Medio fere tractu Aethiopiae, inter ortum Solis et occasum, Meroen vsque a Syene, inquit ipse L. XII. s. 8. H.

r. Theôn ochema) Θεῶν ὄχημα, *Deorum currus.* Cum a media Aethiopiae parte imminere mari mons iste dicatur, non a Plinio modo

quo *s.* nauigatio quatridui ad promontorium *t.*, quod Hesperion ceras *u.* vocatur, confine Africae iuxta [1] Aethiopas Hesperios. Quidam et in eo tractu modicos colles amoena opacitate *x.* vestitos Aegipanum *y.* Satyrorumque produnt.

XXXVI. (XXXI.) Insulas *z.* toto eo mari et Ephorus complures esse tradidit, et Eudoxus, et [2] Timosthenes: Clitarchus vero Alexandro [3] regi renuntiatam adeo diuitem, vt equos incolae talentis auri permutarent. Alteram, vbi sacer mons opacus [4] silua repertus esset, [5] distillantibus arboribus odore [6] mirae suauitatis. Contra sinum *a.* Persicum

1. *Sic ex MSS. em. Hard. Aethiopes Gr. et. Al.* 2. *Thimosthenes Gr.* 3. *rege renuntiat. Ch.* 4. *silvarum. M.* 5. *destillante. Ch. distillante. M.* 6. *Myrrhae. M.*

modo, sed et a Ptol. L. IV. c. 5. vix alium esse crediderim, quam qui promontorium efficit Palmarum dictum, *Capo das Palmas*, in ora Guineae occidentali. H.

s. A quo) Missi Theodosii: *a quo nauigatione quatridui, promontorium,* et cetera iisdem plane syllabis. H.

t. Ad promontorium quod Hesperion ceras vocatur.) Sic quidem maiore ex parte hoc promontorium appellatur ab auctoribus. Ceterum in codicibus scriptis vbicunque apud Plinium huius promontorii occurrit mentio non *Hesperion* legitur, sed *Hesperu*, de quo plura in Pomponium. *Pint.*

u. Hesperion ceras) Ἑσπέριον κέρας, Hesperium cornu, hodie *le Cap de Sierra Liona:* facto a Lusitanis nomine, quod maris ibi fremitus leaenae rugitum referre quodammodo videatur. H.

x. Amoena opacitate) Missi Theodosii, *capacitate,* male. Plin. sect. sq. *Mons opacus silua.* H.

y. Aegipanum, etc.) De his L. V. s. 8. H.

z. Insulas) Haec totidem syllabis apicibusque Missi Theodosii. H.

a. Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Aethiopiae.) Tres priores dictiones ad praecedentia, ni fallor, spectant, non ad insequentia. Nam vix animo concipere possis, insulam

ſicum Cerne nominatur inſula aduerſa Aethiopiae *b.*, cuius neque magnitudo, neque interuallum a continente conſtat, Aethiopas tantum populos [1] habere proditur. Ephorus auctor eſt, a Rubro mari nauigantes in eam non poſſe propter ardores vltra quasdam columnas (ita appellantur paruae inſulae *c.*) prouehi. Polybius *d.* in extrema Mauritania contra montem Atlantem a terra ſtadia octo abeſſe prodidit Cernen. Nepos Cornelius ex aduerſo maxime Carthaginis *e.* a continente paſſus mille: non amplio-

1. *Habitare.* *M.*

ſulam Aethiopiae aduerſam, contra ſinum eſſe Perſicum. *Pint.*

Cerne nominatur) Iactatur, inquit, necdum tamen fidem obtinuit. Satis obſcuri nominis et incerti ſitus hanc fuiſſe tum inſulam innuit: nec velle ſe famae, quae de ea forte percrebruit, ſponſorem fieri. Sic Euſtath. ad Dionyſ. v. 219. p. 32. discrepantes refert auctorum de eius ſitu ſententias: Lycophrone, ad ortum Solis: Polybio, ad occaſum: ad meridiem Dionyſio ſtatuente. Nullus dubito, quin haec Pliniana, ſiue Lycophroniana, ſiue Dionyſiana Cerne ſit ea quam S. Laurentii vocitamus, ſiue *Madagaſcar.* Μενȣθίας eadem Ptol. L. IV. c. 9. H.

b. Aduerſa Aethiopiae) Plane hic ſitus congruit cum hodierna *Madagaſcar*: nam extimo promontorio exortum Solis aeſtiuum reſpicit, ſinumque Perſicum: occidentali latere, Aethiopiae inferiori ab exortu Solis aeſtiuo ad hibernum occaſum praetenditur. H.

c. Paruae inſulae) *Les Iſles de Maſcarenhas*, ſic enim Luſitani vocant, ſex ſeptemue inſulas exiguas, quae Madagaſcari ad ſeptemtrionem obiacent ſub linea fere aequinoctiali. H.

d. Polybius) De Polybii Nepotiſque Cerne dicemus inferius, cum de Gorgonum inſula ſermo erit. H.

e. Ex aduerſo maxime Carthaginis) Id quomodo accipiendum ſit, Hanno ipſe aperit, a quo Nepos hauſit: Reſpondere nimirum Carthagini ex aduerſo Cernen: quoniam ſimilis eſt nauigatio a Carthagine ad columnas, atque a columnis ad Cernen: ἐώκει γὰρ, inquit, p. 39., ὁ πλȣ̃ς ἐκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ ςήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην. H.

pliorem circuitu duobus millibus. *f.* Traditur et alia insula contra montem Atlantem, et ipsa Atlantis appellata. *g.* Ab ea [1] quinque dierum [2] nauigatione solitudines ad Aethiopas Hesperios, et promontorium, quod vocauimus *h.* Hesperion ceras, inde primum circumagente se terrarum fronte in occasum *i.*, ac mare Atlanticum. Contra [3] hoc quoque *k.* promontorium Gorgades insulae *l.* narrantur, Gor-

1. *Duorum. M.* 2. *praenauigationi. Ch.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. hoc promontorium. Gr. et Al.*

f. Duobus millibus) Etiam minorem facit Hanno, quinque dumtaxat stadiorum: κύκλον ἔχουσαν, σταδίων πέντε. H.

g. Atlantis appellata.) Varias veterum hac de insula fabulas reperies apud Diod. Sicul. Lib. III. pag. 207. Plutarch. Sertorio. Ammian. Marcellin. Lib. XVII. Vbi insulam Europaeo orbe potiorem vocat: et Ortel. Onomast. etc. Cetera notauimus supra Lib. II. c. 67. *Dal.*

Et ipsa Atlantis) Eodem, quo Platonica Atlanti nomine, de qua dictum est L. II. s. 92. sed ab ea tamen diuersa. Quamquam et nomen huius et situs, incerta tantum fama traditur. H.

h. Quod vocauimus) Superiore sect. H.

i. In occasum) Ab oceano meridiano tum primum se circumagente litore versus eam partem quae Soli occidenti obuertitur: vnde Atlanticum incipit mare cognominari. H.

k. Contra hoc quoque) Hesperion scilicet. Haec iisdem verbis Solin. c. 56. p. 87. H.

l. Gorgades insulae) Alii eas paulo longius versus meridiem remotas aiunt, versusque id promontorium sitas, quod hodie viride dicitur. Vnde et insulae promontorii viridis vocantur. Aliis veteribus Gorgones, et Satyrides. Vide Ortel. Onomast. *Dal.*

Gorgades insulae) Quae Gorgonum insula Melae nominatur, ea Cerne ipsa est Polybii, Nepotisque: quam Arguinam, *Arguin*, vocari puto, inquit Mariana, hist. Hisp. L. I. c. 22. p. 41. vltra promontorium Album, circa Aequatorem, vicesima prima orbis caelique parte. Quare verisimile est de numero ac situ insularum, quibus id nomen esset, hallucina-

Gorgonum quondam domus bidui nauigatione distantes a continente, vt tradit Xenophon Lampfacenus. Penetrauit in eas Hanno Poenorum Imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate *m.* euafiffe: [1] duarumque Gorgonum *n.* cutes argumenti et miraculi gratia in Iunonis templo pofuit, fpectatas vfque ad Carthaginem captam. Vltra has etiamnum duae [2] Hefperidum infulae *o.* narrantur. Adeoque omnia circa haec incerta funt, vt Statius Sebofus a Gorgonum infulis praenauigatione Atlantis dierum XL. ad Hefperidum infulas curfum prodiderit, [3] ab iis ad Hefperu ceras *p.* vnius. Nec Mauritaniae infularum certior fama eft. Paucas modo conftat effe ex aduerfo Autololum *q.*, a Iuba repertas, in quibus [4] Gaetulicam *r.* purpuram tingere inftituerat.

 XXXVII.

1. *Duarum. V. duarum Gorgadum. Ch.* 2. *Sic et Ch. Hefperides Gr. et Al.* 3. *conf. Ch. Hefperion ceras Gr. et Al.* 4. *Getulicam. Gr.*

cinatum Xenophontem, quem Plinius laudat, in rebus etiam tum obfcuris fidem fuam praeftare non aufus. H.

m. Viros pernicitate) Viros non in confpectum colloquiumque veniffe, quoniam pernicitate fumma auolarint. Alii fic interpretantur, quafi feminae viros pernicitate euaferint. H.

n. Duarumque Gorgonum) Nota de Gorgonibus Phorci filiis fabula, quam prolixe recitat Nafo, Metam. L. IV. fub fin. Refert haec pariter Solin. c. 56. p. 88. H.

o. Hefperidum infulae) Quas Hefperides tenuiffe perhibentur, inquit Mela, L. III. c. 10. Sed incerti, vt Plinius confitetur, fitus. H.

p. Hefperu ceras) Sic libri omnes MSS. fcribunt: ἑσπέρε κέρας. H.

q. Autololum) De his diximus L. V. f. 1. Purpurariae eae funt infulae, de quibus agemus f. 37. H.

r. Gaetulicam) E conchis feu purpuris, quae Gaetulico oceani litore legerentur, vt dicemus L. IX. f. 60. H.

XXXVII. (XXXII) Sunt, qui *s.* vltra [1] eas Fortunatas *t.* putant esse, quasdamque alias: [2] quarum numero idem Sebosus etiam spatia complexus, Iunoniam *u.* abesse a Gadibus DCCL. mill. passuum tradit. Ab ea tantumdem ad occasum versus Pluuialiam *x.*, Caprariamque: in Pluuialia non esse aquam, nisi ex [3] imbribus. Ab iis CCL. mill. passuum Fortunatas *y.* contra laeua [4] Mauritaniae in VIIII. horam

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. eos Gr. et Al.* 2. *Quarum numeros. M. et Ch. quorum numero Gr. et Al.* 3. *Imbri. M. et Ch.* 4. *Mauritaniae in octauam horam so.is locari. Constantinus, vt et cap.* 11. *Lib.* XVII. *et c.* 5. *Lib.* III. *inter sextam horam primamque brumalem. In nonam horam solis. Tol. Salm. Contra laeuam Mauritaniae VII. m. p. Oram Solis vocari in conualle a conuexitate, et Planariam a specie, conuallis circuitu, etc. Gr. et Al.*

s. Sunt qui vltra eas) Vltra Purpurarias proxime appellatas. H.

t. Fortunatas) Quae nunc Canariae dicuntur, *les Canaries.* H.

u. Iunoniam) Haec Sebosi Iunonia ea est, quam nos hodie vocitamus, *l' Isle Forraventure*, e Fortunatis siue Canariis ea, quae fere propior est Solis exortui. H.

x. Pluuialiam, etc.) Pluvialia, nunc *l' Isle de Fer*, Canariarum maxime occidentalis, vnde primum meridianum Galli auspicantur. Capraria, Pluuialiae a septemtrione obiacet, *l' Isle de Palme.* H.

y. Fortunatas contra laeuam Mauritaniae.) Fortunatas insulas contra laeuam Mauritaniae, in octauam horam Solis locari ait. Hoc est, inter meridiem et hibernum Solis occasum, siue Notum et Libanoton. Geographi et rei rusticae scriptores per horas vulgares solent regiones caeli, terrarumque situm et positionem designare. Vide adnot. in cap. 11. Lib. XVII. Plautus in Trinummo de his inquit: *Sicut Fortunatorum memorant insulas, Quo cuncti, qui aetatem egerunt caste suam, Conueniant.* Vide Ortel. Onomast. et Muret. Var. Lib. V. c. 1. *Dal.*

Contra laeua Mauritaniae) Ab oceano meridiano, inquit, nauigantibus, versus Mauri-

ram *yy*. Solis: vocari [1] Conuallem *z*. a conuexitate,
 et

1. *In conuallis conuexitate et Planarias*. *V.*

Mauritanias, ad laeuam obiacent Fortunatae. H.

yy. In nonam horam Solis) Sitae sunt, inquit, Fortunatae inter meridiem, quae hora diei sexta est Romanis, et Solis occasum, quae duodecima. Vide Not. et Em. N. CXIX. (hic inf.) *In nonam horam Solis*) Nihil est Geographis, nihil rusticae rei scriptoribus familiare magis, quam per vulgares horas, caeli regiones, situmque terrarum designare. Sic idem Plin L. XVII. f. 16. de arborum situ. *Id quidem*, inquit, *in horam diei quintam, vel octauam, spectare maluerim*. Quod cum eos fugeret, qui Plinium primum ediderunt, iidemque cum legerent in MSS. exemplaribus, quemadmodum in nostris vidimus R. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. etc. Paris. *in VIIII. horam Solis*, eo numero millia passuum designari arbitrati, voces eas *millia passuum*, quae nusquam fere, ne quidem cum de spatiis locorum et interuallis agitur, in MSS. occurrunt, huc quoque temere inuexerunt: neque huc tantum, sed in alia etiam loca, vt dicturi sumus L. XXXIII. f. 13. quae inconsiderantia miras orationi Plinianae tenebras offudit. H.

z. Vocari in conualle a conuexitate et Planariam a specie) Toletanum apographon, *Vocari Inuallem: Conuexitatem et Planitiem e specie*: vt accipiantur, *Inuallis, Conuexitas et Planities*, propria insularum nomina. *Pintian.*

z. Vocari Conuallem) *L' Isle d' Enfer*, ou *l' Isle Teneriffe*. Argumento est, eius amplitudo, quae mox circuitu complecti dicitur millia passuum trecenta. Vide Not. et Em. N. CXX. (hic post.) *Vocari conuallem a convexitate, et Planariam a specie: Conuallis circuitum*, CCC. *mill.*) Legit Salm. in Solin. p. 1298. *Planariam a specie aequali*. Cetero in ea lectione acquiescit, quam libri editi prae se ferunt: *Vocari in conualle a conuexitate, et Planariam a specie aequali, circuitu*, etc. At dii boni, quae commoda erui sententia potest, *vocari in conualle*, etc. Deinde si Fortunatas Sebosus nouit, saltem duas esse intellexit: altera eorum Planaria est: altera, quae tandem, aut quo nomine? Quid ergo nostra emendatio huic loco opis attule-

et Planariam a specie: Conuallis *a.* circuitum ccc. mill. passuum. Arborum ibi proceritatem ad centum [1] XIV. pedes adolescere. Iuba *b.* de Fortunatis ita inquisiuit: [2] sub meridie *c.* quoque positas esse prope occasum, a Purpurariis *d.* [3] dcxxv. mill. passuum, sicut ccl. supra occasum nauigetur: [4] deinde per lxxv. mill. passuum ortus petatur. Primam vocari *e.* Ombrion nullis aedificiorum vestigiis; habere in montibus stagnum, arbores *f.* similes ferulae:

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch.* xliv. *Gr. et Al.* 2. *vt sub mer. Ch. sub meridiem positas Gr. et Al.* 3. *Sic legendum tum ex vet. codd. tum ex numeris sequentibus, summae huic ad vnguem congruentibus. Nec aliter in Ch. legitur.* dccxxv. *Gr. et Al.* 4. *dein per* ccclxxv. *Ch. et M.*

tulerit, per se abunde liquet. H.

a. Conuallis circuitu, etc.) *Inuallis*, rursus idem exemplar agnoscit. *Pint.*

b. Iuba) Solinus iisdem verbis, c. 56. p. 88. H.

c. *Sub meridie*) Inter meridiem, vt diximus, et Solis occasum. H.

d. A purpurariis, dccxxv.) Scribo vno elemento minus dcxxv. vt colligitur ex summis sequentibus, confirmante eam lectionem apographo quoque Tolet. *Pint.* *A Purpurariis*) Purpurarias appellauit Iuba, in quibus purpuram Gaetulicam tingere instituerat: Sunt eae Mauritaniae litori proximae, *Madera, l'Isle Madere, et Porto Sancto.* H.

e. *Primam vocari Ombrion*) Transscripsere haec Martian. L. VI. c. de Babylonia, p. 226. et Solin. c. 56. p. 88. Quae Pluuialia Seboso, haec Ὄμβριος Iubae, Graeco vocabulo idem significante, appellatur *l'Isle de Fer.* H.

f. Arbores similes ferulae) De cannis saccharinis haec verba Salm. accipit, in Solin. p. 1018. quoniam saccharum in Madera insula prouenit. Sed neque Madera pluuialia est, neque harum arborum per se ferax. Perpetua enim quondam silua fuit, quam incendio post absumptam patefecere Lusitani, et cannas sacchariferas intulere. Celebris porro est in Fero insula arbor ea, quam Sacram vocant, *l'Arbre Saint*: cuius stillatitia aqua vniuersis sufficit insulanis, quamuis vnica

lae: ex quibus [1] aqua *g.* exprimatur, ex nigris amara, ex candidioribus potui iucunda. Alteram insulam Iunoniam *h.* appellari, in ea aediculam esse tantum lapide exstructam. Ab ea in vicino *i.* eodem nomine minorem. Deinde Caprariam *k.* lacertis

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. et M. aquae exprimantur. Gr. et Al.*

ca sit. Sed neque est arbos ea naturae ferulaceae: nec vi aqua ex ea exprimitur, sed sponte stillat. H.

g. Aqua exprimatur) Vt cannae eae sacchariferae fuerint, (quod nonnullis placere intelligo) non tamen cogendi coquendique sacchari cognita veteribus ratio fuit: sed hac dumtaxat tenus in vsum adhibitae, vt aquam succumue ex iis ad potum exprimerent. H.

h. Iunoniam) A Sebosi Iunonia haec diuersa: *l'Isle Gomer.* H.

i. Eodem nomine) Iunoniam minorem: Forte iam aquis obrutam: aut ea sane fuerit, quam Ptolem. L. IV. c. 6. Ἀπρόσιτον vocat, siue Inaccessam, Hispani *La non trouada* et *la Incantata* vocant. Vide Not. et Em. N. CXXI. (hic pos.) *Ab ea in vicino eodem nomine minorem)* Eodem nomine, hoc est, vt dixi, Iunoniam. Hunc Plinii locum Martianus Capella, cum raptim cursimque legeret, insulae nomen commentus est sane perlepidum: sic enim scribit, L. VI. c. de Babylonia, p. 226. *Prima Vmbriona dicitur: secunda Iunonia: tertia Theode: quarta Capraria: alia Niuaria: — — mox Canaria.* Cum *eodem nomine* apud Plinium scriberetur, *Theodem nomine* vel per se legit, vel audire a liberto putauit. Et hunc Martiani errorem scio Geographos quosdam esse amplexatos. H.

k. Caprariam) L'Isle de Palme. Vide Not. et Em. N. CXXII. (hic adi.) *Caprariam, lacertis grandibus refertam) Σαυραρίαν potius,* inquit Salm. in Solin. p. 1313. *si lacertis referta est. Nam σαῦρα lacerta Graecis dicitur. Et forte cum Plinius Cαυραρίαν legeret (nam Σίγμα veterum huius literae C. formam habuit, vt omnes sciunt:) Caprariam putauit scribi.* Verum Σαυραρίαν a σαῦρα qua demum lege deriuari rite approbauerit? Deinde si vocem hanc σαυραρίαν Plinius perperum legit, et σαύ-

tis grandibus refertam. In conſpectu *l.* earum eſſe [1] Niuariam *m.*, quae hoc nomen [2] accepit a perpetua niue, nebuloſam. Proximam ei Canariam *n.* vocari a multitudine canum ingentis magnitudinis: ex quibus perducti ſunt [3] Iubae duo: apparentque ibi veſtigia aedificiorum Cum autem omnes *o.* copia pomorum et auium omnis generis abundent, hanc et palmetis caryotas *p.* ferentibus, ac nuce pinea abundare. Eſſe copiam et mellis. Papyrum quoque et ſiluros *q.* in [4] amnibus gigni: Infeſtari eas belluis, quae expellantur aſſidue *r.*, putreſcentibus.

XXXVIII.

1. *Ninguariam.* *Ch.* 2. *acceperit.* *Ch.* 3. *a Iuba.* *Vet.* 4. *omnibus.*

σαύραις idem, quae vox ſequebatur proxime, legere debuit, et *capris*, non *lacertis* vertere. Quin igitur poſterioris vocis admonitu, in priore ſe ipſe retexuit? H.

l. In conſpectu earum) Et ſane reliquis ante memoratis, haec fere ob amplitudinem ab oriente tota praetenditur. H.

m. Niuariam) MSS. omnes *Ninguariam.* Ptol. L. IV. c. 6. Κεντουρία, pro Νιγγουρία, vel Νιγγουαρία, *L'Iſle Teneriffe, ou l'Iſle d'Enfer.* Cum in ceteris Canariis nullae vnquam viſae ſint niues, haec ſola iis abundat. H.

n. Canariam) Tenariffae proximam, ſed orbi noſtro propriorem: *la grande Iſle Canarie.* H.

o. Cum autem omnes) Solin. haec iiſdem verbis, c. 56. p. 88. H.

p. Caryotas) De his, L. XIII. ſ. 9. H.

q. Et ſiluros) Piſcium genus eſt, de quo L. IX. ſ. 17. H.

r. Quae expellantur aſſidue putreſcentibus.) Praedicti codices *puteſcentibus.* Notanda orthographia: quia videlicet dicitur, *putidus, putor et puteus,* ab a q u a r u m putore. *Pintian.*

Quae expellantur) Iactatione maris ac tempeſtatibus. Solini paraphraſis l. c. vbi de Canaria: *Perhibent etiam exſpui in eam vndoſo mari belluas: deinde cum monſtra illa putredine tabefacta ſunt, omnia illic infici tetro odore.* H.

XXXVIII. 1 At abunde orbe terrarum extra intra *s.* indicato, colligenda in arctum mensura aequorum videtur. (XXXIII.) Polybius a Gaditano *t.* freto longitudinem directo cursu ad os Maeotis, XXXIV. XXXVII. *u.* M. D. p. prodidit. Ab eodem initio *x.* ad orientem recto cursu Siciliam XII. LX. *y.* mill.

1. *Et abunde orbe terrae extra intra indicato, colligendam in arctum mensuram.* Ch.

s. Extra intra) Lustrata orbis interiore veluti parte, quae oppida continentis huius prouinciasque complectitur: extima etiam enarrata, quae insulas dissitissimas quasque continet. H.

t. Polybius a Gaditano freto longitudinem directo cursu ad os Maeotis XXXIV. XXXVII. M. D. *pass. prodit.*) Martianus, *A Gaditano*, inquit, *freto per longitudinem directo cursu ad os Maeotis*, XXXIII. XXXVII. M. D. *pass.* Sed deceptus est hac quoque parte Martianus. Neque enim vllo pacto legi potest, *tricies ter.* Etenim, vt supra visum fuit, cap. vlt. Lib. IV. Atemidorus et vna Isidorus longitudinem Europae a Tanai ad Gades octogies quater et quatuordecim M. pass. prodidere. Quo igitur modo inter Artemidorum Isidorumque hinc, et Polybium inde, tam insignis esse potuit differentia in tradenda Europae longitudine? Nimirum legendum hic non, XXXIII. sed LXXXIV. vt quod interuallum fecerunt Artemidorus cum Isidoro a Tanai ad Gades, idem fecerit Polybius ab ore Maeotis ad easdem Gades. *Pint.*

u. XXXIV. XXXVII.) Hoc est, tricies et quater centena, ac triginta septem mill. pass. Martian. L. VI. p. 216. legit dumtaxat, XXXIV. XXVII. D. *pass.* Aequorum haec mensura, non terrarum, vel Europae, vt Pintianus existimauit. H.

x. Ab eodem initio) Gaditano freto. H.

y. Siciliam XII. LX. mill. d. p.) Scribe ex exemplari Tolet. et Ch. XII. L. *mill. pass.* sicque esse legendum ostendit ratio postremae summae, quae alias non congrueret praecedentibus. *Pint.*

XII. LX.) Duodecies centena sexaginta millia pass. H.

mill. D. pass. Cretam CCC. LXXV. mill. pass. Rhodum [1] CLXXXIII. mill. D. pass.: Chelidonias tantumdem: Cyprum [2] CCCXXII. z. mill. pass. Inde Syriae Seleuciam Pieriam CXV. mill. passuum. Quae computatio efficit [3] vicies quater *a.* centena XL. mill. passuum. Agrippa hoc idem interuallum a freto Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem directam XXXIV. XL. *b.* passuum mill. [4] taxat, in quo haud scio an sit error numeri, quoniam idem a Siculo freto Alexandriam [5] cursus XII. L. *c.* mill. pass. tradidit. Vniuersus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio *d.* colligit ad Maeotin lacum *e.*, [6] C. LVI. *f.* mill. passuum. Artemidorus adiicit [7] DCCLIII.

1. *Sic ex MSS. em. Hard.* CLXXXVI. *Gr. et Al.* 2. CCCXXV. *Gr.* 3. *Sic et Ch. vicies ter centena Gr.* 4. *traxit. Tol.* 5. *cursu* XIII. L. *Ch.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard.* CLIX. *Ch.* CLVI. *Gr. et Al.* 7. *Sic ex MSS. em. Hard.* DCCLVI. *Gr.*

z. *Cyprum* CCCXXV.) Lego CCXXV. tum ex iisdem exemplarib. tum ex ratione calculi, quae id exposcere videtur. *Pint.*

a. Vicies quater) Ita emendauimus, tum MSS. Chiffl. aliorumque admonitu, tum ex ratione postremae summae, quae cum singularibus quae antecedunt haud alias satis apte congrueret. H.

b. XXXIV. XL.) Tricies et quater centena, XL. millia: 3440000. *mill. pass.* H.

c. XII. L.) Duodecies centena, quinquaginta millia. 1250000 *millia pass.* H.

d. Ab eodem exordio) A Gaditano freto. H.

e. Colligit ad Maeotin lacum.) Citata exemplaria, *Colligit intra Maeotin lacum.* Verius vt puto: quia sequitur statim, *Idem cum Maeotide, etc.* Pint.

f. C. LVI. mill. pass.) Martian. l. c. *centum quinquaginta septem millia.* Mendose scribi enim oportuit, C. LVII. hoc est, centies centena, et quinquaginta septem millia passuum: 10057000. *mill. pass.* quae vniuersus litorum sinuumque mediterranei maris ambitus complectitur. H.

DCCLIII. *g.* mill. Idem cum Maeotide CLXXIII. XC. *h.* mill. paſſ. eſſe [1] tradit. Haec eſt menſura inermium *i.*, et pacata audacia fortunam prouocantium hominum. Nunc ipſarum partium magnitudo comparabitur, vtcumque difficultatem afferet auctorum diuerſitas. Aptiſſime tamen ſpectabitur ad longitudinem latitudine addita. Eſt ergo *k.* ad hoc praeſcriptum Europae magnitudo *l.* [2] LXXXII. XCIV. *m.* mill. paſſuum. Africae (vt media ex omni varie-

1. *Tradidit. Ch.* 2. LXXII. XI. XCIV. *Ch.* LXXXI. XLVIII. *Gr. et Al.*

g. DCCLIII.) Sic erunt omnino centies centena, et octingenta millia paſſuum, Artemidori menſura, a Gaditano freto, vſque ad Maeotin lacum. H.

h. Idem cum Maeotide CLXXIII. XC. *paſſ. eſſe tradit.*) Martianus, *Centies octies bis* XC. *p.* Sed legendum in Martiano, *Centies octogies bis*, ſicque Pliniani numeri ſunt interpretandi. Nam *octies bis*, quid aliud ſit quam *ſedecies*, non percipio. *Pint.*

CLXXIII. XC.) Centies ſeptuagies et ter centena, ac nonaginta millia paſſ. 17390000. *mill. paſſ.* Martianus legit, CLXXXII. quem numerum librarii ſic reddidere, *centies octies bis*, pro *octogies bis.* H.

i. Inermium) Nautarum, qui vt Iuuenalis ait: Sat. 12. v. 48. *Dolato Confiſi ligno, digitis a morte remoti Quatuor, ac ſeptem, ſi ſit latiſſima teda.* H.

k. Eſt ergo ad hoc praeſcriptum Europae magnitudo LXXXI. XLI. M. *p.*) Magna occurrit hoc loco dubitandi cauſa, cur Plinius in Africa et Aſia longitudinem et latitudinem diſtincte poſuerit, nec idem in Europa fecerit. Nimirum locum hunc decurtatum, inſuperque vitioſiſſime ſcriptum eſſe certum habeo: exiſtimoque reſtitui ſic poſſe, *Eſt ergo ad hoc praeſcriptum, Europae longitudo*, LXXXIV. *latitudo* XVI. XVIII. Martianus deprauatam Plinii lectionem ſecutus, *octogies bis nonaginta quatuor* legit. *Pint.*

l. Europae magnitudo) Longitudine ſimul cum latitudine computata. H.

m. LXXXII. XCIV.) Ita MSS.

varietate prodentium sumatur computatio) efficit longitudo [1] XXXVII. XCIV. *n.* mill. Latitudo, qua colitur, nusquam ducenta quinquaginta millia passuum excedit. Sed quoniam a Cyrenaica eius parte nongentorum decem *o* millium passuum eam fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas vsque, qua noscebantur, complectens; [2] vniuersam mensuram, quae venit in computationem, XLVI. VIII. *p.* mill. pass. efficit. Asiae longitudo *q.* in confesso est LXIII. LXXV. *r.* [3] mill. passuum. Latitudo sane computetur ab Aethiopico mari Alexandriam iuxta Nilum sitam, vt per Meroën [4] et Syenen mensura currat, [5] XVIII. LXXV. *s.* mill. pass. Apparet ergo Europam pau-

1. *Sic et Pint. ex Martiano et Ch.* XCVIII. *Tol.* XXXVII. XLVIII. *Gr. et Al.* 2. *vniuers. mens. quae veniet in comparationem. Tol. vniuersae mensurae, quae veniet in comparationem. Ch.* 3. LXIII. *mill.* DCCL. *Gr. et Al.* 4. *et per.* 5. *decies octies* XXV. *Martianus.*

MSS. omnes, et Martianus, l. c. Hoc est, octogies bis centena, nonaginta quatuor millia: 8294000. *mill. pass.* Alia tamen videtur esse Artemidori sententia, L. IV. f. 37. huius operis Pliniani. H.

n. XXXVII. XCIV.) Ita R. 1. 2. Chiffl. etc. Martianusque ipse. Hoc est, tricies ac septies centena, nonaginta quatuor millia. H.

o. Nongentorum decem) Martianus, l. c. H.

p. XLVI. XIII.) Quadragies sexies centena, et octo millia. Colb. 1. 2. XLIII. H.

q. Asiae longitudo in confesso est LXIII. M. DCCL.) Martianus, *Asiae vero longitudo, sexagies ter* DCCL. Sed non intelligo si recipitur haec lectio, quomodo constare queat quod sequitur, *Europam paulo minus dimidia Asiae parte maiorem esse, quam Asiam.* Quod si legatur, *tricies* DCCC. L. quadrabit fere ratio calculi. *Pint.*

r. LXIII. LXXV.) Vide quae diximus L. sup. f. 9. H.

s. XVIII. LXXV.) Decies octies centena, et LXXV. millia pass. Martianus legit XVIII. XXV. sed manifesto erro-

paulo minus dimidia Asiae parte maiorem [1] esse *t.*, quam Asiam. Eamdem altero tanto et sexta parte Africae, ampliorem quam Africam. Quod si misceantur omnes summae, liquido patebit Europam totius terrae tertiam esse partem et [2] octauam paulo amplius: Asiam vero quartam et quartamdecimam: Africam autem quintam et insuper sexagesimam.

XXXIX. His addemus etiamnum vnam Graecae inuentionis [3] sententiam vel exquisitissimae subtilitatis, vt nihil desit in [4] spectando terrarum situ: indicatisque regionibus noscatur, [5] et cum qua cuique earum societas sit, siue cognatio dierum ac noctium, quibusque inter se pares vmbrae et aequa mundi conuexitas. Ergo reddetur hoc etiam, [6] terraeque vniuersae in membra caeli digerentur. Plura

1. *Esse quin Asiam eamdem.* 2. *octaua.* 3. *scientiam. M.* 4. *inspectato. M.* 5. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. earum omittendo. et quae cuique earum soc. sit. Gr. et Al.* 6. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. M. et Ch. terraque vniuersa - - digeretur. Gr. et Al.*

errore. Nam ab Aethiopico mari ad Meroen DCXXV. mill. passuum esse, inter auctores fere conuenire dixit, sect. 35. a Meroe Syenen esse tantumdem spatii ex Eratosthene iamdudum monuit L. II. s. 75. atque hoc ipso libro s. 35. A Syene denique Alexandriam ex eodem Eratosthene par esse interuallum, atque a Syene ad Meroen, Strabo est auctor, L. II. p. 114. Quae triplex summa mensuram Plinianam omnino adaequat. Latitudinem porro hanc Asiae adiudicat, quoniam ab Asia Africam Nilo amne disterminari censet. H.

t. Maiorem esse) Accuratius paulo, de partium orbis magnitudine locuti recentiores Geographi: quos tu consule. H.

Plura sunt autem haec segmenta mundi, quae nostri circulos appellauere, Graeci parallelos. *u.* (XXXIV.) Principium *x.* [1] habet Indiae pars versa ad austrum. Patet vsque Arabiam et Rubri maris accolas. Continentur Gedrosi, Persae, Carmani, Elymaei, Parthyene, Aria, Susiane, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad Petras vsque *y.*; Syria Coele, Pelusium, Aegypti [2] inferiora, quae Χώρα *z.* vocatur Alexandriae, Africae maritima, Cyrenaica oppida omnia, Thapsus, Adrumetum, Clupea, Carthago, Vtica, vterque [3] Hippo *a.*, Numidia, Mauritania vtraque Atlanticum mare, columnae

1. *Principium habent Indiae. Pars versa ad Austrum patet vsque, etc.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Infraque ora Rhacota vocata, nunc Alexandria. Pin. ex Steph. inferiora quae Chora vocatur Alexandria. Ch. Pelusium Aegypti: inferiorque ora, quae vocatur, Gr. et Al.* 3. *vtraque. Gr.*

u. Graeci parallelos) Parallelus spatium terrae est, cuius finis diem maximum habet, quadrante vno longiorem, quam initium. De his parallelis Strabo, L. II. p. 115. et sqq. Ptol. L. II. Almag. c. 6. H.

x. Principium) Hic parallelus per Alexandriam, παράλληλος διὰ Ἀλεξανδρείας ab antiquis vocabatur: vel διὰ χώρας Ἀλεξανδρείας. H.

y. Arabia ad Petras vsque.) Plinius hoc ipso libro, cap. 28. vnitatis numero *Petram* appellauit, non *Petras*: *Deinde Nabataei oppidum incolunt Petram nomine.* Strabo quoque L. XVI. Nabataeorum Metropolin Petram nominat. Item Stephanus et reliqui Petram. *Pintian.*

z. Quae Χώρα) Regio. Ita libri MSS. omnes. Editi male, *Inferiorque ora.* Ptolemaeus, de Delta, et de fluminibus in Aegypto inferiore: Καλεῖται δὲ κοινῶς ἡ περὶ τούτους τοὺς ποταμοὺς Χώρα κάτω. H.

a. Vtraque Hippo.) Toletanum apographon, *Vterque Hippo*, rectius. Masculino enim genere efferuntur ab omnibus, *Hippo regius*, *Hippo diarrhytus*, nunquam aliter. *Pint.*

lumnae Herculis. In hoc caeli [1] circumflexu aequinoctii [2] die media, vmbilicus, quem Gnomonem vocant, VII. pedes longus, vmbram non amplius IV. pedes *b.* longam reddit. Noctis vero dieique [3] longissima spatia horas XIV. aequinoctiales habent, breuissima [4] e contrario X. Sequens circulus incipit ab India vergente ad occasum, vadit per [5] medios Parthos *c.*, Persaepolin [6], citima Persidis, Arabiam citeriorem *d.*, Iudaeam, Libani montis accolas. Amplectitur Babylonem, Idumaeam, Samariam, Hierosolymam, Ascalonem, Ioppen, Caesaream, Phoenicen *e.*, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Berytum, Botryn, Tripolin, Byblum, Antiochiam, Laodiceam, Seleuciam, Ciliciae maritima, [7] Cypri austrina *f.*, Cretam, Lilybaeum in Sicilia, septemtrionalia Africae et Numidiae. Vmbilicus aequinoctio XXXV. pedum, vmbram viginti quatuor pedes lon-

1. *circumplexu.* *M.* 2. *dimidio.* *M.* 3. *longissimae.* *Ch.* 4. *ex.* *Ch.* 5. *Medos.* *Ch.* 6. *Persepolin.* *Gr.* 7. *Sic ex MSS. em. Hard. conf. Ch. Cyprum, austrinam Cretam Gr. et Al.*

b. IV. pedes) Si Straboni fides, L. II. p. 133. gnomon solarii Alexandriae rationem habet ad vmbram, quam efficit, qualis est quinarii ad septenarium: quare vmbra erit quinque pedum: subintellige, hora sexta, seu meridiana. H.

c. Medios Parthos) Caue *Medos*, legas: quibus si locum hic esse oporteret, appellari post Parthos ii deberent, cum ab India in occasum progredientibus Parthi prius, quam Medi occurrant. H.

d. Arabiam citeriorem) Quae Syriae ad ortum praetenditur, vsque ad Euphratem. H.

e. Phoenicen) Vnde hic circulus siue parallelus nomen accepit, *διὰ μέσης Φοινίκης*, per mediam Phoenicen. H.

f. Cypri austrina) Sic paulo post, *Sardiniae austrina*, *Cappadociae austrina*, etc. H.

longam facit. Dies autem noxque maxima quatuordecim horarum aequinoctialium eſt, accedente iis quinta parte *g.* vnius horae. Tertius circulus *h.* ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caſpias portas Mediae [1] proximas, Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Iſſum, Cilicias portas, Solos, Tarſum, Cyprum, Piſidiam, Pamphyliae Siden, Lycaoniam, Lyciae Patara, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnaſſum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium *i.*, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, [2] Meſſeniam Peloponneſi, Syracuſas, Catinam, Siciliam mediam, Sardiniae auſtrina, Carteiam, Gades. Gnomonis centum vnciae *k*, vmbram ſeptuaginta ſeptem vnciarum faciunt. Longiſſimus dies eſt aequinoctialium horarum quatuordecim atque dimidiae, cum trigeſima parte vnius horae. Quarto *l.* ſubiacent circulo, quae ſunt ab altero latere Imai, Cappadociae auſtrina, Galatia, Myſia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mons Lydiae, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Epheſus,

1. *proximam Cataoniae Cappadoc. Ch.* 2. *Sic ex MSS. em. Hard. Meſſenam Ch. Meſſenen Gr. et Al.*

g. Quinta parte) Quarta, ſi Strabonem audimus, L. II. p. 134. et Ptol. L. II. Almag. c. 6. H.

h. Tertius circulus) Διὰ Ῥόδȣ, per Rhodum cognominatur. Traduntur eadem ab Eratoſthene, vt Strabo innuit, l. c. H.

i. Gythium) De quo L. IV. ſ. 8. H.

k. Centum vnciae) Centum partes. Hoc eſt, eamdem habet rationem, ad vmbram vmbilicus horologii, ſiue gnomon, quam habet centenarius numerus ad LXXV. H.

l. Quarto) Διὰ Σμύρνης Ptolemaeo, l. c. H.

ſus, Miletos, Samos, Chios, Icarium mare, [1] Cycladum ſeptemtrionales, Athenae, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia, Patrae, Iſthmos, Epirus, ſeptemtrionalia Siciliae, Narbonenſis Galliae exortiua, Hiſpaniae maritima a Carthagine noua, et inde ad occaſum. Gnomoni XXI. pedum reſpondent vmbrae XVII. pedum: longiſſimus dies habet aequinoctiales horas quatuordecim, et duas tertias vnius horae. Quinto *m.* continentur ſegmento ab introitu Caſpii maris, Bactra, Iberia, Armenia, Myſia, Phrygia, Helleſpontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepſis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampſacum, Sinope, Amiſum, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thaſus, Caſſandria, Theſſalia, Macedonia, Lariſſa, Amphipolis, Theſſalonice, Pella, [2] Aedeſſa *n.*, Beroea, Pharſalia, Caryſtum, [3] Euboea *o.* Boeotûm, Chalcis, Delphi, Acar-

1. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Cyclades ſeptemtrionales. Gr. et Al.* 2. *Edeſſus. Al. Edeſſa. Gr.* 3. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Ch. Euboea, Boeti. Gr. et Al.*

m. Quinto) Διὰ Ἑλλησπόντου. H.

n. Aedeſſa) Ptol. L. III. c. 13. Αἰδεσσα vrbs Emathiae in Macedonia iuxta Berrhoeam. *Edeſſam Macedoniae ciuitatem* vocat Victor Vitenſis, L. I. de perſec. Afric. p. 10. In Notit. Eccl. p. 21. Ἔδεσσα. H.

o. Euboea Boeoti.) Apographon Toletanum, *Euboea Boeotûm.* Scribendum arbitror, *Euboea Oreum.* Duae enim in Euboea vrbes praecipuae celebrabantur, Oreus et Chalcis, Plinio, Straboni, Ptolemaeo, Stephano, etc. *Pint.*

Euboea Boetûm) Siue Boetorum. Auulſa enim Euboea Boeotiae, vt dictum eſt, L. IV. H.

Acarnania, Aetolia, Apollonia, Brundisium, Tarentum, Thurii, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. [1] Gnomoni septem pedes, [2] vmbrae sex. Magnitudo diei summa horarum aequinoctialium quindecim. Sexta comprehensio *p.*, qua continetur vrbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, septemtrionalia Armeniae, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicaeam, Chalcedonem, Byzantium, Lysimachiam, [3] Cherronesum, Melanem sinum, [4] Abderam, Samothraciam, Maroneam, Aenum, [5] Bessicam, [6] Thraciam, Maedicam, Paeoniam, Illyrios, Dyrrachium, Canusium, Apuliae [7] extima *q.*, Campaniam, Etruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolin, Massiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam, et inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes nouem, vmbrae octo. Longissima diei spatia, horarum aequinoctialium quindecim, addita nona parte vnius horae: aut, vt Nigidio placuit, quinta. Septima diuisio *r.* ab altera Caspii maris ora incipit: [8] vaditque supra

1. *Gnomonis.* 2. *vmbra. M. et Ch.* 3. *Cherrhonesum. Gr.* 4. *Abdera ex Strab. et M.* 5. *Bessiam Thraciae. Pint.* 6. *Thraciam mediam. Gr. et Al.* 7. *extuma. Ch.* 8. *caditque. Gr.*

p. Sexta comprehensio) Διὰ Μασσαλίας per Massiliam. H.

q. Apuliae extima) Priscianus Grammaticus L. III. p. 608. hinc Plinii locum affert in medium, vt *extimum* pro *extremo* dictum a veteribus probet: *Plinius*, inquit, *in sexto Naturalis Historiae: Dyrrachium, Canusium, Apuliae extima.* H.

r. Septima diuisio) Parallelus διὰ μέσȣ Πόντȣ Ptolemaeo, l. c. H.

ſupra Callatim, Boſphorum, Boryſthenem, Tomos, Thraciae *s.* [1] auerſa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicentiam, Patauium, Veronam, Cremonam, Rauennam, Anconam, Picenum *t.*, Marſos, Pelignos, Sabinos, Vmbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaque ab Apennino: tranſque Alpes Galliam Aquitanicam, Viennam, Pyrenaeum, Celtiberiam. Vmbilico triginta quinque pedum, vmbrae triginta ſex, vt tamen in parte Venetiae exaequetur vmbra gnomoni: ampliſſima dies horarum aequinoctialium quindecim, et quintarum partium horae trium. Hactenus antiquorum exacta celebrauimus. Sequentium diligentiſſimi, quod ſupereſt terrarum [2] tribus [3] aſſignauere ſegmentis. A Tanai per Maeotin lacum et Sarmatas vſque Boryſthenem, atque ita per Dacos partemque Germaniae, Gallias, Oceani litora amplexi, quod eſſet horarum ſedecim. Alterum per Hyperboreos et Britanniam, horarum decem et ſeptem. [4] Poſtremum Scythicum a Riphaeis iugis in Thulen, in quo dies continuarentur (vt diximus *u.*) noctesque per vices. Iidem et ante principia, quae fecimus, poſuere circulos duos.

 Primum

1. *Aduerſa. Ch.* 2. *ſupra trib. Tol.* 3. *alligauere. Ch.* 4. *Sic ex MSS. em. Hard. conſ. Tol. Salm. Ch. Poſtrema Scythicum. Gr. et vulgg.*

s. Thraciae auerſa) Septemtrioni partem obuerſam. H.

t. Picenum.) Picenum hodie, *Marcha d' Ancona:* Marſi, *Labruzzo:* Peligni *Ducada di Spoleto.* Sabini *Savina.* Dal.

u. Vt diximus) L. IV. ſ. 26. H.

Primum per *x.* [1] insulam Meroën, et Ptolemaidem, in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam: vbi longissimus dies duodecim *y.* horarum esset, dimidia hora amplior. Secundum per Syenen *z.* Aegypti euntem, qui esset horarum [2] tredecim. *a.* Iidemque singulis dimidia horarum spatia [3] vsque ad vltimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

1. *Insulas.* 2. XIV. *Ch. M. V. Ch.* 3. *vsque ad vltimum.*

x. Primum per) Διὰ Μερόης καὶ Πτολεμαΐδος τῆς ἐν τῇ Τρογλοδοτικῇ. Straboni, L. II. p. 133. H.

y. Duodecim) Immo tredecim, ὡρῶν ἰσημερινῶν τρισκαίδεκα Straboni et Ptol. ll. cc. H.

z. Per Syenen) Διὰ Συήνης: horarum tredecim cum semisse, iisdem auctoribus proxime appellatis. H.

a. Tredecim) MSS. R. 1. 2. et Chiffl. XIIII. H.

EMENDANDA.

In Vol. I. Praef. p. IV. lin. 17. obiecerint l. obieciſſent. p. IX. l. 11. conciliamus. l. conciliemus. p. XIII. l. vlt. facilius l. facilior. p. XIV. lin. 3. inquinatum l. inquinato. ib. l. 19. hiſturiae l. hiſtoriae.